
VLYSSIS ALDROVANDI

DENDROLOGIÆ

LIBRI DVO.


VLYSSIS ALDROVANDI
PATRICII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ
NATVRALIS SCILICET ARBORVM HISTORIÆ
LIBRI DVO
SYLVA GLANDARIA, ACINOSVMQ. POMARIVM
VBI
ERVDITIONES OMNIVM GENERVM VNÁ CVM
BOTANICIS DOCTRINIS INGENIA QVÆCVNQVE
NON PARVM IVVANT, ET OBLECTANT
OVIDIVS MONTALBANVS
Vtriusq. Collegij Philosophiæ, et Med. Bononien. Decanus
Legumq. Doctor, atq. in Patrio Archigymnasio
PROFESSOR EMERITVS
OPVS
SVMMO LABORE COLLEGIT, DIGESSIT, CONCINNAVIT.
QVOD
EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. GVIDOBALDO
CO. DE THVN.
S.R.E. CARD. AMPLISSIMO
ARCHIEPIS., ET INCLYTO PRINCIPI
SALISBVRGENSI S. SEDIS APLICÆ
LEGATO NATO
HIERONYMVS BERNIA PROPRIIS SVMPTIBVS
IN LVCEM EDITVM DICAVIT.
BONONIÆ TYPIS IO. BAPTISTÆ FERRONII SVPERIORVM PERMISSV
ANNO DOMINI MDCLXVIII. CVM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

IN PRÆCLARISSIMVM

VLYSSEM ALDROVANDVM

AC EIVS

DE ARBORIBVS HISTORIAM

AB EXCELLENTISSIMO

OVIDIO MONTALBANO

Congeſtam, & elaboratam.

LAVRENTII LEGATI CREMONENSIS

ΕΙΔΟΣ.

Στροφὴ α.

ΤΩι ὑπ᾽ ΑΣΤΕΡΙ ΚΥΚΝΩΝ,
Υπ᾽ ΑΣΤΕΡΩΝ τε ΚΥΚΝΩι
Ιεραρχέοντι πανταχῦ
Ευτυχὲς Βονωνία;
Αιμιλίας ὁπότ᾽ ἦ θήσαυρος
Παλαιόπλουτος Ινδικῶν Μετάλλων,
Μεξίκω γάζων, Αράβων τε κόγχων
Αλλος πλέιω σε φθεγγέτω:
Κλυτὸν στρατηγοῖς ἄλλος ἀειδέτω,
Μάρτυρες ὡς Βοΐοι σοῖς εισ᾽ ἐν ἄγροισι βίασοι,
Ενθα τε Κόσμος ὅλος ξιμερὴς.
Ενδοξον ἄλλος ὑπερφερέτω Συγκλησίαν.

Idem ſeruatis metris.
Strophe I.

SIDERE ò ſub OLORVM,
Sub SIDERVMquè CYCNO
Vbique ſacro Præſide
Perbeata Felſina.
Æmiliæ cùm ſis theſaurus
Per ſecla diues Indicis metallis,
Mexici gazis, Arabumquè conchis,
Te dicat alter nobilem,
Et alter armis concinat inclytam,
Vt teſtis gens Boia tuos excila per agros,
Tota vbi Terra tripartita eſt:
Et gloriam Senatùs alter efferat.

Αντιϛροφὴ α.

Ο̉ττι μητέρα λαμπρὰν
Ασω σε Αλδοβραύδε,
Οβειδίε τε παγκλειτοῖν.
Οὐχ ἐκείνων, ὦ πόλις,
Φέρτερον ἄλλ᾽ ἀκμὴν προέδωκας.
Αμφω πρὸς ἀλλήλους ὅμοιοι, εἴτε
Πανσόφων ἤτοι τάγω ἀρχιατρῶν
Εν γνωρίμῳ συνεδρίῳ.
Εἴτε φραδοίτην δηθ᾽ ἱερῆς ὅλης
Δόγματα τῆς σοφίης ἐν σοῖς ὕψιστα λυκείοις.
Εἴτε γραπόντε βίβλους, διδαχὴν
Δόντων βέβαιον εὐμάθειαν ὑστέροις.

Επῳδὸς α.

Αλλ᾽ ὅπ᾽ ἄδηλος Οδυσσεὺς!
Μεῖον γνωστὸς Ομηρικός.
Ηττων ἅλος πλαδεὶς:
Μάστων ἐν ὄντων αἰτίαις ξυνωθείς.
Μᾶλλον μὲν ἦν μέγιστος,
Πρὸς ὃν συνῆλθε πάντοθεν,
Ως ἀκολουθήσαντ᾽ ἀριταῖ
Ανδρὸς, τῆς Φύσεως ποικίλα πράγματα,
Κοινὸν ἐξ αὐτῆ μέχρι συντιθέντα
Κειμήλιον Κειμηλίων,

Στροφὴ β.

Τοῦτο δὴ καταλειπὲν
Γερουσίᾳ σεβαστῇ,
Ισαῖος ὡς Οδυσσεῖ,
Φρουρέων Οβείδιε
Αγλαότιμον ἔπιπλον αὔξεις.
Τὸν Κοσπιαῖων ἦτω Φερδίνανδον
Δαψιλοῦς λειπεῖτα τ᾽ ἐς Αλδόβραύδει-
α ζηλόων ἀφειδίης,
Γνώρισμα φαιδρὰς τῆς φιλοδοξίας
Πολλὸν ἴδως ἐν τῇ πείραις φιλοπατρίδος ἀστῦ.
Σπουδαῖον κοινῇ διὸ σε,
Οὐ μοῦνον υἱὸν, ἀλλά πατέρ᾽ ἔχει πάτρις.

Antiſtrophe I.

Splendidam Genitricem
Cantabo te *Aldobrandi*,
*Ouidij*què inſignium.
Nil eis, ò Vrbs potens,
Iactaſti præſtantius vnquam.
Vterque par eſt alteri, Medentum,
Seù Duces ambo fuerint Sophorum
Doctiſſimo in Collegio.
Siue vniuerſæ iam Sapientiæ
Dogmata prodiderint tua per celebrata
Seù condendo Libros, ſtabiles (Lycea,
Notas docendis poſteris tranſmiſerint.

Epodus I.

Sed quis neſcit Vlyſſem?
Non tam notus Homericus.
Plus, quàm mari vagus,
Eſt, qui vagatus eſt quorumque cauſas
Scrutando, maximuſquè
Ad quem migrarunt vndique,
Ceù docto obſequioſa Viro,
Naturæ omnigenæ dædala pignora,
Vnde Muſēum Patriæ reſultat,
Muſēa cui prima inuident.

Strophe II.

Hoc ſed inde relictum
Senatui verendo,
Ceù par *Vlyſsis*, *Ouidi*,
Dum tueris, ipſius
A te creſcit clara ſupellex.
Tu *Coſpij* perinde *Ferdinandi*
Rebus augendis ab *Vlyſſe* lectis
Zelatus amplitudinem,
Frequens dediſti Magnificentiæ
Signum, inconciues vel vbique operoſus,
Publica tam curans ideò (amandos.
Te plus Patrē, quàm filiū Patriæ probas.

Ant1.

Αντιςρ. β.

Ταῦτα μὲν πολυκλειτά.
Σαυτὸν δ' ἐπεὶ διδακτῶς
Σὰ πολλὰ συγγεγραμμένα
Εκδίδοντα σκέπτομαι
Τοὔνομ' ὑπ' ἀλλόξιον, καὶ ἐπειδὴ
Τὴν δόξαν ἄλλων σῆς ὑπὲρ ὁρίζῃ,
Γηθίων θεῖε πλέον Αλδοβραίδε
Πολυςόμῳ φήμῃ φέρειν
Οσ' ἐκφανίζεις τῶν περὶ Δενδρέων
Τέρπνα, τὰ πότμον ἀφαρπαξαθεὶς οὐκ ἐδυνάσθα-
το προσεπαγγελθέντα γράφειν;
Σε πόσθ' ὑπερθαυμαςὸν ὀλίγου δεῖ.

Antiſtrophe II.

Hæc quidem inclyta multum.
Sed temet vt diſertè
Quæ lucubraſti plurima
Publicantem adrumino
Nomine non proprio; cumq; hinc tibi
Suprà tuam laus extera æſtimetur,
Et probes dij magis *Aldobrandi*
Famæ eloquenti ſubdere
Iucunda quotquot de Populo Arborum
Promis, quæ is nequijt ſublatus morte ra-
Scribere, quanquam promiſſa; (paci
Suprà modum te mirer ex tunc eſt opus.

Επῳδ. β.

Νῦν ΘΟΥΝΟΙΟ παριςά-
σθω, σέρνη περιπορφύρῃ,
Σέπτῃ ζαδωρία:
Εςω τε πυῤῥήνοιο δαψιλέςε-
ρος αὐτὸς ἱπποτοιο.
Χρυσωρυχεῖα πόσ' ἔχει,
Κἂν ὑπέραντλα, μὴ ἀρκείτω
Αὐτῇ πρωτοθρόνῳ τῇ μεγαθυμίᾳ.
Δεξίων ἀνδρῶν μὲν ἔρυμα τακτὸν,
Εςω τεκῦδος ἄαπετον.

Epod. II.

Nunc THVNI in medium aſtet,
THVNI murice fulgidi,
Auguſta Libera-
litas; & ipſe Mecœnate magno
Maior profuſius det.
Venæ, quot auri poſſidet,
Non hauſtæ, vix ſufficiant
Eius primithronæ munificentiæ.
Eruditorum columen, decuſquè
Sit inde vbique maximum.

Στροφ. γ.

Δενδρικῶν διὸ τούτων
Πόνων ἐπαξιώτε-
ρος ἦ. τί οὖν! μεταξὺ νῦ
Τὴν ἀθροίζει οὐσίαν,
Ην ἔμπα θέσει οὐδενὶ δωρεῖν,
Αεὶ τυχαῖόν ἐςαι πᾶν ἐλευθε-
ρώτατος πόλλοις ἐπιδαψιλεύ-
ῃ; τὴν τύχην ἀλλοξίαν
Επείδ' αἰαύξει τοῖσι τυχοῦσι, δεῖ
Πανςρέπτοισιν ὑπῇ δωρήματα τοῖα τύχαισιν.
Ο'ταν δόσιων αἰώνιον
Μνημεῖον ἐςιν, ἐςι δῶρα πτώσιμα.

Strophe III.

Hinc & *Arboreorum*
Huiuſmodi Leporum
Sit dignior; quid hinc? Bona
Mentis ipſe congeret,
Quæ tamen haud poterunt dono dari;
Eruntquè Casùs quæque conſueuit
Plurimis dextrà dare liberali.
Dum proximi ſic conſulit
Sorti, neceſsè eſt ſint Mediantia
Subdita Fortunæ, ad libitum quæ ſubdita
Gloria donandi ſiquidem (verſat.
Non occidet, ſed occidet quod eſt datum.

Ἀντιστρ. γ

Τιμιώτερον οὐθὲν
Φήμης, διδακτικοῖσιν
Ἥς τὶς πόνοισι τυγχάνει.
Σέπτερος Μακηδόνος
Νῦν μεγάλη διὸ τ̃ σοφίης πρόμος,
Κεῖνος σταγείρας ξισμέγιστες ἀστὸς.
Σέπτερος τύφλος Κολοφωνίων φῶς,
Οδυσσέος, καὶ τῶν ἀγῶν,
Οὓς ᾖδε; τοῖον τὐνόματος σέλας,
Οπποτε τὶς παρὰ τῶν χαρθέντων ἄξιος αὐτ̃
Εκπελε, προσκρίνειν ἄλλοις:
Γενναιότητος τῦθ᾽ ὅλης ὑπέρπεται.

Antiſtrophe III.

Æſtimatius eſt nil
Famà, pereruditis
Si parta ſit laboribus.
Grande nunc Macedone
Maior propterea Sapientiæ
Dux, Ciuium ter maximus Stagiræ.
Clarior cœcus Colophonis ipſo
Vlyſſe, quouis & Duce,
Quem panxit. Huic par nominis vt iubar
Pallade promeritus quiſquã, eſt laudẽq; fe-
Non ſibi, ſed confert alijs: (quentem
Generoſitate maius hoc eſt qualibet.

Επῳδ. γ.

Τοῦτο δράοντος, ἐπεὶ δ᾽ Αλ-
δοβρανδοιο τὰ Δενδρικὰ
Ποιεῖς, ἃ γέγραφας,
Ως μαρτυρήσω τῶν μόθων ἑταῖρος,
Βροτῶν, Ορειόλδικε,
Τίς ἔστι συμφερτὸς σέο!
Μηδεὶς, πλὴν Αλδόβρανδον
Μείροντα σὺν σῦ τὐνόματος κλέος,
Εἵνεκ᾽ ἀλλήλων μὲν Ορειόλδικος,
Σὺ δ᾽ Αλδόβρανδος διδοχῆ.

Epod. III.

Qui præſtas, *Ouidi*, iſthæc,
Aldobrandica dum facis,
De Gente quæ Arborum
Tu lucubraſti, vt qui comes laborum
Fui, cuique teſtor,
Quis conferendus eſt tibi?
Nemo, niſi eſt *Aldobrandus*,
Suum tibi qui participat decus,
Vndè *Montalbanus* is alter, & tu
Nouus *Aldobrandus* crederis.



Quos

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRITII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ,
Naturalis ſcilicet Plantarum Hiſtoriæ de Arboribus
LIBER PRIMVS.

VNIVERSALIA PROLEGOMENA.

A

INTRODVCTIO O. M.

GRANDE quidem Onus, cui Milonianum vix ſufficeret Robur, numeroſam, & perarduam Aldrouandeæ methodi ad Normam congeſtæ important Eruditiones. Debillimos illud Ingenij mei Artus tantæ nimis impares grauitati prorſus oppreſſiſſet, niſi efficaciſſimum, & lene Virorum ſummæ Auctoritatis me huiuſmodi ſuſcipiendam ad Prouinciam coegiſſet, ac animaſſet Imperium. Ancipiti duorum monoſyllaborum adhuc hærentem in Biuio hinc Lyricus me compellauit Vates *tu cede potentis amici. Lenibus imperijs.* Hincquè panegyriſtes Poeta, vt ingentem hanc Syluam animoſus intrarem impulit.

Auſon. Idyl. 12. eſt, & non.

Horat. l. 1. epiſt. 18.

Non quiſquam fruitur veris odoribus;
B *Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,*
Si fronti caueat, ſi timeat rubos. nec ſudoriſici mei me pœnituit aſſenſus.

Claudian. in Nupt. Hon. Epithal. 4.

Rectiores, magiſque tutas procedendi opere in hoc Dendrologico Semitas à nemine antehac fortaſsè tritas Meduſæorum Monſtrorum immaniter latrantium abſque pauore Iatrìa, Sacra Themis, & Aſtræa liberali meipſum complexæ Fauore demonſtrarunt. Hæ, apud quas Herbariæ rei Genialis meus Amor longum per annos 50. curriculum ſæpè diuertit, (quia ſyluas habitare Muſarum in conſortio illæ eędem non erubuerunt) Ethica humanæ vitæ Præcepta Arboreis

floribus, folijs, libriſque naturaliter inſcripta oſtenderunt, Phyſicaque Ænigmata placidiſſimis à Poetis haud inutiliter exornata iuxtà Votum Platonis in Dialogo de Voto,& non tam Græco, quam Latio, Italoque ſub Idiomate exarata Lignorum per Caudices adducere docuerunt. Omnis demum Generis eruditiones à Scientificorum quorunque doctioribus monumentis diligentiſſimè conquiſitas, vt proſperæ fortunæ ornamentum, aduerſæque refugium maximi oratorum Tullij teſtimonio fierent, ipſarum Arborum ſtipitibus glorioſè appendere inſtruxerunt. Cumque nihil ſciri exactè poſſit, (vt conſtans Peripateticorum fert ſententia) primarum cauſarum vſque ad elementa diligentiori abſque perueſtigatione præhabita, in hac ſciendi emenſa latitudine inuentu facile credidi illud optimum, cuius ignorantiam malitiei diuitem pronunciauit Ariſtotelis præceptor in Alcibiade ſecundo. Omnes præterea Virorum ordines à maximâ vſque ad minimam intelligendi capacitatem alloquor. Vndè notionum innumera quodammodò aduocare Argumenta rei pretium venit; ità vt vix inueniendum aliquem credam, cui nonnihil placiturum ſit, cuius gratia cætera diuerſis guſtibus gratificatura minimè ſit improbaturus. Geoponici, Seplaſiarij, Architecti quicunque, & Materiarij contenti ſint, vel educatione ſimplici Arborum, vel compoſitione cognita, aut reſolutione, & vſu practico; Philoſophiſque ſpeculationes formarum; Medicis alteratrices vires; Moralitates Ethicis, atq; Politicis; Myſtica, Hieroglyphicaq; Poetis, & Oratoribus; Fabulas, ſuperſtitioneſque ſeriò explodendas Polyhiſtoribus; Cæteraque conſideranda curioſioribus Ingenijs relinquant. Hinc ergo à Rationalis, Naturalis, Mathematicæ, Ethicæ, atque Ciuilis, necnon Diuinæ Sapientiæ penitioribus Penarijs documenta Botanicis applicita negotijs haud auara manu depromere ſtudium inualuit, quæ ſinceritatis ſaltem, & doctrinalis ordinis clarioris, & fructuoſioris æſtimanda pretio reor. Dum enim contenditur ſuauiſſima caſtigatione mores componere, mentesque facillima inſinuatione erudire, extollitur Innocentia, & Veritas amabilior redditur, vitiorumq; deteſtandæ Idololatriæ promeritarum pœnarum ad ſcopulos alliduntur. Magnam porrò facilitatis partem ab ordine docendi aptè inſtituto reſultare nemo inficias ire poteſt; Apodicticæ nanquè Diſciplinæ concluſionum omnium euidentias à recta Mediorum in Demonſtrationibus eruunt diſpoſitione. Ordinem ideò ſequentem à Fructuoſitate Arborum, tanquam à fine proprio earundem petere ſtabilitum eſt. Varia proculdubio fructificandi vis ſpecificæ cognoſcibilitatis legitima in Arboribus pares habebitur, quippe quæ leges inter primordiales locum mundi ab exordio obtinuit prima vitæ Hominum benigniſſima ſuſtentatrix. Tres igitur cum ſint fructuoſitatis eſſentiales, ſimpliceſque differentiæ, quæ Cibum, Potum, & pingue Veſcum ſuppeditant, quas aliæ deindè mixtæ ſequuntur, ex quibus Humano Generi variæ, ac diuerſæ cõmoditates reſultant tribus claudere cuncta cogitaui Voluminibus, in primo quorum tripartito, in Syluam ſcilicet Glandariam, in Pomarium, & in Oliuetum de Alphiteis, hoc eſt farinoſi fructus Arboribus, in ſecunda partitione mox de Potomijs, & ſucceſſiuè in tertia de Elæophoris agetur, quæ in ſuas ſingulæ in proprio Genere ſpeciales ſpecies diſtinguentur, atque in eruditionum variarum Rubricas ſubdiuidentur, eo modo quem ſapientiſſimus noſter Aldrouandus in operibus à ſeipſo compoſitis, & euulgatis obſeruauit; in ſecundo autem Volumine Arborum Lacrymantium, Spinoſarum, & Miſcellarum; in tertio, atque poſtremo de Suffruticibus, atque Herbis ſimpliciter, & propriè dictis, exarabuntur Hiſtoriæ, in quibus melioribus fortè adſpirantibus fauonijs amœniſſima ad Prata ſpatiabimur, Hortoſque ingredíemur olitorios, & voluptuoſos; & demum in Agros latiores migrabimus. Alphabeticum explicãdarum, tum Arborum, tum Herbarum ordinem magna non abſque ratione omiſſum facere placuit, cum in eo tranſitus de Genere in Genus plerunque fiat, plurimaſque detur offendere dubioſiſſimas æquiuocationes, quæ difficultates ingerunt quammaximas, in noſtro præſertim tractandi eruditiones à natura rei, & non à ſolo nomine petitas modo, vbi partes cohærere debent ad inuicem, & realiter ſubſtantialiter, minimeque ſuperficietenus complicari. Indiuidualem

Difficillimũ eſt omnibus placere poſſe. Plutarc. in Solone.

Scriptorum chorus omnis amat nemus. Horat. 2.epiſt. 3.

Vt plantarum ſemina; ſic Hominũ vita: Plutarc. in Apophs.

E F G H

A dualem mihi congenitum scribendi stylum materiebus repræsentandis eo meliori quo valui modo accommodaui, nunc planius, nunc elatiusculè procedendo; & vtinam Præceptorum olim meorum, quorum summè veneror memoriam Io. Corn. Vteruerij, & Bartholomæi Ambrosini præclarissimis adamussim insistere valuissem vestigijs. Cœterum mi lector, Boni amator, & æqui, quem minimè latet *quid distent æra lupinis*, quique probè nosti quam difficultatem inuoluant, ταῦτα τοίνυν tuæ beneficæ commendatur humanitati liberalis mearum imperfectionum venia; sic enim illud Seuerini dictum praxi demandabimus.

Plin. Iun. l. 4.

> *Qui serere ingenuum volet agrum*
> *Liberat prius arua fruticibus,*
> *Falce rubos, filicemque resecat.*

Boeth. l. 2. metro.

E X O R D I V M,
Seù Dendranatomes.

B

PRimis hisce nostris Arborearum Enarrationum in Ianuis sese offerunt Vrbanitas Arborum, hoc est tractabilitas, necnon syluestris, & effera earundem naturalis conditio consideranda, iuxtà Botanicorum Coryphæi sic scribentis Doctrinam: *Naturalis quædam differentia protinus in Syluestrium, Vrbanorum què genere nobis sese offert &c. Vrbanum autem, & Syluestre vocitare debemus redigendo, tum ad prædicta illa, tum vel maximè ad id quod omnium Vrbanissimum esse constat. Homo autem, aut solus, aut maximè omnium Vrbanum est*; illæ nanque Arbores nostræ cognitioni sese facilius insinuant, atque nostris commodis, & vtilitatibus se magis dedunt, quæ sub terra minus otiantur, & humanitatis quandam speciem præseferunt, vti medicorum parens Hippocrates testatum reliquit, *quemadmodum igitur* (hæc sunt illius verba) *Arbores rationem non habentes hoc tempore* (nimirum hyeme) *præparant sibi ad æstatis commoditatem, tum incrementum, tum Vmbram, sic oportet hominem: quum sanè mente, ac ratione præditus sit, carnis incrementum salubre sibi præparare.* Neminem adeò stupidum inueniri ob hoc crediderim, qui naturalibus facultatibus, atq; instrumentarijs actionibus Arbores audeat spoliare, in quibus distincti, & certi quidam fines obseruãtur, qui plus, minusuè delectabiles deprehenduntur. Plantæ igitur omnes, maximèque Arbores similaribus non solum, sed compositis cõstant euidentissimè partibus, quas ratio demonstratiuè suadet, conuincitq; αὐτοψία; dicamus igitur cum Plinio, & alijs doctissimis viris dari, & reperiri debere in Arboribus calorem in primis innatum, viuificum, elemento stellarum respondẽtem, à quo prouenit Actio quæuis vegetatiua, & insuper Humores alimentales, necnon excrementitios, tanquam primum passiuitatis subiectum, Instrumẽta dein Venarum nutritiuis succis deferendis naturaliter destinata, intrà quarum cauitates ijdem succi concoquuntur; Neruos insuper, non motorios, neq; sensorios, verum durabilitatem obfirmantes; Ossa præterea, Carnemque pro Arborea mole contexenda, sustinendàque fabrefacta; Cordis quoque Viscus proportionale, seù Matricem, tanquam principalem Animæ sedem, & illius diuisibilitatis, necnon femineæ generationis fontem, quas omnes centrales partes ambiunt illæ, quæ circumferentiæ rationem subeunt, vt Cutis exterior cum sua Cuticula, Membrana cui subest carnosa, in aliquibus Arboribus multiplex, siuè in sui crassitie diuisibilis in plurimas bracteas, vel laminas ad modum paginarum in Libris. In quarum Arborum totali conformatione, Artus quoque, tum maiores, tum minores dantur, vbi aliæ partes, quas Sensoria symbolica, & cœca quodammodo vocare poterimus, recognosci possunt, vndè aliquam in Arboribus partem Caput, & Cerebrum appellamus, aliam Pedes, & sic Brachia, Coxendices, Digitos, Vngues, Capillos, Aures, & Oculos sæpè sæpius adnotamus; quæ omnia faciunt totius ad Arboris perfectionem, vegetatiuumque nobilissimum complementum. Et quia patent cuncta hæc facillimè semiputrida præcipuè li-

Theophr. l. 1. Hist. pl. c. 6.

Hippocrates l. 2. de diæta.

Arist. Phys. l. 2.

Ant. Miz. in Dendranat. Plin. l. 16. cap. 38.

Arist. l. 1. de Pl. c. 2.

C


D

gna ſecanti, ſub qua diſpoſitione partes ab inuicem diſſidere, & ſegregari cum accidentium omnium variatione incipiunt, vnicam hanc delineationem pro aliarum exemplo explorandarum ſatis duximus proponendam, in qua Os duriſſimum, Caro, Nerui, Venæque, & Muſculi per bellè apparent: ſic Plantæ omnes, & Arbores Dermata, & Epidermata, cutaneas ſcilicet, atque cuticulares partes, veluti faſcias totius conſeruatrices habent vitæ, vbì naturales omnes facultates vigent, & proprijs mediantibus organis exercentur, varijs què illæ prærogatiuis tum ſpecificis, tum indiuidualibus inſigniuntur; cum autem circũferentiales partes viſibiles cunctis ex ſe pateant; ſicuti, & Brachia græcis *Acremone*, Humeri, & Axillæ proportionales *Maſcalæ*; digiti, *Thali*, vltimique Termini *Termites* dicti fructuoſitati expãdendæ, ſuſtinendæque, & dimenſionibus omnibus ad inuicem proportionatè nectendis deſtinati, centrales ſolum partes indigitabimus, in quibus calor implantatus, necnon influens recipiuntur, fouentur, actuantur. Primo igitur in præſenti figura litera A carnem lignoſam oſtendit; literæ B D meatus venarum, neruorum, & poroſitatum pectinatim excurrentium commoſtrant; literà C oſſa indicat duriſſima, quibus ſuam iactat durabilitatem Arbor, litera E muſculos ad ſoliditatem haud localiter flexilem factos à natura ob oculos ponit. Notandum tamen eſt Animam, quæ in toto ſeruatur, etiam materialiter, hic exprimi non poſſe, nam in centro quarumcunq; partium èſſentialium, & fundamentalium ratione magis, quam oculis

E F

In toto corpore Arborum, vt reliquorum Animalium cutis, ſanguis, caro, nerui, venæ, oſſa, medullaque, &c.

Plinius lib. 16. cap. 38.



ipſis

A ipsis depræhenditur, dicentur adesse vbi diuisibilis,& conseruabilis erit,& vbi substantifica humiditas ab alimentali poterit resoueri; licet centralis,& medullaris pars in pluribus Arboribus notabiliter distincta colore, atque duritie à reliquis partibus appelletur communiter *Anima*. Operætamen pretium facturos nos esse credidimus si vnamquamque præmemoratarum partium theoricè explanaremus. Patet equidem Ore, & Oesophago (vt hinc nostram ordiamur Dendranatomen) multiplici præditas Arbores esse, quæ minimarum hiatibus radicum innumeris, per modum tamen vnius se habentibus, cibum terrenis è mamillis exugunt, illumq; dum excoquunt regulatè admodum, sibi quoq; ad longam ætatem assimilant, ex quo irrefragabile sobrietatis exemplar fiunt; hinc scitè admodum Musonius *sicut Planta ad perdurationem, non ad voluptatem aluntur; sic Hominibus vitæ producendæ causa, non voluptatis victus esse debet*. Quam laudabilem sobrietatem felix fœtuum procreatio, atque educatio solet sequi, quod fortassis innuit Lucretius, ità canendo.

Ap. Stobeŭ

l. 1. de nat. rerum.

B

Crescunt Arbusta, & fœtus in tempore fundunt,
Quod cibus in totos vsque ab radicibus imis
Per truncos, ac per ramos diffunditur omnes.

Arborea hæc ora triplicem succorum energeticam speciem ex Aristotelis doctrina admittunt *primam è genere Terræ, alteram ex Aquæ genere, tertiam ex Ignis genere; à Terra enim fixio Plantæ est, ab Aqua coagulatio, ab Igne fixionis vnio*, & est æquè ac diceretur Melancholicum in Plantis adesse Humorem, Pituitosum, atq; Biliosum, qui massam sanguineam constituunt, ad sanguinem pro quarto humore sumptum non respiciendo, nisi vel in floribus coloratis, & fructibus, vel in lignosa lacrymatione dulcis, aerei, pinguisvè liquoris. Ex quibus omnibus succis parenchimatosæ partes per solam affusionem, quam erasistratus παρέγχυμα vocabat, roris, cambij, & glutinis coalescunt. At quæ sunt oculis subiecta magis fidelibus hinc ad se nos raptim vocare videntur. Extima totius corporis Arborum pars cutis scabra plerunque, & ab intimioribus plus, minusuè separabilis partibus, à quibus suam trahit originem maximoperè nerueam, cuncta tegit incorruptè, tueturque, & ibi solum peruia est, vbi germinibus egressus tenerrimus datur, prǽter inconspicuas porositates viuenti transpirabilitate necessarijssimas. Arborum porrò dignitatem non modicum ostendit erecta Stipitis, seu Caudicis statura ingens, in medio cuius Mathematico physico, idest in centro quantitatiuo, & Virtuali simul in Arbore per fectissimo, cylindrico nimirũ adamussim producto viscera locantur, à quorum linea centrali extenduntur hinc inde ramositates coxendicum, pedum, brachiorum, digitorum obliquè, & arcuatim Cœlum spectantes, orbicularem collectiuè sumptę, vel pyramidalem affectantes figurã, quas Generalissimas Arbores si describere, seù definire vellemus Eresio principaliter esset adhærendum. *Arbor est quod ab radice, caudice simplici, ramosum, nodosum, surculosum, haud facilè dissolubile assurgit*, seù *Arbor est Animatum Corpus procerum, peramplum, organicum, solidum, primo alendi, & generandi præditum facultate ex se ipso, & non externa* (quicquid dixerint stoici) *suarum habens initia actionum* Arboreæ mox cuti quæ subest Tunica superstans ligno, vel est Scissilis in tenuissimas, & plicabiles bracteas, quæ liber propriè dicitur; vel Nebilis in lanugineam, papposam, flocciformemuè substantiam facillimè transiens, membranæ in Hominibus carnosæ, vel duplicibus Caluariæ menyn gibus similis; Musculosa dein Arboris substantia lignum propriè vocitatata sese offert consideranda, quam Græci ob id λύχνον, & Hebræi eb hoc est lumi nis conseruatricem propter illius conbustibilitatem, & luminosæ flammę cœceptum, cui succi quandoque suggerunt alimentum lenti, pinguesque ὀποὶ; illa corpulẽtiam non modo tribuit Arbori, sed fortitudinem, & durabilitatis robur eximium, quo mediante motus cuiusdam localis, saltem secundum quid, contrà ventorum præcipuè perfringentes violentias, particeps euadit, & dum versus Arboreum firmissimum principium eadem pectinatim fibrosa musculorum substantia mouetur COR ipsum tueri atque defendere naturaliter nititur, sic enim decet Membrorum Regem ad vitam vegetatiuam conseruandam custodiri, quod viscus à cæteris sensibiliter

Arist. lib. 2. de Pl. c. 1.

C

Arist. lib. 1. de pl. c. 3.

Theophr. l. 1. H. pl. c. 3.

Costaus de Vniu. st. nat. l. 1. c. 5.

D

Gal. in dèfin. m.

Columel. l. 1. c. 3.

biliter, vt plurimum, dignoſcitur partibus, ſemperque ratione percipitur; illud nanque medium vegetabilitatis, & germinationis ſemper occupans carne duriori parēchymatoſa, & ab alijs partibus aliqualiter diuerſa cōſtat, cui ſi marcor, & morboſa contingat abſumptio, quæ fluorum fletus excitet, ſeu torulos internos vitæ tortores aduocet proximiori parti Arboreæ proprias demandare ſolet vices, itaut ſola etiam cutis officia cordis exercere ſolita ſit, vt patet in Arboribus quæ canceroſa concameratione ligneam totam amiſere ſubſtantiam, & ſola cute permanente vegetationem ſuam continuant. Cordi concordant reliqua viſcera Matricis, Lienis, & Iecoris, quæ cum ipſo realiter identificata vnum conſtituunt corpus pluribus præditum facultatibus, atque virtutibus; nam̄ Cordis eſt ſeminales conceptus dirigere ad vitam, alimentales ſuccos ad tranſmutationem promouere, & reliqua munia vegetationis perficere, & ideò Botanicorum Princeps Theophraſtus cordis, *Matricis*, atque Medullæ nomina in Arboribus confundit, vocando centralem omnem Arborum partem *Miran*, & *Cardian*, atque *Melon*, hoc eſt *Matricem*, & *Medullam* ex verſione Gazę ſecundum Hermolaum; Quam partem Vir præclariſſimus Cardanus generaliori vocabulo *matricem nutritionis*, ſeù *matrem*, & totius Plantæ benignam *Altricem* nuncupauit, & practicorum integer cœtus popolari ſubſcribens voci *Animam* appellauit; Hæc ea eſt, quæ Cylindricas caudicum Arboreorum Machinas, nè ſub inquieta ſtatione labaſcant conſeruat, eademquè motiones omnes naturales varijs, & diuerſiſſimis inſtrumentis mediantibus, vel aereitati ferè ſimplici, quemadmodum in Arundine proximis, vel ad ferream duritiem accedentibus, vt in Mytrodiris Iauæ minoris Arboribus perficit. Clarum equidem eſt cūctis Arboream hanc Extiſpicinā fauores, vel iniurias Cœli aptiſſimè poſſe detegere præcedentes, & futuras prædicere ſi omnes, & ſingulæ partes in Arboribus ſpeciatim perpendentur in annos, ſtante Prouerbij illius Geoponici probatiſſima Veritate *Annum producere fructum non aruum*; plus enim debemus in fructibus recolligendis Cœli agentis benefico influxui, quam Terræ paſſiuè obtemperātis oblato pabulo; nam Sol ipſe Vernus verus Temporis noui Parens, omniſq; viuidi viroris efficiens cauſa Herbaceas *Gemmas*, atque *Turiones* ſeù *Tuores* Vitali propria ditat luce, vt illis tanquam fertilitatis oculis futuram Annonæ copiam perſpicere, atq; tueri valeamus, hincque dementes, atque crudeles iuremerito cenſeantur germinum huiuſmodi præciſores, & luminum floridorum peremptores.

Inuidet Arboribus crudelis lumina demens,
Germina qui cædit, concutit, atque rapit.

Gemmatis ab vtriculis hiſce prodit feliciſſimè coloratus, & odorus Flos, *Tantus Veris honos, & odora gratia Floræ*; Vbi prouidiſſimum naturæ Genium, fœcundiſſimumque illius coniugium in quinis, & ſeptenis coloratis, odoratis, nectareiſque datur admirari foliolis, ceù multiplicatis Bonorum omnium largitoribus liberaliſſimis, quem ſenſum ſequenti expreſſimus Diſticho.

Omnia ſunt tria, ſed mage ſunt quina omnia, ſeptemque
Omnia; nam fundunt terque, quaterque bona.

Suum quoque ſpei plena Folia vſum Officialem oſtendunt, quæ ocularium palpebrarum, atq; capitis, menti, cutiſque, pilorum ad inſtar floribus venuſtatem, fructibusque ſapiditatem fouent, atque diurna, & annua conuerſione ad ſolem omnes iiſdem perfectiones è Cœlo pendentes accerſunt; nec Spinæ otiantur aſperæ, Lanugineſuè molles obdormiſcunt; nā iniurias furaces iſtæ propulſant, atq; contemnunt; dumq; innumeras fructuum figuras, & mollia mixta duris in eorundem fructuum compoſitione aperire, & indicare videntur, penitiorem quoque Animæ Arboreæ cognitionem nobis inſinuant, cuius Actus *Phyton* dictus conſiſtit, ex Leucippo, aliiſquè Philoſophis in Ætherei viuacis caloris portione quadam, atque vapore benigno, & blando amicè iunctis, paulò infrà ſenſibilitatis efficientiam, ità vt Arbores ſenſibilitatis vltimo in confinio valeant locari; quandoquidem

Infima ſupremi tangunt ſuprema ſecundi;
His Virtus ſimilis ſemper ineſſe ſolet.

Marginal notes: *Vitruu. l. 2. Architect. c. 9.* — *lib. 1. Hiſt. pl. c. 4.* — *Columell. l. 12. c. 48. & l. 4. cap. 24.* — *Apuleius de Deo Socratis* — *Hippocrates de nat. pueri.* — *Martialis l. 6. ep. 80.* — *Eraſmus in chiliadibus* — *Ruell. de nat. ſt. l. 1. c. 10. Colum. l. 3. c. 17.*

Den-

A Dendranatomicis hiſce innixæ fundamentis Hiſtoricæ hæ noſtræ Perquiſitiones doctam ſtudioſorum curioſitatem vtiliter fortaſſe paſcent, vbi ab vniuerſalioribus ordine naturæ exorſi, idest à manifeſtioribus nobis, ad manifeſtiora naturæ, Vniuerſalia ſingularibus præpoſuimus, cuius inſtituti Peripatetici ratio expoſtulat, vt Vniuerſaliſſima ipſarum Arborum Prolegomena pertractemus,& ad ſpecies deindè declarandas deſcendamus; habebimus ergò in ſubſequentibus Rubricis ſermonem de Generibus, & Differentijs Arborum; mox dè Nominibus, Etymologijs, Æquiuocis, Denominatis, & ſucceſſiuè de Epithetis,Mirabilibus, Prouerbijs,Problematibus, Hiſtoricis, Moralibus, Legalibus, Superſtitioſis, Prodigioſis, Monſtroſis, Fabuloſis, Præſagijs, Inſomnijs, Hieroglyphicis, Myſticis, Emblematicis, Symbolicis, Numiſmatibus, Inſignibus, Vſibus medicis, Alimentoſis, Oeconomicis, Veſtiarijs, Architectonicis, & Domeſticis,in Militaribus, in Ludis, in Ciuilibus, in Sacris, in Re nautica, inque Coronis.

Ariſt.l.1. Phyſ. t. 2. & 4.

B

GENERA, ET DIFFERENTIÆ Arborum in Vniuerſali.

GEneraliſſimum Genus Arborum comprehendens Plantas omnes lignoſas, duras, proceras, craſſas,hætenteſque ſolidiſſimè Solo diuiditur primò in Arborem grandem, ferròque intactam, atque in Arborem fruticantem, ſeù Arbuſtatam, cæduamuè; ſubalterna hæc ambo Genera in Syluestres,feraſque Arbores, & in Hemeras hoc eſt mites, ſeù ſatiuas, atque domeſticas, vel hortenſes; & tam hæ, quam illæ ſubdiuiduntur ad huc in maſculos, & fœminas ſecundum Ariſtotelem ſic loquentem *Differentia quoque ſylueſtrium Plantarum, & Hortenſium per maſculos diſcernitur, & fæmellas, vbi quaque ipſarum per proprietatem, quæ* C *eis ineſt cognita fuerit; nam maſculus ſpiſſior eſt, ac durior, plurimis ramis abundans, minus humectus, celerior in maturationem, habetque folia differentia, & ſurculos; fæmella verò hac minus habet.* Ridiculum tamen eſt, quod aliqui credant Arbores mares, & fœminas radicibus ſubterraneè coniungi ad fœcunditatem, & quamuis Ariſtoteles viſus ſit huic opinioni aſſenſum præbuiſſe, dum dixit Arbores fructum ferentes adiuuare ad maturandum, ſaltem eas, quæ infructiferæ ſunt omnimodè, vt inter Ficum, & Caprificum euenit; diuerſum tamen inferius palam eſt profeſſus dicès in Plantis facultates maris, & fœminæ miſceri,nec marem à fœmina ſeparari, quamobrem ex ſe ipſis progenerant, nec genituram, ſed conceptum tantum emittunt, qui ſemen vocatur; Ægyptij, Diodoro Siculo Autore, contrà græcorum morem Arbores fructiferas mares appellabant, fœminas verò maturitatem tantum adiuuantes; Prædictæ verò ſubdiuiſiones primæ in tot alias partiri poſſunt diuaricatas differentias, quot partes ab inuicem diſtinctæ realiter habentur, tam D perpetuæ, vt Radices, Caudices, Nodi, Rami, Cortices, Ligna, Medullæ: quam annuæ, ſeù caducæ, vel actu, vel potentia tales, vtpotè integrantes quidem Arborem, ſed non eſſentialiter, & abſolutè illam conſtituentes, vt ſunt Folia, Flores, Fructus,Semina &c.nam poteſt ſine his dari Arbor,at minimè ſine caudice &c. quò ſpectat illa de Plantis Ariſtotelica doctrina: *Differentiæ Plantarum in ſuis partibus cognoſcuntur pulchrè,vt & figura ipſarum,tum ex colore,tum ex raritate,& ſpiſſitudine, aſperitate, vel lenitate, tum alijs omnibus quæ ipſis accidunt differentijs.* Et vt à primis differentijs exordiamur: Radix græcè ῥίζα ſic definita à Theophraſto: *Radix eſt id, quo alimentum attrahitur*: oris officium præſtans, illique aſſimilata ab Ariſtotele; vndè Plantarum radicatio à Botanicis dicta fuit *Oris extenſio*, ſicuti Terra à terrendo fuit appellata, quam multi Proſerpinam vocauerunt, quia radices in ea proſerpunt,& tanquam pedes quoque,ſecundum Mizaldum,figuntur;Illæ, autē,vel Amaræ ſunt,vel Dulces, vel Suaueolētes,vel Graues,ſecundum Theophr.

Alciat.in L. ſylua cad. de Verb. ſign.

Plin. l. 16. c. 20.

Ariſt.l.1.de pl.c.3.

lib. 1. de gen. Anim. cap. 1.

lib. eodem cap. vlt.

l. 1. de pl. c. 3.

l. 1. Hiſt. pl. c. 2.

Ariſt.l.1.de pl.c.2.


quas


Theophr. l. 9. H. Pl. c. 13. Plin. l. 16. c. 32.

quas Plinius ità diuiſit, *Magna, & Radicum differentia; aliæ ſunt copioſæ, breues, & anguſtæ, ſingulares, craſſiores, & inæquales, ramoſæ, carnoſæ, profundæ; aliæ per ſumma ceſpitum deſcendentes; aliæ recto meatu; aliæ flexuoſo; aliæ minutis capillamentis hirſutæ, è quibus Montani pratenuia fila decerpentes, ſpectabiles lagenas, & alia vaſa nectunt, aliæ ſunt maximæ ſpatio, atque plenitudine, quadam ſunt viuaciores in ſuperficie &c.* Arborum quædam radices etiam reperiuntur, quæ ità complexæ viuunt ad inuicem, amantque connecti, vt cratem quandam conficiant, & ſepem ſupinam, quæ profundis aquis ſolo euulſa poſſet ſuper natare, & ex raptu fimi vliginoſi vagantis viuere; cuiuſmodi fortaſſis erant Arbores illæ, quas minimè radicatas, ſed erectas ſomniauit Lucianus, dum ſcripſit: *nos autem arbitrabamur continentem eſſe, verum erat Gurges, cui fundus non erat, Arboribus, quæ*

lib. 2. ver. hiſt.

Reticulum Arachnoide paluſtre ſubtiliſſimũ, quod pro exemplo maiorum Radicum complicatarum exhibetur.





CONFERVA PLINII. *lib. 27. c. 8.*
Filorum inuolucrum, quod conferruminat Oſſa Dant Fluuij; an vitæ ſtamina nere ſciunt?

Hanc muſcoſum Acerumvocat Ruellius *l. 2. de nat. ſt. c. 133.*

radices non habebant conſitus; ipſæ tamen Arbores immobiles ſtabant, ac erectæ, ac ſi ſupernatarent; Sed rè vera dantur inſulæ quædam mobiles, atque natantes ſuper gurgites profundiores Vallium ex ſolis radicibus intertextis, & fimo vliginoſo leui op-

A ui oppletis à natura fabrefactæ, quæ Arbusculas mediocris altitudinis alentes, casasq; piscatorum satis capaces sustinentes, quoddam naturæ miraculum esse videntur. Sed in vastis gurgitibus Quercus etiam ingentes natantes complexu radicum Historicè narrat Plinius inquiens, *quod ità librata stantes nauigant ingentium ramorum armamentis*. Illudque idem confirmat Abbas Stengelius neotericus scriptor exemplo practico Audomaropoli in Belgio. Huiusmodi fundamenta vegetabilitatis, radices nempè varijs ostendit modis natura sibi curę esse iacere vbique, multaq; radicalia specimina edere, vt est Reticulū quoddam subtilissimū, quod ego *Arachnoide* cognominaui, super humiles stagnātes aquas efformatum, & longè, latèque extensum; cuius particulæ delineationi Distichon hoc subscribere libuit.

Columella l. 2. c. 2.
Plin. l. 16. c. 1.
in libro in scr. Pomona in Hortens. p. 2. c. 2.

Rete parat Natura suum tenuissima nectens
Stamina; numnè vt agant, sic elementa capit?

Secus quoq; flumina conglobatarum Radicum speciem effingit quandòq; natura io finem prorsus eundem, vt nimirum ostendat prima vegetabilium stamina, B eorumq; Embryones in Radicibus consistere, & propterea villosæ densitatis, & fistulosæ herbaceam Conferuam à Plinio descriptam summæ ad ossium conferruminationem virtutis cōposuit, cuius iconem suprà dedimus, Distichο allato animatā.

Plin. l. 27. c. 8.

Pro vltimis autem Radicum Arborearū differentijs stabunt Monorrhizarū conditio, cum qua difficillima Vniradicum Arborum stat propagatio; itemque profunditas earundem, dum altissimè infiguntur telluri radices ad maximam Arboris stabilitatem, vel ipsarum quoque superficialis prima sub telluris cute excursus ob impenetrabilem soli duritiem, vt in multis Occidentalium Indiarum Regiooibus euenire monent Scriptores. Caudice, secundo loco, differunt Arbores crassiori, & minus crasso, itemque prolixiori, vel breuiori antè diuaricatiooem, qui parum, multumuè teres, aut inæqualis esse potest. Nodosæ quoque Arbores ab Enodibus manifestissimè discriminantur; illæ masculinitatem, & syluestreitatem redoleotes, istæ è cootrà fœminineitatis participes: vndè mares Arbores, & syluestres, vt potè ficciores naturaliter oodis huiusmodi crebrioribus donatę sunt, densę crebritatis pro- C pterea Vitruuij auctoritate nuncupatæ. Sunt autem nodi in Arboribus partes quædam durissimę, & ceù verrucosæ protuberantiæ; & illos duum specierum fecit Theophrastus, nimirum cœcos alios, alios morbosos, & hi vel sunt Tophacei, vel fungiformes quos ἰκτώλιδε potius, hoc est Glandia, quam verè nodos dici debere autumarem, & in Artificialibus operibus lignosis, idest in Architectonicis, Vitruuio iubente, nuoquam admittendos; nam ex vitiata, & oon geouina germinatione proueniunt, quę præternaturalem corruptiuam causam, non perfectiuā agnoscit. Virtus vegetans validior magna facit, & pulcra, oon monstrosa, atq; deformia, vt Platonis fert sententia. *Non magna res statim est bona, sed bona statim est magna.* Corticum modò differentiæ sunt exarandæ, in quibus omnibus potentialis adest diuisio, & subobscurus color inter virorem glaucinum, & atrum, & à quibus mollities extrinsecus abest, & in eo sitæ videntur esse, quod alij cortices sint tenues, alij crassi, alij læues, alij carnosi; alij per partes successiuas decidui, vel constantes; alij neruosi, alij D macilenti; alij multipliciter tunicati, vel per longum diuisibiles, seù filamentosi; alij variè colorati, tum formaliter, tum causaliter; alij odorati, aut inodori, vel fœtidi; alij denique sapidi, insipidi, dulces, amari, acres, austeri &c. Quæ omnes prænarratæ differentiæ de lignis quoque verificantur, & multò etiam plures, quæ haud difficulter in execto quaquà versum ligno diudicantur; vbi præter densitatem, & raritatem, ponderositatem, vel leuitatem, coloresque ferè omoes, substantia, vel homogenea, vel eterogenea, vel pectinatim excurrentibus venis delineata, vel omninò indiscriminata apparebit cum oullo medullæ vestigio, vel alterius lignosi visceris, sub quo statu dubitari potest, an præualeat frangibilitas, vel ipsa scissionis facilitas, nullis præcipuè apparentibus rimis, quarum absentia materiam ad æternitatis opera declarat aptissimam, teste Aristotele; Verùm multò plures Arborum differentias nobis suppeditant Folia pilis Animalium respoodentia, & quamuis eorum pleraque sint plana, & colore virentia, supernèquè neruosa, callosa, articulata

Bud. l. gr. comm.
Tom. 3. nauig. noui Orbis.
lib. 2. Architect. c. 1.
Io. Bod. à Stapel in Theophr. l. 1. H. Pl. cap. 13.
Theoph. l. 5. H. Pl. c. 7. l. 2. Archit. c. 9.
Gulielmus Philander in Vitruu.
Plin. l. 15. c. 28. & lib. 16. c. 32.
in Phæd.
Colum. l. 7.
Arist. l. 2. de Pl. c. 1.

lata, & partim carnea, & cartilaginosa, necnon lanugine aliquali obsita, & heliotropia, scilicet ad solem se conuertentia, vel saltem oscitantia, tot ipsa figuris variantur, quot Planimetrici, vel Stereometrici in Mathematicis perfruuntur; nam illorum aliqua sunt latissima, alia angustissima, & in acutissimum angulum desinentia, alia orbiculata, alia trigona, tetragona, quadrangularia, pentagona, hexagona, & multilatera; alia crassa, & carnosa, alia singularia, alia numerosa, alia laciniata, incisa, capillata; alia caduca, scilicet casibus autumnalis cadentis temporis obnoxia, quorum meminit Virgilius. E

Virgil. Aen. l. 6.

Quam multa in Syluis Autumni frigore primo
Lapsa cadunt folia.

Idē Georg. 2. *Plin. l. 16. c. 23.* *Vid. & cap. 26.*

Alia indecidua, scilicet *haud vllis labētia ventis*, quæ Xerampelinum, idest siccitatis colorem non prius admittunt, quam alimētariæ scaturiginis in matre totus defecerit humor. His contermini Flores foliorum scutis corpora tecti, immò & intrinsecus quoque foliati, varijs differentijs subsunt & ipsi, varias in quibus temperaturarum dissimilitudines produnt, dum ipsi aut densi sunt, aut molles, asperi, subtiles, crassi; albi, ligustrini, cærulei, purpurei; carnei, rubei, balaustini, rufi, aurei, crocei, lutei, virides, pallidi, glauci, foliolis item alati rotundis, oblongis, angularibus, ternis, quinis, septenis, vel pluribus, fistulosum, papposum, carnosumue, & solidum corpusculum circundantibus; cum varijs quoque additamentis capitulorum, calyculorum, valuularum, iulorum, cachrydumvè innumeras penè distinctiones causantibus. A' Fructibus demum principalissimæ Arborum differentiæ decerpi debent, & quæ cæteris omnibus discriminibus in Dendrologica doctrina sanè debent præferri *ex proprio siquidem fructu dignoscitur Arbor*; sicuti ex operibus, quæ sunt veri fructus Hominum dignoscitur Homo; Fructus ergò ratione finis escarij, qui Arborum verus sunt actus, vt ex sacris colligitur paginis, in quibus habetur quod in creatione Mundi omne lignum pulcrum fuit visu, & ad vescendum suaue, vel sunt *Alphitei*, hoc est farinosi, qui, post quam medullariter exiccati fuerint, in farinam pro panificio sunt reducibiles, quemadmodum glandes omnes, idest fructus coriaceo intimiore tegmine vestiti; Vel sunt *Potomy*, humidioris scilicet substantiæ, qui recentes adhuc sub maturitate copiosum fundunt liquorem potui aptum; Vel sunt *Oleosi*, quorum carnes, aut medullæ compressæ pinguem dant humorositatem ad ciborum condimenta facientem: & hæ differentiæ fructuū generaliores sunt; Speciales autem, & subdiuisibiles tot nobis erunt, quot capitula trium huiusce Voluminis librorum enumerabuntur. Quod verò spectat ad fructuum Arboreorum differentias per omnia genera, cunctasque per species vagantes, infrascripta hæc superioribus iam dictis adijcienda duximus; nam figuræ, magnitudines, colores, sapores, partium numeri in vnoquoque genere accidentaliter tantum similes reperiri possunt. Crediderim in primis diuersissimas fructuum materias, formas, atque figuras perpulcras, solidas, suaues in supremo gradu vegetabilis Bonitatis esse collocandas, itaut de Natura loquens Lucretius in ordine ad fructus sic cecinerit. F G

P. Nouarin. Adag. sacr. 2126. nu. 1715.

Tres præcipui Fructus, Frumēti, Vini, & Olei.

Lucret. l. 5. de nat. rer.

Ipsa dedit dulces fœtus, & pabula læta. H

Ipsa nanque cælestia, terrestriaque dona in fructibus Arborum excelsiorum coniungere visa est, ima summis perbellè concilians, & pondera quoque sursum ferens, & vni reddendo formæ pedes, capitaque eiusdem vegetariui census, quò sequens direximus Distichon.

Incipit, & capit Arboreum Caput, omneq; finit,
Ætheris, & terræ nobilis esca beans.

l. 1. de pl. c. 3.

Has fructuum figuras philosophico speculatus ingenio Aristoteles magni eas censuit esse literarij momenti, dum scripta isthæc verba reliquit: *item figura fructuum si fuerint Syluestres, differentes habent positiones, neque omnes sunt angulares, neque linea recta omnes sunt.* Nam triangularitas Mineruæ dicata virtutem designat in medio duorum extremorum, quemadmodum est Benefactrix Beneuolentia, quæ frigidæ despicientiæ, & impensissimi ardoris est expers, vndè Fructus

tri-

A tristitiam efficaciter excludentes, gaudiaq; perbellè, nec non arctè sibi alligantes; triquetræ præcipuè figuræ omnium temperatissimi sunt partium Arborearum; Pentagoneitas itidem fructuum, Hexagoneitas, Heptagoneitasq; compositæ veluti Figuræ trigonum in tetragono amplexantes Iustitiæ, & Æquitatis etiam naturalis semina quædam continere videntur, quibus hoc Distichon applicari haud ineptè forsan poterit.

Iustitiam Trias hîc docet, hîc dat Tetras & æquum,
Queis decet Aeternum conciliare Iouem.

Hemiciclares postmodum, conoidales, & turbinatæ figuræ, ac ellipticæ speciositates non paucas, tam internas, quam externas manifestissimas faciunt; quem sensum hoc metro concludendum censui.

Bina vbi consurgit recti, curuiq; figura
Formosos fructus quis semel esse putet?
Conatur Conus, Turbòq; salubria Poma
B *Reddere, & oppositas præripuisse vices.*
Reflectunt alibi melius nec lumina Soles,
Ellipsis quam per segmina composita.

Hinc fructuum magnitudo titulos acquisiuit iuremerito Regios; in maiori siquidem quanto, & bono, & pulchro maior adest pulchritudo, & bonitas; illa etenim Arbor *ad Cœlum ramis felicibus exit*, quæ candidiores & dulciores fructus tulerit, atque fœturam non vnam, sed duplicem, triplicemuè ediderit fœcundissima, succos influentes excoquere valens ad sapores escarios primariò dulces, suaues, pingues, vinosos, & medicos; secundariò, amaros, austeros, acutos, acres, acerbos, acidos, salsos. Aqueitatem porrò fructuum improbauit Galenus, vtpotè nimis fluxilem, & partibus nutriendis minimè adhærentem, dum inquit, quod huiusmodi aqueitas, *celeriter corpus totum permeat, & peruadit, excerniturq; tùm per cutim, tùm per vrinas; perindè omnia eiusmodi cibaria medici ritè affirmant praui esse alimenti*: è contrà verò consistentiã in Fructibus alimentarijs crassioribus laudauit dicens, *ex ipsis enim ali-* C *mentum copiosius corpori apponitur, tardius permeans, maximè cum succum in se ipsis habent crassum, aut lentum, aut adstringentem*. Accedit fructuum pinguedo, & oleoginositas, quæ humectat vtilissimè, mollit, lenit, & cũ dulcore in aereitate quadam puriore fundato benignè laxat, concoquit, nutrit, auget ἰδιδίως amœnitate scilicet naturali nutriens; hinc est, quod huiusmodi fructus comesti corporis non modicum robur inducunt, & animi, disponuntq; homines ad promptius, atq; facilius exercẽdum Gymnasticas, atq; Speculatiuas percipiendum Facultates; quò spectat egregium illud Nasonis εἰς τοὺς πυθαγοροφάγους

Virgil. 2. Georg.

Lib. 2. de Alim. facul.

Parcite mortales Dapibus temerare nefandis
Corpora: sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere Poma suo, tumidaq; in Vitibus vuæ, &c.

Ouid. l. 15. metam. fab. 2.

Idexperti felicissimè fuere Indorũ Sapientes Gymnosophistæ, idq; probarunt inter Græcorum Philosophos Zeno, atque Menedemus, qui solis Fructibus Arboreis D victitantes scientificis suis Speculationibus liberè magis, atq; diutius incubuerunt. Sed multò meliori mentis adspiratione moti Anachoretæ Catholicæ Veritatis Cultores Arboreis Fructibus procul ab omni Gastrimargia, atq; popina contenti, cælestem plusquam terrenam duxere vitam. Calidiores quidem, & ficciores Fructus gustum intrà propriam naturalitatem plus, minusuè mordicant detergenti pręditi facultate, expurgante, necnon attenuante: aut amarore mediante viscera aperiunt, penetrãt, mundantq; & qui terrestreitate quadam austera crassi, frigidi, & sicci habent adstringere, adunare, fixare, angustareq; & viscera nimis laxa cõtrahere. Vredine quadam vlterius vrgentes fructus acres, mordicantes altè penetrant, resoluunt, attrahunt nõ omninò insalubriter, si parcissimè comedantur, quo pacto acidi quoq; fructus intrà strictæ moderationis limites sumpti languida viscera iucundè confirmabunt, & superfluitates humorum crassas incident; à quorum actionis modo parum dissimiles euadent salsuginosi fructus modicè admodum degustati; nam vbi

opus

opus fuerit vtiliſſimè ſiccabunt,contrahent, denſabunt, atq; à putredine viſcera eximent. Extrinſeca demum Glabrities,atq; Piloſitas fructuum accidentariæ differentiæ cũ ſupradictis omnibus figuris, coloribus, & guſtabilibus qualitatibus inueniri poſſunt,vel comeſtibilem,vel abſolutè excrementoſam,& pro putamine inſeruientem carnem ambiant, quæ acinos, vel oſſa contineat, nil refert; quæ verò piloſitatem, & hirſutiem excedit ſpinoſa fructuum veſtis,ſi ab extrinſecò ducat originem, tanquam ligni ſoboles,non autem à fructuoſa ſubſtantia proueniens,eorundem fructuum nobilitati minimè obeſſe credatur. Supremum autem differẽtiarum locum in fructibus occupet ſublimitas natalis loci, atq; infernus ſitus eiuſdem; hic infauſtus, illa feliciſſima, quià fructus montani, atq; è ramis Arborum altioribus prodeuntes ſapidiores, coloratiores, perfectiq; magis fiunt; è contrà verò in conuallibus naſcẽtes, & pedibus Arboreis proximiores, quam capitibus, vtpotè minus elaborati, ij parum excocti alimenti habeantur. Sed ad nominalem Arborum accedamus cognitionem.

NOMINA, ETYMOLOGIÆ, Æquiuoca, Denominata.

Iac. Spieg. in Lex.Iur. ciu.
Virg.Georg. 4.prope princ.
Feſtus

ARbor nominetenus conſiderata, vt ex Textibus Iuriſconſulti nõ vno in loco patet, appellatione generaliſſima *vites quoq;& Hederas,& Arundines,& ſalictum continet*, ex Spiegelio;Excipitur quæ vento deiecta eſt, non iam Arboris nomine, ſed *Ligni* comprehendenda, vt in *L.ligni deleg.* 1. Antiqui porrò *Arboſẽ* pro *Arbore* vſurpabant, vt & nunc fit, ſed poeticè magis, quam oratoriè, & in rectò ſolum, non in obliquo; ſic Virgilius. *Obuiaque hoſpitijs teneat frondentibus Arbos.* Sic appellata eſt credam, quaſi *Aruor*, ſeù *Aruos* more Græcanico ab *Aruis*, in quibus feliciſſimè creſcit ad fructificationem. Non deſunt qui nomen Arboris velint à *Robore*, ſeù fortitudine deduci, tanquam totius Generis *Arborei* primà eſſentialitate;non poteſt enim *Arbor* dari perfecta,niſi & ſit robuſta.Hinc eſt quod Planta tenella, & neophyta,è ſemine licet *Arboreo*, mox in *Arboreto*, vel alibi nata Herbæ tantum nomine à Geoponicis vocanda cenſetur: *Spieg.in L.certè ff.Arb.furt.caſ.* Germanis *Ein Baum*; Italis verò, Gallis,& Hiſpanis nomenclaturam eandem è latino deſumentibus *Albero, Arbre*, & *Arbol* reſpectiuè nuncupatur. Græcis τὸ δένδρον appellatur, & inde nos *Dendrologiam* hoc Opus inſcripſimus, vt & λιθόδενδρον Græci vocant coralium, eò quod ſit planta lapidea. Sic & *Dendritem* Plinius, (vt tot alia Græcorum denominata minus neceſſaria breuitatis ergò omittantur) vocat albam quandam gemmam, ſeù lapidem figuras Arborum intus à Natura delineatas repræſentantem, cuiuſmodi plures ſunt in noſtro Muſæo, illiq; idem Author mirandam tribuit virtutem, & eſt, quod ſi recondatur ſub Arbore cædenda, non patitur ſecurìm hebetari. Hebræis vero *Hets*, vel potiùs *Eb* à *Virore* vocatur Arbor, nimis communiter certè, cum eiuſmodi qualitas æquiuocè tantum participetur ab Arbore vera, & viua. Nec diſſimiliter idem *Arboris* nomen, latinè duntaxat ſumptum,pluribus rebus æquiuocum reperitur. Duabus piſcium ſpeciebus primò competit; nam ARBOR *in Gaditano*, (Plinius inquit) *Oceano piſcis eſt, in tantum vaſtis diſpanſus ramis* (hi ſunt monſtroſa, prægrandiaq; brachia) *vt ex eà causà fretum nunquam intraſſe credatur*. Idem nomen Rubellioni piſci ab aliquibus quoquè tribuitur, quanuis à *Rubore*, illius ſcilicet colore melius fuiſſet deductum, quam ab *Arboris* forma illi nullatenus competente. *Arborem* quoq; Armeniæ maioris Fluuium Coſmographi memorant. Nec niſi translatè *Arborem* in Naui collocamus, cum propriâ nomenclaturà *Malus* dicatur, & meritò quidem iure, cum homines,illo mediante,in quamplurima ferantur mortalia pericula, quæ *Mala* ſunt vbiq; deploranda; vndè Satyricus ille de maritimum iter habituro dicebat:

Pap.Vocab.
L.36.c.11. & 37.c.12.
Sanct. Pagnin.epith. f.1.
Arbor piſcis.
L.9.c.4.
Id l.32.c.10.& 11.
Bocc.de flu.
Arbor nauis.

Inunc

A *I nunc, & ventis animam committe, dolato*
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima Teda. — *Iuuen. sat. 12.*

Quapropter *incertam* istius modi *Arborem* paulò priùs cognominarat idem Poeta, non tantùm quia incertis feratur vndis, quàm quia ad lucrum incertum homines exponat.

Alternum puppis latus euertentibus vndis
ARBORIS INCERTÆ, nullam prudentia cani — Rectoris conferret opem. — *id. ibid.*

Aliàs vt magnitudinem nauis ostenderet, eleganti metaphora pro remo Virgilius *Arborem* posuit vbi cecinit: *It grauis Auletes, centenáq; ARBORE fluctum Verberat assurgens.* — *Aen. 10.* Quin & eàdem voce vsus est, vbi Vites dispositas, & ordinatas, vt Festus interpretatur, intellexit.

——— Nec seciùs omnis in vnguem
ARBORIBVS positis, secto via limite quadret. — *id. 2. Georg.*

Arbor remus. Arbor pro Vite. Arbor pro familia.

B In Politica significatione ARBORIS nomen importat Familiarum Genealogiam sub Arboris icone graphicè delineatam, cuius rei exempla sæpissimè obseruamus in aulis nobilium appensa. In eiusce rei descriptionem, atque vt *vnum pro cunctis fama loquatur opus*, Apollineum hoc monumentum peruetustæ Bombaciorum Bononiensium Arboris adducam.

Tauola appesa io veggio à queste mura,
Oue vn' ARBORE antica i Rami spande,
Scarsa di frutti sì, non di verzura,
Soura cui s' innalzar l' aurate Ghiande.
Ella figlia non già d' Agricoltura
Fia che Fogli per Foglie all' aura mande.
L' ordine certo è in lei di Nuore, ed' Aui;
Van l' Api Aonie à fabricarui i faui. — *In Poesi Italica Gasp. Bombacij de laudib. Ruris.*

Præterquamquòd Familiarum progressum *Arbor* significaret, quamplures pa-C riter inter easdem cognominare potuit. Istius census apud nos Bononienses fuit antiquissima de *Albaris*, aut satiùs de *Arboribus* Familia, quæ sui cognominis vestigium reliquit in Ecclesia S. Nicolai de *Arboribus* in medio ferè ciuitatis. Item Familia de *Alberis* Genuensis, ex quà fuit Ioseph *Albera* Gallici Regis olim Legatus, ad quem Poematia quam plurima Publij Francisci Spinulæ directa; Nec non de *Albarijs* Cæsenas, & aliæ multæ, quæ apud Historiographos legi possunt. Nec familiæ tantùm, sed & Populi, & Vrbes mutuatam ab Arbore denominationem voluerunt. In exemplo venit ARBONA, quasi *Arbor bona*, aliàs *Arbor Felix*, Oppidum à Romanis conditum Danubium versus in Heluetiorum finibus ad Brigantinum lacum, Germanicis tribus milliarijs ab Vrbe Constantia dissitum. Id nominis huic Ciuitati remansisse credam ab ARBORICHIS Populis, qui totam illam tenuere stationem, quæ Galliæ ad Occidentem contermina citrà Rhenum, Thungros, Aduaticos, Taxandros, Ambiuaritos, & Eburones includebat. Imò D eosdem quoque fuisse credam, quos ARBORITOS Geographi nuncuparunt. Ipsorum verò primos nomen ab arte traxisse credere par est. Nam antiquissimi nationis eiusdem erant Agrorum, & per cõsequens Arborum quoq; cultores, quibus Romani eà conditione loca illa inhabitanda concesserunt, vt & agros colerẽt, & aduersus Transrhenanos tuerentur. Aliam non prorsus contemnendam nominis *Arborichorum*, quos vbertim describit, originem tradit Goropius, ad patriam tamen linguam recurrens. Ab *Arf* igitur, quod pro *Erf* sumptum hæreditatem denotat, & *Bor*, voce contracta à *Bauwer*, vnde Agricola, ac *Rich*, quo Regnum apud Germanos suos denotatur, nuncupatos autumat, quasi *hæreditarium agricolarum regnum* dicendæ forent regiones illæ, quarum colendarum ius à Romanis acceperant, ad posteros hæreditate perpetua trãsiturum. Est pariter Vrbs quædam Sardiniæ, in ora occidentali distans à Calari metropoli milliaribus octuaginta, *Oristagni* vulgò, & latinis ARBOREA nuncupata. Sequanorum similiter Vrbs ARBOROSA, in Burgun-

Arborea vel Albaria familia Bonon. Albera Genuen. *Spinul. l. 1. Poem. 2. & lib. 2. Od 4.* *Blond. hist. Ital.* Arbona Vrbs. *Æg. Tschu. in descr. Rhet. Alp. p. 19.* *Francicor. lib. 3. pag. 61.* Arborosa Ciu. *Marcell. Amm.*

B

gundiæ Comitatu, inter Salinas, & Polyniam proximas Vrbes, ARBOIS vulgò Arboris nomen pro suo denominante cognoscit. *Daulis*, alias *Daulia* Phocensium Ciuitas ab Arborum densitate Δαυλὶς dicta fuit, quia locus illius natalis densissimis anteà consitùs erat Arboribus. Pari de causa nomen accepit *Madera* celebris Atlantici Oceani Insula à Lusitanis reperta, in qua Saccharum illud colligitur, quod in Officinis *di Madera* nuncupatur; hæc enim vox *Madera* Lusitanica lingua, & Hispanica nil aliud quàm *Arborem*, vel *lignum*, seu materiam arboream denotat. Detexerunt hanc Insulam Ioannes Consaluus, & Tristamus Vaez, eamque Lusitanorum Rege inhabitare cupiente, opus fuit nimiam Arborum copiam omnia penè loca occupantem igne tollere, cuius flamma ita vehementer exarsit per totam Insulam, vt qui ad eam habitaturi concesserant, in mare se recipere coacti sint, ibique per nonnullos dies impasti furorem ignis euitare; & sic breuissimo temporis interuallo depasta est Flamma quod natura omnium parens multis annis præparauerat, & longa quoquè per secula conseruasset. Arboris diminutiuum est *Arbuscula*, & hoc quoque suis non caret æquiuocis; præter enim pusillam Arborem, quam Græci δένδριον vocant, significat etiam machinulam quandam, quæ ἁμαξήπουν Polluci, & ἁμαξόπουν Vitruuio dicitur, quasi *plaustripes*, & est illa, in quà versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis. Inuenitur etiam ARBVSCVLA nomen proprium mimæ cuiusdam mulieris à vulgò explosæ, de qua Horatius.

Madera Hisp. est materia. *Arbuscula arbor paruula.* *Vitr. l. 10. c. 17.* *Arbuscula mulier.* *Serm. lib. 1. sat. vlt.*

—nam satis est equitem mihi plaudere, vt audax
Contemptis alijs explosa ARBVSCVLA *dixit.*

Cæterum denominatorum ab Arbore directè sumpta succedunt *Arboreus*, quod nemine dubitante significat quicquid ad Arborem spectat, vel quicquid Arboris est. Obseruandum tamen est eleganter identidem hoc ad alia transferri. Sic *Arborea* ceruorum cornua cognominabat Virgilius, eo quia tanquam *arborescere*, hoc est in arborem excrescere videantur, dum ramos arboris instar emittunt. *Arboreum* item Ebenum, pro Ebeno Arbore dixit Plinius. Indè cognominatus est Io. *Arboreus* Laudunen. Teologus Parisien. qui Theologica multa, necnon & Philosophica eruditè cōscripsit. *Arborius* quoq; dictus est Æmil. Magn. Burdigal. Rhetor, & auunculus Ausonij Poetæ. Arboreos item fructus cognominamus, quos Arbores tantùm ferunt, quosuè Græci τὸν καρπὸν vocant, non sine æquiuocatione cū manuum iunctura, quam eàdem voce comprehendunt; inde nomen traxit *Carpense* castrum prænobile Mutinensis ditionis, & cognomen Iac. *Carpus* Chirurgiæ quondam Bononiæ professor, qui scripsit Isagogen in humani corporis anatomen, quæ impressa est Argentinæ per Henricum Sybold cum figuris. Quin &, inde compositum est Polycarpi nomen, quod multum fructiferum interpretatur. Talis fuit Polycarpus Episcopus ille qui in Christi vinea multum fructifer, sanguine tandem, & igne probatus ad Altissimum euolauit; Vnde Marianus noster Bononiensis.

Arborea deriuata. *Æn. l. 1.* *Pl. l. 12.* *Auson in Parent. 3. 4. & in Professs. 16.* *Bibl. Class.*

Per flammas Polycarpe, per alta fluenta Quirine.
Non est è terris mollis ad astra via.

Ruin. Rom. lib. 2. epigr. 16.

Ad hanc quoq; denominatorum classem reduci debet & *Arborarius*, vel Laconicè *Arborius*, sed obsoletè, pro *Arboreus*, & his epithetis prosequimur Rusticorum instrumenta ad Arbores excolendas spectantia; Sic *Arborariam* falcem Cato cognominabat, imò etiam sic *Arborarium* nuncupamus Picum auem, eo quia rostro Arbores excauet, & in illis niduletur. *Arborator* insuper apud Geoponicos est qui curam Arborum gerit. Ita putatorem earundem apud Columellam denotat. Dicit enim *frondem medio die arborator nè cadito*. Eodem præterea autore rusticorum primi latinorum temporis vocabulum erat *Arboridea*, & hoc innuebant plantas *Arborescentes*, siue in arborem euasuras. Loca in quibus huiusmodi arbusculæ educantur *Arbusta* dicuntur, alias *Arboreta*; vnde Gellius *Conualles*, inquit, *& arboreta magna erant*. Iuris Consulti verò *Arbustum* interpretantur locum in specie vitiferis consitū Arboribus, hoc est Vlmis, Populis, vel similibus. Quin & ipsæ etiam Arbores vitibus maritatæ, & in ordinem digestæ eodem *Arbusti* nomine indigitari solent; vnde Vitis super huiusmodi decurtatas Arbores meliùs quàm alibi

de re rust. c. 11. *Pl. lib. 9.* *Col. l. 11.* *lib. 17. c. 2.* *Spieg. in lex. iur. ciu.*

E alibi fructificans, *Arbustiua*, Græcis ἀναδενδρὰς, & illius vinum *Arbustiuum* nuncupatur, cuiusmodi erat quod excellentissimum Capuæ æstimabatur. Inde & *Arbustare* verbum, Græcis δενδροφυτεύω processit, quod *agrum Arboribus admaritandas vites conserere* denotat. Arbusti etymon assignant qui sic dictum, tanquam *Arboris bustum*, meliùs quàm *hastam* solidè asseuerant, innatam vtpotè duritiem conseruans, cum hæc in Arboribus præualeat magnitudini. *Vmbra* nonnunquam pro Arbore ponitur, effectu pro causa metaphoricè vsurpato; ita Silius.

Ath. Deipn.

—Multas nemorum consumpserat vmbras.

lib. 14. Bel. Pun.

Arbor sicca, aut *lignum*, aut *materies* propriè dici debet, habita ratione specificationis ad finem vel comburendi, vel aliquid construendi machinamentariè, vel architectonicè, iuxtà doctrinam, & determinationem Iurisconsultorum. *Vlp. l. 55. ff. de legatis tertiò, & Andr. Alciat. in Comm. de verb. sign.* Sed *Materies* simpliciter prolata debet accipi pro pulpa, seu carne lignosa, vel arborea à solo separata. *Ligni* verò nomen dum Arbori viuæ applicatur, in figurata solummodo fit F locutione, vt dum scripsit Psalmographus *exultabunt omnia ligna syluarum*, ac *ligna fructifera, & omnes Cedri*, comprehendĕdo omnia, quæ in genere Arborum possunt excogitari, etiam infructifera, vt clarius notat P. Emanuel Sà. Imò *lignum*, quod à *legendo* deriuatum vult Varro, quandoquidem ad focum struendum ligna in aruis *legantur*, & identidem *ligentur*, cum dicatur de omni eo, quod est ex materia *lignea*, non semel positum legimus pro Trunco Arboreo; Et cum *ligni* appellatione propriè veniat quicquid comburendi causa comparatum est: hinc nihil mirandum, quòd in aliquibus regionibus, vt in Ægypto, vbi arundinibus pro ligno vtuntur, sub ligni nomine comprehendantur arundines, & papyrus, & herbulæ quædam, vel spinæ, aut vepres. Instrumenta quoq; militaria significat *lignum* ex D. Marco, vbi dicit quòd ad capiendũ Christum dominũ venit *Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs, & LIGNIS &c.* Sũt autem *baculi*, qui *fustes* apud Matthæum vocantur. Pedicas insuper ligneas, quibus captiG uorum pedes vinciuntur significat *lignum*, vbi legimus in Actibus Apostolorum, quòd custos *misit eos* (D. S. Paulum, & Silam) *in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit LIGNO.* Quod & pedes sibi stringeret ligno D. Franciscus Assisias, cum ligneos calceos austeritatis ergo gestasse tradatur, LIGNIPES à sacris Poetis est cognominatus; vnde Mantuanus cecinit.

Ligni de-riu. & denom.

Gen. c. 1. & 3. Ps. 95. & 148.

in Annot. in Sac. script.

c. 14. c.

c. 26. c.

Art. 10. c.

LIGNIPEDIQVE Lauerna Viro, Carthusia Hugoni.

Nec semel in sacris Scripturis *lignum*, pro denotanda Cruce, sanctissimo salutis nostræ Signo, est inuenire, vt similiter de eadem in oraculis Sybillinis scriptum est obseruare.

Tom. 1. de mort. Io. Soret.

O LIGNVM felix, in quo Deus ipse pependit.

Orac. Sybyl. l. 6.

In legalibus verò *lignum* sæpius vsurpatur pro *tabula* in qua scriptæ sunt leges. Deriuatorum istius nominis non est quod notetur, nisi velimus dicere, quod *lignari* propriè denotat ad *ligneam* materiem desecandam, vel deportandam ire, vt *lignilia*, nempè *lignosa* strues ad focum præparandum componantur, cuius rei H actus *lignatio* dicitur (licèt hoc & locum ipsum, vnde ligna accipi possunt, valeat significare) vnde *lignator* propriè de milite, qui ad eiusmodi materiam comportandam it, dici solet; quem sensum præsefert & *lignarius*, nisi pro fabro ligna elaborante sumatur. *Lignaria* eiusmodi negotiatio, quia ipsi animum ante imperium pertinaciter intenderet P. Aelius Pertinax Imper. ab Aelio Successo genitus, *Pertinacis* eidem cognomen peperit. Nec inuenustè hinc dictum autumant diminutiuè *ligellum*, breue scilicet domicilium, & tuguriolum, eo quia breuioribus, rudioribusque lignis constet; ita Plautus.

l. 10. ff. de bon. poss. cont. tab.

Volater. lib. 22. Anthrop.

—Diuum, atquè hominum clamat continuò fidem,
De suo LIGELLO fumus si qua exit foras

in Aulul. act. 2. sc. 4.

Posset hic eàdem ratione addi nomen *Ligilla* anus, de qua satyricè Martialis:

Quid vellis vetulum LIGILLA ...... ?

l. 10. epigr. 90.

Nos Itali quoque verbum peculiare iactamus à ligno emanans *tralignare*, Gal-

Monoſ. l. 3. num. 390. lis ad rem *forligner*, hoc eſt *degenerare*, ex eo deſumptum, quod lignum pro Arbore viua acceptum ex vna in aliam ſpeciem ſæpiſſimè tranſeat, vt puta cum è domeſtico agreſte ſit, & ſic dicimus prouerbialiter MOLTI BEN NATI TRALIGNANO, quod poſſet ad verbum inuerti. A

Multi degenerant præclaro ſanguine creti.

Quin & nobili eiuſcemodi loco nati dicuntur *di buon LEGNAGGIO*; per hanc enim vocem innuimus illuſtrem Maiorum ſeriem. Exindè pariter obuenerunt nomenclaturæ LIGNAGO perinſigni Venetæ Reipublicæ caſtro ad Atheſim, cuius *Pons* olim *Alienacus* dicebatur; atque LIGNANO Mediolanenſis ditionis oppido præclaro, vnde proceſſit Senatoria LIGNANORVM Bononienſium Familia, & famoſus ille I. C. Io. Mediolanen. qui ſcripſit ſuper Clementin. lib. 1. ac quædam alia, & cuius nomine citantur ſuper 2. Decret. de Amicitia, de Bello, & Duel. de pluralit. beneficiorum, & alia quamplurima, quæ longum foret recenſere. Eiuſcemodi originis rationem habet & *Lignaria* ager Florentiæ proximus. Inde cognominatus videtur Io. de *Lignerijs* Philoſophus, & Aſtronomus, qui ſcripſit Canones primi mobilis lib. 1. tabulas eiuſdem lib. 1. de ſphæra quoque lib. 1. & claruit anno 1350. Nec multum ab hoc ſuo diſtat cognomine Deſiderius *Lignamineus* Patauinus, qui ſcripſit de inuento M. T. Ciceronis in Zacyntho Inſula ſepulcro, impr. Venetijs 1547. vt, & Io. Philippus de *lignamine* Meſſanenſis Siculus Medicus egregius, qui ſcripſit inter cætera ad Sixtum Pont. IV. de vnoquoque cibo, & potu vtili homini, & nociuo, & eorum primis qualitatibus. Græcis lignum ξύλον dicitur; hinc, alijs omiſſis, quæ quamplurima ſunt, & pauci ad hanc rem momenti, memorabimus tantùm ab illo cognomen traxiſſe Gulielmum *Xylandrum* Auguſtanum, virum vndèquaquè doctiſſimum, qui Antonini Liberalis Transformationes, eiuſdemque Vitæ libros duodecim, itidemque Phlegontis Tralliani de Olympijs nonnulla, & de mirabilibus, & longæuis librum, necnon & Apollonij, ac Antigoni Græcorum hiſtorias latio donauit idiomate. *Idem l. 9. ſſ. It. ling. pag. 424. & l. 2. p. 71.* B

Prætereà dupliciter lignum conſiderari poteſt in ſylua, vel vt combuſtibile, vel vt elaborabile. Ligna hoc pacto ſumpta, quatenus nempè vel ædificijs conſtruendis inſeruiunt, vel in inſtrumenta quælibet concinnantur, aut ad machinas cuiuſuis generis concurrunt, dum adhuc viridia ſunt, quà nimirum ſectilia, & læuigabilia, *Hoſma* antiquitus, necnon *Lima* dicebantur. Sed quia meliori vocabulo *Materies* nuncupantur eiuſmodi ligna, hinc etiam breuiter notabimus amplum iſtius nominis ſignificatum. *Materia* itaque generaliſſimè ſumpta eſt ex qua aliquid conſtat, & reſultat, & ὕλη Græcis dicitur; Peculiariter verò vt rem Arboream reſpicit, eſt illa, quæ ad ædificandum, fulciendumuè ædificium neceſſaria eſt. Talis eſt materia, circa quam verſatur faber lignarius, aut tignarius. Hinc deriuat *materiari* ὑλάζεσαι, verbum caſtrenſe, vt *lignor*, cuius etiam ſeruat ſignificatum; eſt enim & ipſum materiam, ſed ad munitiones faciendas cædere. Ipſi verò, qui materiam ſic cædunt, *materiarij* nuncupantur, quod nomen etiam opificibus, qui ex hac materia aliquid conſtruunt, competit; vnde Plautus de nautico fabro dicebat. C *Materia de. nom. & de- riu.*

Si non nos materiarius remoratur, citò erit parata nauis. D *Mil. glor. act. 3. ſc. 3.*

Exindè Tertullianus *Materiarios* eleganter vocauit hæreticos, qui, adnotante Rhenano, negabant Deum omnia ex nihilo creaſſe, ſed ex aliqua præſuppoſita materia, quos nos pariter deteſtamur confitentes D. O. M. omnia ex nihilo protuliſſe. Sumitur *materiarius* & adiectiuè, & hoc pacto *materiariam* cognominamus fabricam, cuius inuentor Dædalus prædicatur. Alia ex hoc nomine deriuata ſuccedunt, quæ tamen non ſunt in vſu. Sic *malè materiatas* ædes dicebat Cicero, ſignificans compoſitas ex mala materie; vt puta ex lignis intempeſtiuè cæſis. Ex quodam item obſoleto verbo *materio*, quod tamen à nemine adhuc vſurpatum recordor, *materiationem*, & *materiaturam* deduxit Vitruuius, quæ pariter non admodùm probantur. Omnis verò materia ad tegendum apta in Ædificijs *tignus*, vel *tignum* dicitur; vnde *tigillus*, & *tigillum* diminutiua: generaliùs verò ſub tigni *Spieg. de verb. ſign.* *L. 3. de offic.* *Vitr. lib. 4. cap. 2.*

nomi-

E nomine apud Iuriſconſultos venit quidquid in Vineis neceſſarium eſt ad earum ſuſtentationem, vt puta perticæ, pedamenta &c. *L. 1. ff. de tigno iuncto l. tigni 62. ff. de verb. ſign.* Idem tignum in *l. 12. tab.* accipitur pro omni materia. Inde *conſignationis* nomen venit *Alc. de verb. ſign.* & *Tignarius* faber is eſt non ſolùm qui ligna dolat, ſed etiam qui lignea quæque domeſtica tabulata compingit.

Vt combuſtibilia verò conſiderata ligna, & vt in ſyluis adhuc permanentia, nulli que alteri vſui, quàm igniario deſtinata, tunc *Xyla* meritò, & *Lychna* quoque dici poſſunt, tanquam ignis pabula, & nutrimenta, vnde ſic à ligno λυχνος proceſſit, ideſt lucerna; niſi dicere velimus, quòd è contra ligna à *lichno* dicta ſint, eo quia incenſa conuertuntur in lumen, quod λυχνος denotat. Ibi quoque ligna plurima recisarum Arborum ſimul congeſta, atque etiam colligata in *ſtruem* (quæ à *ſtruendo* dicitur) aceruantur, & hoc non en æquiuocat cum *ſtrue* libi quodam genere, quod olim profanis adolebat in ſacris; de ipſo Poeta Sulmonenſis.

ſtrues quid

F *Hac adolet flammis cum STRVE farra ſuis.* *Ouid. l. 1. Faſt.*

Et dicebatur eo quòd eſſet artificiosè inſtructum; & ab eodem artificio proceſſit nomenclatura Architriclini, qui Dapum *ſtructor* dicitur vulgo Italorum *lo Scalco.*

Sunt etiam ligna proximè combuſtibilia, & ſunt omnia, quæ domi iam ad focum deſtinata ſunt. Eiuſmodi eſt & *Carbo*, hoc eſt *lignum aridum*, ſeù *coctum*, à quo tota prorſus exempta ſit humiditas in fumum reſolubilis, vnde *Acapnum* dici poteſt, è Græco fonte ἀκαπνος, hoc eſt ſine fumo. Eiuſcemodi præ cæteris nomine indigitari meretur lignum Arboris ἀγνος, quæ combuſta non fumigat, ſed ſuauiſſimè olet, vnde anſam deſumpſit P. Nicol. Cauſinus ſignificandorum Chriſti Martyrum, dum cecinit.

Carbonis æquiu. deriu. denom. Symb. Polyhiſt. lib. 10. num. 5.

Caduntur gladijs more bidentium;
Non murmur reſonat, non querimonia;
Sed corde impauido mens bene conſcia
G *Conſeruat patientiam.*

In hymn. D. Martyrum.

Vnde verò nomen habeat *Carbo* dilucidat Iſidorus, ſic dictum aſſerens eo quòd flamma *careat*, cùm propriè ſit *extincta pruna*; nec obſtat identidem quoque ignitum eſſe, cùm hoc ſit per accidens, & aptiùs tunc debeat appellari *pruna*. Græci καρβων diceutes exactiorem habent illius nominis originem à καρφω *ſicco*, vel *arefacio*; Quin & ἀνθραξ etiam eiſdem appellatur, vnde *Anthrax* apud Plautum in Aulularia, coquus quidam introducitur, ità dictus, quòd Coquorum ſit ad prunas *anthraces* dictas aſſiſtere. Apud Romanos antiquos nomen dedit Conſulari familiæ cuidam, quæ prodijt ex M. illo CARBONE, viro in agendis cauſis diſertiſſimo, tantæque eloquentiæ, vt illum nobis ſic deſcripſerit Cicero. *M. CARBO canorus orator, volubilis, ſatis acris, vehemens, valdè dulcis, perfacetus, induſtrius, diligens, in exercitationibus, commentationibuſque multum opera ſolitus ponere.* Filius illius fuit C. CARBO alter, pariter orator, ſed (vt idem inquit Ci-
H cero) *Non ſatis acutus; facilè tamen dicebat, & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio.* At ipſum propter bella Ciuilia diſſolutam militarem diſciplinam componere, & in melius præſtringere conatum, Romanus exercitus trucidauit, ſatiùs ducens maximo ſcelere coinquinari, quàm inordinatos mores inſtaurare. De iſto contra Cymbros Romanum Populum circa A. V. 650. priùs adhortante canebat Marianus noſter Bononienſis, meus dum viuebat amiciſſinus.

Iuriſconſ. in l. pali, & ligni de leg. 19.
Laur. Begel. Th. V. H. R. pag. 345. e E. 77. a C. 586. b. P. 423. 6. in Bruto.
M. Carbo & C. Carbo oratores.
Val. Max. l. 19. c. 7. & c. 13.

Inuehor in Cymbros; Gens candida quippe notari
A CARBONE poteſt; me tamen alba notat.

Statuar. Roma l. 3. epig. 178.

At nec patri, nec fratri ſimilis vllo pacto dicendus eſt Cn. Papyrius CARBO, cùm longè magnæ latinis annalibus verecundiæ fuerit. Vt enim ſilentio inuoluatur ab illo ſpoliata fuiſſe Romana templa aureis, & argenteis ſupellectilibus, vt ſuam expleret auaritiam, quod & innuit idem Marianus de illo habens,

C. Pap. Carbo Conſ.

ibid. epigr. 152.

Quod videt in Templis argentum conflat, & aurum,
Consul egens nummis; cur? quia CARBO fuit.

Illud duntaxat memorabitur, quod cùm vnà cū C. Mario tertium ageret Consulatum anno à Roma condita 671. & Marianas ideò partes foueret, à Pompeij militibus in Sicilia captus, & ad supplicium ductus, non erubuit (proh pusillanimitatem Romano præcipuè Consule indignam!) æterno dedecore breuissimum infelicis vitæ spatium sibi procurarè, supplieiter ab illis petens, vt antequam moreretur, aluum sibi liceret exonerare. Nesciebat quòd non in morte consistit dolor, sed in via, quæ ducit ad mortem. Quo sordido in loco cum diutiùs moram traheret, capite truncatus est. Et hac forsan de causa Marianus prædictus dixit hunc *Carbonem* sine luce, hoc est sine decore cecidisse, dum in illius personam scripsit.

loc. cit. epig. 153.

Eiulo ter consul CARBO, quasi fœmina vilis.
Fumoque cum lacrymis, & sine luce cado.

Qui Poeta pereleganter etiam alludens ad primum, & secundum Consulatum, quem anno Vrbis 668. & sequenti gesserat idem *Carbo* cum Cinna, dixit alibi.

ibid. epigr. 143.

Successit Cinna CARBO, feralia Roma
Nomina, flammarum nuncia CARBO, CINIS.

Et tunc admodùm iuuenis erat, & imberbis; vnde Baptista Mantuanus, Commentatore Iodoco Badio, Fortunatum, quem præ aspectus venustate comparauerat Mario, *Carboni* æquiparat, si radatur.

Ecl. 2.

Nunc quoque si rectus vultu gradiare supino
Alter eris Marius, raso ore videbere CARBO.

Carbonianum edict.
Briss. de verb. sign. lib. 8.
Spieg. in lex. Iur. Ciu.

Quis verò trium istorum *Carbonum* Edictum illud tulerit, *quod solum* (inquit Barnabas Brissonius) *auctoris sui nomen retinuit*, dum CARBONIANVM appellatum est, non facilè potest statui, nisi, maiorem illorum dignitatem suspiciendo, Consuli adscribatur; quod & sensit Iacobus Spiegelius, asserens hoc Edicto impubem bonorum corporalium possessionem adipisci, non secus ac si nulla status controuersia mota esset. Demum Consule hoc excepto, vt pateat *Carbones* pro suggestis illustrandis duntaxar natos fuisse, non tacebo sub CARBONIS Cognomine floruisse Viros sacra doctrina claros Ludouicum, & Iordanum CARBONES. Ille sæculo elapso sacras literas profitebatur Perusij, & propterea librum edidit de sui ipsius cognitione inscriptum *Interior homo*, opus sanè præclarum, in quo modus quo quisque ad sui ipsius cognitionem facilè venire possit, traditur, dum Interior, siuè spiritualis, & nouus homo, per ea quæ sunt in externo homine, ex sacrarum Scripturarum, & Sanctorum Patrum doctrina allegoricè explicatur. Huc ideò alludebat Marcus Antonius Bonciarius Perusinus, dum de Auctore cecinit.

Si possis oculo plusquam contendere Lynceus,
Cui neque tartarea non patuere domus:
Si vel Aristotidem vincas fulgoribus Argum
Centenis cinctum tempora luminibus:
Te tamen ardenti superabit lumine CARBO,
Qui penetrare alti pectoris ima potest.

Musar. lib. 10. epig. 41 Carbonesij Bonon. ex Vizan. l. 2. Hist. Bonon.

Iste verò Concionator eloquentissimus ex Dominicana paucis ab hinc annis emersit familia. Quapropter de ipso aurea Balthassaris Bonifacij Musa prænobilem istam habet mentionem.

Felices non creta dies, sed CARBO notabit,
Quos facis eloquio, CARBO diserte, bonos.

Apost. l. 1. Sylu. 106.

Nec minùs literis claruit antiquissima *Carbonesiorum* Bonon. familia, armis quoque conspicua, vt tradunt Historici. Gentis *Carbonaciorum* meminit Io. Fr. Apostolus canens.

Gens niue candidior, quid CARBONACIA dici?

Spieg. in lex. Iur. Ciu.

A Carbonibus item *Carbonariorum* processit nomenclatura, & sunt qui Carbones præparant, seù diuendunt in quo sensu Chalinus apud Plautum.

Sine

Sine modo rus veniat; ego remittam ad te virum,
Cum furca in urbem, tanquam carbonarium.

In Casina act. 2. sc. 8.

Carbonarium quoque nuncupat Scalig. Aristarchum quendam, & in eum satyricè sic inuehitur.

in princ.

Es Rhamne cruda spina literarum,
Ignitus acris flamma literarum,
Extinctus ater CARBO literarum.

Scalig. in Farrag. pa. 209.

Carbonariorum porrò exercitium substantiuè *Carbonariam* appellatum ob paupertatem exercuit etiam Pater Æmilij Scauri Romani Consulis. Quin & Carbonarij filius fuit Petrus Ramus Veromanduus Philosophus præclarissimus, de quo paulò inferiùs nonnulla dicenda sunt. *Carbonarium* item adiectiuè dictum hinc emanare clarum est ad significandum id quod, aut ad carbones, aut ad illorum propolas spectat, & singularis illius nominatiui fœmineum æquiuocat non cum arte duntaxat Carbonariorum, sed & cum *Carbonaria*, quam Cosmographi vnum ex Ostijs, seù Portubus Padi constituunt, vulgò *le Fornaci*, ab Hadria Vrbe, cum extabat XVI. mille passibus Clugiam versus, distans. Cum hac communem, & æquiuocam nominis radicem fortiti sunt Saltus Leodiensis Ditionis, cum ab Arborichis superiùs memoratis iura susciperent; ipsos enim SYLVAM CARBONARIAM tunc vocabant, eo quòd tota terra carbonibus constare videretur, per Carbones Gagatem, seù lapidem bituminosum intelligentes, vt inquit Goropius, Germanicam phrasim in hac re secutus, dum *Colen*, idest Carbones, lapideum eiusmodi bitumen vocant. Quod valdè conducit ad intelligendos qui scribunt Francos à Quintino, & Nannino victoribus in *Sylua Carbonaria* cæsos. *Carbonariam* quoq; inscriptam fuisse alteram ex quampluribus Plauti Comædijs, quæ temporum voracitate absumptæ desiderantur, testatur Simon Carpentarius Parisiensis, qui familiaria ad superstites eiusdem Comædias argumenta, nec non & etymologias adiecit, quin & comædiæ prædictæ carmen istud ad libri calcem refert.

Pl. de Vir. Ill. c. 72.

L. Alb. & P. Phil. Ferr. in Cens. Geogr.

Francicor. l. 3. pag. 61.

Secundum istam aram aurum abscondidi.

Eiusmodi etiam nominis consonantiam seruare videtur *Carbulo* Bæticæ oppidum, prope Cordubam. Diminutiuè prætereà *Carbunculus* hinc dicitur, & non absque significationis multiplicitate. Primò, & propriè *Carbonem paruulum* denotat, in quo sensu Plautus.

Pl. 3. c. 3.

Ita amburetur misero ei corculum, vt CARBVNCVLVS.

In mostel. act. 3. sc. 2.

Et quatenus Carbunculum in hoc sensu nos Itali exponimus *Carboncino*, eatenus menti reuocatur *Carboncinus* pictor non pœnitendus, *Franciscus* nomine, cognomine verò *Carbonius* ante paucos annos hìc Bononiæ florens. Posthac *Carbunculus* significat gemmam, quæ Carbonis igniti similitudinem refert, & in tenebris lucet, à nobis *Carbonchio* dicta. Morborum etiam in genere *Carbunculus* nomen est tumoris præter naturam, siuè vlceris citò crustam facientis, cum dira partium inflammatione, atra plerunque à bile venenosa reddita, à carbonis forma, & nigredine deductum; Quem morbum Plinius testatur L. Paulo, & Q. Mario Censoribus, ex Narbonensi Gallia, cuius erat peculiaris, primùm in Italiam venisse, & illo Consulares duos viros Iul. Ruf. & Q. Lecan. Bas. correptos, & statim extinctos. Imò & eodem duos Impp. Costantinum V. Copronymum, ac Hericum V. decessisse produnt historiographi. Nec rarò *Carbunculus* innuit terram, *qua Sole perferuet, ita vt radices fatorum comburat*, propter tessellas nigras, & lapideas, quæ in ea reperiuntur. De illa sermonem habebat Palladius dicens, *Carbunculus, nisi stercoretur macras vineas reddit*, & exinde *Carbunculosi* cognomen tribuitur agro, in quo plurima sit eiuscemodi terra. Et quia *Carbo*, si incendatur, adurit, ideò *Carbunculus* Morbus Vitibus, & Arboribus aduenisse dicitur, cùm earum flores aduruntur; hinc verba *Carbunculo* neutrum, & *Carbunculor* deponens, carbonis similitudine aduri, siuè inflammari significantia, & illis, præter tot Geoponicos, non semel vsus est Plinius.

Carbunculus lapis. Pl. l. 37. c. 7. & l. 26. c. 1.

Carbunculus morbus.

L. Beyerl. in teat. h. M 714. b. c. Zonar. To. 3. Paul. diac. l. 2. Sigon. lib. 10. regn. Ital. anno D. 1126.

Quo-

Var. de agric. l. 1. Pall in Ian. Colum. l. 3. c. 11. l. 12. cap. 7. & l. 18. c. 28.

Quoniam verò Arbores partimur in Caudicem, ramos, frondes, radices, &c. hinc vt propoſitum ordinem ſequamur, illa omnia ſigillatim, & breuiter percurremus. Eſt itaque *Caudex* (qui, & abiecta vnica literâ *Codex* dicitur, ſicut olim Clodius pro Claudio, & alia huiuſmodi erant in vſu) eſt inquam in Arboribus, & fruticibus illud, quod à radice ſupra terram ſimplex aſſurgit, & per quod Arboris eiuſdem, aut fruticis alimentum à radice defertur. Hæc verò inter caudicem, & caulem differentia intercedit, vt hic ad herbas tantùm, ille verò ad Arbores duntaxat, & frutices ſpectet, alio nomine *truncus*, vel *ſtipes*. Illum in hunc primum ſenſum aſſumpſit Ouidius, dum de Phæocome centauro dixit.

Caudicis æquiu.

Metam. lib. 12. fab. 5.

> *Phaeocomes hominemque ſimul prætectus, equumque,*
> *CODICE, qui miſſo, quem vix iuga bina mouerent*
> *Iuncta, Phonolenidem ſummo de vertice fregit.*

Extenditur etiam *Caudex* ad ſignificandum plurium tabularum contextum, quarum craſſiores Arti inſeruiebant Ædificatoriæ, graciliores verò cerâ aptabantur ad ſcribendum. Ad iſtas tamen deſignandas *Codicem* frequentiùs, quàm *Caudicem* accipimus, tametſi vtriſque debeat eadem eſſe ſignificatio. Hinc Budæus dixit *Codicem* eſſe librum in quo res digeruntur, & conſcribuntur. Quapropter iuremeritò Sacratiſs. Imp. Iuſtinianus, ſuperiorum Principum ſine ordine poſitas conſtitutiones ſua curâ repurgatas, vt & Nouellas emendatas in repetendæ prælectionis libros digeſtas, *Codicem* appellauit. Eiuſmodi erat & mos antiquorum, qui duodecim Tabularum leges *Codicem* pariter dici voluerunt, eo quia leges eædem in *Tabulis* hoc eſt *ſectis caudicibus* Solonis Athenienſis iuſſu deſcriptæ fuerunt, & illinc teſte Plutarcho trãslatæ, nomen idem *Codicis* retinuere. Idem & apud nos nomen ſeruatur, quanquam loco tabularum commodior vſus ſucceſſerit, vnde præter quam ceratos prædictos, membranei quoque, papyracei, chartaceiq; codices confecti ſunt. A veteri prædicto ſcribendi more appellationem retinet & *Codicillus* (nam qui ſentiunt poſſe dici *Codiculum*, cùm paruum codicem ſignificet, non placent) ſicuti quamplurima Romani iuris verba vetuſtatem voce tenus referunt, rebus intereà longè diuerſam habentibus formam. *Codicillum* ideò, ſeù *Codicillos* (ſic enim plurali numero frequentiùs vocantur) intelligunt Iuriſconſulti ſententiam vltimæ voluntatis, quam ſine iuſta teſtamenti ſolemnitate permiſſum eſt ob impedimenti neceſſitatem ſcribere, & ex illa *Codicillanses* legali vocabulo dicuntur qui eiuſmodi libellos emittunt. Iſtorum mos, ſiuè ius ante Auguſti tempora in vſu non erat; primus enim Lucius Lentulus, qui & fideicommiſſa inſtituit, codicillos introduxit. Nunc verò parùm diſtare videntur *Codicilli* à teſtamento ſi legatorum ordinatio, & non hæredis inſtitutio inſpiciatur, nam hæc pro ſolo fit Teſtamento, ita vt ſi aliqua ſolemnitas in teſtamento timeatur defeciſſe, apponatur hæc ſalutaris clauſula. *Si non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum*: quod peſſimo quidẽ errore, & contra mentem iuris fieri teſtatus eſt Imperator, aſſerens neceſſitati deſeruire debere illam clauſulam, non temeritati, nec eſſe confundendas huiuſmodi formulas. Significant etiam *Codicilli* diplomata, vel epiſtolas Principum; & propterea cum antiquitùs creuiſſet vſus iſtius vocis, factum etiam eſt, vt accepta ſit pro epiſtolis familiaribus à priuato ad priuatum ſcriptis, & in hoc ſenſu Catullus de Acme dicebat,

Triph. l. 19 de Bon. poſſ. contra tab.

Spiegel. in lex. iur. ciu. §. de Codicillis.

Plutarch. in Solone.

Vlp. in l. librorum. ff. de leg. 3.

Codicilli qui

Spieg. loc. cit.

Iuſtin. §. codicillis autem.

L. adminiſtrantes in princ. ff. de excuſ. tut.

epig. 39.

> *Mœcha putida redde Codicillos.*

Sed poteſtas *Codicillaris* de his epiſtolijs non dicitur, ſed tantùm ſignificat facultatem *Codicillos* conficiendi, quæ regio diplomate, & principis obtinetur indulgentiâ, qua munus aliquod publicum mandatur; quandoquidem denotabant etiam *Codicilli* maximam dignitatem à Principe adeptam, vnde dictum prouerbiale proceſſit *Inſignia codicillorum auferre*, publico nimirum munere priuare.

Sed alia *Caudicis* æquiuoca remanent enucleanda, nam cùm nulla ſit *Caudici* intellectio, homines propterea fatuos, & ſtolidos à Caudicis arborei ſimilitudine *Caudices* eleganti metaphora nuncupari contingit. Nec non & in malam partem ſumptus *Codex* pro ſupplicii ſpecie quadam ſumebatur, vnde Plautus.

Ex-

E —*Detrudam ad molas —Inde porrò ad puteum, atque robustum CODICEM.* *in Pan. act.5.sc.3.*

Eadem vox *Caudicis* accipiebatur etiam pro duro sedili infimæ sortis hominum, & sic etiam pro sede meretricia, quæ ex truncis Arboreis confecta esset. Ad rem Satyricus.

Horrida quale facit residens in CODICE pellex. *Iuuen. sat. 2.*

Istius modi sedes à montanis hominibus propè Alpes nostrarũ regionum fabricari solent ex Fago hyemali tempore, dũ propter niues continuas ibidem residentes in domibus latitare coguntur. Viles admodum eiusmodi sellæ vilioribus in cauponis, seù *Tabernis*, dictis quoque *Trabenis* à densis, & rudibus trabibus, quibus earum tigna contexta sunt, sæpe sæpius obseruantur. Fuit & *Caudex* cognomen M. Appij Claudij Romani consulis Anno Vrbis 489. Illum ob hoc ita appellatum tradit Seneca, quia *classem* primus extrà Italiam duxit, naualique prælio pugnauit. *Classis* enim est nauium multitudo, vel vnica tantum nauis, constans explurium tabularum contextu, qui (vt dictum est) antiquis *Caudex* nuncupabatur.

Appius Caudex quis, & vnde dictus. *Sen. de Breuitate Vitæ.*

F Et propterea *Caudica*, vel *caudicata*, seù etiam *caudea*, vel *caudicaria* dicebantur naues, cum primum *monoxyla* fuerint ex singulis lignis crassioribus cauatæ, & erant eiusmodi quæ per Tyberim præcipuè commeatus conuehebant. Et sicuti pro *caudicario* intelligitur quiequid ex *caudice* constat materialiter: ità *caudicale* illud, quod instrumentaliter se habet ad scindendos caudices aptius appellabitur. Hoc Plautus pulcherrima periphrasi docet, habens. *Var. de Vita Pop. Rom.*

Te cum securi CAVDICALI præficio prouincia. *in Psend. act.1.sc.2.*

Et quia ex magnis istis Caudicibus fiunt *Trabes*, propterea non est incongruum notare *Trabem* æquiuocè nonnunquam sumi pro Arbore, & è contrà, eò quod ex Arbore fiat; & sic etiam *Pinus, Alnus, Abies &c.* pro *Naui* sumuntur; vnde *Trabarias*, seù *Trabicas*, Festo adnotante, dictas hinc fuisse naues, eò quia trabibus essent contextæ, non est ignorandum; ideò Pacuuius dicebat *labitur in alueos Trabica*; vndè *Trabes* quoque nonnunquam metaphoricè dictæ sunt ipsæ naues, vt G cum Augustus Vates Hunniensis ad Danielem Cremonensem scribens, cecinit.

Trabis æquiu. denom.

Siue cum Diuum pueros, Ducumq;
Thessala vectos TRABE, seù furentum
Impetus regum canis, & scelestas
Sanguine mensas.

Augustus Vates od. 9.

Eàdem vsus est metaphora & Horatius, cum dixit

Vt TRABE Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.

l.1.carm. od.1.

Nec eiusdem nominis abiecta origine, licet parum mutato significato, apud nos Italos remansit vox *Trabacca*, non pro conopeo, sed pro militari tentorio sumpta, eo quod ex trabibus inuicem coaptatis primò resultet, & ex hac *Trabiccolo*, & *Trabiccola* profecta sunt, pro quibus Brixienses, alijq; dicunt *Trabaccola*; quæ dictiones significant retis genus, quod, tanquam tentorium quoddam, sed sine trabibus, non tamen sine fustibus, tendatur piscibus. Ita Papias hinc dici *Trabeam* autumat, non vt H nomen est illius Poetæ, cui locũ inter Comicos octauum assignat Volcatius, nec vt significat vestis speciem ex purpura, & cocco, quà Reges, vel augures Romanorum operti procedentes, *Trabeati* propriè dicebantur, vt inquit Suetonius; sed vt denotat Porticum *Trabalibus* lignis tectam, & fulcitam, cuiusmodi quamplures multis ab hinc seculis hîc Bononiæ fiebant (vt animaduertere licet ex illis, quæ tanquam vetustiora Antiquitatis Felsineæ monumenta supersunt adhuc, nec elegantiori fornicatæ cesserunt Architecturæ) cum maximam agri nostri partem, & quà præsertim vergit ad Apenninum, syluç occuparent, quæ, cultu in dies vigescente, in fertiliora posthac transierunt Viridaria. *Trabalia* eiusmodi Ligna dicuntur etiam *claui trabales*, licet eiusmodi nomen magis significet ferramenta illa, quibus trabes configuntur, & conueniat etiam prægrandibus palis ad instar clauorum cuspidem habentibus, ad cruciandos noxios paratis, qui, vt scripsit Io. Baptista Montalbanus frater meus in suo de rebus Turcicis Commentario, apud Turcas præsertim nunc

Monosf. It. lin. lib. 4. pag. 190.

Th. Vit. H. P. pag. 478. ex Suet. lib. de vestium generibus.

Comm. Rer. Turcic. §. Iustitia in pace &c.

sunt

l. 1. carm. od. 35.

ſunt in more. Adrem Horatius de Fortuna ſcribens, dixit

Te ſemper anteit ſæua Neceſſitas
CLAVOS TRABALES, & cuneos manu
Geſtans ahena, nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumuè plumbum.

Sozom. l. 3. hiſt. c. 12. Laur. Beyerl. in Th. Vit. Hum. I. p. 265. f. & M. p. 286. 6.

Iſtis addere liceat nomen TRABVLÆ Virginis Perſarum Epiſcopi Simeonis ſororem (filiam alij faciunt) quæ non vt *Trabs paruula*, quemadmodum nomen ſonat, ſed ingens ad Eccleſiæ catholicæ ædificium tunc ſuccisa fuit, cum à Iudæis indignè ferentibus ab illa nati Meſſiæ fidem ſeruari, apud Reginam tunc Saporis vxorem ægrotantem accuſata, quod patris mortem vlciſci volens illi mortem veneficijs paraſſet, Magorum conſilio in duas partes, vnà cum nonnullis alijs Chriſtianis Virginibus diſſecta, Chriſti Martyr effecta eſt, ad ſtipites alligatis, vt medias Regina ſanitatis ſpe recuperandæ tranſiret. Quoniam verò *Trabes*, vt dictum eſt fiunt ex integris Arborum Caudicibus, qui primò finduntur in *Ramos*, aliquid ad rem de iſtis notandum eſt. Græcis ergò κλάδοι dicuntur, & ſunt quos veluti Brachia diffundunt Arbores in ſuperiori parte; nec ſenſus ambiguitatem nomine tenus effugiunt. Quippe quia *Ramus* vocatur etiam illud in craſſioribus Arborum radicibus, quod in herbis capillamentum; quò ſpectat illud Columellæ de Nuce ſcribentis *ex extremo duum ramorum ambas radices emittit*. Iuriſprudentia quoque tranſtulit *Ramum* ad ſignificandam partem Arboris genealogicæ. Cæterùm ſeruata ſimilitudine *Ramum* pariter dicimus aliquorum montium ſeriem quandam breuiorem ex ordine primo dependentem; & ſic Plinius dicebat *ſub monte Cambalido, qui eſt Caucaſi ramus*: quo pacto & *Ramum* vocamus brachium aliquod fluminis, cum diuiditur, & multifidum in mare ponit. *Ita ramos miſeriarum abſcindendos* eſſe innuebat Cicero. Ab his Arborum brachijs cognomen mutuatus eſt Petrus RAMVS, qui non ex Ramis carbones, ſed ex carbonibus ramos, ſed Philoſophicos educi oſtendit in ſe ipſo, dum ignobilitatem Patris Carbonarij, philoſophicorum ſtudiorum profeſſione adeò in ſe nobilitauit, vt ad primarias Academiæ Lutetianæ Cathedras euectus, oſtentandæ doctrinæ ergò, primus ex recentioribus Peripateticam doctrinam falſitàtis inſimulare legendo ſimul, & ſcribendo ſit auſus. Qua doctrina, quia malè vſus, eſt, non meruit vt de ipſo diceretur id quod de Florimontio *Ramo* encomiaſticè enunciauit Ioſeph Baptiſta neotericorum Poetarum ſuauiſſimus.

Ramus, & eius æquiu. — *l. 5.* — *l. 16. H. N.* — *Tuſc. 3.* — *Laur. Beyerl. in Th. Vit. Hum. Tom. 2. C. pag. 78. e. centur. 3. epigr. 5.*

Virtutum potuit qui tantos mittere fructus,
Non fuit hic RAMVS, ſed Magis Arbor erat.

Diminutiua ſubſequuntur *Ramulus*, & *Ramuſculus* κλαδὼν, & κλαδίσκος Græcis, & inſuper adiectiua *Ramoſus*, & *Ramuloſus*, per ſe ſatis nota, quæ ab Arboribus ad alia transferuntur; ſic Virgilius *Ramoſa* ceruorum cornua cognominabat; Hinc Ouidius de Hydra Lernæa loquentem inducens Alcidem, dicebat: *ceruix ramoſa colubris*. *Rameus* eandem habet originem, *quod ad ramos ſpectat* denotans, vnde idem Virgilius.

l. 9. Met. fab. 1. — *4. Georg.*

——————Et RAMEA coſtis,
Subijciunt fragmenta, thymum, caſiaſque recentes.

Κλάδαρος autem, ſeù *Ramale* eſt ramus inutilis ab Arbore abſciſſus, de quo meminit Ouidius.

8. Met. fab. 8

Multifidaſque faces, RAMALIAQVE arida tecto.

Hunc nos Itali *Bronco* vocamus, rectà detorquentes à fonte Græco βρόγχος, quemadmodum facimus, & de ipſo Ramo Arbori natiuæ conuiuenti, qui Græcis θαλλὸς, & nobis *tallo* dicitur à verbo θάλλειν, ideſt vireſcere, ſeù pullulare, vel ſurculos emittere, nobis Italis *tallire*, vnde *thallus* apud latinos quoque proceſſit ad denotandos bulboſarum radicum ramos; quà voce, & in ſenſu prædicto vſus Columella, vbi *niſi arundines tranſuerſas in medium iugata vinea crebras diſpoſueris, thalli caparum ventis proſternuntur*. Ad rem noſtrates pulcherrimum efferunt adagium, ſcilicet METTERE VN TALLO SV'L VECCHIO, & enun-

Monoſ. l. 1. fl. lin. Ital. — *Thallus quid?* — *Monoſ. loc. cit.*

ciatur

A ciatur de fenioribus poft duram ægrotationem conualefcentibus, adeò vt iuuenibus quafi vegetiores euadant, non fecus ac furculus in Arbore fenio confecta infitus, eam in nouam Arborem coalefcere facit. *Thallum* etiam quendam, nomine credam fictitio, memorat, fed fatyricè Catullus in illum euomens epigramma incipiens.

Cynade THALLE mollior cuniculi capillo. *epigr.* 22.

Sed iftiufmodi pueros, vnà cum omnibus, qui ijs abutuntur relinquamus igni abfumendos, vt fit & de materia, quam tractamus. Ingentes fiquidem ex illa truncos ficcos hybernis ignibus accomodamus, eofdemque nos Itali *ceppi* vocamus, vnde promanauit Bononienfium peculiare verbum *ceppare*, fiuè *metter ceppo*, & dicitur quando quis in fumma frigoris apfide, nocturni temporis Octauo, & Pridie Kal. ac pridie Non. Ianuarij it cum amico hilariter cœnatum, eò quia tunc foleant craffiores eiufmodi trunci ab Hofpite comburi, vt alacrius cum conuiua rigor temporis eludatur. Hanc ad rem prouerbium dicimus CHI HA' DE' CEPPI,

Cippus quid?

B PVO' FAR DELLE SCHEGGIE, & de diuitibus profertur, qui mediocres expenfas largè facere queunt, non fecus ac qui ftipites habet in multas illos affulas diuidere poteft; nobis enim *scheggie* dicuntur affulæ, quæ Græcis σχίζαι à verbo σχίζειν, ideft findere, nobis *scheggiare*. Cum autem has *schidias* nos *stelle* pariter nuncupemus, non difplicet obferuare quo iure id fiat. Illud proprium eft fragmentorum Populi, aliarumque nonnullarum Arborum, vt cum per aliquod tempus putrefcere incæperint, lucem concipiant, eamq; in tenebris mirabiliter feruent, ita vt Stellas ipfas imitari quodammodo videantur, *stellantes*, hoc eft splédentes, ficut ipfæ faciunt ftellæ Firmamenti. Ab hac itaque ftellanti fpecie crediderim fic appellatas illas in fpecie, & ab eifdem ad fchidias in genere nomen proceffiffe. Tot *prunas* crederes effe, nifi caloris abfentia fidem oculis tolleret; *prunas*, inquam, & has à *perurendo* latinè dicimus, quemadmodum Italicè *Bragie* ἀπὸ τοῦ βράζειν, ideft à *feruendo*, & hinc ortum eft prouerbium *occhi di Bragia*, fcilicet oculi

Schidiæ quid, & vnde dictæ?

Lucret. l. 4. de nat. rer.

Virgil. 7. Æn.

Stella pro Schidijs.

Pruna.

C prunarum inftar ardentes, quod obferuare contingit in maximè biliofis, quando ira corripiuntur acerba, & hoc vfus eft adagio Dantes Italicæ Poefeos Nutritius, vbi fcripfit.

Caron Demonio, con occhi di bragia. *in Inf.*

Sed ftipitum, quos diximus *Ceppi* latinè fumptum literale nomen *Cippus* refultat, quod multiplex adhuc eft in fignificatione; nam denotat ligneum illud inftrumentum, quo feruorum, & captiuorum pedes colligabantur, & inde nos *Ceppi* fimiliter vocamus captiuorum compedes, & ξύλον illud dicebatur, vel ξυλοπέδη ἀπὸ τοῦ ξύλου *ligno*, aut ποδοκάκκη vel fatius ποδοκατόχη. Præterea fignificabat etiam columnam, quæ ad rei cuiufpiam memoriam feruandam in agris erigi folebat, vnde terminales quoque lapides *Cippi* dicebantur, quippè qui à terra erecti feruabant limitum memoriam. Eiufcemodi erant & lapides illi, in quibus incidebantur verba, quibus teftatores declarabant fe certum fpatium in agro fibi excipere pro fepulcro, à nemine, neque ab ipfa Republica, quouis fub titulo vfurpandum.

D De his loquitur Horatius, vbi.

Mille pedes in fronte, trecentos Cippus in agrum
Hic dabat &c.

Serm. l. 1. sat. 8.

Quam ad rem per quam facetè alludebat Andreas Marianus Bonon. fub M. Genutij *Cippi* perfona canens.

Ne poſt Tarquinios videant Capitolia Regem,
Vrbe procul, canibus præda futurus eo.
Vtilius Faunos inter, Satyrofque morabor,
Fixus vbi medijs hæfero CIPPVS agris.

Statuar. Roma l. 1. epigr. 10.

Inter cæteros hunc antiquorum morem teftari poteft mutus lapis Cippi marmorei Maniliani Anno Sal. MDI. e Villa S. Benedicti Comitatus Bonon. effoffi, in Vrbemque tranflati ad exteriora Meridionalia Auguftiff. Bafilicæ Diui Petronij, vbi noftris diebus fpectatur, altus in p. IX. latus in III. & hiftorico-myfticis notis Alexandri

xandri

xandri Nigri Io. Franciſci Filij Bononienſis illuſtratus. E

Q. MANLIO
C. F. CORDO. CENTVR.
LEG. XXI. RAPAC.
PRÆF. EQVIT. EXACT.
TRIBVT. CIVIT. GALL.
FAC. CVR.
CERTVS. LIB.
IN AGR. P. XL. IV. IN FRO. P. XL. IV.

Trunci æquiu.

Quoniam verò Caudicem *Trunci* nomine pariter deſignari ſuperius innuimus, eò quia ſit Arboris ſtatura, quæ ramis truncatis ſuperſtat, & radicibus inſiſtit, hic ab eiuſdem ſimilitudine *truncum* pariter æquiuocè dici notamus mediam humani corporis partem à collo ad coſtas, & hoc præcipuè de ſtatuis, ſi vel caput, vel pedes, aut brachia deſint, quem etiam in ſenſum de Priami cadauere Virgilius dicebat. F

————Iacet ingens littore TRVNCVS,
Auulſumquè humeris caput, & ſine nomine corpus.

Æn. 2.

Præterquamquod *truncus* à *truncando*, id quod in partes, alias *trunculos* ſciſſum eſt adiectiuè denotat. Nec rarò pro homine ſtupido, hebetique ſumitur *truncus*, ſed metaphoricè, vt cum Cicero in Piſonem inquiebat. *Qui poteſt eſſe in eiuſmo di TRVNCO ſapientia?* Item *Tanquam TRVNCVS, atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modo, poſſet ſuſtinere titulum conſulatus.* Quod nomen, dum ſtoliditatem innuit, nulli melius competere videtur, quam ſtolidiſſimis illis, qui fidem adhibent præ cæteris ſceleſtiſſimæ illi Mahumetanorum ſectæ, quæ *Elauted* illorum lingua, hoc eſt TRVNCORVM denominationem ſuis aſſeclis impertitur. Narrat enim Ioannes Leo impijſſimos eiuſmodi *Truncos* viliſſimo habitu indutos Africam circumire, Stellas vnum eſſe Deum aſſeuerantes, nullamque legem, neque fidem erroneam, ſed cuiuis, quod ſibi videatur, adorare licere. Vnde tantam ſtoliditatem Afrorum eſſe ſcribit, vt aliquem ex *Truncis* prædictis cum fœmina congredientem videntes (hoc enim in propatulo ſæpius faciunt) illam feliciſſimam credant. Inquit enim ſe vnum ipſorum in foro AlKayri palam cum primaria muliere è balneo egreſſa coeuntem vidiſſe, & mox populum accurriſſe, ac mulieris veſtes, tanquam ſacras tetigiſſe; Maritum verò, cognito facinore, Deos benedixiſſe, nec non eleemoſynis, ſolemnique conuiuio gaudium ſuum teſtatum, eò quod dignus habitus eſſet vt propriam vxorem propheta, ſimulato concubitu, diuinis repleret chariſmatis. Pro *trunco* ſimiliter, & Caudice, nec non & pro tota Arbore per ſynecdochen accipiuntur *ſtipes*, & *cortex*; & nihil minus ac truncus, & caudex *ſtipes* quoque per tranſlationem de inſulſo dicitur, & fatuo, vt *cortex*, eàdem figura, de rudi, & intractabili homine effertur. De hoc, præter id, quod ex Cicerone ſuperius attulimus, exemplum eſt illud Menedemi apud Terentium. G

Trũcorum barbarorũ ſecta.

Africa l. 3. c. 43.

in Heaut. act. 5. ſc. 1.

H

————In me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ dicta ſunt in ſtultum CAVDEX, STIPES, aſinus, plumbeus.

ſtipes, & cortex.

Cum eodem præterea *ſtipes* pecuniæ, & *ſtipes* à *ſtipando* ambiguo pollent ſenſu; quin & ab hoc verbo non perperã dictus cenſebitur ligneus idem *ſtipes*, cum & poſſit exponi fuſtis, qui terræ defigitur ad *ſtipandas*, & fulciendas vites, aut quid ſimile. Ipſe verò *cortex*, promiſcui generis, ità dici videtur, eò quia ſit quaſi *corium*, quo operiuntur Arbores à natura, & communiuntur aduerſus aeris iniurias. Et hinc *decorticare* denotans quod *corticatum* eſt, ſeù *corticoſum* natiua nudare corticula.

aſſeres qui?

Truncus verò Arboreus non Oeconomiæ tantum, ſed & Architectonicæ inſeruiens, in tabulas finditur, quarum nomen tum genere, tum deriuatione ambiguum eſt. Propriè enim dicuntur *aſſeres*; nec benè aſſeres vtrum hoc nomen proueniat

A ab *assis*, cuius genitiuus singularis non tantum *assis* est, sed & *asseris*; vel ab *asser* asseris, cum par vbique, nec assis ducenda ratio currat. Ab *assidendo* fortasse dicentur, eò quia parietibus, ac trabibus, quibus admouentur, assidcant. *Asseres* tamen ab *assibus* distinguit Bodæus; *sunt enim* (inquit) *Asseres oblonga, trientali circiter materia, latitudine ferè, ac crassitudine aquales, vulgò membratura dicuntur*. Et istis correspondent quadrata illa ligna, quæ nostratibus *Quaderletti* vocantur. *Asses verò*, (prosequitur) *qua & AXÆ dicuntur, sunt tabula sectiles, scandulis non absimiles*. Ab *assere* fit *asserulus*, vel *asserculus*, licet *asserculum* legatur in vetustioribus Catonis codicibus ob incuriam, credo, transcriptorum. Ab *asse* verò proueniunt diminutiua *assula*, & *assiculus*, aduerbia *assulosè*, ac *assulatim*, hoc est minutim, & tanquam in assulas concisum; hinc Plautinus Ergasilus---*Aperite has ambas fores*,

Prius quam pultando vel assulatim foribus exitium affero.

Quin & verbum *assare*, vel *coassare* hinc deriuatum faciunt; significat enim *contabulare*: vnde Vitruuius *cum assatum fuerit*, inquit, *super altera COASSATIO seruatur*. Traducitur simplex illud, vnà cum alio composito *inasso* ad significandum *ad ignem*

B *torrere*, eò quia quæ sic torrentur, restringantur, & siccentur, vt non parum asseres imitentur. Exponuntur etiam *asseres pali*, vel *paxilli*, qui supponebantur lecticis; hinc Suetonius. *Lecticarij cum asseribus accurrerunt*. Apud Veteres etiam *asseres* dictæ sunt fœminæ, sub quarum cura nutriebantur Infantes. Nos per metaphoram *asseres* vocamus homines macilentos, qui velut *asseres* graciles sunt. Nec rarò prisci scribebant *axes*, aut *axiculos* in eodem significato, ac *asseres*, & à Græcis *axones* appellabantur. Sic vocabantur etiam tabulæ, in quibus Athenis leges Solonis incisas memorat Gellius. Æquiuocat item hoc nomen cum Fera quadam Indica *Axis* pariter dicta. Pantheram esse crederem, quam Libero Patri sacram facit Plinius. Quod porrò & *axis* dicatur lignum illud teres, circà quod rota versatur in curru, cum notissimum sit, non est pluribus prosequendum. Hucusquè propriè sumptus est *axis*; figuratè verò pro toto curru ponitur, vt cum cecinit Iuuenalis.

Dignus Aricinos, qui mendicaret ad axes.

Sic & ferrum illud, circà quod cardo ianuæ vertitur *axis* denotat; hinc *axem à cardine vellere* dicimus. Vlterius & partem cœli Septentrionalis, quam verticem, seù

C polum arcticum, dicunt, cui contrarius est polus antarcticus, hinc à Græcis *antiaxon* dictus est, quandoquidem axis illis vocatur ὁ ἄξων. Nec à totius identidem cœli significatione arcetur; quod fuit in causa, vt Augustus Vates in Epicedio Longollij ad Arnaldum Principem Britanicum caneret.

Quo surgens medius, quo fugiens nihil
Maius, sydereo nil propius duci
Celso spectat ab AXE
Pura lampade Cynthius.

Axem quoque pro regione identidem poni testari potest illud Hermici Caiadi Lusitani Poetæ clarissimi.

Annibal Italici tutor fortissimus axis.

Quod si diligentius obseruabimus τὸν ἄξωνα Græcorum, comperiemus secum procuIdubio æquiuocare, seù nomen ab eodem quasi deductum habere fluuios *Axonem* apud Ionas in Asia minori, vbi & *Axius* Vrbs erat: *Axonam* per extremos Rhemorum

D fines excurrentem; *Axiumque* adhuc duplicem, alterum per Paphlagoniam, alterumque per Macedoniam fluentem, ex cuius nouissimi aquà si pecora potent, nigros (si credere placet) pariunt fœtus, vt innuit Balthassar Bonifacius habens.

Infuscat Sybaris pecudes, at Crathis inalbat,
Candida terga Melan, AXIVS atra facit.

Et quia nimis longum foret tot alia, quæ profert Græcia *axis*, & *axonis* deriuata recensere, illud duntaxat memorabimus, quod *Axonam* fluuium prædictum Rhemensium celebrem reddit, & est circumuicinos illius populos ab illo vocatos *Axones* admodum agiles in armis fuisse; vnde Lucanus

Et Biturix, longisquè leues AXONES in Armis.

Cum verò sit *turpis sine frondibus Arbor*, ita turpe foret vbi tot alia de alijs Arborum partibus dicta sunt, hoc vnicum earum ornamentum solitis notis per transire. Est itaque

Marginalia: lib. de Asse. — Pl. l. 12. c. 22. — in Capt. act. 4. sc. 2. — in Calig. — Pap. Voc. — l. 2. c. 12. — l. 8. c. 21. — Axis aquiu & denom. — Sat. 4. — ode 7. — Ecloga 6. — Boccat. de fluuijs. — Musar. l. 3. in Selem. p. 1. n. 114. — l. 1. — folia quæ & vnde dicta?

itaque *frons frondis* folium Arboris propriè;& ideò cum de hac Arborum parte agitur, ipsam *frondis* melius, quam *folij* nomine exprimi credam: quandoquidem folium indifferenter de Arboribus,& herbis; *frons* verò de Arboribus tantum dicitur. Hæc in recto,nemine non cognosceute,cum *fronte* æquiuocat. Etymon à *fero* traxisse videtur,eo quia frondes Arborum aut ferant vmbras, vt inquit Papias ,aut cadentes ab Arboribus huc illuc vento ferantur. Φύλλον Græcis dicitur,vt fabulantur à *Phyllide* Demophoontis amasia , de qua vberius in fabulosis de Amygdalo loquemur , cum prius *petala* vocarentur folia , quæ posthac ἀπὸ τοῦ φύλλω dicta sunt. Ego satius *Phyllidi* nomen dedisse *phyllon* crederem , quam è contrà , eò quod Phyllis cum se Arbori siccæ suspendisset , ipsa statim reuirescens emisit *phylla* , hoc est folia. Aliæ quoque *Phyllides*, sed nomine à prima desumpto, & vt plurimum fictitio memorantur à Poetis, tum antiquis, tum neotericis, in varijs idiomatibus. Vnam præ cæteris à Martiali taxatam satyrico illo epigrammate *Cum duo venissent ad Phyllida,&c.* obseruasse sufficiat. Significat etiam *phyllon* spinam illam sine caule , & sine flore , & echino , quam alijs nominibus *leucacantham* , *& polygonaton* Græci vocant. *Phyllitis* item, hoc est *lapaton agrium* ab eàdem origine nomen traxit. Quid verò sit *epiphyllis* abundè explicat Tzetzes in Chiliadibus habens.

l. 10.p. 81. Plin. l. 22. c. 16. — E — F

Chil. 4. hist. 1.

Epiphyllis minimus racemulus existit,
Qui possit operiri etiam à quouis folio.

Cumquè nobis Italis nedum *fronde* , vel *fronda* frons exponatur , sed & *foglia* vox *folio* latinorum respondens,hæc dicenda est cognomen tribuisse prænobili *Folianorum* Mutinensium familiæ, quæ per multas diffusa est ciuitates. Ex ea Ludouicus Folian. Mutin. cuius *Musica Theorica* doctissimis pertractata speculationibus impressa est Venet. 1529. in f. Latinè verò sumpta *frons* in hoc campo literario, longo & ipsa deriuatorum comitatu venit instructa; quod enim totum ex frondibus constat , vt præcipuè coronæ,vel frondibus abundat, vt nemora , *frondeum* φύλλινος dicimus, vel. πολύφυλλος *frondosum* , pro quo & *frondiferum* φυλλοφόρος ponimus. In hoc sensu Lucretius.

l. 1.

FRONDIFERASQVE nouis auibus canere vndique syluas

Ità *frondarium* adiectiuè vocamus quod ad frondes pertinet, & ab eisdem *frondeo*, & *frondesco* φυλλοτίζω , siuè φυλλιάω processit, quod facere dicuntur Arbores , cum frondes emittunt, vnde *Nunc frondent sylua , nunc formosissimus annus.*

Virg. 3. Ecl. — G

E contrà *frondare* ἀποφυλλίζω frondes amputare significat,& ex hoc *frondatio*,actus ipse frondandi , atquè *frondatores* , quorum tria genera Seruius enumerat , eos scilicet, qui Arbores amputant , & qui è frondibus manipulos faciunt , & qui manibus folia multarum Arborum,& præcipuè Vitium auellunt,vt Solis ardor efficacius agat in vuas maturandas , & frondibus sic auulsis pecudes alunt . Quibus in sensibus intelligi potest illud Virgilij. *Hinc alta sub rupe canet FRONDATOR ad auras.*

Seru. in Ecl. 1. Virg. Al. ab Al. D. G. l. 1. c. 9 Pl. l. 17. c. 1. Cic. ad Att. l. 15. De re rust. l. 1. l. 13. c. 36. In Poem. de Smilace. — H

Idem quoq;nomen competit auibus,cum In frondibus nidificant,habitant,& illis vescuntur. Hinc rursus *Frondisij* dicti sunt milites,qui fronde coronati militaria facinora egregiè edidissent ; eisque primò id obuenit nomen, qui Vulturnum transnatans fronde capiti imposita Annibalem contrà fortissimè se gessit. Contendunt aliqui nomenclaturam *Fruticis* , plantæ scilicet *Frondata* magis , quam caudicatæ , seu quæ trunco exili, & multiplici medium Arbores inter , & herbas obtinet locum, fundatam esse in voce *Fruns Frundis* , illas tantum frondes significantis , quæ pecudum in pabulum cedunt: quo spectat illud Varronis *Vnde frus ouibus , & bubus fiet.* Quà pariter voce inter Neotericos vsus est Pier. Valer. canens. *—At illam purpura vestit*
Aut crocea , aut varia , sed frus , & Surculus idem.

Frus autem, mutato solum elemento *s*, in *à*, nostratibus à Rusticis vsurpatur,dicentibus *frua* , fructuositatemque innuentibus abbreuiato vocabulo. Etymon *fruticis* deriuat Papias ex eo quod *fronde terram tegat* . Nonnulli dictum censent à *fruticando* , scilicet *pullulando*, eò quia frutex succisus semper suppullulet ; sed rectius Plinius verbum *frutico* , & deriuatiua *fruticor*, ac *fruticesco*,a frutice producta sensit,cui propterea subcribere non displicet. Hinc *infrutico* verbum apud Galterum de Alexandro Macedone loquentem . *Nondum prodierat naturà plana tenellis*
Infruticans lanugo pilis

In Alexan dreide lib. 1. prope finem.

Hanc vocem,pro stirpe significanda Suetonius vsurpauit scribens *singulos repentè ramos à frutice dedit* . Quod porrò *frutetum* , siuè

que-

A quemadmodum in antiquissimis legitur codicibus, *fruteсtum*, atque *frusicetum*, locus nempe fruticibus consitus, nec non *frutetosus*, siuè *frutectosus*, quod nimirùm fruticibus abundat, ac *fruticosus*, quod longè, lateq; fruticat, & multos habet *fruticantes* ramos, atque verbale *fruticatio*, à frutice deriuent, insulsum foret ambigere. *In Vespas.*

Fruticibus *stolones* succedunt; isti enim sunt quasi frutices paruuli è radicibus Arborum emergentes, qui cùm sint partes *stolidæ*, atque inutiles, eximuntur, & resecantur, secus alimentum Arbori natiuæ debitum subtrrahunt. Hinc cognomen Romanæ *Stolonum* familiæ processit; Primus enim eiusdem gentis C. Licinius id nomen meruit, teste Varrone, quia cùm Agriculturæ diligentissimus esset, plantasquè, & Arbores ablaquearet, & insereret (vnde primus Oliuam inuenit, quam ab eius nomine Liciniam dixerunt) tantam *in resecandis fruticibus, quos stolones vocant* (inquit Plinius) curam ponere solebat, vt nullus in eius fundo *stolo* reperiri posset. Pro stolido homine *stolo* quoque vsurpatus videtur, & eleganter ab Ausonio

Stolones qui? — *l. 1. de re* — *l. 17. H. N. c. 11.* — *Aus. ad Theon.*

Sed iam non potes ô stolo doceri:

Epist. 4.

Fatuum quid, nil minus ac stolones, in Arboribus sunt inanes illæ efflorescentiæ, B quæ *amenta* dicuntur, ceù à mento pendentes barbæ lanuginosæ, quarum deciduis pilis nimis exilibus alij succedunt durabiles. Ab hac arborea lanugine, cum humanæ barbæ primò erumpentis speciem referat, & *Iulus* quoque, nomine magis proprio, vocetur, *Iulos* plerique dictos autumant. Sic de Ascanio Virgilius.

Pl. l. 16. c. 29. — *Iuli qui?*

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulus — Additur, &c.

Æn. l. 1.

Ab eo posteà gens Iulia processit, & cognominata est, tot Cæsares emissura, vndè idem Vates.

Nascetur pulcrà Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius à magno demissum nomen Iulo.

In quo pariter sensu intelligendus est Valerius Flaccus à Pio Bononien. expositus.

Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos,

Argon. lib. 1. in princ.

Id est Cæsares ab Ænea Phrygio ducentes originem. Quot posteà ab Impp. eisdem Vrbes nomen traxerint, hoc non vno in loco memorat Plinius, septendecim ciuitatès eorum nomine dictas enumerâs. Inter has dubitatur tantùm de *Alba Iulia* Transiluaniæ metropoli, vulgò Hungaricè *Gulafeyruar*, & Germanicè *Vveisenburg*, quæ C & alio nomine latinis antiquis dicta est *Sarmisdacia*. Non enim à Iulio Cæsare, sed ab *Hiula* Hunnorum Principe sic dictam volunt. Cumq; à Iulio *Iulianus* adiectiuum detorqueatur, vndè Iulianos milites Suetonius vocabat, qui diutius sub Iulio Cæsare vel ipsi Macedoni præferendo, pugnarant; & fastus Iulianos, qui ab eodem Cæsare confecti sunt; similiterquè *Iuliana* vectigalia, quæ idem imposuit. appellamus. Pertranseo tot *Iulianos*, *Iulianasque*, quorum nomen historijs decantatum, solus dedecoraste *Iulianus* Imp. Apostata visus est. *Iuli* nomen itidem, longè impari dignitate, non autem dissimili de causa, quandam scilicet propter apparentiam communicatum fuit insecto cuidam animali multipedi (millepedam dicunt) subtilissimis vndique pilis, & veluti lanugine quadam referto, Arboribusquè passim obrepenti. Similiter *Iulus*, siuè *Iulis*, aut *Iulia* piscis est, de quo doctissimus Io. Corn. Vteruerius primus meus in Botanicis præceptor in Historia Piscium Aldrouandi vberem habet mentionem, Rursus *Iulus*, vbi fœminino genere sumatur, cantilenam quandam apud Græcos significabat, cuius meminit Eratosthenes his carminibus in Mercurio.

L. 3. c. 1. l. 4. c. 22. &c. — *Ortel. tab. 78.* — *Pl. l. 2. c. 25.* — *Apollon. lib. 1.* — *Aldr. de Pisc. l. 1. c. 7. in prin.*

D Ἠχορνῆτες ἴριθεο ἰφ', ὑψηλῷ πυλεῶνος
Δανδαίνιο στίχεον, καλὰς ὕμνει ἰοῦλον

Io. Tzet. Chil. 13. n. 494.

Vel vt vertimus extempore.

Vestibulo tractans Lanam Dandatis in alto
Constitit, & pulchros cecinit quam suauiter hymnos.

Nec adeò *Iulis* intenti erimus, vt infimarum quoq; Arboris partium, quæ *Radices* nomine satis noto vocantur, obliuiscamur. Æquiuoca de radice nulla (quod sciam) habentur, sed vice illorum supplet Metaphoricus istius nominis vsus ad significandas imas cuiuscunque rei partes, vt *Radices Montium*, *radices Palatij*, *radices Dentium*, *&c.* Aliàs radicem ponimus pro origine, & principe alicuius rei causa, vt vbi Parœmiographus dicebat πηγὴ, καὶ ῥίζα, scilicet *fons, & radix*. Ita Græcns ille apud Monosinum inquit ἡ φιλαργυρία ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶ, nempe *Auaritia radix est omnium*

Radicis Denom. — *Casl. 1. B. Ciu.*

nium

Ang. Monoſ. l. 1. ſt. It. ling. p. 42. & l. 3. num. 122. Laert. in vita Ariſt.

nium malorum, vel è contrà dicimus *Virtus eſt radix omnium bonorum*. Nec hinc multum abeſt Græca illa Ariſtotelis apud Laertium ſententia τῆς ἀρετῆς dixit, τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκὺν δὲ τὸν καρπόν, hoc eſt, *Virtutis amaræ quidem ſunt radices, fructus verò dulcis*. Non enim ſine multo ſudore, atque algore virtutis gloriam acquirit aliquis mortalium; virtuti ſiquidem πρόδρομον, dicebat Heſiodus, eſt labor. Hoc videtur etiam Muretus in ſententijs pereleganter expreſſiſſe.

Principio ſtudij RADIX inamœna videtur,
Sed profert dulces paruo poſt tempore fructus.

4. Phil. & 2. de off.

Ita & Cicero *Virtus eſt altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactatur*, & aliàs *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur*. Radicis ſynonymum eſt *ſtirps*, in hoc ſignificato fœminini generis, vt & quando pro Arbore exrirpata ponitur ab Horatio vbi de fluuio ſcribit,

l. 3. Carm. od. 29.

Stirpeſq́; raptas, & pecus, & domos.

Aliquando ſuprà radicem, firmiſſimam denotat caudicis extremitatem, imò & totum caudicem metaphoricὲ, & tunc maſculini generis eſt. Ita Virgilius,

Æn. 12.

Cùm ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum.

ſtirps quid? Alc. ff. de verb. ſignif.

Sub *ſtirpis* etiam nomine veniunt *ferulæ*, ſeù *virgulta*, quæ de radicibus Arborum naſcuntur, *germina* quoque nuncupata, & quæ Accurſius contrà Varronis, & Columellæ ſententiam, pedamenta eſſe arbitratur. Antiquitus etiam *ſtirpis* in recto dicebatur, ex Seruij aſſerto. Nonnunquam, præter radicem, & Plantam, genus quoque in Ciuilibus, progeniem, familiam, & originem denotat; in quo ſenſu Virgilius.

l. 5. Æneid.

Eſt tibi Dardanius diuinæ ſtirpis Aceſtes,

Hinc *ſucceſſio in ſtirpes* emanauit: formula dicendi apud Iuriſconſultos notiſſima. Sic *exſtirpare*, hoc eſt *à ſtirpe* excidere, vel *ſtirpitus* euertere, in quocunque prædictorum ſenſuum efferatur, ſemper ſignificabit *radicitus*, & funditus aliquid, ne vltrò *ſtirpeſcat*, perdere; imo & pro ſtirpe *Planta* quoque (licet herbarum ſit proprium) non rarò dicitur. Quin & eleganter transfertur ad exprimendam Arborem. Quod eò magis congruit, quia quælibet Arbor per ſemem progenita prius inter plantas enumerari debuit. Genealogicam ideò Tyrannorum Othomanicorum Arborem, quam graphicè expreſſit ab ore draconis flammas euomentis incenſam Principius Fabricius Theramenſis, ſic quoque poeticè circumſcripſit:

lib. 4. Embl. tit. 2. alluſ. 1.

Piantò man ſcelerata in Oriente
Audace, ſerua, e adulterina PIANTA,
Che per diſoneſtà creſcendo è tanta,
Gh'auanza forſe in numero ogni Gente.

Succedit poſtremò locus, vbi Arbores prouenire ſolent, examinandus. Hic, vt notiſſimum eſt, *ſylua* dicitur, etymologia deſumpta ab ὕλη, quæ Græcis materiam denotat, eo quia in ea proueniant Arbores, quæ iuſtam attingentes proceritatem cæduntur, ad materiam diuerſis vſibus ſuppeditandam, vndè *cædua*, vel *incædua* ſolet propriè, prout occaſio præbetur, cognominari; Differt à luco, ſaltu, & nemore, quia in hac Arbores ſponte naſcuntur; lucus verò conſeritur, nec eſt cæduus, & vlterius ſacrabatur alicui Deo, vel hominis alicuius cineribus, circa buſtum eiuſdem, vel aram, ni melius dixerim haram. Nemus autem, cum voluptatibus inſeruiat, ob amœnitatem duntaxat comparatur. Saltus è contra, ſylua quidem eſt, ſed pene inuia, & ad hoc maximè deſtinatur, vt in eo paſcant pecudes, hyement, & æſtiuent; ideòq; nos illum *Boſco* dicimus ἀπὸ τοῦ βόσκειν, id eſt à *paſcendo*, vt nemus ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod idem valet. Hæ tamen differentiæ adeò confunduntur, vt identificatæ ſæpiſſimè legantur. Cæterum ſatis latè patet *ſylua*; nam nedum pro Arborum, ſed pro cæterarum Plantarum conſertiſſimo quoquam loco non rarò vſurpatur, & identidem transfertur ad ſignificanda ſcripta illa tumultuaria, quæ Græcis propriè τὰ σχεδιάσματα dicuntur, dum materiam primò velociſſimè decurrunt ſcriptores, eamque poſtea digeſtam, & ordinatam, in longiores diſponunt lucubrationes. Hoc pacto Hieronymus Lauretus Ceruarienſis Monachus Benedictinus *Syluam Allegoriarum* nuncupauit Opus ſuum, in quo myſticos ſacræ Scripturæ ſenſus, aliaſque eruditiones complectitur; Opus inquam diuinarum literarum Candidatis ſummè exoptatum. Indè fluxit & nobilis cuiuſdam Familiæ Cremonenſis de *Sylua* nuncupatæ cognomen. *Syluulam* præterea diminutiuum

ſylua & eius equ. deriu. denom. In quo differat à luco ſaltu, & nemore.

hinc

A hinc detorquemus, ὑλάριον: vnde nomen *Hilarij* desumptum credi posset, nisi rectius ab *hilari* flecteretur. Aptius propterea dicendum à syluis impia illa Ethnicorum numina nomine, & omine prodijsse, quæ *Syluani* appellabantur. Et istorum triplex genus assignat Antiquitas; Alij quippe *domestici*, possessionibus consecrati, dicebantur; *Agrestes* alij, qui nimirum pastoribus præerant; Alij tandem *finales* vocabantur, quod primi finales in terra lapides posuisse crederentur: vndè & in confinio lucus illis ponebatur. Eiusce modi gaudebat nomine, seù satius dicam cognomine Plautius *Syluanus* Ethnicus sub Tiberio Prætor. Non omnes tamen *Syluani* dicendi sunt impij; Tradunt enim Historica monumenta duos Episcopos fuisse, nomine *Syluanos*, alterum Thessalonicensem, à D. Paulo constitutum; alterum Troadis, qui tanta claruit pietate, vt nauim immotam oratione solueret, & aliàs illi per noctem apparuerit Cornelius Centurio, sibiquè Templum in eius Episcopatu construi iusserit. Longè ab istis pietate desciuit Petrus *Syluanectensis* Episcopus, officio suspensus ob diuortium remerè approbatum inter Rodulphum Veromanduorum Comitem, & Vxorem suam. Cognomen hinc traxit & Bernardus *Syluanus* Eboliensis, Geographicis multis operi-

Ex libel. var. Auth. de limitib. Tacit. l. 4. Sur. in vita S. Corn. Cent. c. 9. die 13. Sep. Rob. Abb. in Chron. Ortel. in Catal.

B bus præclarus. Item Poeta C. *Syluanus*, qui in statuam Leonis X. syluam edidit, & Pontificatus Clementis VII. panegyristes extitit. Quæ Romæ prodierunt 1524. Ita Poeta, & orator insignis fuit Ant. *Syluiolus* Parisin. cuius comica plura, elegiaca, & epigrammatica extant. Quoniam verò nos Itali syluam interdum *La Foresta* vocamus, subit ideò memorandus Petrus *de Foresta*, qui ex Abbate S. Dionysij Tornacensis Episcopus, dein Rothomagensis, S. R. E. Cardinalis, titulo XII. Apostolorum, Anno 1355. enunciatus est ab Innocentio VI. Eius gentiles floruere Brixiæ Comites, & Equites; vt tradit suauissimus exacti seculi vates P. Franc. Spinula. Nec excidit mente *Syluios* Albanorum Reges ab eisdem *Syluigeris* stationibus denominatos, cuius rei rationem Sulmonensis assignat, de *Syluio* Æneæ filio, Ascanijque fratre, & eiusce nominis primo loquens.

> *Posthumus hinc, qui quod Syluis est natus in altis,*
> *SYLVIVS in Latia Gente vocatus erat.*

Spinul. Car. secul. 9. & in Catulli Imitat. Poem. 18. Ouid. l. 4. Fast.

Hinc cognominati sunt Æneas ille *Syluius* Polygraphus, qui post tot Voluminum C editionem ad Petri thronum assumptus Pius II. dictus est; atque Bartholomeus *Syluius* Cremonensis cuius de Eucharistia scripta Oporinus impressit. Calamo quoque notum se fecit Io. Baptista *Syluagius* Reip. Venetæ apud Turcarum Imperatorem Interpres. Multis item, & eruditis scriptis clari sunt Iac. *Syluius* Ambianus, & Barthol. *Syluanius* Salonensis insignes Medici. Nec silentio prætereundum est ab eodem pariter fonte fluxisse nomen *Syluia* fœmineum, quo Ilia, seù Rhea Numitoris filia, Romuliquè, & Remi ex Marte, vt ignauiter Romanorum Priores credebant, Genitrix, appellata est. Quin & sic etiam vocata est mulier illa, de qua Virgilius,

> *Syluia prima Soror, palmis percussa Lacertos.*

Laur. Beyerl. in Thea. Vit. Hum. Tom. 3. E. pag. 251. f. Æn. l. 7. Ionston. Thaumatogr. de Pl. c. 6.

Quibus addenda est & *Syluia* Marcelli, de qua, ad syluam alludens, canit Marianus.

> *Retibus, & iaculis syluas Marcelle frequentas,*
> *Dum tibi nobilior Syluia Sylua domi est.*

Quod nomen vsitatius factum multis quoque nostrorum temporum mulieribus commune comperitur; *Syluaticus* porrò idem est ac *Syluestris*, & eiusmodi voce vsus est Bapt. Mant. de D. Ioan. Chrysostomo canens.

Marian. stat. Rom. l. 1. Ep. 56.

D *Per spelaa diù traxit syluatica vitam.*

Cum verò *Syluatica* eiuscemodi loca, vel inuia, præruptaque sint, aut intrà Montium cauitates situata, Græci τὰς νάπας indigitent, exinde *Napææ* antiquorum illæ *syluicultrices* deæ, nomine tenus pendere asseuerandæ sunt; vt *Dryades*, *Hamadryadesque* à generalissimo Arboris nomine Δρῦς, (vndè Δρυμὼς, & Δρυάς, Δρύος, ac Δρύον, item & Δρυμὸς, ac Δρίμων sylua dicitur) quod & de *syluicolis* hominibus, ac *syluifrago* Borea enunciandum venit. Nec hæc tantummodo *syluestria* simul, & fatua numina à *syluescentibus* iisdem locis nominis habent originem, verùm vt quodammodo purgarentur syluæ, apud nos veræ legis, & immaculatæ sectatores iuremerito in Sanctorum albo relatus colitur ille probissimus ab Apostolo Petro trigesimus quartus Pontifex Catholicus, Romanus, Diuus inquam SYLVESTER, cuius nomen vtrum à *Sylua* procedat, puerile foret ambigere; Et si de falsis illis deitatibus cum Marone dici potuisset.

Mant. de Sacr. dieb. l. 9. in Septemb. Ath. l. 3.

Ecl. 6. *Dictaa nympha nemorum iam claudite saltus,* E

Sic de isto Sanctissimo Pôtifice concludendum foret, illud Valerij Flacci in medium afferentes. *—Nec celsius extulit vlla—Sylua trabes.* *de Hybla.*

Idem nomen in cognomen transijt Bernardi *Syluestri*, qui de Megacosmo scripsit, & Microcosmo librum: diuersus, ni fallor, à Bernardo *Syluestri* cuius extat epist. de cura, & regimine rei familiaris impressa in Vol. Op. S. Bernardi, quia nonnulli putarunt eam à S. Bernardo compositam fuisse. Sub eadem etymologia continetur & *Transyluania* amplissima trans Danubium Europæ Regio, quæ & Dacia, & Pannodacia, ac Valachia nuncupata est. Sic dictam existimarim, quasi *transyluas constituta*. Citrà enim numerosæ visuntur, & consertissimæ syluæ. Hinc Ortelius in descriptione Hungariæ dicebat. *Ibi iam alij montes, & sylua ab eo loco Seuerinum versus tendentes, à Transyluania, & Vualachia Transalpina separant.* Imò syluarum nonnullæ apud antiquos quoque regionibus integris nomen dedere. Sic *Pierium* nemus *Pieriam* Macedoniæ regionem; Hyreana sylua Hyrcaniam Asiæ prouinciam denominarunt.

Lucus vnde dictus. A luco frondosissimo loco, & vmbris Arborum lucem subtrahentibus telluri pleno, & sic ideò per antiphrasin dicto, quod luce careat, *Lucina*, scilicet Iuno dicta fuit, F quæ sterilissima parientibus insulsissimè prodesse credebatur, & in luco Romæ Exquilino colebatur, ex Ouidij testimonio.

l. 2. fast. *Monte sub Exquilio multis incaduus annis,*
Iunonis magna nomine lucus erat.

Lucetius eodem pacto cognominatus est Iupiter à quamplurimis eidem sacris lucis; quo nominè vocatus est apud Virgilium miles quidam strenuus ex Turni sequacibus, quem Tros Ilioneus occidit. Ità Poeta.

Æn. l. 9. *Ilianeus saxo, atque ingenti fragmine montis,*
LVCETIVM *porta subeuntem, ignesque ferentem—Strauit.*

Et *Luceres* Populi, tertiæ Tribus Homines à lucis condendis, & ab Asyli præcipuè luco, appellabantur, referente Plutarcho. Ita *Lucania* nostræ Italiæ Regio, omnibus ad benè viuendum vberiorem concernentibus commoditatem fertilissima, quam hodie *Basilicata* basilico, seu regio nomine vulgus appellat, inter Calabriam, & Apuliam; nec non *Lucum* oppidum Romandiolæ, quod etymon adhuc seruat, *Lugo* nuncupatum, & *Lucaris* pecunia, pretium nimirum ex lucis captatum, dicta exindè palam est, vt & fons *Lucalis*, de quo Bonifacius. *in Romul.* G

Musar. l. 3. num. 58. *Neminius fons, LVCALIS, Vadimonius, atque*
Larius annona spemque, metumque ferunt.

Selem. part. 2. Fest. Pomp. Balth. Bonif. Sunt & *Lucania* festa, sic dicta quod in luco quodam apud Romanos peragerentur, in memoriam salutaris occultationis, quà Romani sibi consuluerunt, dum à Gallis victi, in eodem luco latitarunt. Quin & ipse doctissimi Tragœdiarum scriptoris Senecæ nepos, grauissimus orator, & Poeta *Lucanus* eàdem quoque ratione nomenclaturam habuisse non perperam censeri posset. Cuius cognominis fuit Franc. *Lucanus* Parmensis, qui scripsit de crimine lęsæ maiestatis. *A luco* porrò cognomen sumpserunt Florenus *Lucus* Episcop. Feltren. ac Franciscus *Lucus* I.C. qui scripsit de Guelfis, & Gibellinis, de Tyranno, & de Regimine Ciuitatis. LVCEIAM mimam non immemoratam linquunt historiæ; quare & nos cum Mariano nostro de ipsa canemus. *Musar. lib. 8. nu. 100.*

Statnar. l. 1. nu. 195. *Vixi Nestoream Luceia mima senectam,*
Et non displicuit fabula longa nimis. H

Lucum alio nomine vocari *nemus*, nemo nescit, & ex relatis patet; quarè secundum hoc illius nomen non nequibit originarium constitui cognominis Ludouici *Nemorei* Galli, Latinis, Græcisque Musis, ex testimonio Camilli de Camillis in suo de Insignibus, vel, vt vulgò dicunt, *Impresijs*, libro celeberrimi, vbi vlterius peculiare symbolum eiusdem recensetur. Sic & menti subit Iordan. *Nemorarius*, cuius Arithmetica, & Mathematica complura Basileç, Parisijs, & Norimbergæ lucem publicã sortita sunt. Cum porrò nemus nobis dicatur *Bosco*, non est incongruum ab illo cognominatum memorare Arnoldum de *Busco* Augustinianum, qui scripsit Volumen de Viris illustribus Ordinis sui, & Monasterij Vvindesheimensis; scripsit quoque de origine modernæ deuotionis, & reformationis ordinis sui lib. ac alia multa. Floruit autem circa sal. Annum 1470. Nominales at Arborum vestigationes Epithetis adhuc ditantor. *Tritt. de script. Germ.*

EPI

A

EPITHETA.

ADiectiuas Arborum inter nomenclaturas appositissima erit Virgiliana illa *Antiqua Auium Domus* hunc in modum expressa.

Virg. Georg. 3.

Aut vndè iratus syluam deuexit Arator,
Et Nemora euertit multos ignaua per annos.
ANTIQVASQVE DOMOS AVIVM *cum stirpibus imis-Eruit, &c.*

Ob quam nimirum πολυσπέρεος *in multas partes disseminata*, nec non αὐτόσπερμοι *per se radicata*, seù *per se seminata* Arbores dici possunt, atque μὴ λιπόσκιοι *non linquentes vmbram*, vt eas cognominabant Nonnus, & Dionysius. Sed quæ *cantu querula rumpent Arbusta Cicada* parum vitales Vmbras meridianæ luci permistas quodammodò declarant in Arboribus, cum Sol ardentissimus *producit in lucem vmbram mortis*. Hæc enim Animalcula facillimè concr epantia insidas meridiei vmbras produnt; Hinc Arbores, prout CICADARVM TECTA noscuntur, atque HOSPITIA, fugiendæ sunt, illarumque TEGMEN tunc solum est expetendum, cum Solem sustinere valet Pecus inter pascendum.

Iob. 12.

B

--Canat ARBOREO recubans sub TEGMINE pastor.
Dum carpit tenerum gramina lata pecus.

Bernardinus Rota eleg. 5. lib. 3.

Arborum tamen aliquæ *Perpetuo comantes*, atque *Æternifoliæ* dicuntur: aliæ *Mutabiles*, quarum folia decidua sunt. Easdem pariter Arbores ex causa magnitudinis, & molis ingentis, nonnulli protulerunt τανύπτορθος *Dilatantes ramos*; ὑψιτενεῖς *sublimè extensas* ὑψικόμους, & ὑψιπετήλας, *capite* scilicet, *& frondibus* excelsas; *Proceras, Celsas Ambitiosas, Superbas, Eminentes, Arduas*, ac μακρὰς idest *Longas*; *Grandes* insuper, *Grandiscapias, Magnas, Magnique nominis* alij nominauere. Amœnioribus autem ingenijs epitheton Arborum Amœnum placuit.

Scalig. exerc. 168.
Orph. Hymn. Homer. Iliad. n. & ι.

Plaudit quaque suis Arbor AMOENA *Comis.*

Non. Dion.

Et huc spectant quę de Pulchritudine Arborum Græca circumferuntur Epitheta, Homerus quippè τηλεθόωντας *longè*, seù *valdè virescentes*: Paulus Dolscius Poeta Neotericus τανυφύλλας, *qua* scilicet *extendant frondes*; Orpheus εὐθήλεις *decorè virentes*; alijque εὐπετήλους *pulchris folijs exornatas*; ac εὐκόμους *eleganter comatas* cognominarunt; vndè Oppianus.

Lucanus l. 2.
Anguillara in Metam.

C

Ἔυρειον, ὅσσα λίθων, ὅσ' ἠΰκομον ἀπὸ δενδρῶν.

Κυνηγ. δ.

Nec minus pulchra ex fructuum lepóre obtinuerunt Apposita. Δενδρὸν ergò εὔκαρπον, & ἀγλαόκαρπον in Florileg. cognominatum inuenio, *pulchro* nimirum, & *splendido fructu decorum*; sic quippe nouissimè cecinit Sebastianus Castilio. Ἀλλά καὶ ὡς δενδρῶν καρπὸς φύοντ' ἀγλαοκάρπων; & eàdem de causa simpliciter ἀγλαὸς *splendidum* dictum à Dolscio illo Monosticho Δενδρεῖ ἰσοφυὲς ἀγλαῷ ἐν ἀνήρ. Addo ex Nonno Panopolita, ac Dionysio βοτρυόεσσας *affluentes*, quantumuis οὐρεσιφοίτους scilicet *Montanas*, frequentiæ causà vocandas Arbores. Ex eo autem ab Aldo in Adagijs Arbor fuit *Annosa* proclamata, quia multæ sunt Arbores, quæ multa durando secula vincunt, *Fortes*, & *Solida*, licet prius *Tenera* fuerint, vt cecinit ille

Dant. l. 10. Architren. in carm.
Lactātius. Claudian. l. 3. de rap.
Hom. Odyss. n.
Epigr. Gr. l. 1. & 4.

Proditus è TENERA fuerit nouus Arbore Ramus.

Seneca de Prouid.

D

Et quoniam Arboribus competit amborum Luminarium actiones euidentissimè pati, eas aliqui scriptores à Sole *Apollineas, Phœbeas, Apricas, Coloratasq;* nuncupauere.

Hic color Aprica pendentibus Arbore Ramis.

Sannaz. eleg. l. 2.

Et hæc apposita plurima possent esse plurimos ad effectus solares respiciendo, ita vt *Beata* quoque dici possent Arbores, vt apud Theocritum latinæ versionis legimus *Quem inxta Arboribus, qua munera cunque Beatis-Nascuntur cumulata iacent*; Certum quidem est Arbores virtute Solis dici posse quammaximè *Latas*, εὐθηλέας, nempè *Floridas*, seù *Florentes, Fructuosas, Feraces, Felices, Gratas oculis, Fragrantes, Latas, Perennustas, Comosas, Virentes, Glaucas, Pomiferas, Reuirescentes, Fertiles*, vt cecinit *Laur. Gambara.*

Bapt. Mant. Marf. Fic.
Ouid. l. 4. metam.
T. p. nauigat.
Eidyll. 15.

Morte sua fructus pendentes fertilis Arbos
In terram excussit.

Fæcun-

lib. 1. *de Art.* — *Fœcundas* item, *frugiferas*, *fructiferas*, & ἰόεσσας, vt habent Nonn. & Dionyſ. hoc E eſt *ſuaueolentes*, ſeù *odoras* fieri, vt in eiuſdem Ouidij carmine liquet.

Illius lachrymis, quas Arbor fundit odora
—Vngimur, *&c.*

Arbores ſimiliter Lunæ, pluſquam Soli ſubiectæ, in locis ſcilicet humentibus, atque concauis naſcentes *flexiles*, & *fragiles* dici merentur, atque *excauabiles*, *perdiſolia*, *infœcundæ*, *infelices*, *triſtes*, *ingloria*, *nudæ*, quas Lucianus diris inſecutus eſt attributis illas vocando *Horridas*, *violatas*, *ſemiuſtas*, *rigidas*, *inſanas*, *cauas*, *curuatas*, *tremulas*, *deciduas*, *verrucoſas*, *viles*, *miſellas*, *inſenſatas*. Aliqui non defuere, qui ad vtrumq; Luminare voluerunt Arbores referre, & propter luxuriantem illarum humorem *Patulas* dixere, vt Statius *Patula defendimus Arbore ſoles*, alij *obſcuras*, *denſas eriſpas*, *fœtas*, *vmbrantes*, *vmbriferas*, *opacas*; hinc Ouidius

ap. macrob. — *Sanaz. erdyl.* 2. — *Statius.* — *Ouid. l.* 3. *faſt.*

Cingit & anguſtas Arbor opaca comas.

Et dum Lucanus *Altas* appellauit Arbores ad vtriuſq; Luminaris actionem reſpexit, humorem ſcilicet, atque calorem hoc carmine

lib. 2.

Propter aquæ riuum ſub ramis Arboris altæ. F

Quem in ſenſum Geoponici quoq; collimarunt Arboribus hæc cognomina tribuentes. *Vmbroſi*, *Gigantei*, *fruticoſi*, *frondoſi*, *ramoſi*, *frondentis*, vel *frundentis* iuxtà Varronem, *Portentoſi* item, *ſublimis*, *excelſi*, *&c.* Ad vſus porrò Arborum nobiliores, ſeù vires celebriores ſpectando alia exurgunt epitheta, quibus Arbor in genere *cœlebs* & *mitis* nuncupari poteſt,

Columella l. 1. *de re ruſt.* — *Varro.*

Mitis adoptatis curuetur frugibus Arbos.

Columella lib. 10.

Vt & *Nobilis* apud Textorem,

Arbor vt in ſterili quamuis ſit nobilis Agro;

Læta itidem, ſicuti ſenſit Heroicus Taſſus, vbi ſic ſcripſit,

V'è l'Aura molle, e'l Ciel ſereno, e lieti
Gl'Alberi, ei prati, e pure, e dolci l'onde.

Geruſalem cant. 10. *ſt.* 63.

Aureis prærogatiuis digniſſimam cenſuit Arborem Tzetzes, dum eam vocauit *Auream*, & iure optimo laudibus *formoſa*, & *generoſa* exornandam Tiraquellus edixit, nec iniuria *Vtilem* protulit Bapt. Mantuanus, & *ſacram* Valerius Flaccus pronuntiauit, G

Chiliad. 4. *ſ.* 69. — *l.* 5. *Argon.*

Vos etiam ſylua; vos Colchidos hoſpitis ora
Pandite diues vbi pellis nitet Arbore ſacra.

Loca vlterius natalia nonnihil & ipſa conferunt ad Arborum epitheta concinnanda, vt dum eædem dicuntur *Chaoniæ*, *Acheloides*, *Cretæ*, aut *Peregrinæ*, quæ vbique viuant tranſlatæ, vel *Indociles*, quæ non patiuntur in aliena viuere terra, *incicurabiles* proprius appellatæ, culturamq; omnem eludentes. Ob medicas demum facultates Arborum quarundã ligna *ſancta* fuerunt dicta pro morbo Gallico expugnando, alia *febrifuga*, vt lignum cinæ cinæ, alia *Nephritica*, alia *Balſamica* pro renibus, & pro corde iuuandis; alia *Venenata* non ſolùm mortua, ſed viuentia, vt Arbores vmbræ noxiæ ad Hominum quoque fauorem, quæ peſſima animalia peſſundent, cuiuſmodi erit Arbor βαρύφυλλος grauis vmbræ, atque nocentis. Omnes autem Arbores, ſi collectiuè ſumantur, illæ ſecundum Poetas *Plantarum Populus* poterunt nuncupari, *Trabeſque comatæ*; *diuinum vertice odorem ſpirantes*. Sed cum tot Arborum epitheta non niſi cum admiratione conſiderentur operæ pretium erit earundem Mirabilia ſubiungere.

Fracaſtor de morbo Gallico. — *Epigr. Gr. l.* 4. — *Virg. l.* 1. *Æn.*

H

MIRABILIA.

Non quià plus Ponderis haberent in ruina, magnas effecit Arbores Natura, ſed vt in maiori quanto maior virtus inconcuſſa radicum ſtabilitate mirabilis viuentium omnium generi profutura ſtabiliretur. Et quià magnitudo Pulchritudinis indiuiſa Comes habetur, eam hic ſectabimur magnitudinem in Arboribus, cui raritas pretium faciat, hoc eſt immani, noſtriſque oculis inſolenti conſtitutioni addat æſtimationem; Abies propterea, quæ apud nos reperitur, & noſtros ſæpè fatigat oculos, etiamsì videatur in cœlum abire, deſpicitur quoquo pacto,

Ariſtot. l. 4. *& hic.* — *Scaliger exercit.* 176. *de magnit. Ar.*

Nil

A *Nil adeò magnum, neque tam mirabile quicquam,*
Quod non paulatim minuant mirarier omnes.

Indicas illas Arbores Turritas 144. pedum altitudinis, quæ Fortunatis nascuntur in Insulis, vt suspiciamus, inuitat nos Plinius; Hæ quosuis horrendos, & diros ferarum insultus superant, perniciosissimosque sagittarum ictus hostiles eludunt; quarum Andini Vatis mirabilis Musa mentionem fecit.

Aut quos Oceano propior gerit India Lucos
Extremi finis Orbis, vbi Aera vincere summum
Arboris haud vlla iactu potuere sagitta,
Et Gens illa quidem sumptis non tarda Pharetris.

Addunt Neoterici rerum noui Orbis obseruatores, qui minimè discordant ab antiquioribus ad Chinarum sinum marinas Arbores esse *Brusathacr* dictas, quarum tanta est vastitas, vt immensæ magnitudinis auibus stabula præbeant. *Tam grandes sunt,* inquit Scaliger, *vt eis etiam grauiora Animalia integra sustollantur, atq; auferantur.* Quin & Arbores quasdam in *Abibeiba* Regione indica reperiri tradunt, magnitudinis B adeò vastæ, atque portentosæ, vt super easdem integra Palatia pro Regulorum illorum habitatione fabricentur, quorum fundamenta brachijs earundem Arborum innitantur; inter quas Arbores quædam numeratur species, quæ *Cerbas* dicitur in ditione *Nicaragua*, cuius tanta est crassitudo, vt quindecim hominum complexus inuicem brachia extendentium illius peripheriem claudere non possit; aliaque itidem in *Gambra* Regno à septemdecim hominum brachijs expansis non contineatur. Est quoque vt valdè miremur celeberrimam illam Platanum Lyciam, quæ Domicilij modo adaptata, specum octuaginta vnius pedum componens sub nemorosi sui verticis vmbra amplissimum Licinio Mutiano tertiò Consuli, Prouinciæque illius Legato spatium concessit, vt ille cum duodeuicesimo Conuiue ibidem commodissimè epularetur; cui quidem Platano Lyciæ minimè conferenda est Platanus nostras, & Bononiensis illa prouectissimæ aliquot sæculorum ætatis in Villa suburbana Orientalium Collium Crouaria dicta ad DD. de Victorijs spectans, viuidissimè licet, atq; latissimè viuens. Non minorem adferet admirationem *Pala* Arbor Indica Plinij, cuius folium Alas imitans Auium longitudinem trium æquat cubitorum, & duorum latitudinem, cuius vnicus fructus *Ariena* dictus C quaternos satiare valet homines. Nouæ itidem Hispaniæ quædam Arbores nouitate valdè mirabiles à nouissimis eius Regionis scriptoribus obseruatæ sunt, quæ in repetita bis, terue etiam in annis singulis fructificatione ingentis edunt molis, inuisæque formæ, virtutisque impensissimæ fructus. Stupenda porrò, & prodigiosa quodammodo est Arborum reflorescentia, & earum præsertim, quæ, præter, solitum luxuriantes in pulchritudine diuitias Veris in Autumno quoque ostentarunt, quemadmodum euenit in Gallia regnante Chilperico circà Christi Annum 580. vbi Arbores ferè omnes floriferæ in mense Septembri flores denuò emiserunt; & vti nos quoque obseruauimus in Septembri Anni 1659. in nonnullis agri nostri Bononiensis locis, & precipuè in Horto RR. PP. Capucinorum Castri Diui Ioannis in Persiceto, vbi ex proportionata temperie Aeris præsenti non solum, sed præcessa, in terreaquè pingui constitutione pomiferæ omnes Arbores floribus onustæ conspiciebantur. Sed maximè portentosas habet, atque frequentes Indica Tellus Arborum hasce magnitudines, atq; reflorescentias; vt Sancti Ioannis Insula; Cui cedit Italia nostra, Herbarū licet copia Illustris ex Æschili D quoq; inter vetustissimos Græcorum sapientes testimonio, atq; lignis dotata præcxcellis, & amplis secundum Theophrastum, atque Antoninum Liberalem, qui ex vnico caudice Italicarum Arborum, & latini scilicet agri, eo Insulæ Corsicæ integram ingentis Hetruscæ Nauis Carinam elici potuisse testati sunt. India principalissimè Tellus ligna Ætheris affinia, delitiarumque ditissima edere semper nouit, cuius Arbores Thaumantis amicissimæ cœlestis Arcus pacifici suaues, & odoratos influxus immediatè recipiunt; eædemque videntur cum Planetis commercia exercere quæcunque, influxusque receptos nutrire, & impartiri subiectis alterabilibus refractos; Quæque perpetua coma virent, viresque infractas omni tempore seruant, quemadmodum in *Thilos* Insulæ Arboribus est videre, quæ Regio Terras omnes hoc miraculo sola vincit, licet alibi quoque id eueniat, vt circà Memphim Ægypti, aliorumque patet in lustratione locorum. Nam in elephantino Thebaid.s, & in America Meridionali, c. Ili as Arborum, & ipsa-

Lucret. l.2. de nat. rer. — *lib.6.c.32. & l.7.c.2.* — *Virgil. Geor. l.2.* — *Tomo 3. nauig. Petr. mart. f. 304.* — *Diod. Sic. l. 16.c.4.* — *Theophr. l. 5 H.pl.c.9.* — *Scaliger. exerc.131. 5.id.* — *Auctor nauigat. gen. Ind. Occid. l. 2.* — *in Relat. Cadamusti.* — *Pl. l. 12. c. 1.* — *Platanus Crouaria Bonon.* — *Pl. l. 12. c. 6.* — *Franc. Hermand. in noua Mexic. plant. Hist.* — *prope Bonō Arbores bis florentes anno 1659* — *T. 3. nauigat. p. 27.* — *l.5. Hist. pl. c. 9.* — *Antonini Liberalis itinerar.* — *Arist. in problem. sect. 12. n. 3.* — *Gaudentius Merula de mirabil. l. 2,*

Iul. Solin. Polyhift. c. 65. Plin. lib. 12. c. 11. Et lib. 16. c. 12. Gaffendus Phyf. Sect. 3. memb. 1. l. 4. c. 2.

ipfarum conftantia fublimiores Cœli prerogatiuas imitari quammaximè ftudet. Alibi verò, fi caudicis tam infolens magnitudo deeft, moles tamen aut foliorum, aut fructuum (vt ità dicam) Gigantea non defideratur; Reperitur enim in *Cauchinchina* Arbor quædam Lufitanico Idiomate *Bananc* nuncupata, quæ licet proceritatem eximiam non iactet, folijs tamen tam latis, & tam oblongis infignitur, vt tefte adm. R. P. Chriftophoro Borro Mediolanenfe in Relatione nouæ miffionis PP. Iefuitarum ad Regnum Cauchinchinæ cap. 3. duo tantummodò ex eis fufficiant ad operiendum circum circà, & à capite ad pedes quemlibet non mediocris ftaturæ virum. Vndè eft quod nonnulli autumarunt hanc effe Arborem illam Paradifi Terreftris, ex cuius folijs ad fe amiciendos perizomata ftruxerunt primi noftri Parentes. Tam vaftus pariter eft in eadem regione fructus Arboris, quam Accolæ *Giacea* vocant, vt ab eodem Auctore Borro tradatur maximas quafcunque Italiæ cucurbitas magnitudine adæquare. Et ideo fatis effe fuperq; vnicus ex eifdem fructibus ad laffandas vires cuiufpiam illum afportare conantis. Proximè ad hunc, & æquè mira magnitudine accedit Pomum Arboris, quod in Prouincia Malabar *Cachi*, fiuè *Cieara* dicunt. Illius Arbor vnico duntaxat fructu quotannis infignitur, non à ramis, vt in Arboribus reliquis, fed à ftipite, adeòque vafto, vt & ipfe quemuis, etfi robuftum hominem oneret; & hic traditur trecentos alios fructus ad inftar pinearum nucum intrà fe continere, qui noftrorum finguli exæquant maiorum pomorum magnitudinem, totidemq; pelliculis diftincti habent adhuc fubdiuidi, quemadmodum in Echinis caftaneæ difiunguntur; ideòque fumptum

Lib. 10. polyhift. Symb. num. 63. Tom. 1. nauig. Ind. p. 389.

fuit à Cauffino pro fymbolo *Vnitatis præftantis*, quo inferebat, non multitudine res, fed præftantia magni faciendas effe. Alicubi quoque Arbores aquas copiosè pluunt, veluti cœlum quoddam ad irrigandam terram, & fœcundandam, vt quædam Arboris fpecies in Infula Ferri, *Capo Baiador* nuncupata, vna ex Canarijs, quæ nebulam fibi circumfufam in aquam conuertit, vndè copiofiffimus ex ea pluit guttatus humor. De qua re doctiffimus Balthaffar Bonifacius metricè fcribebat.

Lib. 3. Mufarum Sel. p. 2. n. 38. Vol. 3. nauig. p. 88. lib. 2. c. 9.

Infula item Fortunata, cui Ferrea nomen
Arbor aquam præbet, complet & inde lacum.

Habemus enim ex Hiftoria Indica Infulam prædictam aquis omnibus carere, atq; in illa, neque flumina, neque fontes, neque lacus, aut puteos reperiri. Cui defectui mirabiliter confuluit Natura Arborem iftam, cuius iconem hic Lectorum in gratiam exhibere libuit, illic producendo, ex qua per vnam, aut duas circiter horas ante Solis ortum vberrimè quotidie fluens aqua, quæ optima effe perhibetur, collecta fufficit alendis habitatoribus. Imo tam arcta, & fecreta inter Arbores, & aquas ex pluribus experimentis comprobata intercedit fympathia, admirabilifque neceffitudo, vt Ramis Arborum quarundam manu, & certo quodam modo circulatis, latentes aquarum venæ intrà telluris vifcera detegantur, propriumq; fit Arborum omnium in genere aquas purgare, aliofque liquores clarificare: quod Mofes ipfe diuinitus edoctus primùm nobis indicauit. Cui alludens Baptifta Mantuanus Carmelita, facro carmine fic canebat.

T. 2. F. 302.

Fungeris officio tu raptus ab Arbore ramus.
Quo Mofes depurgat aquas, &c.

Aquæ naturali quadam propenfione lignorum amant conferuationem, & ni aliquod impediens actionem hanc interrepat, in contrarium fcilicet alterans, ligna ea ab aquis perennantur, perpetuòq; durantia in fuo effe redduntur. Huiufce rei pro locupletiffimis teftibus habemus practica experimenta; nam ligna quæque aquis merfa, vel intrà tellurem humidiffimam, profundamque fepulta, fi nunquam penetret, eòque pertingat Aer quantumuis minimus, qui portiunculam ligneam alterans, inde totam maffam ligneam corrumpit, faxea fermè, & æuiterna redduntur. Sed longè diuerfa

In mirabilium narrat. conger. n. 107. 158 163. Lib. 3. Mufarum num. 160.

ratione rigefcunt, & lapidefcunt ligna, inquæ huiufmodi affatim inducatur induratio-nis effectus ex minerali prodiens qualitate intenfiffima. Adeft quidam fons mirabilis Scotufa dictus, teftimonio Antigoni, in Macedoniæ, & Thraciæ confinio, cuius aquæ valent lignum fciffum, atque confractum priftinæ complexu amiciffimo valetudini, & integritati reftituere. De hoc Balthaffar Bonifacius ita cecinit.

Amne Scotufa fuo plagas qua iungit hiantes,
Fracta quoque adftringens ligna coire iubet.

Sarmen-

A

ARBOR INDICA

In Insula Ferri, vulgò *Capo Baiador*, ex qua copiosè pluit aqua, cuius mentio, & Icon in Geographicis mappis nonnullis apparet, &c.

Hispal.p.5. c.26.



Sarmenta pariter, & quicquid tale admouetur aquæ fluminis Athamantis, protinus inflammari tradunt, licet vndæ illius frigus sit ineffabile, de quo canebat Ouidius.

lib.15. metam.fab.16

Admotis Athamantis aquis accendere lignum.
Fama tenet, minimos cum Luna recessit in Orbes.

Non absimili prorsus modo Silari fluminis aquæ operari traduntur apud Lucanos, de quibus Silius,

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.

Sil. lib.8.

Et

Et Balthassar Bonifacius. E

lib. 3. musar.

Frigidus vt Silarus saxea ligna facit.

Ionston. admir. fossil. c. 14. & anim. p. 271. c. vlt. Aldrou. lib. 4. musai metallici, pag. 855. Ludou. Mosc. card. in suo musao pag. 275. Septal. in suo musao c. 13. Agricola in obseru. metall. Tomo 3. Nauig. noui orbis f. 381. Sermone 7. Hist. Gent. Sept. lib. 12. c. 10. in Scotia descript. Epig. select. n. 12.

Innumera possent afferri lapidificatarum rerum Herbarum, Arborum, lignorum, foliorum, fructuum exempla, tam apud scriptores recensita, quàm in musæis varijs asseruata; verum cum nostri in præsentiarum non sit instituti de lapidibus, aut lapidificationibus tractatum contexere, sed mirabilia tantum quæ in Arboribus conspiciuntur indicare; illud tantum prætereundum non erit, quod in ligni substantia accidit esse lapideum, vti lapidei sunt conceptus saxeorum voluminum per iuxtà positionem à calore quodam lapidifico vegetantis formatricis virtutis, vt in animalium etiam fit ventribus, vbi qualitas lapidifica in materiam agit, quæ ad duritiem acquirendam sit apta nata. Mirabile supramodum est, & relatu dignissimum ferreum illud Arboris naturale centrum, quod scribit Nicolaus de Comitibus Venetus in suis itinerum Indorum Anno 1532. relationibus. *Nascitur*, inquit ille, *in Insula Iaua Maioris Arbor, in cuius medio virga ferrea subtilis existit, veluti medulla quadam, cuius materiei qualibet portio tanta virtutis deprehenditur, vt qui eam secum gestet, impenetrabilis à quocunque ferro seruetur; & propter hoc multi sibi discindunt ibidem pellem, & intrà eam prædicti ferri portionem condunt.* Et ideò de hac satius, quàm de cæteris græcum illud Stobei posset afferri Δένδρον δ' ὡς ἐν χαλκορρίζοις ὑπεστήριξας, quod sic inuertere libuit, F

Et ceù ferratis hæret radicibus Arbor.

Quid si diceretur magneticæ virtuti congenerem vim in Arboribus quibusdam, reperiri, atque fundari posse? nam refert Olaus Magnus ligna in septētrionalibus Regionibus nasci, quæ magneti applicita, saxeam duritiem, necnon vim ferri attractiuam acquirunt. Verùm ad animatas Arborum transmutationes quis non obstupescet? Hector Boethius suis in historicis monumentis memorat aues quasdam reperiri, quæ *Bernachia*, seu *Klakies* appellatæ in Orcadum, Ebridumuè Insularum littoribus nascuntur ex fructibus cuiusdam Arboris Pineæ nucis forma, dum ij fructus maturi cadunt in terram; quod si demerguntur in mari, pisces euadunt; vbi etiam ex lignis abiectitijs, aut nauibus antiquis, & cariosis vermes enascuntur, qui statim caput, pedes, alas, plumasque induunt, & anserum, seù anatum formâ cœlum petunt. Hinc Balduinus Cabillaus egregius seculi nostri Poeta canebat, G

Naiadum vitreum ad thalamum tumet Arbor alumno
De ramo; expectas Poma? natabit anas.
It flos de conchâ, de flore natatile Pomum:
In Pomo hoc comedet nescius hospes auem.

Idem Hectoribidem.

Quin & idemmet naturæ miraculum in Alga nouiter è mari extracta supradictus prodidit Historicus ibidem contigisse; inter enim illius Herbæ caulem, & ramos à radice statim vsque ad cacumen protensos, quâ coniunguntur, conchæ quædam visæ aliquando fuere adnatæ; cuius rei nouitate motum fuisse scribit Alexandrum Pallonidianum Kilkedensis Ecclesiæ Pastorem, easque aperuisse conchas, in quibus loco piscis aues inuentæ sunt. Prædictæ Historiæ simile est illud, quod refert Plinius de Bombyce dicens, *Bombyces in Coo Insula nasci tradunt Cupressi, Terebinthi, Fraxini, Quercus florem imbribus decussum terra halitu animante. Fieri autem primò papiliones paruos, nudosque, mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & aduersus hyemem tunicas sibi instaurare densas pedum asperitate, radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi, subigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari, ceù pectine. Postea apprehensam corpore inuolui nido volubili: Tunc ab Homine tolli, fictilibusq́ vasis tepore, & furfurum esca nutriri, atque ità subnasci sui generis plumas, quibus vestitos, ad alia pensa dimitti. Quæ verò cæpta sint lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari, iunceo fuso. Nec puduit has vestes vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam.* Mirabile aliud Naturæ, & Artis simul ipsam Naturam adiuuantis Opus, rationique non absonum subinferri hoc debet, quòd ligna nonnulla ignem in se ipsis quasi conceptum conseruare valeant, id est virtutem igniariam, ignem scilicet excitandi in se retineant, absque propriæ substantiæ combustibilis præiudicio, vt sunt Lauri, Hederæ, Mori, &c. eademque ex toto amittere combustibilitatem, si visco, vel Alumine illinantur, vt attestatur Q. Claudius in Annalibus apud Gellium, asserens Turrim ligneam ad Piræum Atheniensium Portum, quam Archelaus Mithridatis Præfectus

lib. 11. c. 23

H

Pl. l. 16. c. 40.

A fectus multo Alumine obliniuerat, Sylla oppugnante minimè arfisse. Innata hæc ignis, & ligni relatio ansam admirabiliter philosophandi præbet circà ligni semiputridi luminosum, siuè conceptum, siuè partum, seù potius splendidissimũ substantiæ Arboreæ Thesaurum. Tot stellati cœli portionum viuæ videntur imagines semiputridorum lignorum in tenebris schediæ micantes, vt sæpius obseruare licet, & ità pulcherrimum vitæ mysterium reuelãt. Hanc lucis amicam, seù cognatam commixtionem Arboribus inuidet Tellus cõbustibilitatem affectans, quam multis in locis obtinuit; siquidem ex Theopompo scribit Antigonus in Thesprotiâ Epyri Regione carbones cremabiles è tellure effodi. Nec id tantum istius Philosophi temporibus obuenisse monumenta certiores nos reddunt, sed & nostris quoque temporibus Bitumen terrenum, eò quod inflammabile, *Lithantrax* ideò, nempè *Carbolapis*, siuè *Lapicarbo* appellatum in Scotiâ erui se vidisse testatur Ionstonius; quin & ipso ferrarios fabros in suis officinis vti, quo pacto carbones lignei supponi sunt soliti. Eòdem prouẽtu nobilem item esse Leodiensem ditionẽ (quod & superius in denominatis innuimus) idem tradit, immò quando memoratus *Lithantrax* durior est, ex eo precarios, tanquam è ligno confici globulos. Nullibi maiorem saxeorum istiusmodi carbonum copiam esse scribit Laurentius Beyerlinck in suo Theatro, quam in hac B Provinciâ, vndè maxima incolarum pars illis victitat eruendis; expeditius enim funguntur munere suo coqui vtentes istis, quàm alijs lignis, quorum ibi penuriam patiuntur, nam accenduntur celerrimè, & calorem intensissimum faciunt, qui ad liquefaciendum quoque ferrum sit potis, hoc tamen accedente incommodo, quod cibis saporem carbonaceum quodammodo communicent, quoniam illorum intensior fumus omnia quammaximè inficit. In Albione quoque, nec nisi *Taum* inter, & *Tinam* Amnes lapidis illius genus inueniri tradit *Boethius*. Vlterius habetur & in *Collao* Prouincia Peruanâ vicem ligni, carbonumque subire cęspites bituminosos ibidem extractos, resiccatosque; de quâ re certiores nos facit Monardes. Huc pertinent & concreti Bituminis Glebæ, quas ad *Oliuam* Pucici Littoris Cœnobium effodi narrat Agricola, magnitudinem raro superantes ouorum; omnes enim tanquam lignum ardent accensæ. Pallentes illis adnasci perhibentur Arbusculæ, altitudinis plus, minusuè quadripalmaris, absque radicibus, & olidæ, tanquam pisces. Lapides carbonibus persimiles, & eâdem comburendi præditos qualitate ex Alueo Ponti fluminis in Scythia deferri nonnulli tra- C dunt, at non eandem illis ardendi methodum cum carbonibus inesse; ubi nanque hi flabris exuscitantur, illi restinguntur, & aquâ conspersi facilius ardent, secus oleo, & illorum odor nulli reptilium est tolerabilis. De hoc Bonifacius,

Carbonem trahit è fluuio Gens Agria Ponto,
Qui solet extingui pinguibus, ardet aqua.

Ligna semiputrida noctu lucentia.
In mirabilium congerie n. 187.
Thaumatogr. de fossil. c. 11. T. 2. l. C. p. 78, 6.
In descript. Scotiæ.
In Prouincijs Peruana descript. lib. 2. de fossilibus
Diosc. l. 5. c. 95.
Antigon. mirab. narrat.. 151.

Consimilis materiæ feracem fuisse Apolloniatarum Regionem testatus est Ælianus; imò addidit ibidem exiguum quendam collem ardentem extitisse, circà quem floridæ Arbores, & pleræque virides luxuriabant, & ab ipsis germinantibus, & iam adultis ignis noctù, & interdiù sine ullà intermissione ardens abstinebat. Ardẽs hoc Telluris pro accensibilitate lignosâ comparandâ ex pluribus elucet, & elicitur desiderium. Varias en plantas in lapidibus à Naturâ designatas, quarum hîc vnam speciem delineatam damus in Rhenano silice sculptam. Hunc autem mihi dono dedit nuperrimè Excellentissimus Phil. & Med. Coll. Bonon. Berlingerius Gypsius. Huiusmodi charactêres nil aliud exprimere videntur, quàm flammarum naturalem cupiditatem æque iucundam, & vti- D lem, dum ex pulchro lux orta virore, cum pulchritudine videtur alternare commoditatem. Numerosam lapidum Dendritum congeriem, qui cuperet videre, is adeat musæum metallicum Aldrouandi; Septalianum item musæum, vbi tabulæ duæ asseruatæ recensentur, in quibus adeò naturaliter Arbores virent, vt miniatas iudices, præter alteram, cui Natura adaptauit auiculas super Arboribus ludentes, & vlterius in altera mons lætis vmbrosarum Arborum supercilijs in cœlum ascendit, & S. Hieronymi Historiam à natura depictã includit. Sed & antiquiores apud scriptores hæc mirabilia cernere licet; nam Plinius in lapidum visceribus obseruauit impressa nemora, & flores veluti depictos, vt in lapide vocato *Encrino*, in quo liliorum plurium effigies pulcherrimæ apparebant. Vnius eiusmodi lapidum meminit neotericus Ionstonus, in quo velut in planitie tanquam septem Arbores conspiciebantur. Iste lapis erat Achates, nec miror in eo tam mira Plantarum extitisse lineamenta, cùm & Orpheus in Achate cecinerit.

Musarum lib. 3. num. 159.
ἄγρια, hoc est fera.
Lib. 13. var. sect. c. 14.
Aldr. lib. 4. p. 443. foss. cap. 63.
Plin. l. 39. c. 1. Agricola lib. 6. fossil.
Ionston. admir. fossil. cap. 23. & 13.

Δένδρεα γὰρ μάλα πολλὰ κατόψεαι ὡς ἐνὶ κήπῳ
Ἀνθεῦσιν κλάδοισιν ἐπασσυτέροις κομόωντα
Arbores enim multas conſpicies, quemadmodum in Horto
Florente ramis aceruatis ornatas. E




F

Dura ſilex medio cremium ſibi Viſcere ſculpſit,
An cupit in calcem verſa parare Domos?

Sed heù pernicioſam experiri quandòque cogimur, & in Arboribus, & in Tellure mixtam qualitatem; parum eſt Arboribus pluiſſe è viſcere Iacchum, vt Arbor *Coutoa* Canadenſis, ſeque totas in Cererem quodammodò vertiſſe certis quibuſdam in locis, vt videre eſt in ſpecie Arboris Fariniferæ Americanæ *Banane* nuncupatæ, ex quâ Panis conficitur, cuius Iconem hîc damus. Eſt autem panis ille ſimillimus pani ex fructu *Curcas* in Malauar, ſeù ex Radice *Inhame*, vel *Igname*. De quâ Scriptores rerum Indicarum. G

Thenetus in Americ. deſcr. c. 80.
Panis ex Banane
Clus. exotic. l. 1. c. 3
Ionſton. lib. 2. Arb. part. 2. num. 6.



Parum, inquam, eſt triticeam Arbores hîc induiſſe naturam, vt vitam hominum tuerentur, cum alibi ſub boni quoque ſpecie multoties eam peſſundent. Satis enim proditum eſt quod Colchica mella ſuper Arborum frondes collecta guſtantes conſternant, & exanimient, ac veluti mortuos relinquant, veneficam in viſcera imprimendo qualitatem, quam ab aere, vnà cum tellure malignâ ſuccos meliores in venena tranſmutante mutuatæ ſunt Arbores; vndè Colchos vocat impios Epigrammatarius Bilbilicus. H

Gaudentius Merula lib. 3. de mirabilib.

Et Impiorum Phaſiana Colchorum.

Martial. l. 3 epigr. 57.

Adeò afficiuntur ab Alimentis, Tellureque matre Arbores ipſæ, vt admittant, non ſolum intus, ſed ad extrà quoque tranſmittant duriſſima corpora comminuta, à quibus quàm maximè alterentur. Inueniuntur enim nonnullæ Arborum frondes, quæ guttulis metallicis ad modum roris refertæ oſtendant manifeſtè hydroticam Plantarum vim ſeſe ad ſubterraneas metallorum cauernas conuertentem, & cum iiſdem metallis

A tallis commercia exercentem; ita ut plurimos effectus maximi momenti efficacissimos ab Arboribus prodeuntes admittere possimus. Hinc timendæ sunt Arbores quædam mirè noxiæ, solo ligni fumo interficientes, aliæ cœcitatem inferentes, de quibus Petrus Martyr in Relationibus noui Orbis, & Gonsalus de Ouiedo, aliæque *Baxana* dictæ in Regno Delij, ex relatione Odoardi Barbosæ, quæ radices habent lethalissimas, fructus autem *Nirabixi* vocatos quam maximè Alexipharmacos; aliæque valdè suspiciendæ, quæ in multũ distans validissimas extendunt actiones, nisi nos fallant Indicarum rerum Scriptores alioquin graues, qui tradunt lignum quoddam apud Indos haberi, *Parybum* nuncupatum Oleæ magnitudine in Regijs duntaxat Hortis repertum, neque florem vllum, neque fructum producens, quod omnia oblata ad se trahit, vt Aurum, Argentum, Cuprum, Æs, & omnia alia Metalla, quin etiam passerculos in propinquo positos. Quod si maius incrementum fecerit, trahere etiam ad se capras, & oues, atque alia huiuscemodi magnitudinis Animalia, quin etiam identidem & Boues: soli autem parcit Electro. Quare isti ligno Caussinus humanam æquiparabat eloquentiam, cuius tanta vis est, vt per omnia grassetur, & in sublimioribus tantum ingenijs, quæ per Hortos Regios denotari possunt, inuenitur, & non vulgus tantum per Iumenta, & Lapides significatum, sed Diuites, Doctos, & Simplices, aliosque auro, auibus, & ouibus designatos, attrahit. In Electrum verò, quod est Diuinitatis symbolum eius vis minimè extenditur, nam *terrestris sapientia stultitia est apud Deum*. Non absimili modo Radicem quandam albam in Indijs similiter earum esse virium, vt decocta, & prius contusa, si viri pedes abluat, eum rei venereæ faciat obliuisci, adeòque impuberes alterare, vt eos stimulis venereis carere cogat. E contrà verò apud Pelion Græciæ Montem spinam quandam frugiferam nasci, cuius fructus cum oleo tritus, & illitus corporis frigus indè omne perpetuò arcet. Quin & Arbuscula quædam in Phasi flumine nascens habet hoc, vt si ab eâ vir excerpat ramum, & in vxoris thalamum deportet, mulierem eam reddat nullius alterius viri appetentem, quam tamen suffitus alterius ligni impotentem ad concubitum omnem, & auersam ab omni, & quocunque venereo redderet complexu. Illud quoque dignum est vt mirentur homines, sub ditione scilicet Presbyteri Ioannis in plano quodam arenosi deserti Arbusculas nasci prodigiosas, quæ singulis quibusque diebus, vt inquit Ioannes de Mandauilla, oriente sole emergant è terra, & usque ad meridiem crescant, & fructificent; à meridie verò decrescant, & in occasu solis sub terrâ condantur, non secus ac Loti Niloticæ sub aqua, singulisq; diebus renascantur, crescant, minorentur, & occultentur, adeò vt anni tempora in huiusmodi Arboribus nec tertiam diei partem metiri valeant. Eò admirabilitatis Arbores alicubi deuenerunt, vt solo odore, solàque vmbra alant, nutriant, adinuicemque conseruentur, vt apud Gentem Astomorum, & in Africæ riguo solo, vbi Palmæ subditur Olea, huic Ficus, Ficui Punica, illi Vitis, Viti frumentum seritur, mox legumen, omnia eodem anno, omnia aliena vmbra aluntur. Innumeræ Arbores à Virtutibus, & Vitijs nomina desumpsere, vt earum magna actiuitas, & efficacia detegatur mirè faciens ad disponendos Homines ad affectus varios. Aliquibus Arboribus Prudentiæ nomen inditum est; alijs Nobilitatis, vt in America, quæ ab indigenis dicuntur *Vachalsuth*; aliæ Verecundiæ, aliæ Tristitiæ, vt apud Goenses, quæ *Parizacata* nuncupantur interdiù flaccescentes, noctu apertæ; aliæ Lætitiæ, quæ semper florent, vndè Arbores, quæ miraculosè floruerunt in Natiuitate D. N. Iesus Christi Vniuersalem Generis Humani lætitiam, ob salutem reparatam à Redemptore ipso, Diemq; Gratiæ introductam, & Noctem pessimam peccatorum extinctam testatæ sunt. In mirabilibus Arborum connotandis, detegendis, non videtur prætereunda mira varietas constitutionum naturalium præcisarum, & veluti morum quorundam in varijs patrijs solis occurrentium, vt quæ in vno loco vni deseruiunt rei, in alio loco diuersis velint vsibus destinari, quemadmodum Arbor Indica nuncupata *Coppei*, vel *Cotoy* Insulæ Hispaniolæ, & alia *Thal* dicta, quæ in plerisque Indiæ partibus, excepta *Cambaie*, facit ad vsum maximopere scriptionis, apud Taprobanos autem distillat liquorem ad bibendum. Arbores Lanigeræ in Bacchania, fortè Bactriana viuunt, vt docent Mandauilla, Leonicerus, Alexander, & alij. Sed in Regno *Cenole* appellato, neque isthæc, neque aliæ quæcunque Arbores fructus edunt. Alicubi in India Arbores amarissimæ sunt, alibi dulcissimæ. In vno loco perpetua fronde virent; in alio depiles ferè omnes existunt; imò etiam in alio loco ve-

T. 3. nauig. N. O. l. 1. c. 18. *T. 1. nauig. N. O. p. 356. lit. D.* *Ctesias ap. Pho. p. 59.* *Apollon. Hist. mirab. num. 17.* *Id. num. 18.* *lib. 10. Polyhist. symb num. 46.* *S. P. 1. Corinth. c. 3.* *Apollin. Hist. mirab. num. 19.* *Alex. ab Alex. D. G. l. 4. c. 1.* *Lib. mirab. & notab. part. d. 16.* *Plin. l. 7. c. 2* *Conradus Heresb. de re rust. l. 1. Orig. 20. c. 197.* *Minera. del mondo f. 54* *Frider. Nausea Cathechism. f. 171.* *T. 1. nauigat. p. 378. & T. 3. p. 15.* *C. 2. mem. T. 3. nauigat. p. 360. relatore Vasquez.*

nas ostendunt aureas. Admirabiliores alias obseruare tandem poterimus proprietates Arborum, quibus natura videtur quodammodò Artis sedula, doctaque admodum esse Magistra. In Insula *Loanda* Regno *Congi* contermina Arbor nascitur patrio Idiomate *Enzanda* vocata, procera, semperq; virens, ex cuius ramis in altum se porrigentibus descendunt quidam veluti funiculi, qui terræ sese spontè insinuantes ibidem radices agunt, ex quibus nouæ nascuntur stirpes prædicto modo se multiplicantes. Sub huius Arboris primo cortice nascitur certa quædam veluti tela, quam contusam, & purgatam in longum, latumque extendunt, quâ infimæ sortis Homines, tum viri, tum mulieres se induunt. In eiusdem Insulæ parte continentem versus spectante in locis quibusdam humilibus nascuntur Arbores, quæ dici possunt quodammodò piscatrices, dum ipsarum truncis decrescente Oceano detectis, adhærent Ostrea carnem magnitudinis manus continentia optimi gustus, quæ *Ambizi Amatare* vocant, idest pisces terræ. Arbor autem hæc *Manghi* apud eos nominatur, cuius cortex similis est Suberi, & eo pro bouinis pellibus condiendis ad calceorum soleas vtuntur Indigenæ. Non procul à cataracta latissimi fluminis *Saire* dicti (quam Lusitani sua lingua *Cachuera* dicunt, idest casum aquarum) multæ cùm sint Insulæ magnæ à pluribus nobilibus, & magnatibus Regi Congorum subditis habitatæ, & hi sæpè inter se bella moueant, illisque opus sit nauibus, Natura eis prouidit de Arbore *Licondo* dicta, quæ tantæ est crassitiei, atque proceritatis, vt ex vnicâ illarum Nauigium ducentorum hominum capax fabricari possit; sicque Ars Nautica, Piscatoria, Textoriaq; naturaliter insinuantæ videntur. Magnam quoq; philosophandi præbere potest ansam illud, quod refert Plinius de annosis sternendis Arboribus, & de Pomis sarcinarijs; nam prædictæ Arbores difficilius cædentur, & celerius inarescent, si prius manu, quàm ferro attingantur. Item Pomorum onera à Iumentis statim sentiuntur, ac nisi prius his ostendantur, quamuis pauca portent, sudare eadem iumenta illicò conspicientur. Tandem nescio an mirabilia potius, vel fabulosa sint ea, quæ scribunt Philostratus, & Plinius; ille de Ardeolis Arborum luci Achillis; hic de Arboribus Protesilai sepulcri loquens. Ex Philostrato habemus: *In Pontico Mari esse Insulã quã Ponti ostium intrãtes sinistram habent, & ad partem magis hospitalem vergentem; hæc autem albarum Populorum, Vlmorumque, & aliarum quoque Arborum apprimè ferax est, vt ferse quadam iuxtà fanum suâ sponte proueniant. Lucus Achillis sacer, quem Ardeolæ (Aues sunt aquatiles) alarum strepitu, & aspergine exornant; humi enim paululum suprà terram suspensa volant; hoc autem fecisse memorantur à tempore, quo Achilles cum Helenâ illic habitauit.* Alter Historicus magis naturalis, scilicet Plinius, hæc habet, *Sunt hodiè ex aduerso Iliẽsium Vrbis iuxtà Hellespontum in Protesilai Sepulcro Arbores quæ omnibus ephebys eius, cum in tantum accreuere, vt Ilium aspiciant, inarescunt, rursusque adolescunt.* Ioannes Ionstonius, qui Volumen Historiæ naturalis de Arboribus, & Fruticibus nuperrimè, postquam scilicet hæc nos scripserimus edidit, inter Arbores admirandas ponit primò Arborem fructu imprægnante iuxtà fidem, & descriptionem Auctoris cuiusdam Ecchelensis in Hist. Orient. pag. 221. asserentis in Indiæ quâdam Insulâ Arborem nasci fructu suauissimo, etsi à Virgine, vel nuptâ edâtur intumescere facit Vterum, & post biduum, vel triduum ad summum fœtum exanimem ab se conceptum humano fœtui simillimum excludit ab Vtero; cuius rei fides sit penes Authorem. Secundò notat idem Ionstonius ex Clusio Arborem sanguineos sudores excitantem. Tertiò Arborem venereos stimulos edomãtem, ex quâ nunquam ignem struunt Indi, metu incursus in impotentiã Veneream. Deindè mentionem facit Arboris folijs ambulantibus Pigafettæ, seu Arboris frondiniuæ Insulæ *Cimbuboni*; mox Arboris Pudicæ ad tactum Hominis se contrahentis, & sensim posteà se aperientis, aliarumque mirabilium magnitudine, & Virtutibus, &c. de quibus nos quoq; suis locis agemus. Non est tamen hic prætereunda eiusdem Auctoris mentio sub num. 18. Arboris in *Sofala*, quæ arida licet in ramo reciso per decennium vim reuiuiscendi & regerminandi in aquâ posita conseruat; & sub num. 20. Arboris in *Sumatrâ*, quæ magnum Vermem pro radice habet, cuius caudex decerptis folijs exaridus vertitur in durum lapidem; & sub n. 21. Arboris *Chilensis* semine serpentifero; & sub num. 22. Arboris *Philippinarum* Insularum, cuius folia Orientem respicientia salutifera sunt, Occidentem verò venenosa, & sub num. 27. Arbusti *Muscarum* splendentium: Postremò fruticis Agniformis sanguinem fundentis, & à lupis auidissimè expetiti; ac fruticis *Antipatheticis* in Mexico. Præ omnibus autem hucvsque

Petr. Martyr de reb. Oceanis. 296.

Io. Mandauilla in Itiner. Hierosl.

Philippus Pigafetta in relat. regni Cong. l.1.c.4.

Id. Pigaf. ibid.

lib. 24. c. 1.

Philostrat, in Heroicis.

lib. 16. c. 44

lib. 10. c. 4.

E F G H

A vſque allatis maiorem admirabilitatem ſibi conciliare videtur Arbor vtiliſſima *Magne* in noua Hiſpania, quæ omnia ad humanæ vitæ commoditatem magis neceſſaria fructificat, & de quâ iuremerito Balduinus Cabillaus in epigrammatibus ſelectis canebat.

Arbor Mel pluit, Arbor aquas, pluit Arbor Iacchum,
Fila parit Arbos, & ſibi gignit, acum;
Exue mordaces ſpinoſo è pectore curas.
Pro Domino œconomum quam colis Arbor agit.

Sed Arborea admiratio, non Silentium, verum Prouerbiales pariat Sententias.

Bauh. in Hiſt. Vniu. pl. vol. 1. l. 3. c. 214
Cabillaus epigr. ſelec. num. 34.
A. Gel. l. 4.

PROVERBIA.

NOn corpori tantum veſtes, & alimenta producunt Arbores, ſed & animo quoque ſuum dant pabulum, dum ex illis vberrima ſuppetit Prouerbiorum materies, quibus quæ fugienda, quæuè ſequenda ſint, licet non paucæ ſententia-B rum huiuſmodi, vel ipſi vulgò per quam familiares comperiantur, doceri poſſumus. Sic ex illo Menandri in Fragmentis Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται, ideſt ARBORE DEIECTA QVIVIS LIGNA COLLIGIT, animaduertimus, quòd ſi potentem deijciat fortuna, multi in eum, quaſi certatim incurrunt, fictis ſe ſubtrahentibus amicis. Immò re diligentius perpensâ diſcimus hinc proſperæ non eſſe fidendum fortunæ, quæ ſtatim frontem caluitio mutat; docemur infelicibus non illudendum, ſed miſerendum; inhumanum ſiquidem eſt oppreſſum calcare. Prouerbium hoc etruſcum fecit Ludouicus Areoſtus Italicæ Poeſeos ſplendor eximius, cum innuebat totius in vnum Tyrannum depreſſum populi tumultuantis impetum; dicebat enim

Com' è in prouerbio, ogni vn corre à far legna
A l' Albero, che il vento in terra getta.

Monos. ſt. It. lin. lib. 3. num. 5.
Fur. c. 37. St. 106.

In quo ſenſu cùm Populus turbini comparetur, & Tyrannus Arboribus, non niſi opportunè ſubſequi poſſumus, quòd ARBORES quoque, ET SYLVAS EVELLIT TVRBO. Hoc enim prouerbialiter dictum fuit à Seneca innuenre nullam eſſe tam va-C ſtam, tamque validam dominationem, quæ infortunijs, & ruinis non ſit obnoxia. Quam ſententiam Turcarum Dominio, ſiuè potius Tyrannidi benè applicuit Ioannes Baptiſta Montalbanus ex Galatij Comitibus Frater meus in ſuo rerum Turcicarum Commentario inter Volumina Rerumpublicarum impreſſo Lugduni Batauorum apud Elzeuirios 1630. in concluſione eiuſdem Commentarij his verbis. *Vndè faciliùs inſurgentibus inſuper eorum ſubditis Chriſtianis vndique opprimerentur, aut expeditionibus aſſueto milite laſciuiente diſcordia, prout proximè viſum eſt, laboraretur: ſicque proprijs armis, ictibuſque vaſtam hanc Tyrannidem Imperij Romanorum inſtar, cuius artibus creuit hucuſque, propria magnitudine preſſam corruere, in parteſque dilapſam redigi poſſe Veterum qui nouit magnitudinem, caſuſque nemo negabit.* Vndè patet, quòd non minima euerſionis regnorum in causâ eſt diſcordia inteſtina, ex eo primum nata, quòd alter alterius inuidens fortunis in maiores liuidus eſt, nec compatitur æquales, non aliter ac de duobus euenit Erithacis, in eodem reſidentibus Arbuſto; Eius enim eſt naturæ hæc auis (quam Rubeculam appellat Aldrouandus noſter, vulgòq; nos Bononienſes *Pettoroſſo* vocamus) vt alteram ſuæ ſpeciei in eodem Arbuſto non compatiatur, imò D vix vnum indiuiduum eiuſdem ſpeciei in eodem ſaltu poteſt reperiri, vndè prouerbium ARBVSTVM VNVM HAVD ALIT DVOS ERITHACOS, in eos torqueri ſolitum, quibus parum conuenit in vno, & eodem munere verſari, & manere concorditer. Vel totum id innuit, quod alio paſſim fertur adagio *vnam* ſcilicet, *& paruam culinam duobus non ſufficere ganeonibus*, quod Alciateum emblema bis explicat,

In Phil.
Ornith. tom. 3. l. 17. c. 30.

In modicis nihil eſt, quod quis lucretur, & VNVM
ARBVSTVM GEMINOS NON ALIT ERITHACOS.

Siuè *In tenui ſpes nulla lucri eſt, VNOQVE RESIDVNT*
ARBVSTO GEMINÆ NON BENE FICEDVLÆ.

ex Zenodoto
Embl. 93.

Et his vnà patet quâ ratione vtantur, qui ad officia ſumma aſpirant, vt magnos exindè quæſtus eliciant, mechanica propterea opificia relinquentes, viliaque propolia, in

Adag. n. 24 quibus non nisi triuiale lucrum sperari potest. Huc etiam spectat ex Aldo aliud illud ARBOR VNA, NIDVS VNVS, quod conuenit cum veteri Aristophanis B

—— Non enim fieri potest,

Fures vt vnquam SALTVS alat vnus duos.

Lurconum est, & scurrarum, aliorumque eiusce census hominum opulentioribus adhærere; sic similes comperiuntur vermibus, qui fructuosiores impetunt Arbores, vndè vernaculum habemus Adagium L'ALBERO PIV FRVTTIFERO E PIV PERSEGVITATO DAL VERME; quod verbaliter inuerterem

Ang. Monost. Italing. l. 3. n. 175.

Fertilior, magis est obnoxia vermibus Arbor.

Et si alio sensu intelligere placeret, dici posset hac parœmia denotari feliciores magis ab inuidia peti, quandoquidem *summa petit liuor.* Sic exponi potest hoc aliud I MIGLIORI ALBERI SONO I PIV BATTVTI, vel elegantius

Ouidius de Rem. Am. lib. 1.

Concutitur, premiturque magis, magis vtilis Arbor.

Ald. Adag. 711.

Vndè qui sapiunt animaduerterent, quod POST FOLIA CADVNT ARBORES, scilicet Fortunam non esse paucis contentam, dum omnia susque dèque decussans, omnia facillimè subuertit; nam primum infortunium secum inuoluit secundum, hocq; tertium trahit. Eò etiam ferit hoc Prouerbium, vt si minores iniuriæ omninò ferantur absque aliqua saltem repulsione, & sui tuitione, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, grauiores mox aliæ, imò fortè lethales subsequantur, vt Publiano fertur adagio. F

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam

Prætereà VETEREM ARBOREM TRANSPLANTARE, quasi rem difficilem, ne dicam impossibilem aggredi notatur à Mantuano exclamante

T. 2.

Heù malè transfertur senio cum induruit Arbor.

Et in eos dicitur, qui iam senes, & exactæ ætatis ea, quæ iuuenum sunt, addiscere cupiunt; cum illorum ingenium hebetatum, memoria imminuta, viresque corporeæ debilitatæ non patiantur ab ijs præstari, quæ feruidiorem manent ætatem. Hoc visus est innuisse Io. Bapt. Mauritius Conciuis, & feruidus olim licet IMMATVRVS inter GELATOS, Coacademicus meus in suo ad Sanctiss. Vrbanum VIII. Poemate inscripto *Il Taborre*, prouerbialiter ibi canens

Cosi, più che d'vn Ramo antico, e duro, G

Fassi d'vn molle facilmente scempio.

Cant. 2. st. 47.

Hoc est *Sic potius quàm prisca recens inflectitur Arbos.*

Ex Monos.

Idem sentiendum est & cum D. Augustino dicente ARBORES HYEMS NON PROBAT, SED ÆSTAS, cùm tunc quæ æquè ac Arbores siccæ prius deprehendebatur aphellos, læta regerminet, maximè cum nihil semper floreat, ætasquè succedat ætati, vt & Tullius eloquenter demonstrauit, & Ouidius lepidissimè cecinit,

Cic. Phil. 2. Ouid. l. 3. de Art. Am.

Vtendum est ætate; cito pede labitur ætas,

Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit

HYEMS quippè MALA PESTIS EST ARBORVM, vt parœmiacòs ex Theocriti interprete colligitur, vbi

Eidyll. 8.

Arboribus mala pestis hyems, sitis arida terra,

Squalor aquis, cernis retia, viscus aui.

Vndè quicunque hyemali senectutis tempore, quasi repuerascere credens, iuuenilia sectatur, dici potest, quòd EX TANTALI HORTIS FRVCTVS COLLIGAT, id est frustraneè laboret ea consectando, quæ assequi est impossibile. Sic Tantalus nec imminentibus fructibus, nec eminentibus laticibus potiri poterat; vndè Pelignus Amphion H

Ouid. Met. 4. fab. 13.

—— Tibi Tantale nulla

Deprenduntur aquæ, QVÆQVE IMMINET EFFVGIT ARBOR.

Nec admodum distamus ab Adagione prædicto, cùm dicimus ETIAM VETVS ARBVSTVM TRANSFERRI POTEST; De ijs enim effertur, quæ rarissimè, & non nisi maximâ cum difficultate contingere possunt, & eundem ferè sensum importat hoc prouerbium, ac aliud vulgatum *Etiam veteres vulpes laqueo capiuntur.* Quapropter Euagrius Græcus, ex Antonij Monachi relatione, dicebat: φυτὸν μεταφερόμενον συνεχῶς, καρπὸν οὐ ποιεῖ, nimirum

Non ea dat fructum, quam transfers sæpius, Arbos

Quod solet hunc in modum à nostro vulgo efferri, cum homœoteleuto, i. cum eadem desi-

A desinentia ALBERO SPESSO TRAPPIANTATO, MAI DI FRUTTI E'CARICATO; & hinc ad instabiles homines alludit Parœmiographus, dicens: *Λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ*, scilicet *saxum dum voluitur non obducitur musco*, sic euenit illi, qui MULTAM SYLUAM GESTAT, hoc est inconditam, & indiscriminatam negotiorum molem peragere intendit, licet omnis rerum excessus sit naturæ inimicus, ; & propterea satius est vnum aliquid insigniter agere, quàm plura mediocriter; &, ne multa dicam, hoc saltem accidere potest, vt nimium curarum pondus illum opprimat, & succumbere prorsus cogat, quandoquidem

Attenuant corpus vigiles miserabile cura.

Imò qui nimiam eiusdemodi negotiorum materiam amplecti conatur, & vt SYLVÆ OMNIA TENENT, (sicut inquit Virgilius) illis omnibus animum intendit, ea proculdubio tot sæuissimos animi tortores esse comperit, quibus huc illuc miserrimè distractus, sibi moritur, & uitio viuit, impeditus ne mentem erigat ad cœlestia. Sistendum itaque est in aliquo peculiari exercitio, nec huc, illucque per cætera vagandum, nè dum plura sectamur, nulla consequamur, non aliter ac Canis, qui geminorum, B quos insequitur leporum, dum vtrique intentus est, neutrum capit; Vndè Pater Ioannes Kreihing Societatis IESV, hoc adducens pro Emblemate, salubre illud consilium attulit

Sit desiderij certa cupido tui.

Sic animo viuent quieto & sua conseruabunt patrimonia diuites; sic pauperes facilius, & honestius ea, quæ desiderant sibi comparabunt, nec vsquam extremâ laborabunt inopiâ, quæ nonnunquam ad multa compellit facinora, nam *Paupertas cogit ad turpia*, & hoc fuit in causa, vt malesuadam Virgilius famem cognominaret. Hinc adagia de Brutis habemus: *La fame caccia il Lupo dal Bosco*, vel *Cane affamato non teme il* BASTONE, licet fuste maiorem ipse non habeat inimicum, quandoquidem ad immensum inter duos odium denotandum, ironicè dicitur, *Amico come il Cane del* BASTONE, hoc est, *Vt Canis* FUSTEM, in eodem sẽsu quo *vt lupus ouem*, scilicet *amat*, proferimus. Et hæc desumpta videntur ex illo Græcorum *Ὄνος πεινῶν, ῥοπάλου ἀμελεῖ*, nimirum *Asinus esuriens FUSTEM negligit*. Et hac de re VIysses calamitates suas Al-C cinoo narraturus, præmisit maximè odiosum esse ventrem, qui quantumuis grauibus ærumnis obrutum, vel inuitum in sui recordationem trahit, & meritò quidem, nam

Ieiunus venter non audit verba libenter.

Non erit propterea, quod aliquis ARBORE SUB ALIENA FRUCTUM LEGERE pergat, nè re malignè subtracta sibi salutis ostium obstruat. Qui enim alienis abutitur laboribus fur est, vel ipso peior fuco mel alienum colligente, nec exinde quicquam sibi lætitiæ sperabit; *Nulli siquidem, cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit imposterum.* Expirant enim vt plurimum, vbi delictum grauius est *ἐπ' ἀγορᾶς* (inquit Io. Tzetzes) *ἐπὶ ξύλῳ τῷ πίνακι*, hoc est IN FORO LIGNEO INDICE, quod optimè interpretatur, siuè sumatur pro extremo supplicio, quo pacto SINE LIGNIS ET VULCANO INCENDIUM SUSCIPIUNT, siuè pro ipsis legibus, quæ reos damnant; Tabulis enim ligneis olim inscriptæ (vt diximus) leges affigebantur in foro. Testis est idem Tzetza

Πρὸ τῶν χαρτῶν ἐυρέσεως, οἱ γράφοντες τοὺς νόμους,
Ἐν μαρμαρίοις ἔγραφον, ἤτοι σανίσι ξύλοις,
D *Καὶ ἐπὶ μέσης ἀγορᾶς αἰώρουν τὰς σανίδας,*
Ὥσπερ νῦν οἱ ἄρχοι ποιοῦσι τοῖς ὠνίοις.

Hoc est *Ante chartarum inuentionem qui scribebant leges,*
In marmorijs scribebant, siuè in asseribus ligneis,
Et in medio foro suspendebant tabulas,
Sicut modò Principes faciunt in venalibus.

Imò vt alio vtámur Prouerbio, cadunt sub VIRGA CENSORIA, quâ Iudicum denotatur auctoritas. Ad eos quippe spectat reos CARBONE NOTARE, quod idem est, ac *damnare*, & insontes ex aduerso *creta notare*, hoc est *absoluere*, quæ dicta Poeta doctus hoc carmine inclusit

Illa prius cretâ, mox hæc carbone NOTASTI.

Rarò autem pœnas ad vltimum ducere debent, si bono publico prospicere velint: Hoc Illos

Monos l. 3. num. 84. L. 1. Dial. c. 4. Arist. Polit. l. 7. & l. 3. Plin. Iun. l. 9. Ouid. l. 3. Met. fab. 5. de Echo. Æn. 6. Embl. Ethicopolit. 106 Æn. 6. Monos. l. 1. pag. 10. & l. 9. n. 117. Arist. in Ethic. l. 3. Seneca ep. 17. Tzet. Chil. 10. hist. 335. Id. Chiliad. 12. hist. 405. Quintil. l. 1, c. 5. Erasm. in Chil. Spieg. in Lex. iur. Ciuil.

illos Ciceronianum illud docere poteſt EXCISA, NON EVVLSA FRVCTIFICAT ARBOR. Nam intereſt quidem Reipublicę nè delicta remaneant impunita; ſed è medio tollere hominem, ipſum faciliter enecando, nullum eidem Reipublicæ iuuamen affert, cum ipſa metallarijs egeat, & remigibus, ac alijs eiuſcè cenſus hominibus. Quinimò ſole clarior eſt illa veritas *Princeps non eſt mortuorum, ſed viuentium*, quod quià manifeſtiſſimum VEL IPSA LIGNA TESTARI POSSVNT. Sed hæc per tranſennam. Cæterum notamus quod ſi Iudicem olim, aut quempiam alium magnatem exauctorari contigiſſet, ille A FOLIIS FERENDIS EXCLVSVS dicebatur, quandoquidem antiquitus folijs, in quibus ſcribebant, vtebantur ad ferenda ſuffragia. Sic Arborea Reſpublica videbatur vlta quodammodo, dum foliorum honore priuabantur ij, per quos TVRPES SINE FRONDIBVS ARBORES fiebant, quod etiam expreſſit Ouidius ubi exaratum reliquit parœmiacè,

Turpe pecus mutilum, TVRPIS ſine gramine campus,
Et SINE FRONDE FRVTEX, & ſine crine caput,

Similę habet Io. Baptiſta Mantuanus, quod contorſit in ſteriles homines vbi cecinit,

—— Namq; vt ſine frugibus Arbor.
Dicitur infelix, ſic & ſine prole maritus

Dedecus hoc eſt abhorribile ad horrida relatum tempora, & videtur quodammodo iniquitatis eſſe præmium. Turpem illam terram manifeſtè damnauit Sapientiſſimus Medicorum Hippocrates, quæ ſine Arboribus eſſet, ψιλὴν, id eſt *nudam* illam vocando. Nec vnica tantum Arbor valeret eiuſcemodi terram ab infelicitatis notâ ſubtrahere, quandoquidem ARBOR VNICA NEMVS NON FACIT, cùm multæ requirantur, ſicut non vnum ſufficit, ſed multa ſunt neceſſaria, ad hoc vt aliquis ſit v. g. vir probus, quod innuimus dicendo FRONS VNA, *ſeù flos vnus, nec ver, nec coronam faciant*, quam ad rem Ariſtoteles μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Scilicet *vna hirundo non facit ver*. Sic ex Diogeniani collectaneis πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στρεφὰ δαμάζεται, vel vt penè ad verbū inuertit Boccatius *Per lo primo colpo non cade la Quercia*. Nos δρῦν pro tota Arbore latiorem in ſenſum, & potiorem interpretantes diceremus MVLTIS ICTIBVS DEIICITVR ARBOR, & eodem adagio ad perſeuerantiam pariter animare poſſemus illos, qui cum aliquod opus audacter aggrediantur, extemplò defatigantur, ac animo cadunt. Perſeuerandum enim eſt vbi quis vult rem magnam conficere; nam ſecus corripitur à Venuſino Flacco nouello adagio,

Nequicquam CÆNO cupiens EVELLERE PLANTAM.

Quod dictum noſtrates exprimerent dicentes, *Vſcir d'intrighi*. Et hoc vt facilius fiat, quota quiſquis facere poſſit penſare debet; ſiquidem ſi vires ſint tenues, tenui quoque muneri ſunt ſupponendæ; *homini enim* (parœmiographus inquit) *cui paruus eſt animus, pauca ſunt ſatis*, quandoquidem, vt vulgò fertur A PICCIOL FORNO POCA LEGNA BASTA. Vel ad verbum Latinè

Sufficiunt modico furno pauciſſima ligna.

Si verò quis ad maiora, quam quæ vires perferant, anhelat, illis artibus illum deprimi contingere ſolet, quibus extolli ere debatur, ideòque poteſt de illo dici TV TI TAGLI LE LEGNE ADOSSO, vel TV TI AGVZZI IL PALO SV'L GINOCCHIO, prouerbio deſumpto à villicis, ſi quis eorum ſtultè ſuprà propria genua ſudes acueret, ligna deſecaret, quaſi dicatur: caue; nam ὀλέθρου οὐδεὶς λόγος *præcipitij* ſcilicet *nulla eſt ratio*. Proprias itaque ſuprà vires nihil eſt attentandum. Quis enim periculo periculum addet? Hoc ex Platone monemur οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν, hoc eſt *non decet ignem igni inducere*, in quà ſententiâ nos Itali dicimus NON BISOGNA AGGIVNGERE FVOCO A FVOCO, aut NON BISOGNA METTERE CARBONI SOPRA LA BRACE. Sed iſtis aptius vtimur ſignificare volentes v. g. non ſinendos eſſe adoleſcentes cum ſexu diuerſo familiariter verſari; cum in tali ætate venereis homo ſit magis obnoxius cupiditatibus, quas vt Veneris ignis mulier incendit. Nec minimam ad hæc anſam præbet identidem hyemalis ad ignem confabulatio. Infantem enim ibi Cupidinem lacte vanorum ſermonum paſcunt. Quin inter cætera ſi quis à fumo vexatur, ſuperſtitioſum quoddam habent dictum pupis omnibus, & mulierculis vulgatiſſimum. *Il fumo và al più bello*; cuius originem perſcrutantibus, è Græciâ proculdubio manaſſe comperitur; illud enim notat P. Victo. in hæc verba expreſſum ἴθι καλὸς, περὶ καπνός.

hoc

Ad Att. l. 5.
Ex D. Mat. c. 2. ubi Deus non eſt mortuorū, ſed viuentium, &c.
Tzet. Chil. 8. hiſt. 209.
Laur. Beyer in Th. V. H. Tom. 2. D. pag. 58. e.
De ſacr. dieb. l. 12. in Sept. de N. B. M. V.
D. Io. Chryſ ſerm. 4. ſup. ep. D. Paul. ad Rom.
Hip. de aere text. 6.
Monos. l. 3. num. 73.
1. Ethic.
Bocc. fab. 69
στρέφει, folidus.
Monoſ. l. 2. pag. 67. & l. 3. num. 58 & l. 7. pag. 347.
id. l. 5. num. 74.
id. l. 6. num. 106.
id. l. 3. n. 51
Plato ap. Athen. l. 10
Mon. l. 3. n. 11.

A hoc est verbaliter *fumus pulleriorem persequitur*. Quod verò grauius, & deplorabilius cōperitur, est quod aliquando non desint firmioris Iudicij homines, qui superstitiosa eiusmodi, non vt meras nugas, sed vt serium quid existiment, vndè reatum contrahunt nostrę illius parœmiæ GL' ALBERI GRANDI FANNO PIV OMBRA, CHE FRVTTO, quasi diceretur *Qui plus mente valent, minus his est firma voluntas* Vel si ad verbum inuertere placeret Adagium prædictum

Id. Mon. l. 1. num. 84.

Ditior est vmbris ingens, quam fructibus Arbor.

Deductum est ab Hominibus proceræ staturæ, & oblongi capitis, per CORONAM SYRIACAM, Coronarum maximam, sed minimi honoris pariter denotatis, quos vt plurimum insulsos obseruant Physionomi, quorum vulgatissimus est aphorismus *homo longus rarò sapiens*, & propterea qui corpore præstant nati potius ad seruiendum videntur, quam ad imperandum, vt qui pollent ingenio. Hoc alluditur ad vmbrarum nimietatem valdè noxiam, pluribusq; nominibus detestandam. Arbores enim excedentes mediocritatem in genere sumptæ, ventos impediunt ne purgent aerem, cui etiam occultâ quâdam iniuriâ nocent, vt Nuces, Ficus, Taxus, & amari corticis Arbores, atq; eæ, quæ tetrū emittūt odorem. Regula tamen generali habetur ex Plinio, quod Arbores, quarum folia pediculo sunt breui, noxiam habent vmbram, & quæ ita se habent, B vt per ipsas frondes non defluant imbres, idest quæ non habent folia imbricata, stillæ earum malignę sunt. Istæ præ cæteris, quia verè ferales, essent ARBORES SVSPENDIO ELIGENDÆ; qui prouerbialis dicendi modus ex Cœlio Rhodigino tunc vsurpatur, cum de re vehementer indignâ fit sermo. Duxit originem hoc dictum ex Veterum puniendi more, qui Reos Arboribus suspendebant. Et sicuti suspendiosus, cui scilicet vita suspendio fit adempta, non meretur luctus, solitasque defunctorum compassiones, ita ARBOR SVSPENDII, per quandam participationem vnius nequam hominis, detestabilis redditur. Sed abscedant tristia, dum lætiora subintrant. Multiplici doctrinarum in genere qui eruditus est, adeò vt vlterius præceptore non egeat, de se ipso dicere potest, POSSVM SINE CORTICE NARE; hoc est eò vsque cognitionis perueni, vt instructore mihi non vltrà sit opus, sed Marte meo satis facere possim. Sic enim & pueri, ne submergantur, dum nare discunt, cortices, aut cucurbitas sibi humeris adaptant, quæ tunc abijciunt, cum natandi periti superuacanea esse cognoscunt, Nec aptius ab alijs fortasse, quam à discipulis, respectu sui præceptoris efferri C potest illud IN TVO LVCO, TVOQVE FANO, quippe quia nobilissimo secum acquisitæ Sapientiæ fœdere colligati. Significat enim illud adagium alicui velut ex Sacramento addictum esse vt iuratus subditus, vel amicus, quemadmodum iurarunt Laban, & Iacob pacem; Isaac, & Abimelech Amicitiæ confirmationem; Filij Israel subiectionem Dauidi in Hebron, cum in Regem super Israel vngentes; & sicuti Dei iuratio, promissionis est confirmatio, sic Fidelis Homo ergà Deum, ergàque Homines se gerere debet, & inuiolabili obseruantiâ iustam, & æquam confirmare promissionem, alioquin impius, & profanus exteriores in tenebras propelli debet

Arist. Polit. l. 1.

L. 17. c. 12.

Tiraquell. de legib. l. liberorum ff. de his qui not. infam.

Monos. l. 7. num. 47.

Gen. 21. & 31. 2. Reg. 5. D. Greg. sup. Ps. 88. Exod. 13.

——— *procul ò procul este profani.*

Procul inquam *este profani*, quod inter cæteros, de hypocritis apprimè potest efferri, quia *omnis hypocrita est nequam, & non veniet in conspectu Domini*. Sunt enim vt ADONIDIS HORTI, qui tanquam aptissimum hypocritarum hieroglyphicum, teste Platone, fictilibus in vasis plantati, flores solummodo ferebant, non fructus. Est inquam illorum quisquis PVLCHER quidem HORTVS, SED SINE FRVCTIBVS. Ipsorum siquidem operationes pulcram, sed euanidam ostentant apparentiam; vnde Saluator D noster inquit apud Matthæum, quod *benè prophetauit de vobis Isaias dicens: Populus hic labijs me ho. orat, cor autem eorum longè est à me*. Et ecce quam aptè in eosdem quadrat dictum illud mysticum Ioannis Baptistæ Mauritij Bononiensis:

33. Isai c. 14. Ps. 131. Virg. Æn. 6. Isai. 9. D. Iob. 13 c. in Phadro D. Matth. 15. a Isai. 29. d. Thab. cant. 4. st. 37.

Di Pentapoli sono i FRVTTI vostri
Vaghi di fuora, e dentro aridi, e brutti.

Quæ sic fortasse non ineptè reddi possent

Pulcra foras sunt gesta tui, Simulator, & intus
Lurida; Pentapolis talia Poma tulit.

Ipsi TRABEM IN OCVLO PROPRIO NON VIDENTES, FESTVCAS IN ALTERIVS OCVLIS OBSERVANT. Aliorum quippe vitia, licet minima reprehendentes,

dentes, propria, quæ maxima ſunt, diligentius occultare nituntur. Teſtis irrefragabilis E eſt idem Euangeliſta, penes quem legitur. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eijciam feſtucam de oculo tuo; & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.* Nos Itali exinde hoc noſtrum deducimus I BRVSCOLI ALTRVI L'OFFENDONO, E NON VEDE LE TRAVI SVE, & aliàs apud Latinos *Verrucis offenditur, & habet tubera*: quo reſpexit Horatius dicens

D. Matth. c. 7. 4.

Monoſ. l. 3. n. 65.

Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum
Poſtulat, ignoſcat verrucis illius aequm eſt.

Nec eidem eſt abſimile ſequens OGNI BRVSCOLO GLI PARE VNA TRAVE, nimirum *Trabes videntur vel minima feſtucula*

id. l. 5. n. 70

Eumque ferit, qui minimis quibuſque valdè offenditur. Ijs etiam applicari poſſunt memorata Prouerbia, qui domeſticorum, & ſibi inuicem coniunctorum vitia nimis minorare contendunt, & quod palam eſt omnibus, volunt aliter demonſtrare, vt cum

—Strabonem Appellat patum pater, &c.
Sicut filius eſt: vt abortiuus fuit olim
Siſyphus, hunc varum diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum, prauis fultum malè talis, &c. F
At nos virtutes ipſas inuertimus, &c.

Horat. l. 1. Serm. Sat. 4

Aliorum Ingenia tarditatis inſimulant, cum interim ipſi ſint TRABE TARDIORES: quo Scommate vſus eſt Berardinus Rota Neapolitanus in Paleariam fœminam ſcribens *Omnibus es palea ſimilis Palearia; ni quod*
Ocyor hac vento, TARDIOR ipſa TRABE es.

l. 3. Epigr. 75.

Cui adamuſſim contrarium eſt adagium illud, quod ex foliorum Arboreorum continuis aeris motibus impulſorum inſtabilitate deſumpſit idem Rota, fœmineæ applicans illud inconſtantiæ, ſcilicet

Non bene mentis inops recolens quam fœmina fallax,
Quàm ſit vel LEVIBVS MOBILIOR FOLIIS.

l. 2. eleg. 5.

Et eiuſmodi ſententiam exprimunt ad vnguem Itali noſtri dicentes EGLI E VNA FRASCA, & eiuſdem eſt ſenſus ac *Subere leuior*, de quo ſuo loco fiet mentio. Craſſioris eiuſcemodi Mineruæ hominem, qui nullâ licet omiſsâ diligentiâ vel quid minimum nequeat intelligere, hoc dicto feriunt Itali, & præcipuè Florentini

Mon. l. 7. p. 323.

Ben' è cattiua frutta, acerba, e dura G
Quella, che il tempo mai non la matura

Sic, ni fallor expreſſum: *Triſtis, & infelix frux eſt, & inutilis illa,*
Tempora quàm mitem reddere nulla queunt.
Aut breuius *Infelix nullo maturus tempore Fructus.*

id. l. 7. p. 340.

In ſtoliditatem, & duritiem prædictorum ingeniorum, propter quam ex ferro penè conſtare videntur, invehitur P. Cauſſinus, adducens in illorum ſymbolum Arborem medullæ ferreæ in Iauâ prouenientem; licèt eâdem aliàs crudelitatem denotarit. Commiſerandum tamen eſt eiuſmodi hominibus, quandoquidem NON EX QVOVIS LIGNO MERCVRIVS FINGITVR. Verùm ſi è contrà de tali viro loqui contingeret, qui tardè ſtudijs operam nauando, eitiſſimè tamen proficeret, ita vt de ſe ipſo dicere iam potuiſſet, *Tardè veni, ſed citò me expediam*, ſicut de ſemet dixit Accurſius, cum ætatis 37. annorum primum veniſſet in ſcholam famigeratiſſimi Azonis Iuriſconſultorum Numinis (vt ex eius ſepulcri inſcriptione, in imo Turris RR. Monialium SS. Geruaſij, & Protaſij Bononiæ ſixa, patet) & de quibus quamplurima alia afferrem exempla, ni prolixitatem euitare ſtuderem: ſequens adagium non perperam enunciaretur SAT CITO, SI SAT BENE, quod deſumpſit Cauſſinus ex proprietate euiuſdam Arboris Ægyptiæ, de qua Theophraſtus *Arborem (inquit habemus Ægyptiam nuſquam ante centeſimum annum fructificantem*; vndè poteſt eâdem quoque ſignificari periculoſam eſſe præproperam prudentiam. De ijs propterea, qui maturè, & veluti pedetentim ad gloriam accedunt, dici poteſt: IIS FAMA CRESCIT, VT ARBOR OCCVLTO ÆVO, in hæc à Publio Franciſco Spinula expreſſum. H

Polyhiſt. ſymb. l. 10 num. 9.

id. l. 10. n. 8 De cauſ. Plant. c. 21.

Quid ſim modo vnus ipſe dicas, famaque
Creſcat mi, VT OCCVLTO ARBOR ÆVO ingiter.

Spin. Epod. od. 37.

Ne

A Ne tamen à Trabe tam citò discedamus, in medio afferendum est illud, quod tunc proferimus, cum auxilio egens alteri vult opem ferre, nimirum E' PIV DEBOLE IL PVNTELLO, CHE LA TRAVE; seù cum Latinâ Clio

Longè debilius fulcrum trabe suppetit ipsâ.

Pro quo Cicero dicebat: *Qui semitam nescit, alteri monstrat viam*; immò apud eundem Auctorem pulcrum aliud legimus prouerbiale dictum de Trabe, scilicet CLAVO TRABALI BENEFICIVM FIGERE; quod colligitur ex ijs, quę scripsit, vbi habet: *vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit*; idque Erasmus dictum obseruat in eo sensu, quem præ se fert *Herculeo nodo quidpiam ligare*, scilicet indissolubili, quandoquidem beneficium debeat immortali, & inextinguibili commendari memoriæ. Alio modo, vt fulcimen metaphoricè significemus, vtimur baculo; vulgatissimum enim est IL BASTONE DELLA VECCHIAIA, desumptum, vt patet, ex Scipionibus, quibus senes imbecilliores sibi gradum firmant; quod & Menander adducit sub illâ sententiâ Βαχτηρία γαρ ἐςὶ παιδεία βίω, scilicet

Monos. l. 5. n. 51. de Diuin. l. 1. 7. in Verr.

B *Ipsa potest BACVLVS VITÆ SAPIENTIA dici.*

Per hanc itidem ab Italis parœmiam expressum,

Non può cader chi hà la Virtu per guida.

Reddam *Non metuit lapsus, cui dux est candida Virtus.*

Baculus enim Βαχτηρία dicitur Græcis. Cumq; à baculo diminutiuè nos Itali dicamus *Bacchetta*, virgam intelligentes, genuinâ linguâ prouerbium efferimus de eo, qui supremam habet potestatem EGLI GOVERNA A BACCHETTA, sumptum ex eo, quod baculus dominij sit symbolum. Et hinc Moscouitarum Princeps, vbi quempiam nobilium aliquo vult officio donare, baculum illi tradit, quo significatur in omnibus eidem, veluti Principi, obtemperandum. Magistratus autem abiens eundem baculum recipit, & in manu Princ pis, vel eius vicem gerentis reddere solet. Sic merita conferuntur præmia Virtuti, quæ non rarò sub sordido palliolo delitescit. Hetruria sic hanc exprimit sententiam. SPESSO SOTTO ROZZA FRONDE SOAVE FRVTTO SI NASCONDE, quam vel ad verbum sic traducerem

Mon. l. 1. pag. 29. Alex. Guagnin. de necc Ducis Rostouien. Laur. Beyerl. in Th. V. H. I. pag. 322. f. Cic. 2. Quæst. Tusc. Mon. l. 7. n. 67.

C *Sæpè rudi sub fronde latent suauissima Poma.*

Sapientis istiusmodi hominis est potioribus, & tutis acquiescere, nec, vt vulgò effertur, PER ARBORVM CYMAS OBAMBVLARE, nodos videlicet in scirpo quærendo. *Non* enim *debemus* (inquit Apostolus) *sapere plusquam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Sic in agibilibus omnibus cautè inceditur, & super cætera nosci-tur, quod NEC FICTIS AVRIBVS EST FIDENDVM; quod Prouerbium transfertur ad symbolicas Arborum aures, nimirum folia, cum quis dictum, factumuè à seipso post Arbores, id est in occulto, credit omninò permansurum ignotum, non ponderatâ illâ Euangelistæ sententiâ: *Nihil opertum, quod non reueletur*. Huc propius accedit, quod vulgariter apud nos Italos in Prouerbio fertur: LA SIEPE NON HA ORECCHIE, MA VI E' BEN CHI GLI LE METTE, non illepidè translatum

D. Matth. cap. 6. Monos. l. 1.

Aure carent sepes, sed adest qui conferat aures

Quod à veritate alienum haud esse comperitur, dum ad accusandos impios, vel ipsa ligna facunda videntur; & propterea non ineleganter tunc proferri posset, vbi de aliquo actum esse quis vellet innuere, cum & de malè perdito dicamus E GLI E' PER

D LE FRATTE; sepem enim nos *la fratta* ἀπὸ τοῦ φράττειν, id est *à sepiendo* vocamus: Metaphoricum hoc ideò dictum illis non incongruet applicare.

Flatibus arrectas Arbos experrigit Aures,
Cogere ut ipsa queat lubrica fama sonos.

Ita SYLVARVM AVRES HABERE SVSPECTAS Prouerbij locum obtinuit, vbi de meticuloso fit sermo, cui si addatur malæ conscientiæ stimulus fuga incertâ quaquaversum consequitur, vnâ cum illo Chaim desperato sensu, *Omnis qui inuenerit me, occidet me*. Diuinâ id fit permissione, vt hæc moralis, nisi physica resonet echo, quæ Deo fidelior, quam hominibus erit.

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Quod totum, immò simul non in syluis tantum, sed & in aulis tutius esse silentium, multo sermone, & incongruo, doceri deberemus ex illa Biantis sententia ἄκουε πολλὰ,

D. Bernardus Epist. 4 in laud. Humilium. Non. adag. 459. n. 327 Gen. 4. c. Hor. in Art. Poet.

λαλει

λέγ' ὀλίγα, ſcilicet *Audi multa, loquere pauca*, quam nos Itali ſub his verbis, vt plurimum, enunciamus: *Parla poco, e aſcolta aſſai, Che già mai non fallirai*. Elegantius autem *Pauca loquens, multa audi, & non erraueris vnquam.* E

Monos. l. 3. num. 268. & 269.

Nec inconſultò, quandoquidem πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει, nempè *Multiloquium multa errata continet*, vt inquiebat Apollonius, cuius alia eſt ſententia τὸ σιωπᾶν ἀσφαλὲς, nimirum *tacere tutum*. Nam

Quod ſemel emiſſum, volat irreuocabile verbum.

Et Zeno Cittienſis apophthegmaticè protulit ideò datas nobis à naturâ duas aures, & vnicum os, vt plus audiamus, quàm loquamur, & ſic quiſquis obtrectationem ipſam nihil vnquam pendebit, quin eandem interimet, quippè quia

Embl. mor. 26.

Bina aures centum cogunt muteſcere linguas.

Hinc doctiſſimus Ioannes Franciſcus Bonomius Bononienſis cecinit,

Vt ſapiens habeare, ſile; doctrina ſilere eſt.
Quiſque loqui potis eſt, non bene quiſque loqui.

Non tamen omnimodum ſuadetur ſilentium, ſed tantum opportunum. Inter extrema tutum mediat; Hoc eſt capeſcendum, vt eleganter ſcripſit præfatus Bonomius F

Embl. moral. 33.

Iniuſtum, iuſtumque inter ſtat terminus aequi.
It bene qui hoc ſumit; qui illud, in ima ruit.

Sic qui bene nos admonet, nequibit aſſerere ſe ſurdis fabulas narrare, SVRDOS ALIOQVI STIPITES ALLOQVENDO, ex eo deductum, quod STIPITEM, ſeù CAVDICEM dicamus hominem, qui nihil intelligere valeat, vel tanquam ſurdus ſalubribus dictis recuſat aures præſtare. Hinc ſacrum adagium *cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam*. Quod aliàs attulit Parœmiographus, vbi πρὸς ἐρήμοις, inquit, ἀκταῖς σπιλάδιν ὀλοφύρῃ, nimirum *Ad deſertos ſcopulos lamentationem dicis*; ex quo nos Itali Arboream itidem ad rem alludentes deduximus, TV PREDICHI AL DESERTO, ſcilicet AD SYLVAS ORAS. His optimè conſonat Naſonis Muſa, dum ait *Quid iuuet AD SVRDAS ſi CANTET Phæmius AVRES?*

Eccleſ. 22.

Monos. l. 3. n. 86. & l. 6. num. 12.

Greg. Lyl. Gyr. de Poet. hiſt. Dial. 2.

Monos. l. 6. num. 101.

Erat enim hic Phæmius Homeri Vitricus, & Ludimagiſter, qui ſi fortè ſurdum ſuſcepiſſet edocendum, oleum, & operam proculdubio perdidiſſet. Idem priuignum inſtruxit, quo, licèt cæco, nemo potiorem habuit poeticorum colorum ſcientiam. Sic patuit à Sapiente præceptore, ſapientem diſcipulum reddi, ſicut & à bono patre bonum effici filium, quod exprimit noſtra illa parœmia OGNI PIANTA SERBA DELLA SVA RADICE, pro quo fæx vulgi LA SCHEGGIA SOMIGLIA IL LEGNO. Vtraque ſic traduci poſſet G

Quaque ſuat radix tranſmittit in Arbore vires,
Et quauis proprio ſunt fruſta ſimillima ligno.

Eiuſmodi eſt & *chi li ſuoi ſimiglia non* TRALIGNA, *ſ. nuſquam degenerat qui ſimilis eſt ſuis*. Si tamen ſecus euenire contingat, vt malus è bono proueniat, qui & malum pro bono impiè reddat, ſolemus ex Petrarchâ dicere, DI BVON SEME MAL FRVTTO, nimirum

Monos. l. 3. n. 41. & 115. l. 6. n. 45. & l. 7. p. 348.

Ex optimâ ſemente fructus peſſimus.

Cant. 48. 1. D. Matth. 7. c. 2. e.

Sic hominum mentem ex operibus cognoſci nos docet Euangelicum illud, E FRVCTV COGNOSCITVR ARBOR, quandoquidem ARBOR BONA BONOS FRVCTVS FACIT, MALA MALOS, quæ ideò A STIRPE EVERTENDA eſt, ne fructiferæ Arboris locum immerita occupet, vt pariter accidet cuiuis impiè viuenti, qui funditus perdetur, ſucciſus ad ignem. Ad ignem inquam, non ad eum, qui deſcribitur à Poetâ exponente homœoteleutica illa Italica *Fuoco che arde in cima, non ne fare ſtima*, vel *Fuoco che arde in vetta, non l'aſpettare infretta*, hoc diſticho H

Monos. l. 8. p. 365. & 366. & l. 3. num. 59.

Ocyus extinctum cernes, quod vertice lignum
Ardet; ita in ſummis deficit omnis homo.

Sed ad ignem inextinguibilem excidetur. Cumque eiuſcemodi Animabus æterno addictis tormento infelicius nihil excogitari valeat, non importunum erit de eiſdem efferre, quod metaphoricè deſumitur ab Arboribus non inciſis, dum obſeruatur quota luna blattas patiantur, & de ſummè infelicibus profertur, quod nimirum

CÆSA INFELICI fuerint RAMALIA LVNA.

Quodnam enim infauſtius tempus, quam id, quo aliquis in peccato mortali ſucciditur?

A ditur ? Hoc dictum illud imitari videtur, quod in miserrimos iactatum à Græcis memorat Eustathius, nempè *ἐν τετράδι γεγενημένους*, *Quartâ lunâ natos*. Secus, & mitius interpretamur his verbo tenus affinem parœmiam nostratibus communem, BVONE LEGNE : FVRONO TAGLIATE DI MAGGIO, vel

In Hom. Odyss. 1.

Optima sunt; Maio siquidem sunt mense recisa — Ligna.

Monos. l. 6. n. 69.

Vtimur enim hoc, cum aliquis dissimulans, ad interrogata non respondet, sed importunum quid, longèque à proposito dissitum, effert; Sicuti si qui loquendo longè digrederetur à sermonis subiecto, de ipso vernaculum illud enunciaretur E' SALTATO DI PALO IN FRASCA, vel DI RAMO IN PERTICA, non secus ac aues, quæ iuxtà Græcam illam phrasim inter adagia recensitam à Diogeniano *πωτῶνται ὄζον ἀπ' ὄζου*, hoc est *de ramo in ramum volitant*. Aut melius DE ARBORE IN ARBOREM ITVR; quod tamen mirum haud est, cum non sit inter homines qui CÆSPITARE non possit. Hoc etenim prouerbialiter applicatur difficultatibus, in quas impingimus ex improuiso, dum aliquid peragimus, eo modo, quo quis offendit in viâ durum ad cæspitem inconspicuum, non sine lapsus periculo. Et propterea sæpè ruunt B negotia solius aduersæ fortunæ culpâ, & minimè ex imprudentiâ nostri; nam

Monos. l. 7. num. 19. & l. 2. p. 71. Theocr. Eidyll. 15. in fine.

— Sors omnia versat.

Virg. ecl. 9.

Sed peius est, quod verò verius comperiatur illud Plebeculæ dictum, OGN'VNO NE HA' IL SVO RAMVSCELLO, desumptum credam ex illo Senecæ, *Nullum ingenium, tametsi magnum, sine mixturâ dementiæ fuit*; quod si in genere moris sumatur, potest hunc sensum facere, scilicet neminem esse mortalium, cui nequeat vitium aliquod opponi; hic enim ambitionis, ille libidinis, hic inuidiæ, ille auaritiæ adeò sordidæ morbo laborat, vt NE CORTICEM QVIDEM PROXIMO DARET. Optimum oppidò est honesta omnia scire, vt sentiebat inter Græcos Sapientes Menander; sed cum aliæ sint viæ sciendi alijs excellentiores, & eadem non omnes nos alat exercitatio, quemadmodum longè scitè discurrebat Pindarus, ideò à Prouerbijs Arborũ exaratis ad earundem Problemata discutienda, quę ad propositum tendere nostrum cognouerimus, erit transitus; & Rationibus hoc pacto præibunt Auctoritates, cum hæ in prouerbijs eluceant, illæ in Problematibus exquirantur.

Mon. l. 6. n. 19. & 113

P. manut. in App. Adag. Ap. Stob. serm. 3. Ode 9. Olymp.

C

PROBLEMATA.

NOn inutilis equidem, nec iniucunda perquisitio illa est de Arborum primæuâ conditione, num illa fuerit mitis, siuè syluestris totaliter, vel partim mitis, partimque syluestris. Cui quæsito facilis videtur esse responsio ex ipsius Sacræ Scripturæ verbis, *Produxitq́; Dominus Deus de Humo omne lignum pulcrum visu, & ad vescendum suaue*. Vndè colligitur omnes Arbores tunc fuisse floribus ornatas, fructibusq́; onustas comestibilibus; Nam sicuti Homo innocens fuit, in statùque perfecto creatus; sic plantæ ipsæ minimè horrentes spinis, minimèque noxiæ tunc temporis fuere creatę, illæque solum post Adami peccatum in terrâ syluescere cœperunt, & spinis horrere, saporibusque ingratis repleri, quando transgressoris pœnæ particeps Tellus hanc subijt sententiam; *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex eâ cunctis diebus vitæ tuæ: spinas, & tribulos germinabit tibi*, ita ut laboriosa dehinc esse cœ- D perit Arborum cultura, necessitasque inuecta Geoponices præceptorum, iuxtà illud

Genes. c. 2.

Genesis cap. 3.

— Fructusq́; feros mollite colendo.

Virg. 2. Georg.

Naturaliter tamen, secundumque Philosophos purè naturales Aristotelem, atque Platonem, dici posset Arbores à principio fuisse syluestres, quià Natura ab imperfectioribus incipit, & ad effectus progreditur completos, cum per motum, & mutationem agat, id est in tempore, vbi dispositiones paulatim interuenire debent, ad formam introducendam in compositum, & cum agens naturale respectu Dei, Entis perfectissimi, sit valdè imperfectum, ipsumque agat in passum, sibique assimilet, idem non potest perfectum omninò facere; semper enim proceditur naturæ viribus à remisso ad intensum, vel à tarditate ad velocitatem, &c. & non aliter: Sed in Viâ Veritatis dicendum est Arbores primordia habuisse felicissima, atque perfecta, & ideò mites omnes fuisse, quæ in generationibus postmodum secundum naturæ ordinem succedentibus, pri-

Aristot. l. 3. Phys. T. 6. id. l. 1. de generat. T. 11.

mò ſylueſtres, & feræ ſunt, deinde fiunt mites artificijs varijs mediantibus, vt ſatio- E nis, inſitionis, tranſplantationis, culturæq; exactioris. Et hoc indicant, immò demonſtrant ſemina vulgò dicta, in quibus ſub formis diuerſis conceptaculorum ad modum Ouorum in Animalibus gignuntur, fouentur, & excluduntur Arborei fœtus,qui omnes naturæ ſunt ſylueſtris, etiamſi è ventre mitium Arborum prodierint; circà quæ ſemina nobis excitare contingit aliud ſoluendum Problema, nempè cur Plantarum prædicta ſemina ingeſta per os Animalium integra, & inalterata egerantur? cum tamen terræ commiſſa immutentur, & pullulent, vt ipſa docet experientia: & quare aliqua ex iiſdem ſeminibus niſi deuorata, & egeſta naſcantur, & ſuper Arbores tantum, vt viſci ſemina, quorum ſator eſt Turdus, vndè Prouerbium effluxit *Turdus ſibi cacat mortem*. Cui reſpondet Aphrodiſeus id eſſe,quia ſementiça pleraq; grana ſunt parua, & ſicca, duriuſculiq; corticis,quare facilè concoqui nequeunt, nec ita facilè patiuntur vegetandi vim ſibi connaturalem reſolui, quam peruicacius retinent, vndè non vnam tantum præparationem ad germinandum requirunt aliqua. Poſſet addi calorem ſolum non ſufficere ad diſſoluendum ſemina, ſed requiri humidum analogum, atque ſubiectum, fouens, nimirum Tellurem,vel mediatè, vt in viſco naſcente F non alibi,quàm ſuper Arbores, vel immediatè,vt in foueis, & ſulcis terræ pinguis, riguæq; .Et quoniam eadem ſemina in genere ſunt maximæ virtutis,ex Ariſtotele docente, quod Plantarum acrium ſemina ſunt acriora, quàm radices, & folia, tanquam fundamenta, & Origines partium omnium, & qualitatum vniuerſarum tam guſtabilium, quàm olfactui, viſuique ſubiectorum; in quibus ſeminibus humores omnes virtualiter continentur, & iidem propterea coaleſcunt in plantas, vel ad aqueitatem, vel ad reſinoſam,gummoſam, melleam, pinguemuè ſubſtantiam variorum colorum, & odorum tendentes, ſic longiori, aut breuiori temporis ſpatio, aliiſq; concurrentibus circumſtantijs diuerſis in ſeminibus vegetatiua Virtus in actum promouetur. Hic exquirere alius poſſet, cur genus ſtirpium ſylueſtrium, magiſque ferarum validius ſit, & lætius vrbano? vndè ſolet apud Agricultores dici ſylueſtrium Plantarum Tellurem eſſe matrem, vrbanarum verò nouercam. Cui reſpondet Alexander,id eſſe,quoniam ſolertia Naturæ humano non creatur ingenio; Natura enim conſeruationem primariò intendens, effœminatos, & effœtos nimio artificio fœtus præternaturali G quadam relaxatione ad nimiam vel magnitudinem, vel numeroſitatem feſtinantius quoque,quàm par eſſet incitatos auerſatur. Hinc & Arborem ipſa Natura felicius in vno quam in alio alit, augetque loco, vbi ſcilicet Cœlum, Terraque ſimul in qualitatibus ipſis ſpecificis Arboreæ ſpeciali magis congruunt temperiei; tunc enim Natura liberiori manu ſua munera expandit, inque flores, ſummoſque germinum apices, in quibus balſamicos ſublimes inſerit ſuccos cœli verius filios, conuertit: Hinc non immeritò Balſami vocem Lingua Punica exponit *Baalſamex*, id eſt Cœli Donum. Tranſeunt aliquando Arbores aliquot in alias Arbores, primæua mutantes folia, alioſque colores, & mores induentia, vt alba Populus in nigram; Olea in Oleaſtrum; Arbor fulgurita deſinit eſſe dulcis in Pomis, quæ aſpera, vel etiam amara fiunt. Id fieri præcipuè diceret Scaliger Cœli ſuffragio, quo aliæ Arbores foliorum occupant perennitatem, quæ aliàs *—folijs pronos mutantur in annos*,

Ita ut quæ beneuolo Aſtrorum aſpectu, blandoque tepòre tanguntur, prærogatiuas acquirant meliores, & ex potamijs v.g. Thalaſcijs, Limnadibuſque, id eſt fluuialibus, marinis, & paluſtribus, lemniades, ſiuè campeſtres, atque fructiferæ, ſimul- H que ſpecioſæ euadere poſſint. Ad quid (dicet aliquis) tam de leui tribuere, atq; concedere carnem, muſculos, neruos, venas, cor, iecur, matricem, artus maiores, minoreſque, & alia membra Arboribus ipſis abſque motu animali, & progreſſiuo? fruſtrà enim eſt calceamentum,cuius non eſt calceatio. Cui ſatisfieri poſſe autumo tali ratione per tradita ab Ariſtotele, aliiſque Scriptoribus, nimirum prædictas partes minimè vniuocas cum membris Animalium fortitudinis, & roboris durabilis causâ fuiſſe à naturâ fabrefactas; vndè fibræ virium internarum vehiculum, & viſcera ipſa ſunt perficientia inſtrumenta, & Artus ſunt retinacula validiſſima earundemmet virium immobilis perſiſtentiæ; in cuius ſenſus confirmationem cecinit Virgilius

Tum fortes latè ramos, & brachia tendens,
Huc, illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet vmbram.

Margin notes: *Probl. ſect. 20. Probl. 10.* — *Ambroſius Leo Nolanus Probl. 375.* — *Probl. l. 2. num. 52.* — *Exercit. 141. & 156.* — *Hor. in A. P.* — *L. 2. Georg.*

Conſc-

A Conferunt prætereà nonnulla ad alia nodosæ Arborum Articulationes, nimirum vel ad discriminandas ætates, & coalescentiam corticum, & ligni signandam, circunscribendamq; figuram formosam magis, & gratiosè protuberantem in caudice; extremiq; pollices à Geoponicis Thalli nuncupati à Græco θάλλειν, quod est virere, indiuidui conseruant virorem, eundemque speciei multiplicant mirabiliter. Quæ vires hoc disticho concluduntur,

Artubus Arboreis discrimina pleraque subsunt
Ætas, circuitus, formaque, robur, onus.

Suprascripto problemati affine est immediatè sequens. Quare nodosa, & aspera materies Arborum citius putrescat, quàm enodis, & læuigata, & tamen hæc est minus dura, & obnoxia propterea alterationibus etiam leuioribus? Responsio est in promptu, & est huiusmodi: duo esse genera nodorum, alterum præter nâturam infirmum, & imbecillum, & citò putrescibile, alterum naturale ad lapideam fermè duritiem peruadens, atque arctissimè primigeniam complectens humiditatem verè radicalem, quæ, quo minus ab aere ambitur inæquali, modo humido, modo sicco, eo magis, & diutius perdurat incolumis, quod fit dum aquis perpetuò mergitur, aut in B profundo telluris vllâ absque perspiratione manet, quæ perspiratio si eo perueniat, de ligni duratione actum est; hoc enim veluti fungus citissimè renerescit, & putrefit, in quo statu non datur mediocritas, vt his exprimitur versiculis,

Excipe tu lignum tellus, tu venter aquarum,
Et petra, vel putris fungus abinde fluet.

Ligna nucea varicosis, & nodosis venis variegaris, tortuosisque plena apparent pulcherrima postquam sunt secta, veluti picta, & figurata, & ob hoc à materiarijs fabris, & capsarijs auidissimè expetita, illa tamen defectuosa, & morbosa, carieique obnoxia, vel putredini, licet externis iniurijs exempta. Credo equidē prouidissimam Naturam multiplicitatē venarum, & neruorum in Arboribus rectiorem, parumq; inflexam voluisse, vt copiosissimam nutritionem, atque durabilissimam consistentiam moliretur, quibus vim non mediocrem suprà multas hominum ætates tribuit sese validissimis nixibus ab aduersis defendendi violentijs, ita vt de Arbore in genere dici possit,

C *—— Immota manet, multosque per annos*
Multa virum voluens durando sæcula vincit, — *Virg. 2. Georg.*

Irruat quantumuis Typhon terribilis, procellosusuè Prister in Arborem quampiam, eamque prosternat, funditusque euellat, dummodo radices ipsas foliorum ad modum non rapiat omnes, ecce vegetalem vim admirabiliter insurgentem, atque haud irrito neruorum sese naturaliter mouentium conatu immane pondus Arboreum attollentium, molemque vastam pristinum reponentium in locum; Quod naturæ miraculum Plinius, & Theophrastus historicè descripsere; egoque proprijs oculis vidi, & clarissimi aliquot viri vnà mecum intuentes verissimum adinuenere; Ille, scilicet Plinius hac de re ita est locutus, *Prostratas restitui plerunque, & quadam terra cicatrice reuiuiscere vulgare est; & familiarissimum hoc est Platanis, quæ plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum, quibus amputatis, leuata onere in suâ scrobe reponuntur; factumque est hoc in Iuglandibus, Oleisque, ac multis alijs.* Hic, nempe Theophrastus in integro capite suæ de Historiâ Plantarum Historiæ, cui titulus est *De Decacuminatione, deque Salice, Platano, & Populo, quæ resurrexerunt*, nobilem hunc D effectum ponderat; cuius me certissimum reddidit Autopsia Anno Domini 1657. IV. Kalendas Iunias in parte Agri Bononiensis *Peula* nuncupata, secus Canale nauigium nostræ Ciuitatis, in itinere aquatico, quod faciebam Malalbergum versus, finitimasque Ferrariensibus Bononienses valles ad Nauigationem nostram Bononiēsem inuisendam, corrigendamque vnà cum Excellentissimis, & Illustrissimis Viris Michaele Angelo Castello Canonico Metropolitanæ Bononiensis, Francisco Barbadorio Ciuilis Iuris Cathedratico ordinario, Domino Comite Alexandro Ghisilerio eiusdem quoque Metropolitanæ nostræ Canonico I. V. Doctoribus Collegiatis, & Domino Andrea Ghisillardo Senatore nobilissimo, Dominis meis insigniter colendis, & Consyndicis, Coassumptisq; meis Præsidentibus tunc temporis Gubernio Nauigationis eiusdem Bononiensis; nam duæ nobis ostensæ fuere Populi ab Illustrissimæ Marchionissæ Elephantucciæ Spadæ Villico ingentes sanè, & crassitudinis sesquipedalis, decacuminatæ

Ouid. l. 2. Fastorum

L. 3. H.N. cap. 31.

L. 4. H. Pl. cap. 9.

 quidem,

quidem, sed erectæ, & viuidissimè frondentes, circà quarum infimos caudices scrobis cicatrix tota cæspitosa euidentissimè apparebat in trium pedum semidiametri distantia peripheriali, quæ Populi casum solummodo, non autem fracturam, ut plurimæ aliæ, quæ laceræ adhuc conspiciebantur, passæ fuerant (vt idem Villicus nobis, alijq; oculares testes cum ipso retulerunt) in Antecedenti Autumno impetuosissimi turbinis vi eiusdem Agri latitudinem dimidij milliaris ab Occidente Orientem versus longissimum breuissimo temporis spatio telluris tractum deuastante; prædicti autem villici relatio exacta circumstantiarum omnium, mihi egregiam præbuit ansam asserendi naturales prædictarum Arborum facultates à machinamentariâ fuisse adiutas motione ab ijsdem naturalibus impulsibus excitatâ post fortuitam ab hominibus constitutam caudicis Arborei, tanquam Mathematici Vectis, dispositionem ad præponderationem; nam decacuminatis à Villico prædicto ijsdem Arboribus in ordine ad sectionem earundem in Trabes quadratas, seù in asseres, & ita proportionatis hinc inde accidentaliter ponderibus superioris partis Arboris decacuminatæ, & inferioris extrà terram cæspitosæ, & suprà caueam derelictæ impendentis, illæ duæ tam ingentes, & ponderosæ viuaces, columnæ Arboreæ sese nullius externi auxilij ope erexêre, quibus pro Hippomoclione stetit illa radicum portio, quæ terræ adhuc hærebat in extremâ caueæ orâ, seù cauernosi oris in margine prædictas Arbores tangente, necessarijssima certè in hoc negotio, nam aliàs omnibus euulsis radicibus, spes quoque erectionis ablata fuisset, iuxtà Oraculum Iob, *Quasi euulsa Arboris abstulit spem meam*. Quare ad cōtractionem Arborearum fibrarum naturalem pondus cœpit ad eleuationem ab vnâ parte, & ab aliâ ad depressionem promoueri, & cum cæspes, qui solus præponderare non poterat, auxilio naturalis energiæ oppositum vicit pondus, & in pristinum locum cæspitem imum restituit, inque Cœlum cacumen Arboreum eduxit; Villicus naturam iussu domini rationabilissimè obsecundans, prædictas Arbores statuit intactas fore seruandas, quæ ita validè, & mirabiliter sese seruarunt; *vidimus* (inquit Cicero) *ea, quæ terra gignit, corticibus, & radicibus validè seruari*. Nec se alienum ab hoc Arbores seruandi munere, iuxtà Senecæ præceptum, se debet ostendere Agricultor, qui naturam imitari debet. *Agricola, euersis Arboribus, quas aut ventus radicitùs euulsit, aut contortus repentino impetu Turbo perfregit, sobolem ex illis residuam fouet*, inquit ille. Viuidis igitur, iuxtàque ordinem naturæ compositis, digestis, & ordinatis neruèis Arborum fibris, stupendi effectus per influxum in eosdem ductus virtutum vegetantis animæ in Hepate, siuè Corde Arboreo, residentis primariò Iouem propriè significantis, possunt prodire, ita ut concludi possit supradicta veritas sequenti disticho.

Sternitur alta Arbor, sed Caudex surgit ab imo,
Scilicet hoc pondus viuida fibra leuat.

Sciscitanti adhuc curioso per modum Problematis quarè in folijs, & floribus Arborum incisuræ, nerui extrinseci, & latera imparitatem numeri ternarij, quinarij, & septenarij affectent, cum in paucissimis numerus quaternarius, & senarius, & octonarius obseruetur; Respondetur Deum, & Naturam impari numero gaudere, qui perfectionem maximam importat, rerumque compositionem, & ad vnum reducibilitatem, quæ est ordo essentialissimus rerum omnium, quià Vnitas suprema omnia regit, & conseruat, mediaque in rebus iungit extrema; & cum species sint sicut numeri, trigonusque in tetragono contineatur, numerus ipse foliorum in floribus; alarum, & incisionum in folijs, costarum in fructibus, quinarius, & septenarius meliorum prærogatiuarum naturalium erit nobile simulacrum, indiciumque manifestissimum. Singulariter mox quæri posset circà flores, quare inter omnes Plantarum partes hi pulcri, varièque colorati sint, & effigiati, quinimmò & odoratiores reliquis partibus persententur, & lucis amantes; Cui breuiter, & clarè respondetur hoc modo, scilicet flores esse partes omnium spirituosissimas, subtilioris, defœcatiorisque substantiæ, ideòque facilè resolubiles, & multæ exhalationis, in quibus cum lux copiosa cum opaco mirè illi subseruiente seruetur, hinc est, quod solisequi sunt, sese die expandentes, & noctu contrahentes, exceptis perpaucis contrario modo se habentibus, vt Mirabilis est Peruana Campanula nocturna, Geranium triste Canadensium, &c. in quibus hoc euenit per accidens propter debilitatem quandam propriæ natiuæ humiditatis, quæ lucis actiuitatem sustinere minimè valet, oculorum noctuæ ad instar diurna sub luce caligantium

Iob. cap. 7.

L. 5. de fin.

L. ad Martium de cōsolatione cap. 16.

Plato in Timao.

Costeus de vniu. stirp. nat.

Iacob. Cornutus Hist. Canad. Pl. cap. 44.

A gantium. Curiosorum quoque ingenia torquere quadantenus potest Plinianum illud problema, quî fiat, vt Arborum folia, à parte, quâ terram spectant, albidiora sint, quam cœlum versus, vbi obscuriora sunt, quamuis læuigatiora: id euenire dici potest ab actione luminis Cœli magis concoquentis viridantem humiditatem, alimentumquè foliosum, vndè color saturatur, atque detergitur, & ita in auersâ parte dilutior color, immò lanugines, & costæ reperiuntur. Supradicta ratio sequenti huic Problemati respondere poterit, quarè Arborum fructus remotiores à terra dulciores, & suauiores sint propinquioribus; quia cum fructus sint vltimus Arborum finis, & ex succo constent magis digesto, & elaborato, quam folia, ipsi quoque in sublimiori parte locati, alimentum capientes magis elaboratum, atque puriori aeri, luciquè clariori expositi, saporem adipiscuntur suauiorem, & desiderabiliorem. Adiungi præcedentibus potest hoc aliud, nimirum: Cur Citri ramusculus, vel cuiusuis alterius fructus Arboris ponderosus, dum in Arbore pendet, proprio à pediculo, vllo absque labore sustinetur, leuitatquè quodammodo; recisus autem à Matre, hoc est à Plantâ vitali, & appensus filo, duplo ponderosior apparet, & disrumpitur, atque facillimè conuellitur retinacula fran-B gens; in quo tollitur omnis hæsitantia in cognitione istiusmodi effectus, si dicatur, quod fructus auulsi se habent vt corpora defunctorum, quæ viuis multò sunt ponderosiora, tanquam spiritibus destituta vitalibus, qui semper nituntur in altum, naturæ sectantes semina suæ æthereæ; dum igitur ramusculus Arbori innctus manebat eiusdem Arboris vita viuens, à calore eiusdem iuuabatur, & sustentaculum quoddam recipiebat, sicuti brachia humeris non sunt grauia, neque caput thoracem, & collum laboriosè premit, dum viuida virtus inest toti, omnia membra conspirant in vnum, vt sustineant, erigant, & conseruent totum, quod in mortuis nequaquam est; nil enim nec per se, nec alterius partis auxilio erigi, & subsistere potest. Hinc horum viuentium fructuum fortunæ illud Senecæ dictum de Homine forti poterit applicari; *in Herc. fur*

Quemcunque fortem videris miserum neges.

Nec abs re forte posset hic percunctari curiosû aliquod, sed non indoctum caput, quale nam fuerit lignum Arcæ Noeticæ in Cataclysmo vniuersali Dei iussu fabricatæ, an læuigabiliora tantum ligna fuerint illius materies, an asperiora, & fortiora quoque in C partem operis ascita fuerint, præcipiente Domino ipsimet Noe: *Fac tibi Arcam de lignis læuigatis: trecentorum cubitorum erit longitudo Arcæ: quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius &c. porrò Arca ferebatur super aquas.* Si magnitudinem respiciamus, omnesque illius dimensiones in varios partiendas vsus tot Animalium, & coniunctim, & diuisim conseruandorum, varijs item tignis illius, & concamerationibus, tecturisquè iuxtà doctrinam Architectonicam necessarijs consideratis, dicendum est eam ex pluribus lignorum speciebus fuisse constructam, quia quæ ligna Basi construendæ aptissima erant, ea non æquè benè super inducebantur tecto, cum maior durities, & pondus fundent per optimè, & Columnarum officium supportent, non autem in altum pro Trabibus inseruiant; substare propterea, non superesse mauult Quercus durissima, grauis, terrestris, hebes; è contrà verò Abies leuis, angulos retinens aeria celsiora constanter amat loca, & defensat. *Gen. c. 6. & c. 7.* *Io. Buteo de Arca Noe. Theophr. l. 5. H. Pl. c. 7.*

Recta Abies transuersa manet, non Quercus hebescens,
Nam nimis hac venas pondere curuat hians. *Pl. lib. 16. c. 40. & 43.*

Quæ ideò carinam Arcæ componebant longissima, & crassissima ligna esse debe-D bant, atque ab aquis inalterabilia quodammodo, maiorisquè multò amplitudinis, quam fuerint ligna, quæ Tiberius Cæsar Romæ Ponti Naumachiario supposuit, atque etiam quam fuerint Trabes Cypriæ Nauis Demetrij, quæ centum triginta pedum longitudinis erant, & crassitudinis trium hominum complexus. Ex varijs quoque lignorum speciebus Argonauis fabricata traditur ob easdem rationes. Antiquissimas nonnè hic Bononiæ obseruamus fabricas, vetutissimæ Hetruscorum structuræ reliquias, cum altissimis, & crassissimis columnis querneis, sed cum transuersalibus trabibus, aut longè exilioribus, aut ex leuioribus lignis? quadringentorum, vel quingentorum fortè annorum ætatem millenariarum aliarum traducem superant illæ, quæ inter tantæ vetustatis tenebras regium quēdam splendorem conseruant, & hoc illis euenit, quià non otiātur, nā *Symphor. Hort. l. 18. c. 2.*

Putris & in vacua requiescit nauis Arenâ,
Et vetus in Templo bellica Parma vacat. *Propert. 2. 25.*

Ædes sunt huiusmodi, quæ ligneas iactent porticus superbissimis Neotericorum fabricis celsitudine minimè cedentes. Ex Conciliatore differentiarum inter Medicos, atque Philosophos hoc habetur subsequens, vnà cum sui resolutione Problema. Quare lignum centum librarum ponderis, plus ponderositatis habeat in aere, quàm plumbum duarum librarum? Quia s. lignum propter magnam molem plus habet in illâ terrestreitatis, quàm habeat plumbum minimæ molis, compensando quoque aereitatem, quæ descensum non impedit. Sic & in aquâ plus ponderant duæ libræ plumbi, quàm centum libræ ligni, cum hæ non demergantur, illæ verò cadant in profundum. Ambrosius tandem Leo Nolanus nonnulla nobis suppeditat ad hanc materiam attinentia Problemata, quæ in medium adducere optimum erit; primum quorum sit hoc. Quare Vitrum sit pellucidum, Lignum autem minimè transparens? Cui respondetur ex antiquiorum Philosophantium sententiâ, hoc euenire ex eo, quia Vitrum habet meatus rectos, & quaquauersus apertos; Lignum autem non. Sed alio pacto, & fortè melius respondebitur, quod quædam qualitas est in vitro, in propriâ illius substantiâ, quæ potentia lumen est; vndè præsente lumine fit actu lumen, atque illustratur tota substantia, adeò ut ipsa illuminata illuminet totum id, quod est post se. Cur Trabes, & Asseres seruentur diutius in sicco, quam in humido? id euenire aiunt ex eo, quod omnis putredo in humido fiat, quatenus est extinctio caloris natiui in vnoquoque humido. Seù etiam quià ligna gaudent, & viuunt aere, ideò in aquâ natant potius, quam descendant; signum quod aquas non amant, sed locum natiuum aereum sui conseruatiuum. Cur (subiungi potest hoc aliud) in Carbone, ligno scilicet exusto, & extincto, accenditur ignis, qui non accenditur in calce, quæ est lapis pariter combustus? Respondetur quod carbo, vbi candebat, substantiâ ligni combustibili minimè priuabatur, quam extincto igne seruauit, vndè rursus concipit ignem, alitque, nec in eo deficit talis vis, donec in cinerem vertatur: tunc enim vstilem substantiam non amplius habet, & propterea Carbonarij, dum lignum candens in suis fornacibus habent, non sinunt illud in cinerem abire, sed aquâ extingunt, vt substantia comburenda remaneat, ea tamen, quæ humiditatis excrementitiæ expers facta est, ita vt in fumum, & flammam non possit amplius accendi, sed tantum in prunas; non autem sic euenit de calce, quæ cinis iam facta est, nilque saxei retiuuit, sed diuersam prorsus naturam induit ab eâ, quam prius obtinebat, id est rarissimam, densitati priori contrariam. Addatur quod illa eadem, nec anteà combustibilis erat, vndè nulla est carbonis lignei, & calcis paritas. Quæri deinde potest, cur cinis multus prunis obductus, has ipsas longo tempore seruet; flammam verò conclusam statim extinguat? Cui satisfieri potest hoc pacto, videlicet: Quod flammam, quæ tota est vapida (nam est fumus ardens, seù aer incensus) aere nutritur vndè si cooperiatur, statim etiam strangulata perit, quia non potest difflari; Carbo autem, cum ex nimiâ difflatione imminuatur citò, si coopertus fuerit, diù quoque seruatur vstilis materia, & solum habet per poros ipsius cineris minimâ illâ frui difflatione, quæ valet eosdem carbones vegetes in suo statu conseruare, quamuis etiam sub cinere imminuatur aliquantum, & non diù perduret. Illud quoque problematicè proponi potest discutiendum de cinere, & carbone in aquâ, vel aere expositis, cur minimè calefiant, & rumpantur, vti calx facit, etiamsi ijdem fuerint candentes, cum videantur omnium horum mixtorum corpora, scilicet ligni, & saxi aperta, & laxata (vt Chymici loquuntur) ignis ab actione validissimâ intimè penetrante? Respondetur autem, quod ignis, & carbo propter nimiam laxitatem, & spongiositatem, habent ut qualitas externa aquæ ipsius, vel aeris citius vocet internam, quam repellat eam, & compressam teneat, vndè non valeat generari ignis, & intensa caliditas excitari, & ita, sicuti conditiones illorum mixtorum, ligni scilicet, & saxi, valdè differentes erant, sic diuersam corporum apertionem obtinuère. Quæri videtur ab Eminentissimo Cardinali de Cusa in suo *libro quarto Idiota*, *Dialogo quarto*, num duæ portiones eiusdem ligni, quarum altera sit maior, altera minor, sint eiusdem grauitatis, vel leuitatis? Respondet ipse experimento facto maiorem portionem demersam simul cum minore, ab eâdem vi premente, remoto impedimento maiorem portionem citius ascendere, quam minorem, quia in illâ est plus leuitatis, & aereitatis, quæ terrestreitatem longè vincit; inquit enim Eminentissimus ille *Accepto ligno leui, cuius pondus vt tria, & aqua eiusdem magnitudinis, vt quinque, ipsum in duas diuisit inaquales partes*

Differentia 14.

Probl. 89.

id. Probl. 182.

id. Probl. 96.

Id. Probl. 118.

Ambrosius Leo Nolanus Probl. 95.

de staticis experimentis

E F G H

A *palmis, quarum vna habuit duplam magnitudinem, alia simplam, ambas in cuppam aquam posuit, & cum fuste tenuit, & aquam superfudit, & fuste retracto ascenderunt ligna ad aquæ superficiem, & maius lignum citius quam minus; quia in leuibus lignis, in maiori est plus leuitatis.* Et quoniam solet fugare dubitationem omnem Historica Veritas, à Problematicis dubitationibus non erit incongruum ad certissimas nosmet conferre Narrationes.

HISTORICA.

Salomonem de Arboribus, & lignis, cæterisq; naturalibus rebus sapientissimè disputantem Mateda, vel Nicaula nomine Æthiopum Regina è Saba Nili Insula, quæ Merte posteà fuit appellata, venit Hierosolymam auditura, & vt videret magnificentissima illa opera in Domo Domini, ac Ædibus Regijs ex lignis Thyon, ac Sethim pulcherrimis, & odoratissimis ab eodem Salomone fabrefieri iussa, ipsaq; Salomoni dono tulit pretiosissima multa, inter quæ fuere Balsami Arboris surculi Syriæ anteà incognitæ, & nondum visæ ut perhibent Historiæ ad quarum in genere cognitionem nihil est, quod Gentes omnes magis conducat, quàm Arborum cognitio; Nam si Religionem spectemus, ea vel inter Arbores, vel in Arboribus pullulauit, floruit, fructificauit. Si leges tam à Iure Naturali, quam Gentium, & Ciuili proficiscentes perpendimus, ab Arboribus eas dependere dignoscemus, ligneis Tabulis commissas. Si Bellica facta rimamur, ea Arboribus vndiquè roborata persentiemus. Nonnè Aricinia Romana Sylua, in quâ Egeriæ fons erat, ipsa Numæ Pompilij pacifica Studia maximè iuuit? De quo Poeta cecinit:

3. Reg. 10. Chronogr. Genebrar. dis. 56. Chronogr. Nancler. vol. 1. generat. 34. Ioseph. Hebr. Antiquit. Iud.

> *At Numa, nec Ianum, nec auitas præterit vmbras,*
> *Mensibus antiquis præposuitque duos.*

Ouid. lib. 1. Fastorum

In quo nemore Aricino Simon ille Magus Diabolicus Præstigiator, cruribus, Dei miraculo anno Imperij Claudij IV. Magici sui volatus in pœnam fractis, eò à socijs criminum occultè delatus miserrimè expirauit. Nonne Malciosa Sabinorum sylua Tullum Hostilium Romanorum Regem Sabinos ipsos superantem vidit? Arsia altera Hetruscorum sylua ea est, penes quam Valerius Publicola Consul Romanus Veientes, & eorum Confœderatos pro Tarquinijs pulsis dimicantes superauit. Litana quoque sylua in Gallia Cisalpina memorabilissima est, & ad texendas Historias non vulgarem materiam suppeditauit. Ea fuit propè Oppidum Lucum, quod modò dicitur in Romandiola *Lugo*, in quâ Galli *Boy*, qui Bononiæ tunc dominabantur, totiquè conterminæ Regioni, Boioniamque denominabant, Lucium Posthumium Consulem cum suis Legionibus trucidarunt. Syluæ quidem, nisi placeret ab ὕλη deriuare, quasi Soliuę à solitudine, Lucique ab obscurâ luce, & Nemora à Numinibus, fuerunt in causâ, vt multa à Principibus viris peragerentur, quæ lucidas, clarasq; atque auctorabiles redderent Historias. Tanti habitæ fuere Syluæ apud Romanos, vt earum cura inter Consulum officia reponeretur; vndè est, quod Virgilius cecinit:

Act. Apost. cap. 8. Tarcagnot. ta Hist. Mùdi vol. 3. l. 2. p. 35. Tit. Liu. l. 1. dec. 1. Idem Tit. Liu. l. 3. dec. 3.

> *Si canimus syluas, sylua sint Consule digna.*

Eccl. 4.

Inter syluarum Arbores Asyla primam posuere sedem, ibiquè manere tutos, cautum est, eò confugientes. Asylum dictum ideò est ἀπὸ τοῦ ἀσυλᾶν, quod inter alia minimè spoliare & minimè trahere significat; neminem enim licet ab Asylis extrahere

> *Romulus vt saxo lucum circumdedit alto,*
> *Quilibet huc, dixit, confuge, tutus eris*

Ouid. fast. lib. 1.

Vt etiam in Iure Ciuili sancitum est, *Libro primo Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, & alibi, &c.* Nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, & si quis contrà hanc legem venire tentauerit, sciat se Maiestatis crimine tenendum esse; excipiuntur tamen nequissimi, qui possunt extrahi. *Iustin. in Nou. 17. c. 7. & Nou. 117.* nimirum Latrones, Homicidæ proditores, Virginum Raptores, Sacrilegi, & Rei diuinæ, & humanæ Maiestatis perduelles; ita peroptimè Templa, quæ in lucis constituebantur antiquitus lætitiam, & securitatem præstabant.

> *Lucus in Vrbe fuit mediâ lætissimus vmbrâ, &c.*
> *Hic Templum Iunoni ingens Sidonia Dido*

Virg. Æneid. lib. 1.

Conde-

Condebat donis opulentum, & numine diua.

Ita quoque sepulcra in iisdem lucis quietis, atque solaminis locum referebant, vt apud eundem Poetam:

Aen. lib. 8. *Nec non & sacri monstrat nemus Argileti,*
Testaturq́; locum, & lethum docet Hospitis Argi.

Plin. li. 19, cap. 4. In hortis non solum Arbores, & olera oriuntur, sed & Viri fortes, Viriq́; Philosophi, quemadmodum M. Antonius Philosophus natus in monte Cælio, vt Capitolinus scribit. In lucis quoque conuenire solebant antiquitus Populi nonnulli, præsertim Achæi in luco Ioui sacro apud Ceraunium, ibique publicas res tractabant, de iisque deliberationem sumebant. Apud Ferentinæ lucum L. Tarquinius Latinis certam diem, vt conuenirent, indixit, ad quem etiam post deuictos à M. Popilio Gallos Concilia Populorum eorundem Latinorum habita sunt. In eisdem pariter Lucis epulari consueuerant certis quibusdam diebus in suorum deorum honorem Ethnici; vt innuit Virgilius,

Aen. lib. 9. *—— dum sacra secundus Aruspex*
Nunciet, ac lucos vocet Hostia pinguis in altos.

Ludos insuper in Lucis Theatrales exercebant Antiqui, vndè in Chalcide Chersonesi Isthmo lucus Alexandro Philippi filio dicatus erat, in quo Iones ludos Andria vocatos quotannis celebrabant. Lucis certè plurimum debuit Marius ille Romanus toties Consul, & de nostra Bononiensi Ciuitate optimè meritus, eum ibi subterraneum aquarum ductum amplissimum concameratum, longitudinis decem milliariorum è monte Saxeo nuncupato in Vrbem, sumptu planè Regio excauauerit (cuius vestigia adhuc pluribus etiam in locis apparent) qui à persecutoribus apud Minturnenses euaserit, ope Luci cuiusdam, in quo delituit. Apud Tanagran Bœotiæ Mediterraneæ Oppidum in via Thebis Chalcidem versus Lucus quidam fuit sacer cædi cuiusdam Eunosti Cephisæ, & Sciadis filij à fratribus Orchnæ, quæ ipsum innocentem stupri accusauerat, indignè occisi, à cuius Luci ambitu, eius gentis decreto, Mulieribus interdictus erat ingressus, qui pro grandi piaculo reputabatur. Pausanias in Laconicis scribit Lucum Despœnæ suprà Megaram in Arcadia consecratum ambitu lapideo conclusum, Arbores diuersas habuisse vnâ radice communi connatas absq; vllo insitoris artificio, sed religione quâdam diuum sic esse putatas, suprà quem Lucum in eminenti loco plurium Deorum Aras constitutas fuisse, quo super scalas quasdam ad Panos sacellum ascendebatur, Athenis in suburbio lucum fuisse perhibent Scriptores ab Academo consecratum, qui Academia fuit dictus, & anteà Hecademea. Ibi natus est Plato, & Philosophiam magnâ discipulorum frequentiâ professus est, cuius sectatores Academici dicti sunt. Ad Cynosarges tamen prope ipsas Athenas Herculis Templum, & lucum à Philippo fuisse incensa Liuius tradit in Historijs. Insulæ Malacæ habitatores tanti faciunt Arbores, vt ab his, super quas altissimè cubant, acceptam referant vitæ securitatem contrà immanem Tigrium crudelitatem illis infestissimam, quæ ad octo pedum altitudinem horribili peruenire potest insultu. Gymnetæ item Populi Arbores sibi constituunt, veluti tot Arces, è quibus feras sagittant, occiduntque. Ichtiophagi Populi vnicum vitæ leuamen, & refrigerium ab Arboribus recipiunt, quas perinde ac benignissimas nutrices experiuntur, Diodoro Siculo hunc in modum historicè scribente. *Arbores quædam iuxta littus plurima nascuntur, imminentes mari. Has frequentibus folys, fructu verò simili nuci castaneæ simul connectentes, vmbracula sibi constituunt, vbi in littore pariter, & in mari commorantes vitam agunt, cum solem effugientes Arborum vmbrâ, tum continuâ maris vndâ, ventorumq́; aurâ æstum mitigant.* Præterea prodiderunt Alexandri Magni Comites in Tylo rubri maris Insulâ quasdam Arbores esse, ex quibus naues fierent, quæ ducentis annis durare posse inuentæ sunt, incorruptæ etiam permansuræ si mergerentur; quæ proprietas, non nisi syluestribus valdè Arboribus competere potest, nunquam autem mitibus, nec vllâ ex parte Arbores hortenses fortitudine quidem, & durabilitate syluestribus cedunt, pretiositate verò longè præcedunt; & ob id fortasse Veneri dicarunt Athenarum Hortos Græcorum Antiqui, vt Hortensium Arborum delicatiorem exprimerent naturam, idque etiam præstitere Romani, vt de Salustianis, & Senecianis Hortis Marmora docent inuenta in Hortorum eorundem peruetusto situ, Montem inter Quirinalem, & Hortulorum Collem.

M. AVRELIVS PACORVS. M. COCCEIVS STRATOCLES ÆDITVI VENE-

Symphor. lib. 4. Hort. c. 5.

Plutarc. in Mario.

Lib. Antiq. Antiquiorũ Bonon. O. M

Symphor. Hort. lib. 4. c. 5.

Titus Liu.

Io. de Bãnos de Asia lib. 6. c. 3.

Strabo lib. 16.

Hist. Prisc. lib. 4.

A VENERIS HORTORVM SALVSTIANORVM BASEM CVM PAVIMENTO DIANÆ D.D.

Senecianos Iuuenalis extulit, quos tandem liuidè intuitus est Nero. Ille sic.

——& magnos Seneca prædiuitis Hortos.

Mœcenatianos Horatius memorauit simul, & laudauit

Nunc licet exquilijs habitare salubribus, atque

Aggere in aprico spatiari &c.

Nam Hortus Græcè κῆπος, atq; etiam παράδεισος, fructiferis non solum Arboribus consertus locus, sed pretiosissimis alijs amœnitatibus locupletatus; diuites solum hic decet, atquè potentes, qui aureis Druydum falcibus, quibus roboreum hi persecant viscum, & aureis Arborum quoquè simulacris, quibus nonnulli Reges in Indijs à Principum Legatis, dum primò eos ad colloquium admittunt, munerari volunt, abundant. Simplices Ruricolæ, & innocentes solis contenti Ramificationibus Dendrophori tantum titulo insigniri percupiunt, prout antiquitus quoquè & sub quacunque hominum conditione moris erat ad felicitatem aucupandam; In peruetustis legitur marmoribus.

Cornel. Tacit. *Iuuen. Satyra 10.* *Hor. Serm. lib. 1. Satyra 8.* *in 2. part. rerum Indiarum p. 185.*

B SILVANO DENDROPHORO SACRVM
M. POBLICIVS HILARVS MARGARQQ PP CVM LIBERIS MAGNO, ET HAMONIANO DENDROPHORIS. M.D.M. DE SVO FECI.

Hinc auspicales necessariarum rerum exhibitores prouenere, nempè illorum temporum officiales quidam Parochi appellati ἀπὸ τοῦ παρέχειν, hoc est à præbendo, Legatis publicè missis ligna præcipuè, salemque, de quibus Horatius.

Proxima Campano ponti quæ Villula tectum

Præbuit, & panem hi, quæ debent ligna, salemquè.

Serm. lib. 1. Satyra 5.

Harum autem Præbendarum loco sanctissimè introductæ Catholica in Ecclesia fuere Præbendæ Sacerdotum, & Canonicorum Collegiatis in Ecclesijs constitutorum ex causa præbendi, hoc est suppeditandi Pauperibus Christi eleemosinam; nam quod vni ex minimis fit idem Domino Deo fit; & Sacerdotes præcipuè exemplo Sanctissimi Regis Iob Patres Pauperum esse debent, quorum quilibet de se ipso dicere verissimè potest vnà cum coronato Propheta *Ego autem mendicus sum, & pauper, & Dominus* C *solicitus est mei*. Diuus Ioannes Baptista Præcursor, quo inter natos mulierum non surrexit maior, missus à Deo, ipse in Deserto dum vitam ageret, Arbores inuenit folia habentes lata, & rotunda lactei coloris, & mellei saporis, fragilis quidem substantiæ, sed quæ manibus confricata mel syluestre dabant in illius victum. Pietatem Arbores redolere non est nouum, idquè plura testari quoquè possunt exempla, inter quæ illud non prætereo, quod in mirabilibus quoq; paulò superius memoratum propè nostra tempora apud Anglos obseruatum fuit anno Domini 1574. vbi dum finderetur Arbor in eius meditullio Crux fuit inuenta, quam realem apparentiam nonnulli sunt interpretati fore vt Anglia breui esset amplexura Catholicam fidem, vel quod illi imminerēt multa mala &c. Sunt aliquando velut Oracula Sacra ipsæ Arbores admonentia, immò & diuinæ vltionis aliquando sunt instrumenta, vt euènit Absaloni, cum impiè persequendo Genitorem Dauid, subter transiens magnam, & condensam Quercum, dum equo insideret, cæsarie propter ventum fortasse flantem expansa ad Arborem illam Cœlum inter, & terram suspensus fuit, & detentus, quoad à superuento Ioab penitus tādem confossus est. Quo mortis genere interijt Ricardus Roberti Conquæstoris Filius D Normanniæ Dux. Dum enim equo aream, quam Auus ex demolitione templorum in ferarum lustra, & solitudinem redegerat, celerius transiret, ramo Arboris capillis obuoluto, & equo subterfugiente, suffocatus est, vt scribit Mælmesburiensis. Fortuitò quoquè morti subiecerunt aliquos Arbores, vel in fuga impeditos. Sic accidit Pausaniæ stipatori, qui cæso per insidias Philippo Macedone, dum fugeret, vt refert Plutarchus, in radicem Arboris offendens, ab insequentibus cæsus est. At Philippi Filius Alexander in sæuius hominum supplicium Arbores conuertit; nam Bessum Bactrianorum Ducem bello victum, curuatis per vim Arboribus alligauit, quas demum tanto concitatas impetu remisit, vt laniata passim membra disiecerint. Nec desunt, qui catholicam Fidem, eiusmodi Mortis genere Martyres effecti, testati sint. Refert enim Marulus quod quo tempore Antoninus Augustus Ecclesiam persequebatur, & in Sicilia Sebastiani Proconsulis iussu Victor Martyr patiebatur, Stephana cuiusdam militis vxor, tot miracula

D. Matth. c. 25. *Iob. c. 29.* *Psalm. 39.* *Franc. Roser. in lib. stemm. Lotharing. 369. f. 238.* *2. Reg. 18.* *Hist. Eccles. dict. Rob. Steph. lib. 3. c. 48. & lib. 4. c. 29.* *Plutarchus* *Marul. l. 5. cap. 6.*

cula videns ad fidem conuerſa eſt; Cumque apertius Chriſtum fateretur, ipſumque Dei Filium eſſe affirmaret, nec ab hac remoueri confeſſione poſſet, ingentibus craſſiorum arborum ramis alligata, diſcerptaq; Fidem integrã in animo ſeruauit, glorioſamq; martyrij coronam obtinuit, tanto magis amata Deo, quanto ſæuius dilaniata à Tyranno, quem æquius tale ſupplicium manſiſſet, quemadmodum effectum eſt in Procopio Conſtantinopolitano Tyranno, qui contra Valentem Imperatorem acriter inſurgens, apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem victus, & Arboribus duabus per vim reflexis alligatus, & ipſe diſcerptus fuit; Sic nouos Pharaones diuinæ, & ſeueræ, Iuſtæque manent vltiones. Quod ſupplicij genus apud Derbices *Diſphendomene* dicebatur. Arbor autem, ſubter quam Agar in ſolitudine Berſabee filium ſuum præ ſiti deficientem abiecit, & fleuit, optimi fuit ominis, *Exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt*; ſicuti & plures aliæ Arbores viſæ ſunt nos docere adimplementum omnis Iuſtitiæ, & obiurgare contradictores, quaſi dicerent: *væ qui contra dicit factori ſuo*; vt Arbor, quæ Chriſto pertranſeunte ſe inclinaſſe, & ſubſtitiſſe ſcribitur Hermopoli Thebaidis Vrbe, quam Iulianus inuidia ductus excîdit. Sublicius Pons Romæ fuit ſupra Tyberim ædificatus, compendioſæ, & melioris artis præcepta ſuſtinens, eò ſanè artificio conſtructus, vt totus omninò ligneus eſſet abſque ferro, & diſſolubilis, Trabeſque ab eo eximi, rurſumque ſine fulcris in eundem reponi poſſent; de quo Cæſar, & alij quam plurimi celebrem fecêre mentionem. *Maiuma* feſtiuitas erat apud Romanos, qua Menſe Maio maritimam Vrbem Hoſtiam adeuntes inter aquas voluptatibus incumbebant, vt vita ciuilis, & alacrior fieret. Quam feſtiuitatem cum ſuſtulerit Anaſtaſius Imperator, in illius locum ſucceſſit die prima Maij Quercum à Iuuenibus ludentibus in Vrbem portari; qui mos apud nos etiam durat cum magna hilaritate, viridesque eiuſmodi Arbuſculæ, *Magli*, vulgari ſermone à Maio Menſe vocantur, quæ Honoris, & obſequij gratia ante fores vel Amaſiæ, vel Magnorum Virorum plantantur. De hoc exemplum habemus apud Equitem Berardinum Rotam, qui ad Ioannem Hieronymum Aquiuiuum Hadriæ Ducem ſcribens habet.

Aſpice vt ante fores longo tibi ſtipite ſurgat
Arbor & eſt Maius Nomine dicta tuo.
Aſpice contexto quot pandat vertice frondes
Ramus, vt è ramo pendula cantet auis.
Vt Nymphæ antiquo celebrent Maialia ritu
Vt paſſim largo flore niteſcat humus.

De illo verò prouerbium emerſit PIANTARE IL MAGLIO AD'OGNI VSCIO quod præcipuè dicitur de eo qui quancunque viderit mulierem, ſtatim illam deperit. Arboribus equidem ſarta tecta ſemper fuiſſe teſtatur ſecuritas omnis cum domeſtica, tum politica; iniquiorum enim temporum, prauorumq; Hominum iniurias modis omnibus remouere, & coercere Arborum ope Architectonicâ potuit, & voluit Aſtrea. Roma, vt tradit Cornelius Nepos, per 470. annos, vſquè ad Pyrrhi bellum fuit Scandulis tecta; hinc *tectum Scandulare conſcendit*. Virga à Lictoribus fores percuti ſolebant vt publicæ perſonæ pareretur. Maiores porrò literarias inter delicias omnis

Vir Bonus, & ſapiens &c.
Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad vnguem &c.
Offenſus prauis, dat palmam, & præmia rectis.

Sibi præterea reuocet in mentem qui cupit eſſe Bonus myſticis, & moralibus Arborum Ramis captandam eſſe temporum felicitatem perpetuò virentem, & floridam, vt ex lectione ſequenti patebit.

Strabo lib. 2. Alex. ab Alex. D.G. l.3.c.1. Geneſis c. 21. Iſaiæ c.45. Franc. Roſer. ſtemm. Lotharing. c. 105.f. 239. Com. Gall. l. 14. Vitruu. l.3. c.3. Saluſt. l.4. Nanius Belli Pun. Plin. l. 36. c. 15. Tit. Liu. l. 2.c. 23. Var. l.4. & 6. Agric. Alciat. in Tit. Cod. de Maiuma l. 11. Berard. Rota l.3. Eleg. 5. Monoſ. l.9. p.407. Apul. 3. metam. Alex. ab Alex. l.1. D.G. c.17. Auſon. Idyllio 2.

E F G H

MORALIA.

MVndus eſt quaſi Sylua, vbi feræ, & ſæuæ beſtiæ latitant Tyrannorum, Latronûq; qui tranſeuntibus peregrinis, & viatoribus inſidiantur, eoſq; ſpoliant, & occidunt; ibi etiam ſeducuntur, & decipiuntur ſimpliciores Homines à malignis, quia *Obſeruabit peccator iuſtum, & intenderunt arcum rem amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum*. In mundo feros, vt in ſyluis feras, eſt videre homines vſurarios, & auaros, ſuper-

Petr. Berchor. Reduct. moral. l.12.c. 14.

A superbos, &c. qui tanquã bestiæ fructibus insidiantes, Arbores scandunt, idest loca eminẽtia, vt omnia bona diripiant, vnde in illos quadrare videtur Psalmographi sẽsus *in ipsum pertransibunt omnes bestiæ sylua*. In hac Mundi Sylua sunt scandala quamplurima, & perniciosissima, propter quæ mala maiora inuehuntur in illam. *Væ væ væ habitantibus in terra*; in ijs enim boni alioquin Viri virtutibus spoliantur à scandalosis hominibus, veluti syluarum vastatoribus, qui *nudos dimittunt homines vestimenta tollentes*, vt ex ore regũ Patientissimi habetur. Arbores syluarũ sub hac proprietate in æstate frondent, florent, & fructificãt, in hyeme verò omni viroris honore spoliatæ, vndiq; turpes apparent: innuunt ideò diuites, & Potentes tempore mundanæ prosperitatis, qui secularibus præfulgent gradibus, & prærogatiuis, sed in statu aduersitatis post mortem nudi, & priuati omni pulcritudine, atque voluptate, in miserias infernales tenebrarum exteriorum proijcientur. In Mundi syluà sunt quidem aliquot Aues cantantes, idest aliqui viri contemplatiui, & aliquot Animalia innoxia, actiuam repræsentantia vitam; sed plures in eàdem sunt bestiæ, & vafræ, & terribiles, insidiantes cæteris, quemadmodum pessimi illi homines in Republica, atque nequissimi Iuuentutis corruptores, alienarum substantiarum

Psal. 36.
Psal. 63.
D. Io. Apoc. 8.
Iob. c. 24.

B raptores: & muliebris pudicitiæ prostratores, adulteri, & similes, omnia laqueis diabolicis complentes, iuxtà illud Prophetæ: *Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, velut aucupes laqueos ponentes ad capiendos viros*. Sylua porrò, tanquam locus vastus, in quo Arbores infructiferæ fructiferas longè superant numero, manifestè ostendit plures esse in Mundo infructuosos peccatores, quam verè frugiferos, idest plures malos, quam bonos, vndè habetur in Sacris quod *stultorum infinitus est numerus*. In syluis adsunt Arbores permultæ cæteris prceriores, quæ vmbris lædunt inferiores Plantas, illisque incrementum interdicunt. Eæ verò eum nimià proceritate Cœli fulmina prouocent, in superbiæ quodammodò vltionem, nos admonent, mundi prosperitates esse longè periculosas; habemus enim id in sacris paginis clarissimè expressum: *Vidi impium superexaltatum super Cedros Libani, & transiui, & non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*. In syluà huiusce Mundi duo sunt latronum genera; Alij, qui sub specie Amicitiæ fallunt, & produnt; Alij, qui improuisè adoriuntur, & ab insidijs prodeuntes in apertum necem inferunt crudelem, & ideò D. Paulus

Hierem. c. 5.
Eccl. 4.

C indicabat *periculum in falsis fratribus*, qui multoties sunt domestici. *Omnes inimici eius domestici eius*. In syluis propter semitarum multitudinem, & incertitudinem sæpè de vià itur, & in latronum inciditur latibula; ad præmonendos autem viatores, vt deuitent pericula, solent alicubi poni Signa quædam, vt Cruces, & lapides, & nodi, aut huiusmodi, vt ambulantes dirigantur in securius iter. Sic Mundani, & Mortales Homines bonorum virorum exempla, ranquam signa posita in vijs imitari, & sequi debent, vt ad Paradisi Ciuitatem perueniant, cum sic ijs dicatur; *Hæc est via, ambulate in ea, non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram*. Mundi sylua, si ea benè transigatur, hoc est prudenter, & sapienter peragantur omnia, inuenientur etiam pascua Virtutum, fontes gratiarum cælestium, diuinæquè recreationes; *in pascuis pinguibus pascentur*, quibus etiam dicitur *haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*, & randem *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & non erit amplius labor &c. nec cadet super eos Sol, neque vllus æstus*. Sylua tali pacto emensa tumultus, & discordias excludet Hominum malorum, & è contrà inuehet Auium concentus, idest Virtutum bonorum virorum, Arbores, & aerem gratissimè iucundantium. Huiusmo-

3. ad Cor. 11.
Ezechiel 30.
Ezech. 34
Ezech. 22.
Apoc. 7.

D di est Religiosus status, vbi silentium verè cœleste, pax, & concordia obseruantur; ibi herbæ medicinales inueniuntur, quæ omnes vitiorum morbos curant, eosque documentis, & exemplis innocentibus arcent; ibi laudes iugi Deo eanuntur, & gratiæ incessanter aguntur. *Gaudium inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis*; ibi eloquia diuina, velut apum sanctarum mellificantium in Arboribus suggestuum, dulcedinem instillant in aures piorum, *mel, & lac sub lingua tua*. Sylua est Paradisus, hoc est deliciarum Hortus, vbi sunt Angeli, velut Aues, perpetuaque æstas, vbi sunt Sancti, velut Apes, vbi sunt fontes æternæ voluptatis, vbi lux est perpetua, *qua non indiget Sole, aut Luna, vt luceat in eà, quia eius claritas, & lucerna est Agnus*, qui tollit peccata mundi, & qui est terræ dominator, iuxtà oraculum Isaiæ. Eadem sylua à Numinibus vel falsis, vel veris est denominata. A' falsis quidem Numinibus, & dæmonibus erit dicta, si ab ea Virtutes aberunt, & infructuosa erit meritò abscindenda æternoque igni de-

Isai. 51.
Cant. 4.
Isai. 16.

D.Lucæ 3. Dent.c.20. Sap.9. Iofue.7. Beda. Philon. de opific. Mundi, & l.1. leg. allegor. ap. Athenæum l.3. Hect. Pin. in Daniele. D.Chryſoſt. in pſal. 118. Hect.Pin.in Danielem. Id. in Iſaiam. Pſalm.48. Origen.D. Hieronym. D.Hilarius in Euang. Rodulph. Flammin. in Leuit. Franc. Georg. Seminar. Philoſoph. Platon. Ap. Stob. ſerm.96. item Minucrmus. Anton.Ricciard.Cōm. Symb. cap.47. Homil.8. D.Greg.l.2. c.24.in Iob. Io.Chryſoſt. Homil. 2.in D. Matth.c.2. Eraſm. in Ep.

deuouenda; tanquam abſque Veritatis gratia, & ſine claritate, vbi Idola Mundi Diuitum, & Potentum fatuè coluntur. E contrà Virtutibus abundans, ſanctimoniæ diues, tanquam Dei munus ligna fructifera non ſuccidenda feret. *Non ſuccides Arbores, de quibus veſci poteſt*: vbi doctrinæ Philoſophicæ, Medicæque cum Catholicâ veritate concordabunt, omniaque bona inuenientur. Ramus aureus in luco latens, cum quo Æneas Inferos deſcendiſſe fingitur, ſignificat ſapientiam, cuius ope mirabilia fiunt. In hoc laborare debebit Homo ſimplicis quoquè intrà ſphœram moralitatis, vt propriam virtutibus excolat Animam, ne maleuola fiat, in quam *non introibit ſapientia*, & nè *lapides enim omnis populus*, nec ineptè diceretur ramum aureum ſpeciem quandam referre Arboris Vitæ, quæ pro Dei Sapientiâ, ſecundum quoſdam, ſumebatur, & cor etiam in Homine, vnà cum omnibus Virtutibus eminentioribus, & immutabilioribus repræſentat. Laborioſam non incongruè Plantam Hominem vocauit Alexides; ipſe nanquè natus ad laborem Arbori cōparatur, vt benè progerminet diuitiis, alioquin maledictionem incurſuras. Arboris conditione potiamur (inquit D. Hieronymus.) Arbores enim ambulantes dicuntur Homines, ſed hi viam mandatorum Dei currere debent, & ambulare in lege Domini, vt ſint Beati, & immaculati in via. Iniuſti Homines ſunt Arbores triplices, infauſtâ præciſæ lunâ, blattis, & teredinibus peccatorum pleni, quos continuò rodit lethaliter Conſcientiæ vermis; ſuntque Arbores bis mortuæ impij, quia *mors peccatorum peſſima*, & *mors depaſcet eos*. Iuſti autem ſunt Arbores vitales, & feliciſſimæ. Arbor quidem olim bona, fructus peſſimos, vt Iudas, facere poteſt; & Arbor mala, vt Diſmas Crucifixus latro fructus optimos, pœnitentiâ mediante, edere poteſt. Arbor ſterilis eſt Hypocrita; Arbor animata eſt fidelis, & ideò ſub Arborum imagine iudicium de bonis, & malis fertur, iuxtà varias Arborum ſignificationes. Aſt Arborem in Arbore probè recognoſcemus, dum Hominem videbimus ſyncerum, & probum, in quo Chriſtus per gratiam reperiatur, qui Arbor eſt vera in medio Paradiſi, & in quo generaliſſima illa Virtus, quam Bonitatem appellant (à qua indiuiduæ virtutes procedunt) Arbor vitæ nuncupata germinet. Nec illepidè certè folijs Arborum humana vita comparatur apud Stobæum de vitæ breuitate ex Simonide τῶν ἀνθρώπων γενεά, ὡς τῶν φύλλων, ideſt Hominum generatio eſt qualis foliorum, quandoquidem

Non minùs eſt folijs hominum gens fluxa caducis.

Lignum ideò plantatum iuxtà fluenta aquarum ſignificat ſacris in literis Hominem, qui diuina præcepta ſuſceperit, quibus præceptis diuinis non aliter quam aquis irrigantur ingenia, ex quibus fructus bonorum operum indeficientes prodibunt, quod clarè colligitur ex Ezechielis oraculo his verbis, *Et ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum fructiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius, per ſingulos menſes efferet primitiua, quia aqua eius de Sanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit Dominus Deus.* Hinc tot Sāctorum Patrum pijſſimæ conſiderationes, optimæq; moralitatis inſtitutiones oriuntur; nam vt Arbor irrigatione continuâ excreſcit altè; ita nos diuinorum eloquiorum doctrinâ irrigati in altum ferimur; vt ex D.Io.Chryſoſtomo habemus: & ſicut Arbores nō valent fructus producere, niſi habeant humorem ad radices: ſic nos quoque pietatis fructibus grauidi eſſe non poterimus, niſi precibus irrigemur. Ab eodē docemur quod vt folium in Arbore vento ducitur, ita Homo flatibus tentationum, libidine, ſuperbia, & cæteris vitijs afflatus &c. & qui inter Homines ſublimior erit in dignitatibus, erit ceù cacumē Arborū in excelſo poſitarum, quod etiam ſi leuiſſima flauerit Aura, mouetur. Quod ſi ceciderit folium ab Arbore vento raptum, hominem indicabit, qui à tentationibus fuerit ſuperatus, vt D. Gregorius ſentiebat. Et ſi peccatum in occulto committatur, ſciant Homines quod nocentes vltrò pœna ſequitur, & imaginentur folia Arborum eſſe tot aures, atque tot linguas peccati teſtes, & accuſatrices; ſimplex illa foliorum trepidatio, fontium corda trepidare faciat, quibus ſciendum eſt id, quod D.Gregorius protulit; *per hoc quod foris agitur quid latet intus aperitur*, & ſibi prudenter fingere, quod his metris inſinuatur.

Nè monſtrum credas; longè videt Arbor, & audit,
Si mala tu patras, hac tibi teſtis erit.

Arborum folia ſunt ornamenta, atquè florum, & fructuum in iiſdem contrà ventum, calorem, pluuiam, & alia lædere Arborem valentia tutamen; ita in Hominibus ſunt bonæ

A bonæ conuersationes, quæ flores, & fructus bonarum cogitationum, & operationum tutantur, ne à Vento Superbiæ, pluuia Luxuriæ, caloreuè Auaritiæ destruantur; folia quoque sunt verba, quæ hominem ornant, cui alludit illud Hieremiæ cap. 17. *Erit folium eius viride*. Folia in Arboribus modico Vento mouentur, vere, & æstate virent, pein pallescunt, & cadunt; non aliter temporalia bona, & diuitiæ instabilia sunt, quipdè quæ tempore felici virent, seù crescunt, mox diminuuntur, & amittuntur. Arborum Vmbra Viatores allicit, illos oblectat, & ab itinere retardat; ita diuitiarum copia in hac Vita retardat Homines, & deuiare facit à via cælesti; ideò de malis diuitibus Iob dicebat. *Sub vmbra dormit in secreto thalami, in locis humentibus*. Dici quoque potest Homines tot esse mundanæ Arboris folia, dum in prosperitate virent, in tribulationibus agitantur, & demum per mortem cadunt; vnde Isaias sic sentiebat: *Cecidimus quasi folium*. Folia Arborum sunt medicinalia: *folia eius ad medicinam gentium*. Ita Ezechiel. Sic Doctorum virorum documenta, bonorumquè correptiua verba vitiosis medicinæ sunt; Flores verò in Plantis, & Arboribus, quia sunt omnibus sensibus gratissimi, oculis colore, naribus odore, gustui sapore, tactui mollitie, & viscerum interno-

cap. 40.
cap. 64.
Ezech. cap. 47.

B rum, ac præcipuè cordis confortatiui; perfectos referunt viros, optimæ famæ, virtutibus pulcherrimos, & maximè honestatis, & sanctæ spei, iuxtà illud Canticorum. *Flores apparuerunt in terrâ nostrâ*, & Sapientiæ *repræsentat nos flos temporis*. Flores prætereà propter eorum velocem ortum, atq; eorundē, & apparentem pulchritudinem, humanæ prosperitati comparantur, quæ illicò cadit: *exsiccatum est fœnum, & cecidit flos*, ex Isaia, *& quasi flos egreditur, & conteritur*, ex Iob. Folia insuper metaphorica in hominibus sunt merita, & fructus sunt præmia, quia *flores fructus parturiunt*. Flores in vniuersali sunt solisequi, ita vir perfectus Diuini Amoris semper contemplatur bonitatem, eamque semper sequitur corde, ore, manu, inque omnibus naturæ operationibus omniquaque inculpatum se ostendit; hinc iuremeritò natura flores, & frondes ita constituit, vt quinarius, & septenarius numerus, tanquam naturæ genius, atquè coniugium elucescerent, cum Trias sit forma, quæ est quid diuinum, Tetras materia, seù stabilis terrestreitas; Binarius autem sit potentia, in præsenti Disticho enunciata.

cap. 2.
cap. 49.
cap. 14.
Cant. 2.

Vnus vt est triplex, triplexque est vnus in æuum.
Sic gaudet numeri disparitate Deus. *O. M.*

C Arborum germina Iuuentutem designant, quæ sub educatione nondum flores, & fructus edidit, sed solum specimina quædam protulit, quibus aut succedere poterunt flores, & fructus bonarum operationum, vel solum luxuries foliorum inutilis, & eorundem etiam defectus, varijque illegitimorum fructuum abortus peccaminosi; Sic enim Iuuenis mala nondum lanugine tectus prauis nimium faciliter mouetur exemplis ad male operandum, quandoquidem *Modicum frumentum totam massam corrumpit*; Et si tangatur ab admonitore, vel voce sola exasperatur

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper, Minima etiam locusta, vel aliud animalculum erodens germen totam enecat Plantam, cum delicatissima omnium aliarum Arborearum partium sit Gemma, quæ ideò oculis, immò, & Cerebro parti Principi æquiparatur; nā sicut vermes in lignis mollioribus generantur; sic Animi anxietates mollioribus hominum mentibus innascuntur; quarè omni enitendum est studio, ne anereticis hisce lædamur causis. Eadem substantia cerebralis, quæ si capiatur in fructibus iam perfectis, integrè elaborata, cerebrum adhuc magis merebitur dici, &

Horat. in Ar. Poetica
D. Paul. 1. Cor. 5.
Basil. Magn. de agen. Deo gratijs.

D tanquam finis, atquè principium eiusdem Arboris, de quo sic canere licet.

Composita è duplici si constant limite, primum
Quis neget esse caput, quod superestquè pedes? *O. M.*

Cumquè fructus in Arbore quoddam extractum nobilioris, & pinguioris radicum, atquè medullæ, à vi caloris viuifici succum attractum, & excoctum pariformiter dici poterit bonum opus in Homine à Charitatis calore productum, humilitatis folijs protectum, & Diuinorum præceptorum obseruantiâ maturatum; quò spectat illud Mortalium Sapientissimi dictum, *vnus quisque fructu oris sui replebitur bonis*. Et sicuti fructus boni, atquè maturi vtilissimi sunt ad plurima, & non solum esui, & medicinæ, sed millenis inseruiunt commoditatibus, vt sunt fructus humoris oleosi, vinosi, mellei, nec non substantiæ fariniferæ, aut ad rem vestiariam facientis de quibus dici potest,

Prou. 12.

Arbor habet quæcunquè cupis, ſi paſcua quaris,
Si veſtes, Arbos hæc tibi cuncta dabit.

E

Sic Homines benifici, & liberales ergà proximum fructuoſiſſimi ſunt, & vtiliſſimi in Republica. Sed illiberalium actiones, tanquam fructus imperfecti, & immaturi guſtum aſperè ferire conſueuerunt veluti ſagittæ infernales à flatu ſuperbiæ actæ. *Qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius.* Fructus ille moralium actionum maturus, dulciſq; & perpetuus erit, dum molliſſimus reperietur per benignitatem, & obedientiam producentes illum in ſublimiore parte magis diſtante à quocunque mundano, & terreno reſpectu, vt ſit *fructus honeſtatis, & honoris*, in quibus iuſtiſſima eſt Trigoneitas, Tetras æquiſſima, pulcherrima Hemiciclaritas ergà æquales, maiores, atq; minores in Ciuitate, de quorum conditionibus quomodo vmbratiliter ego loquar, videatur ſuperius inter Arborum genera, & differentias. Ad radices Arborum moraliter deſcendentes, dicemus eas ſubtus terram conditas eſſe, ſerpentumque modo diſſeminatas, atquè protenſas, atriquè, vt plurimum, coloris, quia homines admonere debebant diuitias eſſe periculoſas, & ſerpentum venenoſorum ad inſtar mordere lethaliter, & ideò eaſdem non eſſe deſiderandas, ſed ſolum id, quod victui neceſſarium eſt expetendum; nam

Ierem. 31.

F

Os Homini ſublime datum vult Sydera cerni,
Anguicoma vt Radix delituiſſe queat.

Addatur quod Radix extrà terram deficiens omninò memoriam mortis in mentem reuocat. Radix etiam facris in paginis carnalem ſignificat natiuitatem, & naturaliter conſiderata eſt principium Arborum, & Plantarum, molle, poroſum, humoroſum, plicabile, villoſum, terræ fortiter hærens, à quâ pro toto Arboreo corpore nutrimentum trahit proportionatum. Talis debet eſſe Vir perfectus, & maximè bonus Prælatus, qui aliorum debet eſſe principium, & origo, dum virtus, & perfectio aliorum à Prælatis maximè deriuare neceſſe ſit, & ideò iſtis conuenit eſſe molles per benignitatem, teneros per pietatem, plicabiles per facilitatem, villoſos per beneficorum actuum multiplicitatem, qui ad innumerabilitatem quaſi debent accedere; vndè ſic de partibus Arborum villoſis ſcripſiſſe memini.

A. Ricciard. Côm. Symb. l. 2.
Petr. Berch. Reduct. Mor. l. 12. c. 134.

Villa ne dicas villoſa, aut glabra inhonora,
Proficuos ſuccos dum tamen illa gerant.

Chriſtoquè tãdem inhærentes per charitatem, ad alimoniam tam corporalem, quam ſpiritualem communicandam egenis ſubditis, & pauperibus conuertantur, quos alloquens Apoſtolus, hæc habet; *Non tu radicem portas, ſed radix te; & ſi Radix Sancta, & Rami.* Radix quoque in Arboribus quanto profundius ſe ſe in tellurem condit, tantò excelſius mittet alimentum in auras cœleſtes ex obſeruatione Botanica de Arboribus,

G

S. P. ad Rom. 11.
Virg. 4.

——qua quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendunt.

Et hic effectus nobiliſſimus humilitatis apertiſſimè deducitur, nam *qui ſe humiliat exaltabitur*. Radix eadem Arborum ſæpè, ac ſæpius amara eſt, & tamen fructus dulces efficit, & hoc fit beneficio caloris, & aeris ſubintrantis, vt docet Iſaac in Diætis; hoc etiam fiet in moralibus, dum Iuſtus tribulationibus, & aduerſitatibus amarioribus ſuccedere facit dulces inculpatarum actionum fructus cum auxilio diuinæ gratiæ. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu, qui ſolus es?* Cui illud commune quoque omnibus dictum quadrat. *Vexatio dat intellectum.* Inter ſterilium Arborum infirmarum Medicinas eſt radicum ſciſſio, & lapillorum inter ipſas aperturas immiſſio, ad hoc, vt abundius enutriatur Arbor, & à prauis humoribus expurgetur; ità eſt in peccatore infirmo, cuius cor ſcindi debet per contritionem, & pœnitentiæ lapide transfigi, vt ipſas Diuinas fructificet Virtutes. Ex illo pariter optimarum radicum more, emittendi ſcilicet firmiores ſurculos, ac ſemper in meliora proficientes, erudiendi videntur parentes in bonitate, vt filios, quos inſtituerint, cœlis tandem genuiſſe cognoſcant, à quibus non replicabitur *——velocius, & citius nos*

Iob. 14.

H

Io. Chryſoſt. in Ep. D. Paul. Homil. 9.
Iuuenal. ſat. 10.

Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica.

Vmbra, ſi pro hilaritate ſumatur, dum ſcilicet Arbor ſpiſſas, & denſas gerit frondes, longeq; lateq; brachia pandendo, excelſum tollit caput, collumque viride, ſaturum exhibet, in bonam accipitur partem, quià pulchritudine allicit, iucunditate fouet, temperie mulcet; quò ſpectat illud Virgilianum in 2. Georgicon.

Tum

A *Tum fortes latè ramos, & brachia tendens*
Huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram. — Virg. Georg. l. 2.

Sed hæc vmbra simplex debet esse, non complicata, ideſt vnius tantum Arboris solitariè accepta, non multarum cumulatiuè, quæ timorem incutiunt non mediocrem, atquè serpentes, multasque bestias, & feras accersire videntur; hinc est quod qui in locis solitarijs, & tenebricosis soli reperiuntur, timent, quoniam humor melancholicus tunc ad caput euocatur, & imaginationem mouet, inficitque spiritus animales; ex hoc Galenus docebat fatuos timere, quia illis melancholia occupat caput: opacitas enim nigræ bilis in fatuis animæ eorum circumfunditur; facile ergò fit, vt imaginationes fabulosæ quoque vmbrarum maleficarum incolentium loca tenebrosa, maximè moueantur tunc temporis. Quod si dulce lumen, & delectabile est videre solem, erit res amara priuari lumine, & Sole; Additur quod homo cum sit Animal sociabile, & vmbræ dissocient hominem ab homine, timorem quoquè incutiunt; experimur etiam, quod in hyeme, cum aliquis solus in cubile habet ignem excitatum, vel candelam illuminatam nihil timet, timet autem in tenebris, cum aliquid strepitus insoliti subaudiuerit.

B *Surgamus; solet esse grauis cantantibus vmbra;*
Iuniperi nocet vmbra, nocent & frugibus vmbra. — Virg. Ecl. 10.

Arbores, quæ in ripis fluuiorum impediunt naues, dicuntur Retæ, quià prætereuntes retinent naues, quapropter ex edicto Prætorio retanda, quasi purganda locabantur flumina, ne quid moræ, vel periculi subirent naues remorantes huiusmodi in vepres offendendo. (Gellius lib. 10. cap. 9.) Non igitur inappositè sentiret iudicio meo, qui Retas huiusmodi significatiuas esse traderet fallarum sæculi speciositatum, quæ sensibus quidem delectabiles videntur, sed in huiusce mundi mystico flumine nobilem Animæ triremem, (cum hoc illi nomen in isto sensu communicare possint tres præcipuæ Potentiæ, Memoria scilicet, Intellectus, & Voluntas) impediunt, & retardant ad cæli Portum rectà nauigare, & sic impeditam illud Psalmographi parum faustè replicare cogunt *super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus.* (Psal. 136.) Arborum prætereà quarumcunque esum, vni soli fuisse concessum, & Arboris prohibitionem pluribus factam fuisse, vt est Geneseos tertio, significat ad Intellectum, siuè Rationem tantum pertinere virtutis acquisitionem, sed prohibitionem (Petr. Bongus de vnit.) C fieri ad plures, significat vitia esse prohibenda non vni, sed pluribus, Animæ scilicet, Rationi, & Sensibus. Arbores pariter bis mortuæ, ut est illud Iudæ in Epist. *Arbores Autumnales infructuosa bis mortua*, denotant peccatores per culpam, & per consuetudinem, vel per mortem corporis, & mortem Animæ defunctos esse. A Glandibus abstinendum Pythagoras, Æliano referente, præcipiebat, fortè quià obscœnitatis sunt symbola hi fructus ob figuram præputij hominis, quam præseferunt; & ideò quia concupiscentiæ venereorum insanientes faciunt (Arist. Ethic l. 7.)

Luxuries pradulce malum, qua dedita semper
Corporis Arbitrijs hebetat caligine mentes, — Claudian.

Speciositati non esse fidendum habemus vtilissimum ex diuo Chrysostomo documentum. *Syluestres, magnaq; Arbores speciosissima sunt, sed fructus porcis tantum, & brutis comedendos progignunt, è contrà Vitis in vinea prostrata, & repens, fructus hominibus & principibus viris, immò & ipsi Deo gratissimos profert.* (Homil. 1. in Psal. 1.) Vsurarius assimilatur vermiculo ligni, aut fructuum; nam sicuti vermes lignum, fructumque totum paulatim corrumpunt, & exedunt, ac carie suâ absumunt: ita Vsurarij, & fœneratores Rempublicam D suâ edacitate paulatim absumunt, & tandem deuorant, lege Bald. *in suis consilijs* 449. 3. *parte*. Molorneus *in tract. commerc. & vsurar. in Enchiridio parium, aut similium Iuris liberi*. Gemina percussio petræ de virga in deserto significare potest duo ligna, quæ in Crucis patibulo eriguntur, quia Christus in vno ligno Sacras Manus expandit, in alio verò à capite, vsque ad pedes immaculatum Corpus extendit. (Exod. 17. D. August.) Lignum, quod tam dicitur de Arbore viridi, & fructificante, seu infrugifera, quam de materiâ ab Arboribus cæsâ, siue ad vsum foci, siue ædificiorum, & instrumentorum quorumcunque varia pleraque habet mystica, & moralia significata. In primis igitur significat Christum, qui est lignum vitæ in medio Paradisi, cum ipse verè sit vita, ad quem quicunque confugiet manum porrigens, vitam inuenit *Gen.* 2. estque lignum plantatum secus decursus aquarum viuentium, *Psal.* 1. & lignum præcisum spem conseruans in resurrectione. *Iob* 14. Vitæ lignum dici potest Crux Christi, per quam est reddita vita mundo, *Apoc.* 2. Lignum

faciens aquas dulces, ideſt omnes dolores, & tribulationes propter amorem Dei deſiderabiles. *Exod.* 15. Lignum quoque ſcientiæ Boni, & mali poteſt dici Crux eadem Chriſti *Gen.* 2. Ligna Holocauſti, quæ ſuis humeris Iſaac ferebat, apertè deſignant Crucem Chriſti, quam ipſe proprijs humeris baiulauit. *Gen.* 22. Lignum, in quo ſuſpenſus fuit ſerpens æneus, quem qui aſpiciebant à ſerpentũ morſibus liberabantur. vt eſt *nũ.* 21. eandem manifeſtiſſimè Chriſti Crucem præfigurat. Sapientia ligno vitæ præſignatur, tanquam bonorum omnium mater. *Prouer.* 3. Hoc ligno ſternitur templum, ideſt Eccleſia *Ezech.* 41. Omnia Paradiſi ligna Adamo comedi à Deo permiſſa ſapientiam ſignificare poſſunt. *Geneſ.* 2. Pietas eminentiſſima Virtus, per quam immortalis redditur Anima, per lignũ vitæ repræſentari poteſt; eſt enim generaliſſima Virtus in medio cæterarum poſita, vti lignum illud vitæ in Paradiſo terreſtri in medio cæterarum omnium Arborum locatum erat. *Gen.* 2. Integritas cordis, fidei firmitas, caſtitas, & ſanctorum merita ligna referunt imputribilia. *Exod.* 25. 27. 29. 30. *&c.* Opera verò virtutibus fœcunda per pomifera ligna poſſunt figurari. *Leuitic.* 19. & Ligna Libani ſunt Virtutes Eccleſiæ, & Sanctorum. *Canti.* 3. Lignum vitæ eſt ipſa æterna felicitas, in qua perpetua habetur vita. *Apoc.* 2. Prudentia per lignum ſcientiæ Boni, & Mali clariſsimè demonſtratur; nam illius eſt diſcernere non ſolum bonum à malo, ſed rectam rationem mediocritatis optimæ omnium actionum determinat, & monſtrat. Lex dici poteſt lignum ſcientiæ boni, & mali, ſpiritualem ſenſum habens, & literalem; & Sacra Scriptura per ligna Arcæ Diluuij læuigata myſticè ſumi poteſt. *Geneſ.* 6. Idem præſtant ligna ſecus aquarum decurſus plantata. *Pſalm.* 1. Similiter & ligna in vtrâquè fluminis parte vtrumquè cum myſterijs deſignant teſtamentum. *Ezech.* 47. Ligna viſu pulchra ſunt ſcientiæ mundanæ, & illa quibus licitum erat veſci ſcientias illas, & dogmata, quibus mens noſtra licitè paſcitur, oſtendunt. *Geneſ.* 2. *&.* 3. & vt ex lignis quædam ſunt Frugifera, quædam verò infrugifera: ſic ex ſcientijs quædam ſunt vtiles, quædam inutiles. *Pſalm.* 1. 103. *Leuitic.* 1. 6. *Ierem.* 13. *S. P. Corinth.* 3. & ligna tandem Sethim imputribilia ſcientias deſignant perpetuæ veritatis. *Exod.* 27. 30. 35. Ligna ſyluarum infrugifera excidenda, & in ignem mittenda ſunt hæretici. *Cant.* 2. ijdemque lignis frondoſis, foliorum, ſeu verborum tantum virorem habentibus, qui ſolas ſequuntur voluptates, aſsimilantur *Ierem.* 3. & Lignarius Artifex errorum Idola fabrefaciens non alius eſt, quam hæreticus. *Iſai.* 44. Quæ verò ligna vmbraculum præbent, & paſtum, ſignificare poſſunt Doctorem ſacræ doctrinæ ſecundum varias ſpecies, varias docentem, & exercentem virtutes, & eum quoquè, qui beneficus eſt ad liberandos eos, qui iniuriam patiuntur, & promptus. *Geneſ.* 1. Ligna Regionis ſunt ſancti in Eccleſia, *Iſai.* 55. & lignorum diuerſitas, eſt Sanctorum diuerſitas. *Exod.* 31. Ligna campi ſignificant humiles in Eccleſia, *Pſalm.* 103. Sicuti ligna compoſita ſuper Altare ſunt Homines baptizati 3. *Regum.* 18. Lignum viride Sanctos deſignat, aridum verò peccatores. *Ezech.* 20. Ligna ſaltus præferunt erroneam Philoſophorum, & Hęreticorum doctrinam, folia tantum eloquentiam abſq; veritatis fructu expandentem. *Iſai* 44. Lignum prius aridum, & poſteà frondeſcens, eſt Eccleſia ex gentibus, quæ virorem accepit per Fidem, & opera. *Ezech.* 17. *Thren.* 4. Lignum ſublime humiliatum ſunt Iudæi, lignum verò humile exaltatum eſt Eccleſia ex gentibus. *Ezech.* 17. Ligna, quę mutantur in æs, ſunt qui prius erant inutiles in Eccleſia, & fiunt fortes, & cantant, & prædicant laudes Dei. *Iſai.* 60. Lignea vaſa ſignificare poſſunt interdum vitam leuem, & mediocrem, quemadmodum per ligna duo, quæ in manu Ezechielis in lignum vnicum coaluerunt, duo valent prænotari Populi, qui facti ſunt vnus in Eccleſia. A putridis tandem lignis mala deſignantur opera, inextinguibilibus comburenda fauillis, quæ vt euitentur alacrius legales modò affulgeant claritates, quibus tamen clariora præcedant Miracula infinitæ omnipotentis Dei Miſericordię Signa, quæ, vt morē gerā, paucis expedientur, vt factũ eſt de Moralibus materiam tantũ innuendo.

Berchor. loc. cit. Ant. Ricc. in Comm. Symb.

Lauret. in ſylua Alleg.

Exod. 7. Leuit. 11. Ezechiel. 37. Iob. 41.

MIRACVLA.

ET vel in ipſis Arboribus præclara Omnipotentiæ ſuæ ſpecimina, vt homines nil hæſitarent in vero eius cultu, Deo placuit edere. Vt enim quæuis in determinatæ ſpeciei Arboribus exercita, proprio loco recenſenda, relinquamus. Quid non cogere

A gere debet in Amorem Omnipotentis humanum genus vniuersalis Arborum ad vniuersale ipsius commodum productio? Quam inter maxima Dei miracula recensere debemus, ex eo quod terra non actiuè illas produxerit, sed tantum materiam subministrauerit; Deus autem se solo, & efficaciter in primâ rerum creatione Plantas omnes produxerit; vt docet Angelicus Doctor ad illa Geneseos verba, *Germinet terra herbam virentem, & Lignum pomiferum*. Quas inter Plantas non tantum pubescentes erant, sed plures adultiores cum fructu, & semine ad maiorem Vniuersi ornatum, & perfectionem. Quod die tertia factum ex historia Creationis Vniuersi per Moysen in Genesi descripta patet. At inter has omnes, in quamnam trahere non debebat admirationem primos nostros Parentes Arbor illa, quam præ cæteris in medio Paradisi voluptatis plantatam continuandis cumularat miraculis Deus, vt in quolibet vitæ discrimine constitutos sanaret? Arborem idcircò Vitæ appellamus, non quidem à signo solo, quasi fuisset signum vitæ Adamo promissæ, vt volebat Artopæus, sed quia sumpta, vitam comedentis protendisset, & à quocunque præmuniuisset languore; quamlibetquè naturalis defectus arcuisset causam, ac repetitâ sumptione, si quid deperditum fuisset, restaurasset. Nec symbolicam duntaxat fuisse Arborem, vt senserunt Origenes, & Eugenius, sed naturalem, & veram fuisse cum Sanctis Patribus credendum est. Vnicam porrò fuisse constans est sententia, & ex eo quoque colligitur, quod vni tantùm conuenit in medio Paradisi sitam esse. Id argui quoque potest ex eo, quod non in cibum quotidianum, vt cæteræ, ordinata fuerat, sed ad modum medicinæ comparata; non erat ideò necessarium de illa frequenter sumere, nec in magnâ quantitate; vndè pluribus opus non fuisset. Potuisset quoq; Deus multiplicato humano genere, ramos pariter illius extendere, & ampliores efficere, vel plures eiusdem virtutis surculos procreare. Illi propterea cæterarum Plantarum meritò principatus attribui poterat. Typicè siquidem exprimere debebat Regem Regum Christum Dominum, qui longè felicior Vitæ Arbor sedulos diuinorum mandatorum seruatores ab æternâ morte præseruat, & æternæ Vitæ fructibus restaurat. At vniuersa ipsius miracula quis enarrabit? Vnum, vel alterum præ cæteris ad rem nostram adducemus, factum cum adhuc infantulus esset Diuinus puer (præter illud, quod factum est in eius Natiuitate, quando scilicet Arbores miraculosè per Decembrem floruerunt, vt superius in Mirabilibus tetigimus) quibus quanta olim futura esset ipsius potentia patuit.

Arborum creatio miraculosa.
S. Thom. 1. p. q. 70. art. 1. Gen. 1.
Arbores quãdo creatæ?
Arbor vitæ quæ, & an vnica fuerit?
S. Aug. l. 13. de Civ. Dei cap. 21.
Pererius in Gen. lib. 3. qu. 2.
Arbor Vitæ Christi Symbolũ.

B C *Memorant*, inquit Sozomenus, *Arborem esse Hermopoli, quod est oppidum Thebaidis, cuius fructus, aut folium, aut particula aliqua corticis ægrotis admota, morbos à compluribus depulerit. Nam traditum est, Ioseph, cum propter Herodem, assumptis secum Christo, & Mariâ Sanctâ Deiparâ, fugisset, atque venisset Hermopolim, simul vt portæ appropinquauit, statim Arborem, licèt planè maximam, aduentu Christi curuatam esse, atque ad solum vsque se flexisse, & Christum adorasse. Atque hæc quidem de hac Arbore, sicut à multis audiui, à me commemorata sunt.* Hæc ille. Quæ quidem vel significabant Christum in vrbe adesse, vel, vt est verisimile, non modò Arborem, quam incolæ propter magnitudinem, imò & pulcritudinem auito mandato venerabantur, dæmone iam, qui ibi colebatur, ob Christum Idolorum euersorem, qui iam illo aderat in loco, trepidante, suâ sponte commotam esse; verum & singula Ægyptiorum simulacra superstitiosa, ad Christi aduentum, vt prædixit Isaias, concussa. Dæmone propterea inde pulso Arbor, vt gestæ rei testimonium irrefragabile superesset, ibi diutius perstitit, & à fidelibus morbos abegit. Ipsius quoque incomparabili Diuinæ Genitricis meritò tam

Arbor Christo pertransẽunte incuruata multos postea sanat.
S. Athan. Ep. Alex. lib. de Incar. Verbi.
Euseb. Pamph. lib. 6. de demonstr. c. 20.

D mira quondam Arbor producta est, quæ in æternum testabitur quanta sit Angelicæ Salutationis vtilitas. Cisterciensi militiæ veteranus quidam Stratiotes se adscripserat, qui & si sæculo tardè renunciarat, citò tamen in Sanctitate profecit. Quæsitus autem à Tironum Magistro, num Dominicam didicisset orationem? Se nunquam discere potuisse, contestatus est, præ nimiâ memoriæ imbecillitate. Cumq; nec ipsam quouis adhibito docentium studio, memoriæ mandare potuisset, Angelicam toties ipsi inculcarunt Salutationem, vt primam tandem ipsius periodum addisceret, nimirum *Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum*, quam indicibili cordis dulcedine sæpissime postea enunciabat. Paucis ab inde annis mortuus, in cœmeterio sepultus est. Sed mirum! non multò post ignoti generis Arbor, ex eius tumulo erûpit, in singula folia literis aureis inscripta *Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum*. Tumulo eruto, Arbor ex ore defuncti prodire comperta. Nec mora; diuinæ ostensionis officio peracto, sub omnium oculos Arbuscula aruit. Me-

Thom. Cãtiprat. lib. 2 de Vniuers. cap. 29. §. 9.
Arbor Salutatione Angelicã literis aureis in folijs miraculosè inscripta.

ruit, & Sanctus ille Gregorius, qui propter admiranda miracula Thaumaturgus dictus eſt, ſub Arboribus miraculosè latère. A ſuis enim perſecutoribus ad mortem quæſitus, vnà cum Diacono in montem confùgit; Vbi repertus ab exploratore, & inſectantibus oſtenſus, ecce illi aduenientes; (ò miram Dei Prouidentiam?) duas Arbores videnr, non homines. Quare ad proditorem reuerſi, redarguunt ipſum, tanquam ab eo deluſi. Hic autem ad locum redijt, vbi Gregorium cum Diacono, qui paulò ante perſequentibus Arbores viſi fuerant, orantem inuènit, Ad fidem itaque conuerſus, & ipſe profugus ex perſecutore factus eſt. Ita Nyſſenus in eius vitâ. At quoniam miracula non rerum virtute, ſed Dei Imperantis poteſtate fiunt, Legum Poteſtates, & Imperia ſacrarum, quæ ab Arboribus prodire, inſtrumentaliter ſaltem, videntur, ſubiungere hic haud incongruum habe Lector.

D. Greg. Thaumat. cum Diac. orans, Arborum ſpecie. *D. Anaſt. de mirac. Sac. Scr.*

E

LEGALIA.

Arbores, quas Caſti decent Cultores, dum nil immundi, vt Animalia, ex lege continent, eæ duram, atque lignoſam in vitia difficulter flexibilem, ſibi connaturalem, vt propriam, aſciſcunt ſubſtantiam. *L. certè, ff. Arb. furt. caſ.* Quare ignaros eædem iure perquam optimo Cuſtodes, & Operarios reſpuunt, dum hos volunt cunctis diuinâ ex Lege amabiles; *Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem ab Altiſſimo creatam.* Arboribus orba, & manca nulla poteſt eſſe fœlix Reſpublica, cui, ab Arboribus omnia non ſolum neceſſaria, ſed voluptuoſa quoque ad victun, veſtitum, & domicilia, tam Belli, quàm Pacis tempore fauentia vberrimè ſuppeditantur. Ratio hæc Romanos rerum olim Dominos, Gentemque togatam permouit, vt nonis Ciues diebus Vrbana tractare, ſeptenis autem per circuitum Rura colere, meliores vt diuitias acquirerent, firmioremquè valetudinem vt ſibi compararent, iubērēt. Hinc Cincinnati, Fabricij, Serrani, Catones, Stolones, Hortenſijq; ab Aratris, ad Magiſtratus Nobiliſſimè obeundos vocabantur, & itâ maledicentia omnis aberat, liuor, aſtus

—— Quin etiam Lex.
Pænaq; lata, malo, quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi.

Nec Reges olim puduit agris colendis operam dare, inter quos Cyrus numerabatur qui glorioſum ſibi ducebat, cum Lacedæmonio Lyſandro loquens, agrum propria manu exactiſſimè conſeruiſſe. Refert Herodotus Mileſios olim, cum inteſtinis ſeditionibus premerentur, & in maximo pereundi periculo ſe conſtitutos agnoſcerent, à Parijs ſalutaria, per legatos eò miſſos, conſilia petijſſe, à quibus hoc vnum efficaciſſimum retulērunt, vt diligentiſſimos duntaxat agrorum cultores ciues optimos euaſuros, & feliciſſimos guberni j cuiuſcunque Adminiſtratores cœteris præficerent. Apud Perſas ſalubèrrima fuit Lege ſancitum, nè liceret cuiquam negligentius colere terras, præmioque laudum, & dignitatum propoſito, Vineis, Oliuetis, Pomarijſque indefeſſi cultores inueniebantur. Tanti fiebant apud Indos olim Agricolæ, vt ipſos lædere pro capitali ſcelere haberetur. Imperatorio quoque iuſſu iuſtè ſæuitum eſt ſemper in eos, qui furtim cædere, vel ſcindere, ſecare, vel deglabrare Arbores inuito, vel inſcio Domino fuerint auſi, vt habemus in *L. ob id. ſl. ad Legem Aquil.* & in *ff. lib. 47. Tit. 7. Arborum furtim cæſarum*; nam *L. ſecunda ſciendum eod. Tit.* habetur eos, qui Arbores, & maximè Vites ceciderint, tanquam latrones eſſe puniendos, ita vt Poetæ quoque huiuſmodi cæſionum inſtrumenta execrarint.

Ariſt. lib. 6. Politic. c. 4. Tiraq. de l. Caiet. in D. Th. ſumm. Iud. 3. Eccleſ. 7. Ariſt. l. 1. Polit. c. 5. & l. 7. c. 9. Var. l. 2. de re ruſticâ. Xenoph. in Oceanum. Ci. in offic ijs Hor. l. 2. Ep. ad Aug. Al. ab Al. d. G. l. 3. c. 11. Eutrop l. 1. Auent. l. 2. Annal. Boi. Cic. in Cat. Socra. apud Xenoph. in Occonom. Diod. Sicul. Hi. l. 2. c. 10

F G H

Tum credo cum me Arbuſtum vidêre Myconis,
Atque mala Vites incidere falce nouellas.

In hunc itidem ſenſum Statuta noſtra Bononienſia decreuerunt, cenſorio probrò iudicandos, & plectendos eſſe qui poſſeſſiones malè cultas incolerent. Malos malè perdendos eſſe Vinitores Diuino in Euangelij ipſius habemus Edicto. Solus ille Dendrotomus erit legitimus, id eſt Arborum vtilis cæſor, qui Arboribus infæcundis de medio ſublatis, fructiferas ſubrogare ſciet, cremijſque crematis, ſenio confectas Arbores iuuentuti priſtinæ reſtituere ſtudebit, vel præciſarum innocenter Arborum materiam in Trabes Aſſeres, Tabulasuè pro Ædificatoria Arte conuertet. *ff. Triphon. L. ig. de Bon. poſſ. cont.*

Virg. Ecl. 3 Lib. 5. Rub. 24. & lib. 6. ſub Tit. de pæuà non laborantiũ poſſeſſiones vt deb. *Pl. l. 18. c. 3.*

A *cont. tab.* vel in ligna focaria *L. ligni ff. de leg.* 3. vel in Acapna, hoc est carbones, & non amplius fumantia, sed excocta ligna. *Vlpian. L.* 55. §. 4. *ff. de leg.* 3. & *L.* 167. *ff. de verb. signif.* Putator tamen ex Arbore ramum præcidens, si ex eius casu hominem in publica occiderit via, absque eo, quod proclamauerit tempestiuè pro euitatione ictus &c. tenetur ad pœnam *L. si putator ff. ad legem Aquiliam*, & vt magis innotesceret innocentia Inter Leges Agrarias, quas Plato tulit, hæc recensentur *Vicinus Vicino non noceat. Si quis ignem in materiam sic immiserit, vt Vicino nocuerit, prout Magistratibus videbitur, condemnabitur. Qui in plantando mensuram vicini agri non reliquit, ità plectatur, vt à plerisque Legumlatoribus sufficienter est dictum &c.* Quin immo si Arbores vetustate nimia debillimas in agro meo reliquero, atque forte fortuna acciderit quod vi ventorum perfringantur, & in vicini agrũ perferantur vt damnum inferant vitibus, vel segetibus, aut ædificijs, damni illius reus ero, & illud reficere tenebor. *L. flaminum publicorum* §. *item ap. Vinianum ff. de damno infecto.* Lex Aquilia item notabilis est de damno iniuria dato. quam Legem tulit Caius Aquilius Gallus Trib. Pl. vt scribit *Vlp. L.* 1. *ff. ad L. Aquil.* & cõsistebat in hoc, quod *Si quis terminos, mouerit, in singulos terminos, quos eiecerit quinquaginta aureos dare in publicum damnaretur.* Alia quoq; Lex

Lib. 16. de legib.

B Agraria potest adiungi, cuius meminit *Callistrat. in L.* 3. *ff de term. mot.* Item ex lege duodecim Tabularum cautum erat Glandem in alienum fundum procidentem Domino colligere licêre, & qui iniuria eecidisset alienas Arbores lueret in singulas siclos æris 25. Quò spectat Romanorum illud edictum de Glande legenda, cuius hæc sunt verba ex Vlpiano Iurisconsulto. *Ait Prætor Glandem, quæ ex illius agro in tuum cadit, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto* Magnæ porrò Auctoritatis erant leges in Arboribus natæ, vt illa Q. Hortensij Dictatoris, quo tempore Plebs in Ianiculum montem secesserat, in Æsculeto lata, quam seruare promiserunt Quirites omnes. In Hortis insuper Nuptiæ, celebrabantur, inter Arbores (vt refert scæuola. Iurisconsultus) vt ratæ, firmæque magis haberentur. Liciniam Agrariam Legem tulit Caius Licinius stolo, A. V. C. CCCLXXVII. ne quis plusquam quinquaginta iugerum posſessor esset, item centum pecoris capita 500. minoris possideret. Antiquissima sed omnium Lex Agraria legitur in *Exodo cap.* 22. contra fures huiusmodi. *Si laserit quispiam agrum, vel vineam, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea,*

Pl. l. 17. *c.* 1

Tit. de don. inter virũ, & vxorem.

Var. de Re rust.

C *pro damni æstimatione restituet.* Aristoteles in Politicis Magistratum Syluis præficiendum in Republica necessarijssimum agnouit, qui scilicet causas syluarum, & earum materierum cognosceret; inuigilaretque, vt bellica instrumenta, aliaque opera publica suum è syluis acquirerent complementum. Lucos itidem violare antiquitus probrum non modo censebatur, sed scelus, & facinus capitale; Violatoris enim caput expiandum, erat, & propterea (vt scribit Plutarchus) Athenienses sacri Luci cæsionem Megarensibus exprobrabant; ipseque Cicero in Oratione, quam habuit de Prouincijs Consularibus, C. Gabininm obiurgat, quod nullus in Græcia tam sanctus fuerit lucus in quo vllum simulacrum, vllumuè ornamentum ab eo sit relictum intactum. Sic, & qui ad Arborem, quam Rustici *Sanctiuam* vocant, adorasſent, vel incantationes fecissent, quasi illis ad exitium nocui extitisſent, per legem à Luidprando Longobardorum Rege latam mulctabantur ad componendum medietatem pretij sui in Sacro Palatio. Adest Titulus in libro X. Iustinianæi Codicis de Cupressis, & luco daphnes non excidendis, vel venundandis; decreuitque ideò Princeps Arcadius easdem Arbores nullo modo esse ven-

Tit. Liu. l. 6. *App. Bel. Ciu. l.* 1. *A. Gel. l.* 20. *c.* 1.

Pomp. Festus in Peric.

D dendas, indicta librarum quinque tam aduersus emptores, quam venditores mulcta, itemq; omnibus cuiuscunque dignitatis Ius dicentibus vetitum fuit nè prolapsam quoq; transferri alio permitterent, pro quibus tantum singulis Auri libram vnam ab Imperat. acciperet. Lex è contrà Romana de Arbore suspendio eligenda infructuosam tantum, & infelicem respiciebat, illiusque meminit Cicero in Oratione pro C. Rabirio; erat autem huiusmodi: DVVMVIRI PER DVELLIONEM IVDICENT. SI A' DVVMVIRIS PROVOCARIT PROVOCATIONE CERTATO. SI VINCENT CAPVT OBNVBITO INFELICI ARBORI RESTE SVSPENDITO, VERBERATO, VEL INTRA POMOERIVM, VEL EXTRA POMOERIVM. Hæq; nefastæ, & infelices Arbores faustis interdicebantur actionibus, Virisque pietate conspicuis prohibebantur, vt Sacerdotibus Baccæ quædam vetitæ, ne alijs libarentur, vt & simplex Hederæ tactus Dialibus Flaminibus, atque etiam aspectus, & vmbra, nomenque ipsum labij expresſum

Cic. de Leg. Pompeus. Plutarchus

sum; quæ omnia pro piaculo grandi habebantur, Hinc quoque non ex omni Ligno, nec ex Auro, Argentouè Statuas Numinum conficiendas, cum leges eædem accuratissimè cauerint, vt infelicitas, infœcunditasquè simul, necnon indiuidiosa res procul essent ab Antiquorum Dijs. Omnes insuper Arbores iuxtà publicos Aquæductus seri, siuè plantari prohibitum fuit antiquitus, ob iustam non solum viarum latitudinem conseruandam, verum etiam ne radices lapidibus infixæ, inquè penitiora terræ inclusæ terram ipsam dimouerent, lapidesq; disiungerent. Hinc Theodosius Iunior, *Codice de Aquaductu* prohibuit expressè, ne quis publicarum Aquarum sulcum vllis intra 10. pedes Arboribus coarctaret. Arbores item radicibus impedientes fundamentum domus vicinæ, vel solum alienum, excidi debebant. *Text. & Doctor. in L. 1. C. de interdict.* Et haud dissimilem Legem, siuè Constitutionem nos hîc Bononiæ habemus, à Maiori Ciuium Consilio firmatam suprà Canale Nauigium Anno Domini 1287. huius tenoris; *Item prouiderunt, quod Ædificia, & Arbores, quæ sunt in aliquâ parte iuxtà Canale super terreno Communis Bononia, quod est, & esse debet ab vtrâque parte Canalis 37. pedum cum dimidio, incipiendo à medio Canalis, incidantur, & remoueantur.* Ad prospiciendum publicæ commoditati, atque ad auertenda commerciorum impeditorum incommoda, flumina nauigabilia, ex edicto Prætorum retanda locari solebant, hoc est, purganda, ne quid moræ, vel periculi Nauibus fieret in vepres, ac radices Arborum offendentibus, & ideò Arbores, quæ in Ripis fluminum impediunt Naues *Reta* dicuntur, quia naues ipsas prætereuntes retinent, & quasi irretiunt, illaque eadem operatio purgandi flumina vulgari sermone *Sgarbare*, & *Extirpare* dicitur. Ab iisdem Arboribus, aut Arborum materiebus Naues dictæ fuêre Retes, Schediæ Græcè, quasi rudit̃er contextæ, de quibus *Vlp. l. 1. §. Magistrum inf. de exercit. act.* Inter municipales, specificasq; magis Leges nostræ Ciuitatis Bononiensis, quæ habentur in Volumine Antiquissimorum Statutorum cuiusdam Magistratus apud nos nuncupati Officialium Pontium, Aquarum, & Stratarum Communis Bononiæ, hæ singulariter reperiuntur sub Rubrica, *De his quæ specialiter committuntur Officialibus, &c. §. & quia. l. Et quia vt plurimum Arbores existentes tenus vias, stratas, & stratellos, vbi sunt fossata consueta portare aquas hac tempore replent folijs impedientibus cursum aquarum, & auferunt tempore hyemali solem vijs prædictis, stratis, & stratellis, ne aqua, & canum desiccari possint, & sic propter dictas aquas, repletionesq; fossatorum, & ablationem Solis, via, strate, & stratelli efficiuntur nimis fangosi; volumus, & mandamus, vt omnes Arbores existentes penes stratas publicas, & Magistras penitus euellantur, vel incidantur ad pedes, & de dictis lignaminibus reparentur dicti calanchi, seruatâ formâ statuti, sub Rubrica de Vijs pro restarijs faciendis, &c.* Item aliò *§. & quod l. Et quod nemo possit plantare, seu plantari facere aliquas Arbores, unam, vel plures, cuiuscunque generis tenus stratas publicas, vias, vel stratellos Communis Bononia iuxtà ripas fossatorum per vnum pedem cum dimidio, sub pœnâ cuilibet contrafacienti viginti solidorum pro qualibet Arbore sic plantatâ. Et nihilominus incontinenti compellantur per dictos Officiales ad dictas Arbores incidendum. Quod autem dictum est de Arboribus incidendis penes stratas, & vias, non vendicet sibi locum in Arboribus Triniorum Comitatus, & Guardiæ Ciuitatis Bononia.* Eædem Arbores, cum obesse quoque soleant agrorum proximorum fructificationi, & Satis ipsis Solon celebris ille Legislator lege sanxit, vt qui in agro proprio quoduis plantare vellet, id à vicino quinque pedibus abesset, & quoad Oleam, & Ficum, nouem pedibus distaret: cuius sententiæ fuit quoque Marcus Tullius; sed Caius Iurisconsultus distantiam prædictam ad pedes duos reduxit, exceptis tantum Ficu & Oleâ quæ cæteris maiorem proportionabiliter exquirebant intercapedinem. Idem etiam in aliâ *L. adeò ff. de acquir. rer. domin.* sic habet. *Si alienam plantam in meo solo posuero, mea erit.* & è conuerso. *Si meam plantam in alieno solo posuero, illius erit. Si modo vtroque casu radices egerit; antequam enim radices egerit, illius permanet, cuius & fuit; ratio enim non permittit, vt alterius Arbor intelligatur, quam cuius in fundum radices egerit; Et ideò prope confinium Arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis est.* Hucusque Caius. Hæc autem in Iustiniani Institutiones, ab ijs, qui eas composuerunt, in Titulum de rerum diuisione translata sunt. His adstipulatur Paulus in *L. Arbor ff. de communi diuidundo*, & in *L. illud, ff. pro socio*, inquiens *Arbor in confinijs nata, quandiù cohæret fundo, ex regione cuiusque finium, pro quâ parte in fundo fuerit, vtriusque*

vicini

Plat. de leg. — *Symphor. Hort. l. 10. cap. 20.* — *in Archiuio publico Ciuitatis Bon.* — *Aulus Gellius lib. 11. cap. 17.* — *Ap. Plutar.* — *Finium Regundorum.* — *Hieron. Magij Miscell. l. 4. c. 7.*

E F G H

A *vicini communis finitis partibus erit, ita vt in communi diuidundo iudicium non veniat.* Tumulis tamen Arbores inserere suis in Legibus Plato concessit, fortè quia quietem Animabus adumbrarent, vel quia terram radicibus excauando leuiorem cadaueribus redderent, quod in Domibus Viuentiū, in quibus solidescere potius debet Tellus, Aerq; moueri neutiquam concedi debet, & quià eadem Arbor viuax serpendo subtus terram radices extendit per quindecim pedes, secundum determinationes *L. 1. vbi Bartol. C. de Aquaductu l. 11.* radices ideò excidendæ sunt, si impediant fundamenta domus vicini, viā petente *L. 1. & ibi Doct. C. de interdict.* sed nedum radices, verum quidem & tota Arbor si Aedibus impendeat, succīdi præcipitur; si verò agro impendeat, tantum vsque ad quindecim pedes terra coerceri iubetur ab *Vlp. in l. priore, ff. de Arboribus caedendis*; soloq; cedit Arbor, vbi egit radices *L. si plures* §. *si radices, ff. Arborum furtim caesarum.* & *L. idem Pomponius* §. *de Arbore*, & ibi *Bart. de rer. vendicat.* Arbores autem, vt veros suos agnoscant vbiq; Dominos, sciendum est, quod quæ sunt in Prato, continentur sub Statuto puniente damnum dantes de Prato *Barth. Cepola de verb. signif. cons. 278. nu. 2. f. 229.* pertinētq; ad emptorem in agro quocunq; diuendito *in Spec. de Empt. & Vend.*

B §. 1. *ad euidentiam*; si verò casu corruat Arbor viridis, pertinet ad Dominum fundi, minimè autē ad vsufructuariū, sed sicca, tantū radicibus emortuis, quia vetustate decidisse, & vitio ipsius casus factus intelligitur *L. 24. §. apud Vinianum ff. de damno infecto*, ad vsufructuarium spectat, *L. Proculus* §. *si Arbores, ff. de vsufructu*, & Arbore legata, videtur legatum solum, quà itur ad Arborem, *L. qui fundum*, §. *qui fundum, ff. de leg. 1.* Arbor etenim principaliter prodesse debet, ex quadam naturali necessitate, & nemini nocere, cuius fructum varijs licet modis distribuere. De Arboribus ventorum vì deiectis mentio fit in *L. si post. ff. de periculo, & commodo rei vendita*. Arborem Solo coniunctam pro immobili re habendam Imperiales nos docent Leges. *L. Pomponius 1, ff. de rei vindicat. & ibi Glossa &c.* & *L. Quintus Mutius ff de actionibus empti, & venditi.* Sub cuius nominis, Arboris nempè simpliciter plantatæ, appellatione venire quoq; radices aduertit Glossa *L. obligationum 44. §. circà. ff. de obligationibus, & actionibus*, vbi eadem Glossa dicit, quod sicuti superficies non separatur à solo, ita nec Arbor à radicibus; Poteſt tamen vendi Arbor, & mobilis res fieri, relata ad illius esse præter natu-

C ram, id est ad secabilitatem, quæ illi potest accidere, cum sine fundo possit alienari: *Bald. in Rubr. C. de contrahen. empt. per L. Quintus de act. empt.* & ibi dicit, quod non videtur tunc venditum solum, sed patientia vtendi Arbore, & fructibus eius. Sciendum prætereà est, Arbores legaliter diuidi posse multipliciter, & scilicet in Arbores Grandes, & in Cremiales, idest Cæduas, inq; Fructiferas, tam industriales, quàm spontinas. Arbor primò grandis illa est, quæ decacuminationem nullatenus expertur, quam Græci dixere ἀξιολογώτατον, prægrandes habens ramos, & iuxtà ordinem naturæ digestos; quarum Arborum grandium fit mentio in *L. sed si, ff. de vsufructu*, illasque eleganter explicat Alciatus in *L. Sylua de verbor. significat.* & earum aliquæ decacuminationem ita abhorrent, vt amputatæ moriantur. Arbor Gremialis, seu Cremialis secundum Hermolaum, virgulas, & sarmenta, surculosq; plurimos annuatim ex se emittit, quibus fasciculi ad cremandum suppetunt. *Vlpian. l. 55. §. 2. de legat. & fideicommiss. lib. 32.* & *L. 139. ff. sol. matr.* inter quas Arbores recensentur fruticantia, tam in sūmo, quàm in profundo Arbusta, & tam videlicet illa, quę in Aruis seriatim plantantur, vulgariter apud nos in *Piantate* ad vites sustinendas, quæ vites, post exactos fructus &

D aliæ quæcunq; Arbores alia ad solos vsus cremandi suppeditant, quæ fasces dici fortasse possent, & *Amanecchia*, iuxtà vocem antiquissimam Bononiensem, quià manipulatim construuntur, seu nectuntur vimine aliquo, quibus Arboribus fructuositas saltem per accidens competit per tradita ab Aulo Gellio, cuiusque meminit *Pau. I. C. in L. impensa necessaria de verbor. significat.* quià cum excisæ facillimè repullulent, ad hunc finem aluntur, vt fasces vendendos, perticas, palosquè auro, & argento commutandos percipiat fundi dominus, qui triplicem sibi syluam parat, & videlicet *Palarem* vulgò *Peloneta*, *Vlpian. l. si fundi. §. fin. ff. de vsufructu.* Deinde *Perticalem* super salices præcipuè, & Fraxinos Topiariæ Arti valdè conducentes, ac *Viminalem* demum materiam aptissimam ad vinciendum progignentem; de quibus *L. Sylua caedua*, *Paul. in L. item* §. 11. *ff. de vsufructu*. Fructiferæ tandem Arbores, vel immediatè sunt tales, id est absque hominum industriâ feraces, vt quæcunque Poma, Glandes, Baccæ, & Arbores Eriopho.

Ex Petro Bellonio

ἀξιολογώτατον dirωδῶν

Arbor mentione dignissima.

In Statutis Bononia Criminalibus lib. 6. Ti. de Amanecchys, perticis, & palis non exportandis.

Theophr. l.4.Hiſt.Pl. cap.9.

Eriophoræ, Lanugines ſcilicet, quæ amictum concernant, ferentes, in Tilo Inſulâ frequentes, quarum lana huiuſmodi ἐριόξυλον dicitur Græcè, de quâ *Vlpianus L. ſi cui Lana ff. de lega.* 3. vel immediatè, & induſtriâ habent magna producere emolumenta, vt Oleum, &c. quemadmodum in *L.* 19. *§. illud.ff. locati*, & in *L.* 21. *ff. de inſtruct. vel inſtrument.* Et hinc magna antiquitus, & nunc quoque adhibetur cura circà ipſarum Arborum culturam, varijquè ſerui, atque miniſtri laborantes, & cuſtodes in promptu ſemper ſunt, quorum ſeruorum alij dicebantur *Viridarij* ſecundum Vlpianum I. C. ijq; loca delicioſè vmbroſa ex Iaboleno I. C. pereolebant, & conſeruabant; Alij dicebantur *Topiarij*, qui Arborũ, fruticumq; ramos in varias figuras conformabant ἀπὸ τῶν τοπίων, ideſt à funiculis, quibus opus eſt quamplurimis vti, vel ἀπὸ τῶν τόπων, à loco. *Alfen. L.* 60. *§.* 3. *de lega. & fid. lib.* 30. item *Vlpianus L.* 8. *in fin.* & *Martian. L.* 17. *§.* 2. *ff. de inſtit. & ſubſtit.* Alij *Conlucatores*, vel *Sublucatores* habebantur, qui ſuperfluis ramis Homini officientibus Arbores ſpoliabant, ipſaſq; regulariter amputabant, licet *Paul. I. C. ſentent. l.* 5. dicat *Arbores, quæ in alienas ædes, vel in vicinum agrum imminent, niſi à Domino ſublucari non poſſunt, iſq; conueniendus eſt, vt eas ſublucet.* Vtrumque tamen in profano Luco licebat ſublucandi modum exercere: in ſacro verò minimè. Nunquam autem licebat antiquiſſimis temporibus Arbores diuerſæ ſpeciei reciſas inuicem coniungere, & inſerere. Præterea *Leguli* ſerui aderant, qui fructus Olearum, Vuarumq; colligebant *Vlpianus L.* 13. *§.* 6. *ff. de vſufruct.* & hi ſub certis Legibus, & firmis procedere debebant ex Catone num. 44. & ſequentibus. *Oleam cogito rectè omnem. Oleam ne ſtringito, neque verberato iniuſſu Domini, vel Cuſtodis. Oleam qui legerint omnes iuranto ad Dominum, aut ad Cuſtodem, &c. De fundo ligna, & Oleam ne deportato. Factores, qui oleum fecerint omnes iuranto, &c. Vaſa, Torcula, Funes, Scalas, Trapetos, & ſi quid aliud datum fuerit ſalua rectè reddito, niſi quæ vetuſtate fracta erunt; Vinaceos illutos, & fæcem relinquito; cætera Lex, quæ Olea, &c.* Tantam Leges ſacroſanctæ cum Arboribus cognationem habent, vt Leges, & Arbores eodem tempore, & partu natæ videantur, & ita viciſſim vtræque vireſcere, & conſeruari deſiderant. *Vmbram habet Lex futurorum*; Sic & Arbor lætiori ſub vmbrâ dulciores fructus, & vberiores promittit. Videatur quæſo quàm arctè iungantur Leges, & Arbores ſimul. Chartarum ante inuentionem (quæ nihilominus ab herbaceo genere veniunt) Leges in Aſſeribus ligneis, in publicis Foris populo exponebantur, vt duplici obſeruarentur nomine, venerationemque captarent aptiſſimè, inq; libris liberrimè explicatis non ſolum Philyrinis, & Tiliaceis, qui *libri* propriè à I. C. Vlpiano dicti ſunt, ſed ſolidioribus in lignis, vt vitales Iuſtitiæ fructus cum felicitate perpetuâ, iuxtà illud Sapientiſſimi Mortalium dictum *Fructus Iuſti lignum vitæ*, impreſſi recognoſcerentur. Quarè multa quoque operari diebus etiam Feſtis permittuntur Agricolis, quæ Ciuibus nefaria ſunt, quod nec Virgilium latuit dicentem

Feſtus

Rab. Myſt. Ægypt.

Cato de Re Ruſticâ.

S. Paulus ad Hebræos

Charta Varrone Auctore reperta fuere Alexandri Magni tempore.

Symphor. Hort. lib. 1. ca. 14.

Vir. Georg. 1

> *Quippe etiam Feſtis quædam exercere diebus*
> *Fas, & iura ſinunt, riuos deducere nulla*
> *Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem.*
> *Inſidias auibus moliri, incendere vepres.*
> *Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.*

Sed ſacroſanctarum interim Legum inuiolata vi permanente, videamus quid ad rem ſuperſtitioſi, vetuſtatem identidem inſulſam perpetraſſe literaria monumenta declarant

SVPERSTITIOSA, PRÆSTIGIOSA.

Beros. Hiſt. Chald.

C. Tacit. de morib. German.

Athe. lib. 11.

Prud. l. 1. contrà ſym. mac.

Sine Veritatis Luce Lucos impijs ritibus plenos Pſeudonuminibus ſuis ſuperſtitioſè ſacrarunt Antiqui, quæ loca Græci ψυχρὰ ab vmbrâ, & opacitate frigus captante vocarunt, ijſque in Lucis, tanquam in tot Templis victimas ſuas mactabant, illoſque falſis cum ſuis Dijs identificantes, eorundem Nominibus appellabant,

> *Vocantes—Vel ſyluas Dryadas, vel deuia rura Napæas.*

Rationem erectionis, & dedicationis eiuſmodi Lucorum affert eruditiſſima Andreæ Mariani Philoſophi, Medicique Bononienſis (mihiq; dum viueret, amiciſſimi) Muſa hoc epigrammate

A *Ne sua deficeret diuis sudantibus vmbra*
Explicuit patulos plurima sylua sinus,
Sacra putabantur numeroso incadua saclo
Robora, vel cultis Pinus odora comis
Distulit Arboribus viridem gens illa senectam,
Et tacitè horrendum est deuenerata Nemus.
Frugiferis etiam sibi Numina seuit in Hortis
Quæ superinducta fontis alebat aqua,
Vtilius diuum cultores esse nequibant,
Qui sibi plantatos sic coluere Deos.

Ruinar. Roma lib. 1 epigr. 42.

Lithuani, Persæ, Ægyptijque nullum Viuens Arboribus maius, & procerius videntes, ipsas Arbores pro Dijs colebant, adorabantque, qui cœcus, impiusq; mos apud Indos Incolas Regni Congi, vsque ad susceptam Orthodoxam Fidem diutissimè mansit, quæ Gentes ligni quamlibet partem figuratam characterizatamuè, seu etiam hastas, ramosque delubratos (vndè *Delubri* nomen originem apud latinos traxit) adorabant. B Omnium autem Arborum vniuersaliter constituerunt Ethnici Præsidem Deum Pana, cui Tegæam Arcadiæ syluam in specie sacrarunt, deinde *Syluanos*, & *Satyros*, aliàs *Faunos* ob generationem præcipuè cultos ibidem habuere

Hist. Eccles. Leonic. de Vars. Gabr. Buteo, & Alex. D. G. l. 6. cap. 26 Boccat. l. de sylu. Seru. l. 1. & 4. Æn.

—— Et vos Agrestum Numina Fauni.

Macrob. l. 3. c. 4. Saturn.

Quorum infame oraculum in Albunea Latinorum sylua petebatur. Eiusmodi sylua fuit in Lyceo Arcadiæ monte, Syluanique Lucus præcipuus propè Agylinam Ciuitatem

Ascon. in diuinat.

Est ingens gelidum Lucus propè Caritis amnem
Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos.

Prob. in carm. Virg. l. 8. Æneid.

Ab his Fana, seu Templa denominationem sumpsère, atq; *Fanalia*, vel potius *Faunalia* Festa nonis Decembribus in pratis fieri solita in honorem Fauni, cui quoque Romæ fuit Templum erectum à G. Domitio Prætore Vrbano, sub consulatu Publ. Cornelij Scipionis Africani, & Valerij Sempronij Longi. Faunorum istorum ac Satyrorum Patrem, & Fundatorem fama iactat Faunum Latinorum Regem, cui soror fuit *Fauna*, vel potius vxor, nisi mauis, vt alijs libuit, *Fatuam* dicere. Romulus tamen primus Romanorum fuit, qui huiusmodi superstitiones instituit; nam *Aruorum* ipse sacerdotes creauit, seq; inter eos duodecimum fratrem appellare voluit; at Numa Romanorum Regum secundus, anno sui Regni vndecimo *Robigalia* festa, quæ pro *Robigine* à frugibus auertenda ad septimum Maij Calendas celebrarentur, ordinauit, *Floraliaque* quarto Calendas eiusdem mensis, vndè illud Ouidij

Th. V. H. D. 139. g. S. 416. b. Nat. Com. mythol. lib. 5. cap. 9. Pl. l. 18. c. 2

C

Flamen in antiquis Lucum Robiginis ibat,
Exit & in Maias Festum florale Calendas.

Et hæc A. V. C. 516 ideò fuerunt renouata (quemadmodum & Anthisteria Græcorum, vt scilicet omnia benè florescerent. Florales illorum sacerdotes dicebantur, qui dum ea celebrarent frondibus, & floribus omnia complebant. Quin etiam illorum reliquiam, & morem apud multos ornandi frondibus domos Cal. Maij tradunt nonnulli. Alia quoque Festa, quæ *Lucaria* vocabant ab eisdem Romanis in Luco permagno inter viam salariam, & Tyberim Calendis Februarij quotannis habebantur, ideò instituta, quià Quiritum nonnulli quondam in eodem Luco deuicti à Gallis sese recipientes seruati fuere. In Exquilinâ Regione, quæ secundum M. Varronem à Lucis nomi- D nabatur, Lucus aderat Lupercal dictus ab Euandro Pani sacer, qui quod à Tegæatibus sacra obtinuit, vbi & habitus est Pastorum Deus, dictus quoque *Λύκαιος*, quia Lupos minimè timeret in oues sæuire. Sub eàdem Exquilina Regione Iunonis erat Lucus, cuius meminit Ouidius,

Polyd. Virg. l. de inuentorib.

Festus

Monte sub exquilio multis incaduus annis
Iunonis magna nomine Lucus erat.

L. 2. fast.

Ibi & Licinæ ara; graui cuius numini successit longæuus heremi habitator Antonius. Quin, vt cum Mariano loquar

Haud vnquam melius poterat Dea tristis, & horrens
Cedere, quam tali iura, locumq; Seni

Iuno Lucina in Exquiliis Lucum habuit.

Lucum porrò, & Laureta Camœnarum in Auentino, in ijsquè fontem Ægeriæ fuisse memorat prædictus Marianus hoc hexasticho

Si

Ruinar. Roma l. 1. Ep. 41. & l. 2. ep. 113.

Si strepit assiduo lacrymosus murmure riuus
Parce, suum deflet Nympha soluta Numam,
Si non admittit soles densissima sylua
Desine mirari: Daphnide texta viret.
Nympha fremit lacrymas, fouet hospita sylua Camaenas,
Dum fugit hac Phoebum, dum gemit illa virum.

Strabo Geogr. l. 15. — *Ierem. c. 3. & moechata est cum lapide, & ligno.* — Iuno — *T. Liu. l. 8. Vir. Æn. l. 7* — Iupiter — *Pausanias in Att.* — Apollo

In Cappadocia, vbi maxima est Magorum multitudo, qui *Pyrechi* vocabantur, multa Persicorum Deorum Templa reperire contingebat, in quibus non cultro, sed stipite quodam, tanquam malleo verberatas mactare victimas consueuerant. Quodcunque Numen, quicunque Deus ab Antiquis somniabatur, illi Lucus aliquis dicari solebat, & plura quidem maioribus nuncupabantur, itaut moechari quodammodo cum Arboribus dici potuissent, ex diuino Sanctissimi nostri Prophetae effato. Sic Iunoni magnae praeter Exquilinum iam dictum, alius eidem Sospiti dicatus fuit Lucus Lauinij. Illaq; sub nomine Feroniae Terracinensem alium Lucum obtinuit.

Praesidet, & viridi gaudens Feronia Luco.

Alium insuper cum Plutone Lucum in Pyraeo Atticae Portu communem eadem habuit, & ob id à Lucis *Lucina* fuit appellata, & *Ilythiya*, idest syluarum Dea. Iupiter non paucos & ipse Lucos, tanquam proprios in tutelam habere dicebatur, vt quem habuit in Lyceo toties iam memorato Arcadiae Monte, illumque alium, inter Argon, & Cleonem ad Nemaeum Oppidum; item Megaris sub Olympici cognomento, vbi Templum insigne cum eius vultus Simulacro ex Ebore, & Auro est affecutus; nec non & alterum ad Dicton Cretae Promontorium Idae monti proximum habuit: Apud Ægienses quoq; sub Seruatoris epitheto, & alibi sub Messapei cognomine in Lucis stultè adorabatur. Apollo, cuius responsa folijs Lauri committebantur, Athenis Lucum Gryneum possidebat, vndè Gryneus dictus est; alium itidem in Phocide Laureum, vbi Delphicus agnominabatur, quemadmodum & Clarium apud Colophoniae Ioniae Vrbis Agrum, in quo Clarij titulum adeptus est. Actius apud Nicopolim Epiri Ciuitatem, Cous in Insulâ Coo, Tymbricus propè Troiam in eodem loco, in quo Achilles à Paride occisus fuit. Carnius propè Phare Messeniorum oppidum, & Smintheus apud Alexandriam Troadis Pagum proclamatus Lucorum simul, & Templorum honores habuit; Indigetisque tandem sub appellatione, quin & Daphnitis ad Hermionem Graeciae Ciuitatem eisdem honoribus est cumulatus. Hirpi similiter Faliscorum agri familiae, ad Soractem contiguum Montem eidem Apollini sacra faciebant, super ambustas lignorum strues laetis ambulantes gesticulationibus, & flammis ipsis parcentibus. Sicyone quoque in foro, eidem Apollini Lyceo cognominato Templum superstitiosâ hac de causâ erectum tradidit Pausanias, quia .s. lupis sic ouilia vexantibus, vt nullus ex his percipi fructus posset, ostensum fuit ab Apolline (dicerem magis à Cacodaemone) pro Oraculo consulto, quo loco lignum quoddam iaceret, praecepto iniuncto, vt corticem carnibus immistum Sicyonij lupis apponerent: quo facto lupi omnes ad vnum interempti sunt. Eidem ideò Templum erexerunt, in quo lignum praedictum posuerũt, sed ex quâ foret Arbore ignotum fuit. Minerua Luco propè Lacedaemonem in Graeciâ gloriabatur. Romae autem in suburbano Bellonae sub imagine honorari volebat, eademque Itoni Montis cultrix in alio Luco colebatur, quae in Pyraeo Atticae Portu cum Ioue quoque sacrificia expectabat. Venus, Numen impudicum pudendis tantum partibus praepositum, cuius Templum Frutinal genericè dicebatur, à voce Ἀφροδίτη detruncata apud Ægyptios Luco gaudebat. Idalium quoque nemus in Cypro obtinuit. Eadem Libertina Romae; Gnidia in Insulâ Gnido, vbi statuam Praxitelaea manu sculptam toto orbe celeberrimam fortita, sacratos Lucos habebat; De impio, & execrando pseudo numinis istius cultu apud Phoenices, haec refert Eusebius. *Nemus (inquit) erat, & Delubrum extrà publicam Viam spurco Veneris Daemoni in parte verticis Montis Libani, in fruticeto positum. Erat hic malitia schola omnibus lascinis, vbi Viri non Viri muliebri modo Daemonem placabant. Deinde & illegitimi, ac furtiui Mulierum congressus, arcanaque, & turpia facta ibi exercebantur; nec quisquam erat Magistratus ea puniens, eo quod nemo vir honestus illic comparere auderet. Constantinus Magnus Imperator Delubrum illud funditus, vnà cum ipsis sacris deleuit.* Cupidini similiter Lucus propè vrbem Leuctrum Boeotiae consecratus viguit. Libero Patri, hoc est Baccho, quamplures dicatos legi-

Paus. in Atticis. Id. in Phocicis. Pausan. in Attic. Symphor. l. 4. Hos. c. 13 — Minerua — Venus — *I. Laurembergius in suo Antiq.* — *lib. 3. de vita Constantini. Eyerl. Th. S. 436. 8.* — Cupido — Bacchus

A Legimus Lucos Athenis in Ceraunio, in Thraciâ, apud Epidaurum, & apud Argiuos. Eidem per secreta syluarum clamoribus dissonis eiulantes errabant Cretenses, dum festas agerent ceremonias, vt tradidit Firmicus. Latona Dianæ mater suum possidebat in Caria Lucum, & ipsa eius filia Diana alios habuit, vt confirmat Virgilius, de eadem canens. *Astrorum decus, & Nemorum Latonia Custos.*

Nec hinc discrepant Catulli carmina sic accinentis

Montium Domina vt fores - Saltuumq. reconditorum, &c.
Syluarumq. virentium - Tu potens Triuia, &c.

Sed inter cæteros spectabiles Lucos donata est Anagnino apud Anagniam Hernicorum in Latio Ciuitatem, & Aricino, ab Aricià Italiæ oppido apud Velitras nuncupato, cuius habet mentionem Ouidius scribens in Metam.

Vallis Aricina densis latet abdita syluis

Vulcani pariter tutelæ commissus fuit Lucus alius in Æthnâ Siciliç Monte, in quo ignis vigebat inextinguibilis. Neptuni verò Lucus Heliceus propè Achaiæ Vrbem, Parrhasius Lucus apud Onchestom Bœotiæ Ciuitatem eidem Neptuno sacer, item alius B in Tænaro Laconiæ iuxtà Spartam Promontorio, aliusquè apud Telones, reliquos inter dinumerari volunt. Mars in oppido Geruntlhre Laconicæ Regionis Lucum habuit in tutelâ; aliumque Romæ apud exquilias Fagutalem dictum sibi vendicauit. Vndè Marti Syluano votum pro bobus faciebant, sic scribente Catone. *Marti Syluano in sylua interdiu in capita singula Boum votum facito, farris adorei lib. iij, & Lardi p. iiij. & pulpa p. iiij.* Ferus quoque colebatur ab Ægyptijs Mars, vndè pugnâ fustuariâ certantes illi, ex Herodoto, sacra faciebant in Vrbe Papremi. Mitis è contrà Cereris Lucus apud Pyrasum Vrbem à Thebis 20. stadijs distantem, frumenti copia nobilem, erat; aliusque eiusdem in Lernâ Arcadiæ Prouinciâ à Pontine Monte incipiens celeberrimus fuit; sed hîc obiter notandum mihi videtur non errasse præclarissimum Marinum Italum Poetam in illo carmine à Zoilis, & Momis aliquibus tantopere dilacerato.

Diè la Fera magnanima di Lerna.

Quià Lerna apud Melam, & Ptolemæum ex sententiâ P. Ferarij in suâ Censurâ Geographicâ, est etiã oppidum Laconiæ Mediterraneum vulgò *Phonea*; & Leones in illis C nemoribus, mediterraneisque in illis locis quamplures degere solebant. Eiusdem conditionis fuere Cereri dicati alij, vt apud Anthedonem Bœotiæ Ciuitatem, propè Messabium Cabiridrum Montem, vbi & alterum vnà cum Proserpinâ filiâ occupabat, cuius recessus omnibus, præterquam initiatis, & sacerdotibus interdicebatur. *In Sacris tartarei huiusce Numinis* (inquit Firmicus) *cæsa Arbor in effigiem Virginis componitur, & intrà Ciuitatem illata vsque ad quadragesimam noctem deplorata comburitur.* Ambo insuper hæc Stigia Numina apud Sicyonios ad Phlicontem rectâ viâ stadiorum decem sinistrorsum, nemus Pycea dictum, superstitiosè cultum habuêrunt, in quo Ceres cognomine Prostasia, & Proserpina colebantur cum earundem, & Bacchi statuis, vbi seorsim viri, & mulieres festum celebrabant; sub Hecatis item nomine mendax alterum ex his Numinibus in Ortygiæ lucis adorabatur, vndè canebat Pindarus ad Hieronem scribens *Qui Lucos Hecatæ sacros, atque arua tenetis. --Ortygia, &c.*

Vesta & ipsa Cereri propinqua, & Saturno ratione originis Luco minimè fraudata est in Vrbe ipsâ à Palatij radicibus in viam nouam deflectente. Nec Pluto Rex vmbrarum tartareus nemoribus impiè sacratis destituebatur suprà Megaram ad oram sinus D Saronici. Nullum fuit tam infimum, & infame, tamquè ignobile Numen superstitiosæ, cœcæq; ethnicitatis, quod Lucos, & Templa non consequeretur. Prætereo Lucos à manibus (qui vitales Lares dicebantur, & Heroum Animæ, teste Seruio) incoli existimatos ab Antiquis, cuius census esse possent Argo Niobes filius in Argolico nemore, item Nerei filiæ in nemore Cardamille in Laconiâ. Pelops in Pelopio olympico; Egeria in Aricino; Castor, & Pollux non longè à Patrensium Nemore; Hercules tandem, & Æsculapius, qui Heroum quodammodò Coryphæi præ cunctis nominari possunt, ille à Theodo Rege Boiorum dicatum propè Reginoburgium Danubio imminentem obtinuit Lucum. Huic Epidaurius Lucus, item q; Phœnicius destinatus fuit; Hinc Virgilius earundem exanimatarum Animarum nomine canebat.

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

Sicq; Philosophantes cum Senecâ, dum propriæ salutis inter ignorantias versarentur,

[Margin notes: L. 1. de errore profanæ Relig. — Latona — Diana — Lib. 9. Aen. — Catul. epigr. 35. — Boccat. de Sylu. — Vulcanus — Neptunus — Homer. in Iliad. — Pausan. in Arcad. — Mars — Id. Pausan. in Lac. — Cato De re rust. c. 63. — Ceres — Pausanias in Arcad. — Symphor. H l. 13. c. 13 — Ad Poematium S. Mariæ Ægypt. Raphaelis Rabbia Bononien. — Symphor. H. l. 3. c. 13. — Proserpina — Iul. Firm. in lib. de Errore profana Relig. — Ode 3. Pyth. ap. Ælian. in fine Var. Hist. — Vesta — Pluto — Pausanias in Corinth. — Argo. Nerei Filiæ — Virg. 2. georg — Pelops — Egeria — Cast. & Pol. — Hercules. — Æsculapius — Lib. 6. Æn.]

Seneca ep. 41. tur, *proceritatem ſylua, ſecretum Luci, vmbraq; admirationem in Luco vetuſtarum Arborum, & denſitate ramorum conſpectum cœli ſubmouente fidem Numinis fecere.* Muſas præterea Cythereides à Cythere ſaltu appellatas, inter quas Thalia à ſyluarum virore dicta fuit, ſtudijs literarum, artibuſquè omnibus liberalibus auſpicatiſſimas in ſyluis fuiſſe conſtat, quibus Numa Pompilius extrà portam Capenam Romanam fontinalem, & latinam, quæ Camœna tunc dicebatur, Lucum ingentem ſacrauit, quem medium ex ſpecu opaco fons perenni rigabat aquâ; ab iſtis ſuperſtitiosè creditus eſt in vitâ ſeruatus Comatus Siculus, per annum integrum in Arbore ab Hero incluſus, vt fame periretur, in pœnam quod quotidiè de Domini gregibus aliquid eiſdem Muſis offerendo, illius peculium diminuiſſet; ſed re verâ fuerunt Apes, quæ in eàdem Arbore mellificantes miſerum aluerunt; vndè Camœnarum dulcedinem inuocatam ità caſualiter expertus eſt. Quoſcumque ſomniabant placidos, ſeu furentes Deos, omnes tam confuſim, & mixtim, quàm ſeparatim inuocare, & venerari inter Arbores ipſas Antiqui, non aliâ certè ratione, quàm errabundo horrore ducti, volebant; vt ille muſarum cliens veriſſimè expreſſit.

Musæ — *Tit. Liu. Dec. 1. l. 1.* — *Vitruuius l. 8. c. 3.* — *Gilb. Cogn. lib. 1. narrat. ex Theocr.* — *Beyerl. Th. Tom. 7. S p. 428. c.* E

Papinius de Arboribus.

> *Subter opaca quies, vacuuſq; ſilentia ſeruat.*
> *Horret, & excluſa pallet mala lucis imago,*
> *Nec caret vmbra Deo.*
> *Arboribus ſuus horror ineſt, quin ipſe ſacerdos*
> *Acceſſus, Dominumq; timet deprehendere Luci.*

F

Dij omnes — Furina. — Sibylla.

Horrentem tali pacto Deorum omnium Lucum propè Athenas fundatum obſeruamus, quem Sylla in Athenarum obſidione ad aggerem extruendū excīdit. Furinæ quoque Latronum ſceleroſæ, atque nefariæ Deæ Lucum erectum legimus in Latio, cui nigræ mactabantur oues; aliudque Albuneæ (quæ Albunea ab aliquibus Sybilla Tyburtina credita eſt, & ob admirabilem ſapientiam à vicinis Populis pro Deâ cultâ; ab alijs Λευκοθέα, ſiuè Ino Athamantis vxor, quæ furentem coniugem metuens, vnà cum infantulo Melicerta in mare ſe præcipitem dedit. In Regione Tiburtinâ Romæ, in quo Bos alta cædebatur, & de nomine Deitatis in eo cultæ dicebatur *Albunea*, quo reſpiciebat Virgilius canens. ———*Lucoſq; ſub alta*

Virg. l. 7. Æn.

> *Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro*
> *Fonte ſonat*

G

Boccat. l. de Syluis. — Marica — Lauerna

Horrenti in hoc murmure erat profectò, vti inquit Boccatius, ſeù in fonte, ſeù Arboris in trunco ſpiritus aliquis immundus, qui deceptis orantibus reſponſa daret ambigua. Maricæ item Deæ, quæ à Minturnenſibus in Campania maximè colebatur, quam Lactantius Firmianus Circem fuiſſe dicit, & ſeruius Fauni vxorem autumat, Lucos fuiſſe compertum eſt. Lauernæ inſuper Deæ Furum Romæ apud Portam Lauernalem, quaſi portam Furum, nam Fures antiquitus Lauerniones dicebantur, deteſtabili re igno-ne dicatus erat, cum ad crimina potius iuuanda, quàm tollenda dirigeretur, ideò ille cecinit de Furibus huic Deæ vota facientibus ———*Pulcra Lauerna*

Horat.

> *Da mihi fallere Da iuſtum, ſanctumq; videre,*
> *Noctem peccatis, & fraudibus obyce nubem.*

Hilerna — *Ouid. l. 6. faſt. v. 104.*

Supradictis non abſimilem legimus Hilernæ Deæ Lucum in Vrbe, de quo Sulmonenſis *Adiacet antiquis Tyberina Lucus Hilernæ;*

> *Pontifices illuc, nunc quoque ſacra ferunt.*

Cranus — *Beroſ. Chald. de 7. Aſſyr. Rege.* — Suadela. — *Pauſanias in Corinthiacis* H

Aurunus etiam in Vetulonia (tradit Beroſus) Lucum ſacrauit Crano, & inter Iſos, hoc eſt Deos, annumerauit. Suadelæ Deæ Templum in Luco iuxtà Sythan Amnem apud Ægialenſes cauendum valdè videbatur, atque timendum, ob acutos linguarum gladios, quorum minus malum eſt mentiri, decipere, & præſtigiari; Hæc heù nimis reuocant Priapum, quem D. Auguſtinus à Mutino neutiquam diſtinxit, quemuè Hortorum Deum communis Ethnicorum conſenſus, ſiuè magis error anteà fecerat, cui Phalagogia ſceleſtiſſima ſacrificia offerebantur, cuius nequiſſimi numinis antitypus apud ſanctiſſimam Religionem Catholicam eſt D. Laurentius pudiciſſimum, innocentiſſimumque ignem promouens. Primis impijſſimarum illarum gentium ſacrorum Miniſtri, ſeù Præſides fuere Druydæ calceis ligneis, & pentagonis vtentes ab Arboribus denominati, de quibus Lucanus eorum ſugillans mores.

> *Et vos Barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum*

Sacro

A
Sacrorum Druyda positis repetistis ab armis.
Solis nosse Deos, & Cæli Numina vobis,
Aut solis nescire datur: Nemora alta remotis
Incolitis Lucis, &c.

Et hæc eorum sylua meritò succisa fuit à Tiberio, quando ipsos omni Galliâ exegit. Sed eundem Poetam audiamus magicas Druydarum operationes carmine prosequentem — *Vobis Auctoribus Vmbra*
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida Regna petunt; regit idem spiritus artus
Orbe alio; longæ canitis si cognita vitæ,
Mors media est, &c.

Hæc tam infanda Druydarum portenta portentosam, ac Phalagogieam, nec satis vnquam detestatam menti reuocant impijssimæ Basilidianorum sectæ Idololatriam, & præcipuè cum à Gallis communiter credatur Druydum origo venisse ab Auctore Druyde, vel (vt vult Schedius) Viscone, à Gallis inquam, ad quos cum *Marcus quidam de* B *Basilidis Gnostici stirpe* (sic D. Hieronymus) *descendens primum venerit, eas partes per quas Rhodanus, & Garumna fluunt sua Doctrina maculauit, &c.* Mysticum enim nomen ΑΒΡΑΞΑΣ, seù & ΜΕΙΘΡΑΝ, ab institutore suo Basilide Simonis Magi discipulo acceperant, quod vtrumq; græca supputatione, vt docet eruditissimus KirKerus mihi maximè veneratus, & cui plurimum debeo, numerum CCCLXV. iuxtà numerum dierum anni designat, & illo significabant Animam solarem omnia dominantem, & in totidem diuisam Deos; quot Dies annus habet, vt Tertullianus aiebat,

Tantos esse Deos Basilides credere iussit,
Quantos, & Dies Annus habet, tot denique Mundos.

Tot sub figuris suum hoc spectrum Abraxam colebant, vt Proteum dixisses. Et nè omnes istorum hæreticorum hic referam superstitiones; *timeo enim* (vt verbis Epiphanij de hac re loquentis vtar) *ne fortè magnum hoc venenum totum reuelem, velut cuiusdam Basilisci serpentis faciem, ad perniciem magis legentium, quam ad correctionem.* Aliquas dumtaxat ad rem nostram magis opportunas adducam, nam non aliter ac Pro- C theus *Arbor quoque sæpè videri* poterat hoc tam infandum Idolum; multas itaq; incidi fecerant Gemmas, quarum nonnullæ TERMINALEM ARBOREM insculptam habebant, eo prorsus pacto, quo à veteribus Romanis pro Deo Termino adorabatur, illique *Vino, fructibus, & fauo mellis* (inquit Chifletius) *sacrafaciebant, Terminaliaquè ea sua appellabant.* In alijs Deus Terminus cornutus DVAS interpositus ARBORES; in alijs Abraxas Coruifiguram induebat superstantis Cornui FRVCTIBVS ARBORVM OMNIGENIS pleno, velut erat Amaltheanum; in alijs nudum Harpocratem referebat CORONAM FRONDEAM manu gestantem; alibi CORONA FRONDEA, vel illius vice scutum circumquaque frondibus coronatum in dextra .s. stabat ab hoc monstro Abraxeo gallinaceum collum, & caput habens, bustumque, & brachia humana, pedesque anguineos, effigies, vt credam aptissima ad denotandum execrabilissimam eiusmodi hæreticorum impietatem; qua tot veros tartarei Draconis filios declarabant adorantes ligna, harpias, *Serpentipedesq; Gigantes*; in pluribus excisa videbantur plura Animalium capita vnita, ex quibus monstrosissimum resultaret portentum, vtputa caput humanum, vel facies tantum iusto maior, & barbata, vicem tanquam ventris D gerens, gallinaceis pedibus insidentis, suprà quem, caput, & collum esset equinum, ingentem RAMVM ARBOREVM rictu tenens; rectò fuissent in alijs alæ, in alijs caput hircinum cum cornibus, in alijs aliæ penè inexpressibiles deformitates, horridiores illis, quas in æui sui pictoribus, atque Poetis deridebat Horatius,

Humano capiti ceruicem Pictor Equinam
Iungere si velit, ac varias inducere plumas,
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè;
Spectatum admissi risum teneatis amici?

Quarè id facerent ex Camillo Leonardo tradit Macarius, quod nimirum, *cum in aliquo lapide diuersa sint Virtutes, ita & in lapide figura sculpta ex diuersis animantium partibus sunt, quæ similitudinariè effectum lapidis ostendunt.* Hinc easdem Gemmas amule-

Lib. 1. Pharf. Auentin. l. 2. Annal. Boic.
H. Boeth. l. 2 Auentin. l. 1. Annal. Boic.
Laur. Beyerl. Th. Vit. Hum. T. 1. A. p. 642. S. p. 415.
Sched. de Dis Germ. Syngramm. 1. c. 10.
Epist. 39. ad Theodorum.
Parte altera Tomi 2. Oedipi class. 11. c. 6.
Aduers. Marcionem l. 1. c. 7.
Diesmono syllabum longum
Hæresi. 26.
Ouid. l. 8. metam.
Macar. Gemm. 92.
Paul. I. C. l. 5. recept. sent. T. 22
Io. Chifle in gē. Abrax. comm. c. 13.
Gemm. 91. 21. 38. 6. & 8.
Ouid. lib. 4. Tri. Eleg. 6.
H. In Arte P.
Macar. lib. eod. c. 6.

amuleti loco gestandas præcipiebant, vndè multa, & mira ex hoc monstro Abraxe quoquo modo Gemmis insculpto, insulsè promittuntur apud Camillum Leonardum scribentem (vt refert idem Macarius) *hic lapis sic sculptus Virtutem habet contrà inimicos, & victorem gestantem reddit, & ad venena valet: sanguinem quoque stringit à quocunq; loco fluat*. Sic etiam sentiebat Q. Serenus Sammonicus in eadem Hæresi stulte persistens, Basilidisque, vt apparet sectator, vbi ad curandum Hemitriteum, febrem .s. spuriam tertianã, hæc superstitiosa remedia, aut potius animi venena collo alligari iubebat.

L. 3. de lap. & gemm. cap. 6. Macar. Abrax. cap. 1.

Talia languentis conducent vincula collo,
Lethalesque abigent (miranda potentia) morbos.

Nec vberius inter Apistopistorum huiusmodi prauissimas superstitiones, & hæreses Arborum præ cæteris abusum describam, cum horreat calamus ad vlteriora progredi, quæ magis inficerent, quam augerent eruditionem. Modestius erit obseruare Diales Romanorum Flamines suis operam dantes non ità temerarijs ceremonijs, aut malitiosis in prauitatis summo. Tunc enim solebant ipsi cœco quodam animi ductu vnguium, & capillorum præsegmina sub Arboribus terræ mandare, quarum Arborum alias felices, alias infelices religione illa sua prædamnare solebant; Immò Intercidonam Deam dum somniabant, quæ securibus cædendarum Arborum præsiderer, & vtiles quodammodo redderet Arborum casus, atque cæsiones, detestantes insuper Arbores fulguritas, vtpotè quæ à Cælo ipso damnatæ, atque inferis addictæ furijs, atque tormentis viderentur, Collucandarum pariter in ipsis Arborum Lucis ijdem Romani, hac quoque insulsa Religione vtebantur: SI DEVS ES, SI DEA ES, CVIVS SACRVM HOC SIET, IVSQ. PORCO PIACVLO IMMOLANDO BONAS PRECES PRECOR VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, DOMO, FAMILIAEQ; MEAE, LIBERISQ; MEIS. HARVMCE RERVM ERGO MACTE HOC PORCO PIACVLO IMMOLANDO ESTO; Hæc expræssit Sedulius deflens elementorum, Idolorumque indignos cultores hoc pacto.

Al. ab Al. l. 6. D. G. c. 12

Cato cap. 113. rei rust. Sedul. in opere Paschali

Arboreis alius ponit Radicibus Aras,
Instituitque Dapes, & Ramos flebilis orat
Vt natos, charamque Domum, dilectaque iura,
Coniugijque fidem, famulos, censumque gubernent.
Ligneo Ligna rogas, Surdis clamare videris,
A mutis responsa petis, quæ iura Domorum
Hac ratione regunt, si cæsa securibus aptis
Ardua pendentis sustentent culmina tecti,
Aut subiecta focis Dapibus famulentur edendis.

Quin & Gentiles omnes vlterius deridet, & sensu verè Catholico docet quisnam debeat esse Arborum vsus, vt superstitiosus ipsarum euitetur abusus. In Syluis etenim, antiquissima omnium repetendo tempora, nulla non exercebantur scelera, nullæ impietates excogitari poterant, quæ ibidem locum non haberent, vbi adaucta indies hominum malitie à Dæmonibus sub specie Religionis cũctis illudebatur. Eiuscemodi scatebat impietatibus Lucus ille, quem ad Orientem Vrbis Hierosolymæ Moloch Idolo, siuè Baal sacratum fuisse legimus ab Achab illecebris Iezabelis illaqueato, & Manasse Regibus Hebraici Populi à veri Dei cultu desciscentibus; ità de Manasse fit sermo in sacris. *Et erexit Aras Baal, & fecit Lucos sicut fecit Achab Rex Israel.* Narrat enim Adricomius Ammonitas (qui propterea summo iure delinquentes interpretantur) eiusdem Idoli cultores, vbi Thure litassent, illi consueuisse sub Arborum opacitate versari. Sic Tyberius Imperator in syluis passim inuenit venereos iocos, & nefarias operationes exegit, interque huiusmodi superstitionum sedes, atque impietatum promptuaria syluas nempè celebrabantur Hercinia Germaniæ, Arduena Galliæ, Ciminia Hetruriæ, Dodona Chaoniæ oraculis decantatissimæ. Templa insuper, & Lucos non, nisi armatæ adibant superstitiosæ illæ Gentes, vt Historici tradunt; *Necnon maiores vestri Templa ingrediebantur nisi armati*, vt tutius possent omnem crudelitatem, atq; inhumanitatem in actum deducere; Legimus, .n. quod in Adona Britanniæ insula Luci erant nefandissimi simul, & sæuis superstitionibus sacri, in quibus solebant Incolæ Aras captiuorum adolere cruore, & hominum sibi is suos consulere Deos. Arboribus quidem parcebant, non autem hominibus omnis obliti pietatis, & omni humanitate spoliati, capitalem ideò legem

4. Reg. 21. 3. Reg. 16. Adric. nu. 190. Suet. in Tyb. Plin. l. 15. c. 3. T. Liu. l. 9 ab V. C. Boccat. de Sylu. Cæsar l. 3. Panegyrist. Ald. Hist. admir. t. 5. p. 94. Dodon. Pempt. 6. l. 4. c. 2. Suidas Crom. l. 15.

A legem tulit Alexander Magnus Thebanos euersurus, ne Templum, aut Lucus ullus à suis violaretur. Prætereà Lithuani olim Lucos quosdam ità sacratos habebant, vt eorum Arbores violare ferro nefas esset, quæ nec impunè tangi poterant, nam præstò erant Dæmones, qui aut occidebant ferientes, aut saltem eorum membra mutilabant. Multæ aliæ nationes eâdem superstitione affectæ fuere, vt aliqui Populi Indorum, & Phœnices, qui Arborum cæsionem, & quamcunq; aliam violationem pro capitali facinore habebant, & quas casu aliquo auulsas, aut intermortuas vidissent, luctu, & deploratione ex patrio sacrorum ritu prosequebantur. Nonnulli, vt Locrenses, publicum sacrum facturi, pro Boue, compositum ex minutis lignis Bouis simulacrum Dijs obtulerunt, vndè Adagium λόκριος βοῦς. Alij, vt Colchi, Arboribus suos mortuos suspendebant, quasi Dijs ipsis committerent. Alij, vt Scythæ, filijs iubebant, vt parentum cadauera super Arbores sub dio niuibus, glacieiquè expositos collocarent, sceleratos eos reputantes, qui corpora defunctorum humarent. Kirgessiorum in Tartaria sacrificuli, nonnisi Arbore conscensâ puluerem ex sanguine, lacte, fimo bouillo, & terrâ in populum spargebant, eiusmodi aspersiuneulam pro Deo colendam adhortantes. Stultiori B verò superstitione delirabant Adamitæ, qui Arbores nudi conscendebant, & panem cœlestem tandiu expectabant, quousq; femineces in terram caderet. Sic Syluas Schlauones, & in illis Nymphas, aliosq; dæmones coluisse tradit Dubrauius, quin & illis inter sacrificandum solitis vaticinari Suecones in Vpsalia Templum erexisse speciosissimum quibus sub ingenti Arbore homines infandâ superstitione mactabant. *Arbor* (inquit Crãzius) *incognita iuxtà Templum stabat ingens, patulis diffusa ramis, astate, & hyeme iuxtà virens, etiã in plaga frigidissima.* Sed vt expurgaret quodammodo hanc superstitionem doctissimus P. Caussinus Soc. Iesu, vtq; quod olim Sathanæ fuit, vero Deo dicaret, symbolicè figurari posse per eandem asseuerauit Beatissimam Virginem inter peccati hyemes intactam; quomodò enim labem contraxisset, quæ (vt ait D. Augustinus) *quantum creatura conditio patitur Luci inaccessibili videtur vnita?* Quin & eâ superstitione Arbores ergà fulguritas tenebantur, vt illas, tanquã diuinitus tactas religiosissimas haberẽt, credentes Deos sibi illas Arbores, locum q; earundem, tanquam vltores scelerum, Sibi asciscere voluisse, precibusq; institutis solẽnibus quosdã mercede cõductos *Strifestarios* nuncupatos, ad fulguritarum Arborũ sacrificia, strue, & ferro perficienda mittebant, & hi C solemnibus hisce verbis vtebantur IVPITER. TED. HOCE. FERCTO. OBMOVENDO. BONAS. PRECES. PRECOR. VTI. SIES. VOLENS. PROPICIVS. MIHI. LIBERISQ; MEIS. DOMO. FAMILIÆQ; MEÆ. MACTE. HOCE. FERCTO. ESTO. Lignũ prætereà Fulguritæ Arboris amplissimis virtutibus à Numinibus ipsis donatũ credebant, licet Arborẽ ipsam, ceù infœlicitatis speculũ quoddam, & scopũ habuerint, & inter alias virtutes superstitiosè confictas ligni has recensebant, vt qui vehemẽtissimo dentiũ dolore afflictaretur, si manibus post terga reiectis è ligno fulgure icto demorderet aliquid ad dentem, illicò sanaretur. Nec fulguritis tantum Arboribus tantam superstitiosè credebãt inesse virtutẽ, sed tenebant quoq; cęcissimi illi viri ex simplici alicuius rami cuiusdam Arboris, quam Grę́ci *Ostrgiam* vocant, aquosa circà saxa penes ipsos Græcos solitariè nascentis in domum aliquam illatione, difficiles partus fieri, maximoq; mortis in discrimine propterea miseras sisti posse puerperas. Alij tentabant Arbores exorare vt vi uerent, vel aliò transmigrarent, & à Tellure ipsâ impetrare contendebant, vt alienas vellet alere plantas, aduenasq; nutrire, nec à cælo inflexibili hanc gratiam expectandam D esse astruebant. Alij steriles minabantur Arbores, acutâ ad radices ponendo bipennem, quibus ob intercessionem amici alicuius parcentes, Arbores ipsas deinceps fructuosissimas reddere credebant. Omnia hæc tali pacto tribuebant Arboribus, quià eas diabolico astu prę́stigiosè loquentes audiebant, in quibus maligni spiritus sub diuersis Nympharũ latebãt nominibus, Lẽtodames v.g. Nebrophones, Therij, Britomastis Lycastes, Erynarces, Opis, &c. Hinc sub eiusmodi cacodæmonis specie oraculũ hocce Corinthijs redditum est, vt eã quærerent Arborem, in quâ Bacch arũ sacra explorans Pentheus ab eisdem dilaniatus fuit, & inuentæ diuinos conferrent honores. Et ideò ex oraculi monitu Arbore reperta, duo lignea signa in foro liberi Patris constituere tota deaurantes, præter facies, quas minio Ægyptiorum more (minio n. Arbores non solum, sed oues inficiebant Ægyptij sub veris tempore dicente tunc totum mundum conflagrasse, & propterea vim calamitatis iterum repellendæ in minio esse positam) obliniuere, Lysium vnũ, & Bacche-

Erasmus
Lucian. de Syriâ. Deâ
Ael. l. 4. c. 1.
Alc. ab Alc. D. G. l. 3. c. 2
Gabr. Butt.
Dubr. l. 1.
In Suec. prafat.
Ol. magn. l. 3. c. 5.
Causs. symb. polyhist. l. 10. n. 12.
D. Aug. ad cathec. l. 4.
ex Suet.
Cato c. 134 de re rust.
Plin. l. 13. c 21.
id. l. 16. c. 32.
Constan. Cas. lib. 10. cap. 83.
Bocc at. Gen D. l. 7. c. 14.
Pausani as in Corinth.
Epiph. L. C. adu. har. 18. & Nouar. T. 2. Adag. 1261.

Bacche ũ alter ũ appellantes. Nec aliud erãt eiusmodi ſigna, niſi ſtatuæ Numinum, quorũ præſeferebant figuram, ſummâ culta ſuperſtitione. Sic Palladium ſigillum paruum ligneũ erat, quod Troianum Regnũ tueri credebatur. Nullũ erat nemus, quod antiquisillis tẽporibus numinis alicuius vniuerſali ſub iuriſdictione non eſſet, nullaq; Arbor ſpeciatĩ dabatur, quæ Deos partiales non obtineret, tanquam partialia quædam Templa. *Arbores fuere Numinum Templa*, (ſcripſit Plinius) *priſcoque ritu ſimplicia iura, etiam nunc Deo praecellentem Arborem dicant, nec magis auro fulgentia, atque ebore ſimulacra, quàm Lucos, & in ijs ſilentia ipſa adoramus. Arborum genera Numinibus ſuis dicata perpetuò ſeruantur, vt Ioui Æſculus, Apollini Laurus, Mineruæ Olea, Veneri Myrtus, Herculi Populus: quin & ſyluanos Faunoſque, & Deorum genera ſyluis, ac ſua numina, tanquam è cælo attributa credimus*. Nulla quoque dabatur Arbor in particulari, quæ Deo alicui, aut bono, aut malo, albo ſcilicet, aut nigro non ſubijceretur. Apud Vuandalos, qui Deos quamplurimos in Lucis, ipſoſque Lucos pro Deis habebant, *Belluck* dicebatur Deus albus, & *Zertubuch* Deus niger, bonus ſcilicet, & malus Genius, omniaq; hæc numina ſic ab ſe ipſis conficta adeò magni faciebant, extimeſcebantq; miseræ Gentilitatis Homines, vt tenebrarum pœnis digniſſimos ſe indicarent, quemadmodum Antiquiores Germanorum, qui ſuperſtitione miſerabili ducti Diuos ſuos ſacros, non niſi ligatis manibus, & pedibus adirent, id ſcribente Tacito; *Nemo, niſi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & poteſtatem Numinis præſeferens, ſi fortè prolapſus eſt attollere, aut inſurgere haud licitum. Per humum euoluuntur, eoq; amoris ſuperſtitio reſpicit, tanquam indè initia gentis, vbi Regnator omnium Deus cætera ſubiecta, atque parentia*. Hæc Germanorum natio conſecratos à Thuiſcone ſuorum Regum primò Lucos, & Nemora, in quibus res diuina fieret, habuit; credebatur cæleſte Numen prę magnitudine ſuâ, nec parietibus cohiberi, nec aliquâ terreſtri ſpecie repræſentari poſſe, quin & adhuc Germanis à Luco, quem *Bald*, dicunt (tradit Beyerlinck ex Auentino) denominata nonnulla manent *Balfart*, *Ballen*. *Ballengehen*, priſcæquè ſuperſtitionis ſunt reliquiæ, cum illud celebrem ob religionem conuentum, hæc ad ſacras ædes ſalutatum ſuperos proficiſci ſignificent. Nec aptiorem poterant Gentiles ſuis Dijs colendis locum ſtatuere, quàm ſyluas, cum ipſis longè feris deteriores, nil minus, quàm feræ multiplices eſſent, quandoquidem Ethnicus Varro Ethnicorum Numinum conquiſitor ſuprà triginta millia commentitiorum eiuſmodi Deorum ſe reperiſſe teſtatus eſt. Rituum propterea, ſacrificiorumque excreuit numerus, quorum *666*. genera Ægyptijs in vſu fuerunt; qui omnes ritus non niſi damnabiles à prudentioribus Ethnicorum quoq; habiti ſunt, *Barbari, ſaui, ferales*, & *inhumani* iudicati ——*Barbara ritu*

Sacra Deum ſtructa ſacris feralibus Ara,
Omnis & humanis luſtrata cruoribus Arbos.

Sed ſi omnes Antiquorum erga ſuos Deos ſuperſtitiones recenſere vellemus, deficeret prius dies, quàm ad illarum minimam partem eſſet deuentum. Id ſufficiat, quod ſicuti diuerſis Populis, diuerſa Numina, & hæc vt plurimum in ſyluis colebantur,

Pallada Cecropida, Minoia Creta Dianam,
Vulcanum Tellus Hypſipylea colit.
Iunonem Sparta, Pelopeiadeſquè Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.

Solas celebriores ſyluas exaratas tot variarum ſuperſtitiouum in teſtes protuliſſe; quæ quia mutæ ſunt, cauſam noſtri ſermonis aliò conuertemus prodigijs, & oſtentis, oſtendentes quæ in humanis actionibus fugienda, aut appetenda ſint. Sed prius in ſuperſtitionum coronidem addemus miracula magica circà Arbores nonnunquam operata. Nec enim ſuperſtitionibus aliquid aptius ſubſequi poterat, quàm ipſa præſtigia ſuperſtitiones omnes in ſe continentia. Sic in Philoſtrato legimus Apollonium Tyaneum vidiſſe Gymnoſophiſtas in Æthiopiâ, qui Arbores, vt ad humum ſe inclinarent, & humanas efformarent voces, efficiebant. Quod certè non niſi cacodæmonum operâ factũ cenſendum eſt. Refert & Cuſpinianus Guilielmũ Hollandiæ Comitem, vbi contrà Fridericum II. & Conradum eius filium Aquiſgrani Rex Romanus coronatus eſſet, Coloniam rediiſſe, lautiſſimumq; Principibus inſtituiſſe conuiuium, in quo, vt fertur, mirabili operâ pſeudo Philoſophi cuiuſdam Arbores mediâ hyeme effloruerunt, & herbæ germinarũt. Quod & Scriptores eiuſdem ætatis tradunt, & multi ſe vidiſſe teſtati ſunt.

Epiph. L. C. adu. hær. 18. & Non. T. 2. Adag. 1261. Lucian. in Dial. mortuorum de ſacrif. c. 5. Pl. l. 12. c. 5. Cranz. l. 3. Vandaliæ c. 37. Sched. de Dijs Germanis. Muſc. l. 3. comm. Lib de morib German. Th. V. H. ſuperſtit. p. 450 & 439. l. 1. Annal. D. Aug. l. 6. de ciuit. D. cap. 9. Lucanus L. 1. Phar. Ouid. l. 3. Faſtorum. Fulgos. l. 8. cap. 21.

Præſtigia. Arbores loquentes, & mediâ hyeme florentes magicè.

E F G H

PRO-

PRODIGIA, ET OSTENTA.

NOstra hæc de Arboribus Vniuersalis tractatio, dum prodigialiter hic procedere intendit *Delphinum syluis*, ceu blandum tranquillitatis auctorem *appingit.* Porrò dicent, significabuntq; futura, & ostentabunt ea, quæ præter naturam accident in Arboribus producta. Muto sic Arbores loquuntur sermone; Visibiles huiusmodi voces prosequi, & ab alijs obseruatas repetere non indecorum, nec inutile fortassis erit. De varijs Arborum ostentis Aristandri apud Græcos volumen olim extans memorat Plinius, vt & Commentarios super eâdem re C. Epidij Latinos, dicens, *qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet. Apud nos verò C. Epidij Commentarij, in quibus Arbores locutæ quoq; reperiuntur*; statimq; subiungit: *subsedit in Cumano Arbor graui ostento, paulò antè Pompeij Magni bella ciuilia, paucis ramis eminentibus. Inuentum Sibyllinis libris interneciomem Hominum fore, tantoq; eam maiorem, quantò propius ab Vrbe postea facta esset.* Quod sine folijs fructificauerint quandoq; Arbores, vt Vuæ, Oleæq; ex Plinio dici potest eas significare valuisse accidentalem solum Annonæ infelicitatem, indicasseq; fructus solam deteriorem mutationem substantialiter esse malam; quemadmodum etiamsi planta Arborea in infeliciorem speciem conuersa fuerit, vt cum loco Palmæ v. g. Ficus suborta est, quæ Pisonis grauis Autoris testimonio, ex Plinio, Pudicitiæ subuersionem M. Messalæ, & C. Capij Censorum lustro, præcessit. Hinc Arbores illæ, quæ in Agro nostro Bononiensi Seruio Flacco, & Q. Calphurnio Consulibus anno V. C. 621. Mundi verò sec. Sculterum 3825. Christiq; antè aduentum 135. proprios super truncos, & Ramos fruges cælesti benignissimo influxu natas aluere, Ciuitati eidem à 54. annis Nobilissimæ Coloniæ Romanæ prærogatiuâ illustri Gloriosum illud epitheton Pinguis acquisiuere. Quid simile quoq; cum acciderit Vrbi propius Publio Aelio, & Cn: Cornelio Consulibus, *in Arboribus enim tunc nata produntur frumenta*, ex eo superandum fore Annibalem, felicissima præsagia elici potuerunt. Contrarium verò euenire facile posse venit affirmandum Arboribus subitò, & sinè manifesta causa arescentibus, aut mutationem omninò præternaturalem à longa, & totali arescentia ad subitaneam reuirescentiam, & florificationem subeuntibus; quæ feralia ligna igni deuota censuere nonnulli, quemadmodum fuere Arbores illæ Anglicanæ paulo antè mortem Aurelij Ambrosij Britannorum Regis Londini pulcherrimo, & viuidissimo virore de repentè spoliatæ, siccæq; prorsus redditæ: vigente tali pacto inter vegetantes mortalitate infausta timeri, & inter sentientes possunt; deuicta verum ex opposito procidentia quacunq; lethali omnis exurgit, atq; triunphat felicitas; id connotarunt semper Arbores collapsæ, quæ se ipsas in pristinum nullo adiuuante locum restituere. Tempora ciuiliter euersa pristinam hoc pacto repetiere fortunam anno V. C. 102: tempore Caij Marij, & Caij Flauij Consulum; validissimo namquè concurrente superum causarum Virtute naturalium, effectus omnes roborantur non modò sed meliorantur in congeneis omnibus rebus affinitate quadam iunctis, quãdo consensus vnus, conspiratioq; vna vniuersum terrarum orbem conseruat. Refert Sabellicus Arborem quandam fuisse pedum quadragenum altitudine, crassitudine bisseptenum in Thuringis Galliæ sua spontè in diuersum transijsse; nec multum ab indè Saraceni vastarunt Italiam; Anereticis itaq, Dominantibus causis ferales, & successorij nonnisi expectantur effectus, necnon magni momenti alterationes; sed quis non expauesceret in illius Prodigij, seu Ostenti recordatione, quod in Herefordensi Angliæ Prouinciâ, in Oppido Kenneistono accidisse traditur à Viglio Zuichemio, scilicet in Monte Mercleo oppido prædicto conterminο, vbi terra discessit, montemq; cum subiectâ caute, (ingenti strepitu prius, & stridore præmisso, vt longè exaudiretur) ac si ex diuturno somno consurrexisset, & iam migrare contenderet, spontè sua se extulit, in superioremq; locum relicto cubili profundo contendisse; Quò cum venisset, & constitisset triduum integrum, Mons prædictus iter denuò fecit, ità vt septimam antè Matutinam 40. passibus à primo loco abfuisse compertus fuerit. Abstulit præterea secum Arbores, casas, ouiumq; & pecudum adhuc pascentia Armenta simul, atque Pastores. Arborumq; ipsarum aliæ, aut in itinere sitæ Monti prædicto accedenti adiunctæ ità coaluerunt, vt nil melius, si inibi prius radices egis-

Horat. in Arte Poet.

Plin. l. 18. H. nat. c. 2.

D. August. tract. 16. in Io.

Plin. l. 17. cap. 25.

Iul. Obsequens de Prodigijs n. 85.

Bonon. pinguis.

Martinus Vuinrichius de monstris cap. 15. p. 157. & cap. 18. p. 178.

Symphor. Hort. l. 2. c. 21. ex Turnebo.

Iul. Obsequ. de Prodig. nu. 103.

Sabell. l. 9. Enn. 8.

in Epist. ad Gulielmũ Koenum.

egiſſent, aliæ vero infeliciores terræ dehiſcentis hiatibus obrutæ iacuere. De Statuarum E ligneарum ſudoribus prodigioſis, & omninò præternaturalibus eſſet aliquid dicendum, loquendo de ſudoribus ab intrinſeco prouenientibus, minimè autem ab auſtrino aere humidiore, & denſiore illuc appulſo, & in guttas concreto, vt ſæpe accidit in guttis è ſuperficiè marmorum procidentibus, ibiq; naturaliter concretis; ſed illos conſultò breuitatis cauſà omitimus. Addemus vnũ illud, quod præter naturã euenisse non eſt negandum, circã ligneam ſtatuam in Herculis Templo tempore conſulatus L. Cornelij Lentuli, & P. Vilj Trappuli, cui capilli inopinanter nati fuere: cuius cauſam non erit poſſibile aſſequi à natura non adeò remotam, quæ non minetur omen longè malum. Eiuſdẽ potuerunt eſſe ſignificationis Vuæ quædam barbatæ, quæ in Germania propè Landauium oppidum obſeruatæ fuere anno Domini 1541. de quibus in Volumine monſtrorum Aldrou. actum eſt; quemadmodum etiam ſerpentigena lignea Columna, quæ tempore Tarquinij ſuperbi Romanorum poſtremi Regis ipſi Regi, pluribuſq; alijs exitium denunciauit illos perſequendo, & percutiendo. Multa inſuper Prodigia, & oſtenta haberi poſſunt inter Teſqua, quæ ſunt loca ſecundum Feſtum edita, aſpera, & inculta de quibus Lyricus, *namque deſerta, & inhoſpita Teſqua*. Horrores Syluarum horrendas F quandoq; voces protulere, inter quas Syluas Arsia antiquiſſima Hetruſcorum perhibetur, quæ anno Vrbis 245. in Romanorum cum Vejentibus pugna percelebri, dum intempeſtæ noctis tenebræ denſiores erant, has ambiguas articulauit voces, *in Exercitu Romanorum contrà Vejentes Hetruſcorum peryſſe plus vno, & viciſſe in bello Romanum.* Aliæ aliquando Syluæ ſe oſtenderunt infenſas auibus ipſis, à quibus hæ omninò exulare, & proprios deſerere nidos coactæ fuerunt, vt Lucus Anagninus Dianæ ſacer vetuſtos apud illos ethnicos Romanos anno Vrbis 208. ſub conſulatu ſecundo Marci Valerij Leuini, & quarto Marci Claudij Marcelli: quod à malignis proceſſiſſe ſpiritibus in falſo illo Pſeudonuminum cultu infælices horum cultores damnificantibus credendum eſt, & præcipuè quia, vt Plutarchus refert, in Pellene Achaiæ Caſtello à ſinus Corintiaci Littore LX. ſtadijs, ex teſtimonio Strabonis, diſtante, quoties ex Dianæ Sacello eius ſimulacrum à Sacerdotibus mouebatur, tam prodigioſam, aut ſatius loquendo, tam noxiam, & diabolicam illud vim habebat, vt propinquæ Arbores infæcundæ redderentur, hominibuſq; intenſus incuteretur terror, & oculorum acies ad proximam occæcationem obtunderetur. Arboreas demum in nubibus conſpectas quandoq; fuiſſe G prodigioſas figuras Meteoroſophis haud eſt in ambiguo. Quod pro portento habitum eſt in Saxonia antè mortem Ioannis Ducis, & Electoris; ipſam enim hæ præceſſere ſublimes in Aere picturæ. *Arbor*, (vt ſcribit Ionſtonus) *primò erat marcida, & euerſa; expeditus hinc eques, truncatam ramis geſtans Arborem; tum magna, & atra Crux in denſa nube tandem ex eà fulmen viſum eſt excuti horribile, ingenti cum ſonitu.* Sed Prodigia, & oſtenta Horribilia linquentes Monſtroſitatibus, & deindè Fabulis ſuauioribus in explicandis calamum exercebimus; dũ curioſas herclè, atq; eum volupate ſuſpiciendas monſtroſitates iam oſtendunt ordinatè nobis Radices Arborum, Ligna, Rami, Folia, Flores, & Fructus, quarum aliquas mox proferre liceat

Iul. Obſequ. prod. 47.

Iul. Obſ. prod. 7.

Horat l. 1. ep. 14.

Iul. Obſ. prod. 8.

Idem Obſ. prod.

In Arati vita. l. 8. Geogr.

Admir. Meteor. cap. 11.

MONSTROSITATES.


PRoprium Radicum eſt ſerpere, non autem extrà tellurem repere, neque volare; H verum in harum monſtroſitate Arborea Radix videtur aucupari volatus quandam ſpeciem, dum Buboniformis potuit apparere, cum capite, oculis, roſtro, collo, & alis, licet implumibus, vt in hac Tabellâ, quæ pro exemplo habet Iuniperinarum Radicum quandam conglobationem, ſeù circumuolutionem, quæ pulli iam conformati in Ouo, & mox excludendi refert imaginem; cui Diſtichon hoc ſuccinimus;

Radices Monſtroſæ.

Plantarum Vitam natura orditur ab Ouo,
Quod ſolidè Bubo ligneus iſte probat.

Radicem huiuſce præciſè magnitudinis in ſuo aſſeruat muſæo D. Iac. Zanonus Botanicus Bonon. perinſignis: ad cuius normam pictor ſubſequentẽ delineauit, & ſculpſit. Venæ ſuccedent monſtroſæ, neruiq; in quibus ſæpè ſæpius admirabiles figuræ variarum rerum, & ſpecies, quæ fabrili manu effigiatæ videntur, apparent. Vnam Fraxineam Crucem

Bubo Rhizomenos.




cem pro venoſorum, ſeù neruoſorum monſtrorum imaginibus exhibebimus. Hæc in igno Fraxineo à tempeſtate fracto in Anglia anno Domini 1559. menſe Martio perhibetur inuenta, cuius mentionem habet Alanus Copus, multaſq; denotauit iuſtorum tribulationes, à quibus tandem Dei miſericordia liberarentur, vt innuit Io. Fenus his de illâ Carminibus.

Dialogo 4. contrà Hæreticos fol. 507.

Hanc Crucis effigiem, pie Lector, Fraxinus ipſo,
Quem legis hîc, anno, menſe, Dieque dedit.
Arbor apud VVallos Stradlingi creuit in aruis:
Hic Torquatus eques, ſi modo quæris, erat.
Tempeſtas oritur, fortis confringitur Arbor:
Exhibet hanc mollis deinde Medulla Crucem.
Formam Charta docet, Nux Auellana colorem,
Menſurâ, expreſſit quam tibi pictor, erat.
Fraxinus hæreticos duros, hominesſque rebelles,
Mites corde viros tecta medulla notat.
Fraxinei Chriſti obſcurant inſignia trunci,
Obſcurata tegunt ſigna, viroſque premunt.
Sed Libani Cedros tandem, hæreticoſque rebelles
Confringet ſummi ferrea Virga Dei.
Tunc cultuſque Dei, Pietaſque, Fideſque vigebunt,
Exeret & celſum Crux tua, Chriſta, caput.

D

Crux Xyloneuris



Nobis pariter huic feliciſſimæ monſtroſitati Diſtichon ſequens apponere placuit,

Te iuſſam portare Crucem quid Homuncio tædet?
Quando vel ipſa vides Robora ferre Crucem.

Sed Nodi Arborei nullis alijs cedunt Arboreis partibus in monſtrandis omnium, & quarumcunq; rerum ſimulacris, idq; fatebitur admirabundus quicunque ſequentem Vetulæ effigiem in oleagineo nodo à natura delineatã ſpectabit hoc Diſticho animatã.

Vetulæ effigies Xyloſyndeſmis.

Quem cernis vultum, longæua eſt Nodus Oliua;
Pallada pictricem ſic manifeſtat opus.

Ex

A



Ex multis huiusce naturalis picturæ taleolis mihi concessis à D. Iac. Zanono duas in meo Musæo pulcherrimas, carissimasq; asseruo, quarum alias alibi videre licet, vt in Cospiano Musæo publici quoque iuris hic Bononiæ facto.

Suas habent & Folia monstrositates; nam alia videre est tuberculata, alia clauata, alia sciunta, alia vnita, & ceù calyculata, vt Vlmea sequentia, quibus Distichon hocce adaptauimus.

Folia Caliculata.


Det vitam Viti magis Vlmus, vt alma maritæ
Vascula in hac rores colligit Ambrosios.



Flere insuper haud vetant flores, qui tetras, & formidolosas præbent videndas imagines quemadmodum caninus est Rictus Granati Pomi à nobis elapso anno 1665. obseruatus, & ita receptus hoc Dimetto.


Flos Cynocephalos.

Ne temere hac carpas, ne sis noua fabula Mundo.
Latrat ab Elysijs horridus iste Canis.



Limon tandem Αετοπρόσωπος Aquilæ caput referens notas optimæ significationis

Limon Aquiliniformis.



pro-

Ruinar. Romæ l. 1. Ep. 41. & l. 2. ep. 113.

Si ſtrepit aſſiduo lacrymoſus murmure riuus
Parce, ſuum deflet Nympha ſoluta Numam,
Si non admittit ſoles denſiſſima ſylua
Deſine mirari: Daphnide texta viret.
Nympha fremit lacrymas, fouet hoſpita ſylua Camænas,
Dum fugit hæc Phœbum, dum gemit illa virum.

Strabo Geogr. l. 15. *Ieremæ c. 3. & mœchata eſt cum lapide, & ligno.*

In Cappadocia, vbi maxima eſt Magorum multitudo, qui *Pyrechi* vocabantur, multa Perſicorum Deorum Templa reperire contingebat, in quibus non cultro, ſed ſtipite quodam, tanquam malleo verberatas mactare victimas conſueuerant. Quodcunque Numen, quicunque Deus ab Antiquis ſomniabatur, illi Lucus aliquis dicari ſolebat, & plura quidem maioribus nuncupabantur, itaut mœchari quodammodo cum Arboribus dici potuiſſent, ex diuino Sanctiſſimi noſtri Prophetæ effato. Sic Iunoni magnæ præter Exquilinum iam dictum, alius eidem Soſpiti dicatus fuit Lucus Lauinij. Illaq; ſub nomine Feroniæ Terracinenſem alium Lucum obtinuit.

Præſidet, & viridi gaudens Feronia Luco.

Iuno *T. Liu. l. 8. Vir. Æn. l. 7* Iupiter *Pauſanias in Att.* Apollo *Pauſ. in Atticis. Id. in Phocaicis. Pauſan. in Attic.*

Alium inſuper cum Plutone Lucum in Pyræo Atticæ Portu communem eadem habuit, & ob id à Lucis *Lucina* fuit appellata, & *Ilythiya*, ideſt ſyluarum Dea. Iupiter non paucos & ipſe Lucos, tanquam proprios in tutelam habere dicebatur, vt quem habuit in Lyceo toties iam memorato Arcadiæ Monte, illumque alium, inter Argon, & Cleonem ad Nemæum Oppidum; item Megaris ſub Olympici cognomento, vbi Templum inſigne cum eius vultus Simulacro ex Ebore, & Auro eſt affecutus; nec non & alterum ad Dicton Cretæ Promontorium Idæ monti proximum habuit: Apud Ægienſes quoq; ſub Seruatoris epitheto, & alibi ſub Meſſapei cognomine in Lucis ſtultè adorabatur. Apollo, cuius reſponſa folijs Lauri committebantur, Athenis Lucum Gryneum poſſidebat, vndè Gryneus dictus eſt; alium itidem in Phocide Laureum, vbi Delphicus agnominabatur, quemadmodum & Clarium apud Colophoniæ Ioniæ Vrbis Agrum, in quo Clarij titulum adeptus eſt. Actius apud Nicopolim Epiri Ciuitatem, Cous in Inſulâ Coo, Tymbricus propè Troiam in eodem loco, in quo Achilles à Paride occiſus fuit. Carnius propè Phare Meſſeniorum oppidum, & Smintheus apud Alexandriam Troadis Pagum proclamatus Lucorum ſimul, & Templorum honores habuit; Indigetiſquè tandem ſub appellatione, quin & Daphnitis ad Hermionem Græciæ Ciuitatem eiſdem honoribus eſt cumulatus. Hirpi ſimiliter Faliſcorum agri familiæ, ad Soractem contiguum Montem eidem Apollini ſacra faciebant, ſuper ambuſtas lignorum ſtrues lætis ambulantes geſticulationibus, & flammis ipſis parcentibus.

Symphor. l. 4. Hor. c. 13

Sicyone quoque in foro, eidem Apollini Lyceo cognominato Templum ſuperſtitioſâ hac de causâ erectum tradidit Pauſanias, quia .f. lupis ſic ouilia vexantibus, vt nullus ex his percipi fructus poſſet, oſtenſum fuit ab Apolline (dicerem magis à Cacodæmone) pro Oraculo conſulto, quo loco lignum quoddam iaceret, præcepto iniuncto, vt corticem carnibus immiſtum Sicyonij lupis apponerent: quo facto lupi omnes ad vnum interempti ſunt. Eidem ideò Templum erexerunt, in quo lignum prædictum poſuerũt, ſed ex quâ foret Arbore ignotum fuit. Minerua Luco propè Lacedæmonem in Græciâ gloriabatur. Romæ autem in ſuburbano Bellonæ ſub imagine honorari volebat, eademque Itoni Montis cultrix in alio Luco colebatur, quæ in Pyræo Atticæ Portu cum Ioue quoque ſacrificia expectabat. Venus, Numen impudicum pudendis tantum partibus præpoſitum, cuius Templum Frutinal genericè dicebatur, à voce Ἀφροδίτη detruncata apud Ægyptios Luco gaudebat. Idalium quoque nemus in Cypro obtinuit. Eadem Libertina Romæ; Gnidia in Inſulâ Gnido, vbi ſtatuam Praxitelæa manu ſculptam toto orbe celeberrimam ſortita, ſacratos Lucos habebat; De impio, & execrando pſeudo numinis iſtius cultu apud Phœnices, hæc refert Euſebius. *Nemus (inquit) erat, & Delubrum extrà publicam Viam ſpurco Veneris Dæmoni in parte verticis Montis Libani, in fruticeto poſitum. Erat hic malitiæ ſchola omnibus laſciuis, vbi Viri non Viri mulicbri modo Dæmonem placabant. Deindè & illegitimi, ac furtiui Mulierum congreſſus, arcanaque, & turpia facta ibi exercebantur; nec quiſquam erat Magiſtratus ea puniens, eo quod nemo vir honeſtus illic comparere auderet. Conſtantinus Magnus Imperator Delubrum illud funditus, vnà cum ipſis ſacris deleuit.* Cupidini ſimiliter Lucus propè vrbem Leuctoim Bœotiæ conſecratus viguit. Libero Patri, hoc eſt Baccho, quamplures dicatos legi-

Minerua. Venus *I. Laurembergius in ſuo Antiq.* *lib. 3. de vita Conſtantini.* *Eeyerl. Th. 5. 436. g.* Cupido Bacchus

A legimus Lucos Athenis in Ceraunio, in Thraciâ, apud Epidaurum, & apud Argiuos. Eidem per secreta syluarum clamoribus dissonis eiulantes errabant Cretenses, dum festas agerent ceremonias, vt tradidit Firmicus. Latona Dianæ mater suum possidebat in Cariâ Lucum, & ipsa eius filia Diana alios habuit, vt confirmat Virgilius, de eâdem canens. *Astrorum decus, & Nemorum Latonia Custos.*

Nec hinc discrepant Catulli carmina sic accinentis

Montium Domina vt fores - Saltuumq́. reconditorum, &c.
Syluarumq́. virentium - Tu potens Triuia, &c.

Sed inter cœteros spectabiles Lucos donata est Anagnino apud Anagniam Hernicorum in Latio Ciuitatem, & Aricino, ab Ariciâ Italiæ oppido apud Velitras nuncupato, cuius habet mentionem Ouidius scribens in Metam.

Vallis Aricina densis latet abdita syluis

Vulcani pariter tutelæ commissus fuit Lucus alius in Æthnâ Siciliȩ Monte, in quo ignis vigebat inextinguibilis. Neptuni verò Lucus Heliceus propè Achaiæ Vrbem, Parrhasius Lucus apud Onchesthon Bœotiæ Ciuitatem eidem Neptuno sacer, item alius B in Tænaro Laconiæ iuxtà Spartam Promontorio, aliusquè apud Telones, reliquos inter dinumerari volunt. Mars in oppido Gerunthre Laconicæ Regionis Lucum habuit in tutelâ; aliumque Romæ apud exquilias Fagutalem dictum sibi vendicauit. Vndè Marti Syluano votum pro bobus faciebant, sic scribente Catone. *Marti Syluano in syluа interdiu in capita singula Boum votum facito, farris adorei lib. iij, & Lardi p. iiij. & pulpa p. iiij.* Ferus quoque colebatur ab Ægyptijs Mars, vndè pugnâ fustuariâ certantes illi, ex Herodoto, sacra faciebant in Vrbe Papremi. Mitis è contrà Cereris Lucus apud Pyrasum Vrbem à Thebis 20. stadijs distantem, frumenti copia nobilem, erat; aliusque eiusdem in Lernâ Arcadiæ Prouinciâ à Pontine Monte incipiens celeberrimus fuit; sed hîc obiter notandum mihi videtur non errasse præclarissimum Marinum Italum Poetam in illo carmine à Zoilis, & Momis aliquibus tantopere dilacerato.

Diè la Fera magnanima di Lerna.

Quià Lerna apud Melam, & Ptolemæum ex sententiâ P. Ferarij in suâ Censurâ Geographicâ, est etiã oppidum Laconiæ Mediterraneum vulgò *Phonea*; & Leones in illius nemoribus, mediterraneisque in illis locis quamplures degere solebant. Eiusdem condi- C tionis fuere Cereri dicati alij, vt apud Anthedonem Bœotiæ Ciuitatem, propè Messabium Cabiridrum Montem, vbi & alterum vnà cum Proserpinâ filiâ occupabat, cuius recessus omnibus, præterquam initiatis, & sacerdotibus interdicebatur. *In Sacris* tartarei huiusce Numinis (inquit Firmicus) *casa Arbor in effigiem Virginis componitur, & intrà Ciuitatem illata vsque ad quadragesimam noctem deplorata comburitur.* Ambo insuper hæc stigia Numina apud Sicyonios ad Phlicontem rectâ viâ stadiorum decem sinistrorsum, nemus Pycea dictum, superstitiosè cultum habuêrunt, in quo Ceres cognomine Prostasia, & Proserpina colebantur cum earundem, & Bacchi statuis, vbi seorsim viri, & mulieres festum celebrabant; sub Hecatis item nomine mendax alterum ex his Numinibus in Ortygiæ lucis adorabatur, vndè canebat Pindarus ad Hieronem scribens *Qui Lucos Hecatæ sacros, atque arna tenetis. — Ortygia, &c.*

Vesta & ipsa Cereri propinqua, & Saturno ratione originis Luco minimè fraudata est in Vrbe ipsâ à Palatij radicibus in viam nouam deflectente. Nec Pluto Rex vmbrarum tartareus nemoribus impiè sacratis destituebatur suprà Megaram ad oram sinus D Saronici. Nullum fuit tam infimum, & infame, tamquè ignobile Numen superstitiosæ, cœcæq; ethnicitatis, quod Lucos, & Templa non consequeretur. Prætereo Lucos à manibus (qui vitales Lares dicebantur, & Heroum Animæ, teste Seruio) incoli existimatos ab Antiquis, cuius census esse possent Argo Niobes filius in Argolico nemore, item Nerei filiæ in nemore Cardamille in Laconiâ. Pelops in Pelopio olympico; Egeria in Aricino; Castor, & Pollux non longè à Patrensium Nemore; Hercules tandem, & Æsculapius, qui Heroum quodammodò Coryphæi præ cunctis nominari possunt, ille à Theodo Rege Boiorum dicatum propè Reginoburgium Danubio imminentem obtinuit Lucum. Huic Epidaurius Lucus, itemq; Phœnicius destinatus fuit; Hinc Virgilius earundem exanimatarum Animarum nomine canebat.

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

Sicq; Philosophantes cum Senecâ, dum propriæ salutis inter ignorantias versaren-

G tur,

L. 1. de errore profana Relig.
Latona
Diana
Lib. 9. Aen.
Catul. epigr. 35.
Boccat. de Syln.
Vulcanus
Neptunus
Homer. in Iliad.
Pausan. in Arcad.
Mars
Id. Pauf. in Lac.
Cato De re rust. c. 63.
Ceres
Pausanias in Arcad.
Symphor. H l. 13. c. 13
Ad Poema.
tiumS. Maria Ægypt.
Raphaelis Rabbia Bononien.
Symphor. H. l. 3. c. 13.
Iul. Firm. in lib. de Errore profane Relig.
Proserpina
Ode 3. Pyth.
ap. Ælian.
in fine Var. Hist.
Vesta
Pluto
Pausanias in Corinth.
Argo. Nerei Filiæ
Virg. 2. georg
Pelops
Egeria
Cast. & Pol.
Hercules.
Æsculapius
Lib. 6. Æn.

Seneca ep. 41. tur, *proceritatem ſylua, ſecretum Luci, vmbraq́; admirationem in Luco vetuſtarum Arborum, & denſitate ramorum conſpectum cæli ſubmouente fidem Numinis fecere.* Muſas E

Muſæ — *Tit. Liu. Dec. 1. l. 1. Vitruuius l. 8. c. 3. Gilb. Cogn. lib. 1. narrat. ex Theocr. Beyerl. Th. Tom. 7. S. p. 428. e.*

præterea Cythereides à Cythere ſaltu appellatas, inter quas Thalia à ſyluarum virore dicta fuit, ſtudijs literarum, artibuſquè omnibus liberalibus auſpicatiſſimas in ſyluis fuiſſe conſtat, quibus Numa Pompilius extrà portam Capenam Romanam fontinalem, & latinam, quæ Camœna tunc dicebatur, Lucum ingentem ſacrauit, quem medium ex ſpecu opaco fons perenni rigabat aquâ; ab iſtis ſuperſtitiosè creditus eſt in vità ſeruatus Comatus Siculus, per annum integrum in Arbore ab Hero incluſus, vt fame periretur, in pœnam quod quotidiè de Domini gregibus aliquid eiſdem Muſis offerendo, illius peculium diminuiſſet; ſed re verâ fuerunt Apes, quæ in eàdem Arbore mellificantes miſerum aluerunt; vndè Camœnarum dulcedinem inuocatam ità caſualiter expertus eſt. Quoſcumque ſomniabant placidos, ſeu furentes Deos, omnes tam confuſim, & mixtim, quàm ſeparatim inuocare, & venerari inter Arbores ipſas Antiqui, non aliâ certè ratione, quàm errabundo horrore ducti, volebant; vt ille muſarum cliens veriſſimè expreſſit.

Papinius de Arboribus.

Subter opaca quies, vacuuſq́; ſilentia ſeruat, F
Horret, & excluſæ pallet mala lucis imago,
Nec caret vmbra Deo.
Arboribus ſuus horror ineſt, quin ipſe ſacerdos
Acceſſus, Dominumq́; timet deprehendere Luci.

Dij omnes — Furina. — Sibylla.

Horrentem tali pacto Deorum omnium Lucum propè Athenas fundatum obſeruamus, quem Sylla in Athenarum obſidione ad aggerem extruendũ excîdit. Furinæ quoque Latronum ſceleroſæ, atque nefariæ Deæ Lucum erectum legimus in Latio, cui nigræ mactabantur oues; aliudque Albuneæ (quæ Albunea ab aliquibus Sybilla Tyburtina credita eſt, & ob admirabilem ſapientiam à vicinis Populis pro Deâ cultâ; ab alijs Λευκοθέα, ſiuè Ino Athamantis vxor, quæ furentem coniugem metuens, vnà cum infantulo Melicerta in mare ſe præcipitem dedit. In Regione Tiburtinâ Romæ, in quo Bos alta cædebatur, & de nomine Deitatis in eo cultæ dicebatur *Albunea*, quo reſpiciebat Virgilius canens. ---*Lucoſq́; ſub alta*

Virg. l. 7. Æn.

Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro G
Fonte ſonat

Boccat. l. de Syluis. — Marica — Lauerna

Horrenti in hoc murmure erat profectò, vti inquit Boccatius, ſeù in fonte, ſeù Arboris in trunco ſpiritus aliquis immundus, qui deceptis orantibus reſponſa daret ambigua. Maricæ item Deæ, quæ à Minturnenſibus in Campania maximè colebatur, quam Lactantius Firmianus Circem fuiſſe dicit, & ſeruius Fauni vxorem autumat, Lucos fuiſſe compertum eſt. Lauernæ inſuper Deæ Furum Romæ apud Portam Lauernalem, quaſi portam Furum, nam Fures antiquitus Lauerniones dicebantur, deteſtabili re ignone dicatus erat, cum ad crimina potius iuuanda, quàm tollenda dirigeretur, ideò ille cecinit de Furibus huic Deæ vota facientibus ---*Pulcra Lauerna*

Horat.

Da mihi fallere Da iuſtum, ſanctumq́; videre,
Noctem peccatis, & fraudibus obyce nubem.

Hilerna

Supradictis non abſimilem legimus Hilernæ Deæ Lucum in Vrbe, de quo Sulmonenſis *Adiacet antiquis Tyberinæ Lucus Hilernæ;*

Ouid. l. 6. faſt. v. 104.

Pontifices illuc, nunc quoque ſacra ferunt.

Cranus — *Beroſ. Chald. de 7. Aſſyr. Rege.* — Suadela. — *Pauſanias in Corinthiacis*

Aurunus etiam in Vetulonia (tradit Beroſus) Lucum ſacrauit Crano, & inter Iſos, H hoc eſt Deos, annumerauit. Suadelæ Deæ Templum in Luco iuxtà Sythan Amnem apud Ægialenſes cauendum valdè videbatur, atque timendum, ob acutos linguarum gladios, quorum minus malum eſt mentiri, decipere, & præſtigiari; Hæc heù nimis reuocant Priapum, quem D. Auguſtinus à Mutino neutiquam diſtinxit, quemuè Hortorum Deum communis Ethnicorum conſenſus, ſiuè magis error anteà fecerat, cui Phalagogia ſceleſtiſſima ſacrificia offerebantur, cuius nequiſſimi numinis antitypus apud ſanctiſſimam Religionem Catholicam eſt D. Laurentius pudiciſſimum, innocentiſſimumque ignem promouens. Primis impijſſimarum illarum gentium ſacrorum Miniſtri, ſeù Præſides fuere Druydæ calceis ligneis, & pentagonis vtentes ab Arboribus denominati, de quibus Lucanus eorum ſugillans mores.

Et vos Barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum

A *Sacrorum Druydæ poſitis repetiſtis ab armis.*
Solis noſſe Deos, & Cœli Numina vobis,
Aut ſolis neſcire datur: Nemora alta remotis
Incolitis Lucis, &c.

Et hæc eorum ſylua meritò ſucciſa fuit à Tiberio, quando ipſos omni Galliâ exegit. Sed eundem Poetam audiamus magicas Druydarum operationes carmine proſequentem —— *Vobis Auctoribus Vmbra*
Non tacitas Erebi ſedes, Ditiſque profundi
Pallida Regna petunt; regit idem ſpiritus artus
Orbe alio; longæ canitis ſi cognita vitæ,
Mors media eſt, &c.

Hæc tam infanda Druydarum portenta portentoſam, ac Phalagogicam, nec ſatis vnquam deteſtatam menti reuocant impijſſimæ Baſilidianorum ſectæ Idololatriam, & præcipuè cum à Gallis communiter credatur Druydum origo veniſſe ab Auctore Druyde, vel (vt vult Schedius) Viſcone, à Gallis inquam, ad quos cum *Marcus quidam de* B *Baſilidis Gnoſtici ſtirpe* (ſic D. Hieronymus) *deſcendens primum venerit, eas partes per quas Rhodanus, & Garumna fluunt ſua Doctrina maculauit, &c.* Myſticum enim nomen ΑΒΡΑΞΑΣ, ſeù & ΜΕΙΘΡΑΝ, ab inſtitutore ſuo Baſilide Simonis Magi diſcipulo acceperant, quod vtrumq; græca ſupputatione, vt docet eruditiſſimus Kir Ketus mihi maximè veneratus, & cui plurimum debeo, numerum CCCLXV. iuxtà numerum dierum anni deſignat, & illo ſignificabant Animam ſolarem omnia dominantem, & in totidem diuiſam Deos; quot Dies annus habet, vt Tertullianus aiebat,

Tantos eſſe Deos Baſilides credere iuſſit,
Quantos, & Dies Annus habet, tot denique Mundos.

Tot ſub figuris ſuum hoc ſpectrum Abraxam colebant, vt Proteum dixiſſes. Et nè omnes iſtorum hæreticorum hic referam ſuperſtitiones; *timeo enim* (vt verbis Epiphanij de hac re loquentis vtar) *ne fortè magnum hoc venenum totum reuelem, velut cuiuſdam Baſiliſci ſerpentis faciem, ad perniciem magis legentium, quam ad correctionem*. Aliquas dumtaxat ad rem noſtram magis opportunas adducam, nam non aliter ac Pro- C theus *Arbor quoque ſæpè videri* poterat hoc tam infandum Idolum; multas itaq; incidi fecerant Gemmas, quarum nonnullæ TERMINALEM ARBOREM inſculptam habebant, eo prorſus pacto, quo à veteribus Romanis pro Deo Termino adorabatur, illique *Vino, fructibus, & fauo mellis* (inquit Chifletius) *ſacrafaciebant, Terminaliaquè ea ſua appellabant*. In alijs Deus Terminus cornutus DVAS interpoſitus ARBORES; in alijs Abraxas Coruifiguram induebat ſuperſtantis Cornui FRVCTIBVS ARBORVM OMNIGENIS pleno, velut erat Amaltheanum; in alijs nudum Harpocratem referebat CORONAM FRONDEAM manu geſtantem; alibi CORONA FRONDEA, vel illius vice ſcutum circumquaque frondibus coronatum in dextra .ſ. ſtabat ab hoc monſtro Abraxeo gallinaceum collum, & caput habens, buſtumque, & brachia humana, pedeſque anguineos, effigies, vt credam aptiſſima ad denotandum execrabiliſſimam eiuſmodi hæreticorum impietatem; qua tot veros tartarei Draconis filios declarabant adorantes ligna, harpias, *Serpentipedeſq; Gigantes*; in pluribus exciſa videbantur plura Animalium capita vnita, ex quibus monſtroſiſſimum reſultaret portentum, vtputa caput humanum, vel facies tantum iuſto maior, & barbata, vicem tanquam ventris D gerens, gallinaceis pedibus inſidentis, ſuprà quem, caput, & collum eſſet equinum, ingentem RAMVM ARBOREVM rictu tenens; rectò fuiſſent in alijs alæ, in alijs caput hircinum cum cornibus, in alijs aliæ penè inexpreſſibiles deformitates, horridiores illis, quas in æui ſui pictoribus, atque Poetis deridebat Horatius,

Humano capiti ceruicem Pictor Equinam
Iungere ſi velit, ac varias inducere plumas
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè;
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?

Quarè id facerent ex Camillo Leonardo tradit Macarius, quod nimirum, *cum in aliquo lapide diuerſa ſint Virtutes, ita & in lapide figura ſculpta ex diuerſis animantium partibus ſunt, quæ ſimilitudinariè effectum lapidis oſtendunt*. Hinc eaſdem Gemmas

Lib. 1. Pharſ. — Auentin. l. 2. Annal. Boic. — H. Boeth. l. 2 — Auentin. l. 1. Annal. Boic. — Laur. Beyerl. Th. Vit. Hum. T. 1. A. p. 642. S. p. 415. — Sched. de Dijs Germ. Syngramm. 1. c. 10. — Epiſt. 39. ad Theodorum. — Parte altera Tomi 2. — Oedip. claſſ. 11. c. 6. — Aduerſ. Marcionem l. 1. c. 7. — Dies monoſyllabum longum — Hæreſ. 26. — Ouid. l. 8. metam. — Macar. Gemm. 92. — Paul. I.C. l. 5. recept. ſent. T. 22 — Io. Chifle. in gē. Abrax. comm. c. 13. — Gemm. 91. 21. 38. 6. & 8. — Ouid. lib. 4. Tri. Eleg. 6. — H. In Arte P. — Macar. lib. eod. c. 6.

amule-

amuleti loco geſtandas præcipiebant, vndè multa, & mira ex hoc monſtro Abraxe quoquo modo Gemmis inſculpto, inſulsè promittuntur apud Camillum Leonardum ſcribentem (vt refert idem Macarius) *hic lapis ſic ſculptus Virtutem habet contrà inimicos, & victorem geſtantem reddit, & ad venena valet: ſanguinem quoque ſtringit à quocunq; loco fluat*. Sic etiam ſentiebat Q. Serenus Sammonicus in eadem Hæreſi ſtulte perſiſtens, Baſilidiſque, vt apparet ſectator, vbi ad curandum Hemitriteum, febrem .ſ. ſpuriam tertianã, hæc ſuperſtitioſa remedia, aut potius animi venena collo alligari iubebat.

L. 3. de lap. & gemm. cap. 6. Macar. Abrax. cap. 1.

Talia languentis conducent vincula collo,
Lethaleſque abigent (miranda potentia) morbos.

Nec vberius inter Apiſtopiſtorum huiuſmodi prauiſſimas ſuperſtitio nes, & hæreſes Arborum præ cæteris abuſum deſcribam, cum horreat calamus ad vlteriora progredi, quæ magis inficerent, quam augerent eruditionem. Modeſtius erit obſeruare Diales Romanorum Flamines ſuis operam dantes non ità temerarijs ceremonijs, aut malitioſis in prauitatis ſummo. Tunc enim ſolebant ipſi cœco quodam animi ductu vnguium, & capillorum præſegmina ſub Arboribus terræ mandare, quarum Arborum alias felices, alias infelices religione illa ſua prædamnare ſolebant; Immò Intercidonam Deam dum ſomniabant, quæ ſecuribus cædendarum Arborum præſideret, & vtiles quodammodo redderet Arborum caſus, atque cæſiones, deteſtantes inſuper Arbores fulguritas, vtpotè quæ à Cælo ipſo damnatæ, atque inferis addictæ furijs, atque tormentis viderentur, Collucandarum pariter in ipſis Arborum Lucis iidem Romani, hac quoque inſulſa Religione vtebantur: SI DEVS ES, SI DEA ES, CVIVS SACRVM HOC SIET, IVSQ. PORCO PIACVLO IMMOLANDO BONAS PRECES PRECOR VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, DOMO, FAMILIAEQ; MEAE, LIBERISQ; MEIS. HARVMCE RERVM ERGO MACTE HOC PORCO PIACVLO IMMOLANDO ESTO; Hæc expræſſit Sedulius deflens elementorum, Idolorumque indignos cultores hoc pacto.

Al. ab Al. l. 6. D. G. c. 12

Cato cap. 113. rei ruſt. Sedul. in opere Paſchali

Arboreis alius ponit Radicibus Aras,
Inſtituitque Dapes, & Ramos flebilis orat
Vt natos, charamque Domum, dilectaque iura,
Coniugijque fidem, famulos, cenſumque gubernent.
Lignee Ligna rogas, Surdis clamare videris,
A mutis reſponſa petis, qua iura Domorum
Hac ratione regunt, ſi caſa ſecuribus aptis
Ardua pendentis ſuſtentent culmina tecti,
Aut ſubiecta focis Dapibus famulentur edendis.

Quin & Gentiles omnes vlterius deridet, & ſenſu verè Catholico docet quiſnam debeat eſſe Arborum vſus, vt ſuperſtitioſus ipſarum euitetur abuſus. In Syluis etenim, antiquiſſima omnium repetendo tempora, nulla non exercebantur ſcelera, nullæ impietates excogitari poterant, quæ ibidem locum non haberent, vbi adaucta indies hominum malitiæ à Dæmonibus ſub ſpecie Religionis ẽ̃ctis illudebatur. Eiuſcemodi ſcatebat impietatibus Lucus ille, quem ad Orientem Vrbis Hieroſolymæ Moloch Idolo, ſiuè Baal ſacratum fuiſſe legimus ab Achab illecebris Iezabelis illaqueato, & Manaſſe Regibus Hebraici Populi à veri Dei cultu deſciſcentibus; ità de Manaſſe fit ſermo in ſacris. *Et erexit Aras Baal, & fecit Lucos ſicut fecit Achab Rex Iſrael.* Narrat enim Adricomius Ammonitas (qui propterea ſummo iure delinquentes interpretantur) eiuſdem Idoli cultores, vbi Thure litaſſent, illi conſueuiſſe ſub Arborum opacitate verſari. Sic Tyberius Imperator in ſyluis paſſim inuenit venereos iocos, & nefarias operationes exegit, interque huiuſmodi ſuperſtitionum ſedes, atque impietatum promptuaria ſyluas nempè celebrabantur Hercinia Germaniæ, Arduena Galliæ, Ciminia Hetruriæ, Dodona Chaoniæ oraculis decantatiſſimæ. Templa inſuper, & Lucos non, niſi armatæ adibant ſuperſtitioſæ illæ Gentes, vt Hiſtorici tradunt; *Necnon maiores veſtri Templa ingrediebantur niſi armati*, vt tutius poſſent omnem crudelitatem, atq; inhumanitatem in actum deducere; Legimus, .n. quod in Adona Britanniæ inſulâ Luci erant nefandiſſimi ſimul, & ſæuis ſuperſtitionibus ſacri, in quibus ſolebant Incolæ Aras captiuorum adolere cruore, & hominum fibris ſuos conſulere Deos. Arboribus quidem parcebant, non autem hominibus omnis obliti pietatis, & omni humanitate ſpoliati, capitalem ideò legem

4. Reg. 21. 3. Reg. 16. Adric. nu. 590. Suet. in Tyb. Plin. l. 15. c. 3. T. Liu. l. 9 ab V. C. Bocc. de Sylu. Caſar l. 3. Panegyriſt. Ald. Hiſt. admir. t. 5. p. 94. Dodon. Pempt. 6. l. 4. c. 2. Suidas Crom. l. 15.

A legem tulit Alexander Magnus Thebanos euersurus, ne Templum, aut Lucus ullus à suis violaretur. Præterea Lithuani olim Lucos quosdam ità sacratos habebant, vt eorum Arbores violare ferro nefas esset, quæ nec impunè tangi poterant, nam præstò erant Dæmones, qui aut occidebant ferientes, aut saltem eorum membra mutilabant. Multæ aliæ nationes eàdem superstitione affectæ fuere, vt aliqui Populi Indorum, & Phœnices, qui Arborum cæsionem, & quamcunq; aliam violationem pro capitali facinore habebant, & quas casu aliquo auulsas, aut intermortuas vidissent, luctu, & deploratione ex patrio sacrorum ritu prosequebantur. Nonnulli, vt Locrenses, publicum sacrum facturi, pro Boue, compositum ex minutis lignis Bouis simulacrum Dijs obtulerunt, vndè Adagium λόκριος βοῦς. Alij, vt Colchi, Arboribus suos mortuos suspendebant, quasi Dijs ipsis committerent. Alij, vt Scythæ, filijs iubebant, vt parentum cadauera super Arbores sub dio niuibus, glacieiquè expositos collocarent, sceleratos eos reputantes, qui corpora defunctorum humarent. Kirgessiorum in Tartaria sacrificuli, non nisi Arbore conscensâ pulucrem ex sanguine, lacte, fimo bouillo, & terrâ in populum spargebant, eiusce modi aspersiunculam pro Deo colendam adhortantes. Stultiori B verò superstitione delirabant Adamitæ, qui Arbores nudi conscendebant, & panem cœlestem tandiu expectabant, quousq; femineces in terram caderẽt. Sic Syluas Schlauones, & in illis Nymphas, aliosq; dæmones coluisse tradit Dubrauius, quin & illis inter sacrificandum solitis vaticinari Sueones in Vpsalia Templum erexisse speciosissimum quibus sub ingenti Arbore homines infandâ superstitione mactabant. *Arbor* (inquit Crãzius) *incognitæ iuxtà Templum stabat ingens, patulis diffusa ramis, æstate, & hyeme iuxtà virens, etiã in plaga frigidissima.* Sed vt expurgaret quodammodo hanc superstitionem doctissimus P. Caussinus Soc. Iesu, vtq; quod olim Sathanæ fuit, vero Deo dicaret, symbolicè figurari posse per eandem asseuerauit Beatissimam Virginem inter peccati hyemes intactam; quomodò enim labem contraxisset, quæ (vt ait D. Augustinus) *quantum creatura conditio patitur Luci inaccessibili videtur vnita?* Quin & eâ superstitione Arbores ergà fulguritas tenebantur, vt illas, tanquã diuinitus tactas religiosissimas haberẽt, credentes Deos sibi illas Arbores, locumq; earundem, tanquam vltores scelerum, sibi asciscere voluisse, precibusq; institutis solẽnibus quosdã mercede cõductos *Strifestarios* C nuncupatos, ad fulguritarum Arborũ sacrificia, strue, & ferro perficienda mittebant, & hi solemnibus hisce verbis vtebantur IVPITER. TED. HOCE. FERCTO. OBMOVENDO. BONAS. PRECES. PRECOR. VTI. SIES. VOLENS. PROPICIVS. MIHI. LIBERISQ; MEIS. DOMO. FAMILIÆQ; MEÆ. MACTE. HOCE. FERCTO. ESTO. Lignũ præterea Fulguritæ Arboris amplissimis virtutibus à Numinibus ipsis donatũ credebant, licet Arborẽ ipsam, ceu infœlicitatis speculũ quoddam, & scopũ habuerint, & inter alias virtutes superstitiosè confictas ligni has recensebant, vt qui vehemẽtissimo dentiũ dolore affligeretur, si manibus post terga reiectis è ligno fulgure icto demorderet aliquid ad dentem, illicò sanaretur. Nec fulguritis tantum Arboribus tantam superstitiosè credebãt inesse virtutẽ, sed tenebant quoq; cęcissimi illi viri ex simplici alicuius rami cuiusdam Arboris, quam Greci *Ostigiam* vocant, aquosa circà saxa penes ipsos Græcos solitariè nascentis in domum aliquam illatione, difficiles partus fieri, maximeq; mortis in discrimine propterea miseras sisti posse puerperas. Alij tentabant Arbores exorare vt viuerent, vel aliò transmigrarent, & à Tellure ipsâ impetrare contendebant, vt alienas vellet alere plantas, aduenasq; nutrire, nec à cælo inflexibili hanc gratiam expectandam D esse astruebant. Alij steriles minabantur Arbores, acutâ ad radices ponendo bipennem, quibus ob intercessionem amici alicuius parcentes, Arbores ipsas deinceps fructuosissimas reddere credebant. Omnia hæc tali pacto tribuebant Arboribus, quià eas diabolico astu prestigiosè loquentes audiebant, in quibus maligni spiritus sub diuersis Nympharũ latebãt nominibus, Lẽtodames v.g. Nebrophones, Therij, Britomastis Lycastes, Erynarces, Opis, &c. Hinc sub eiuscemodi cacodæmonis specie oraculũ hocce Corinthijs redditum est, vt eã quærerent Arborem, in quâ Baccharũ sacra explorans Pentheus ab eisdem dilaniatus fuit, & inuentæ diuinos conferrent honores. Et ideò ex oraculi monitu Arbore reperta, duo lignea signa in foro liberi Patris constituere tota deaurantes, præter facies, quas minio Ægyptiorum more (minio.n. Arbores non solum, sed oues inficiebant Ægyptij sub veris tempore dicentes tunc totum mundum conflagrasse, & propterea vim calamitatis iterum repellendæ in minio esse positam) obliniuere, Lysium vnũ, & Bacche-

Erasmus. Lucian. de Syriâ. Deâ. Ael.l.4.c.1. Alc. ab Alc. D.G.l.3.c.2. Gabr. Buse. Dubr.l.1. In Suec. præfat. Ol. magn. l.3.c.5. Causs. symb. polyhist. l.10.n.12. D. Aug. ad catHec. l.4. ex Suet. Catoc. 134 de re rust. Plin. l.13.c.21. id. l.16. c.32. Constan. Cas. lib.10. cap.83. Bocc at. Gen D.l.7.c.14. Pausani as in Corinth. Epiph. L.C. adu. hær. 18. & Nouar. T.2. Adag. 1261.

Baccheū alterū appellantes. Nec aliud erāt eiuſmodi ſigna, niſi ſtatuæ Numiuum, quorū præſeferebant figuram, ſummā culta ſuperſtitione. Sic Palladium ſigillum paruum ligneū erat, quod Troianum Regnū tueri credebatur. Nullū erat nemus, quod antiquiſsillis tēporibus numinis alicuius vniuerſali ſub iuriſdictione non eſſet, nullaq; Arbor ſpeciatī dabatur, quæ Deos partiales non obtineret, tanquam partialia quædam Templa. *Arbores fuere Numinum Templa*, (ſcripſit Plinius) *priſcoque ritu ſimplicia iura, etiam nunc Deo praecellentem Arborem dicant, nec magis auro fulgentia, atque ebore ſimulacra, quàm Lucos, & in ijs ſilentia ipſa adoramus. Arborum genera Numinibus ſuis dicata perpetuò ſeruantur, vt Ioui Æſculus, Apollini Laurus, Minerua Olea, Veneri Myrtus, Herculi Populus: quin & ſyluanos Faunoſque, & Deorum genera ſyluis, ac ſua numina, tanquam è cœlo attributa credimus.* Nulla quoque dabatur Arbor in particulari, quæ Deo alicui, aut bono, aut malo, albo ſcilicet, aut nigro non ſubijceretur. Apud Vuandalos, qui Deos quamplurimos in Lucis, ipſoſque Lucos pro Deis habebant, *Belluck* dicebatur Deus albus, & *Zertubuch* Deus niger, bonus ſcilicet, & malus Genius, omniaq; hæc numina ſic ab ſe ipſis conficta adeò magni faciebant, extimeſcebantq; miſeræ Gentilitatis Homines, vt tenebrarum pœnis digniſſimos ſe indicarent, quemadmodum Antiquiores Germanorum, qui ſuperſtitione miſerabili ducti Diuos ſuos ſacros, non niſi ligatis manibus, & pedibus adirent, id ſcribente Tacito; *Nemo, niſi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & poteſtatem Numinis præſeferens, ſi fortè prolapſus eſt attollere, aut inſurgere haud licitum. Per humum euoluuntur, eoq; amoris ſuperſtitio reſpicit, tanquam indè initia gentis, vbi Regnator omnium Deus cætera ſubiecta, atque parentia.* Hæc Germanorum natio conſecratos à Thuiſcone ſuorum Regum primō Lucos, & Nemora, in quibus res diuina fieret, habuit; credebatur cæleſte Numen prę magnitudine ſuā, nec parietibus cohiberi, nec aliquā terreſtri ſpecie repræſentari poſſe, quin & adhuc Germanis à Luco, quem *Bald*, dicunt (tradit Beyerlinck ex Auentino) denominata nonnulla manent *Balfart, Ballen. Ballengehen*, priſcæquè ſuperſtitionis ſunt reliquiæ, cum illud celebrem ob religionem conuentum, hæc ad ſacras ædes ſalutatum ſuperos proficiſci ſignificent. Nec aptiorem poterant Gentiles ſuis Dijs colendis locum ſtatuere, quàm ſyluas, cum ipſis longè feris deteriores, nil minus, quàm feræ multiplices eſſent, quandoquidem Ethnicus Varro Ethnicorum Numinum conquiſitor ſuprà triginta millia commentitiorum eiuſmodi Deorum ſe reperiſſe teſtatus eſt. Rituum propterea, ſacrificiorumque excreuit numerus, quorum *666.* genera Ægyptijs in vſu fuerunt; qui omnes ritus non niſi damnabiles à prudentioribus Ethnicorum quoq; habiti ſunt, *Barbari, ſaui, ferales*, & *inhumani* iudicati --*Barbara ritu*

Sacra Deum ſtructa ſacris feralibus Aræ,
Omnis & humanis luſtrata cruoribus Arbos.

Sed ſi omnes Antiquorum erga ſuos Deos ſuperſtitiones recenſere vellemus, deficeret prius dies, quàm ad illarum minimam partem eſſet deuentum. Id ſufficiat, quod ſicuti diuerſis Populis, diuerſa Numina, & hæc vt plurimum in ſyluis colebantur,

Pallada Cecropida, Minoia Creta Dianam,
Vulcanum Tellus Hypſipylea colit.
Iunonem Sparta, Pelopeiadeſquè Myœna,
Pinigerum Fauni Manalis ora caput.

Solas celebriores ſyluas exaratas tot variarum ſuperſtitiouum in teſtes protuliſſe; quæ quia mutæ ſunt, cauſam noſtri ſermonis aliò conuertemus prodigijs, & oſtentis, oſtendentes quæ in humanis actionibus fugienda, aut appetenda ſint. Sed prius in ſuperſtitionum corollarium addemus miracula magica circà Arbores nonnunquam operata. Nec enim ſuperſtitionibus aliquid aptius ſubſequi poterat, quàm ipſa præſtigia ſuperſtitiones omnes in ſe continentia. Sic in Philoſtrato legimus Apollonium Tyaneum vidiſſe Gymnoſophiſtas in Æthiopiā, qui Arbores, vt ad humum ſe inclinarent, & humanas efformarent voces, efficiebant. Quod certè non niſi cacodæmonum operā factū cenſendum eſt. Refert & Cuſpinianus Guilielmū Hollandiæ Comitem, vbi contrà Fridericum II. & Conradum eius filium Aquiſgrani Rex Romanus coronatus eſſet, Coloniam redijſſe, lautiſſimumq; Principibus inſtituiſſe conuiuium, in quo, vt fertur, mirabili operā pſeudo Philoſophi cuiuſdam Arbores mediā hyeme effloruerunt, & herbæ germinarūt. Quod & Scriptores eiuſdem ætatis tradunt, & multi ſe vidiſſe teſtati ſunt.

PRO-

Margin notes: *Epiph. L.C. adu. her. 18. & Nou. T. 2. Adag. 1261. Lucian. in Dial. mortuorum de ſacrif. c. 5. Pl. l. 12. c. 5. Cranz. l. 3. Vandaliæ c. 37. Sched. de Dijs Germanis. Muſc. l. 3. comm. Lib. de morib. German. Th. V. H. ſuperſtit. p. 450 & 439. l. 1. Annal. D. Aug. l. 6. de ciuit. D. cap. 9. Lucanus L. 1. Phar. Ouid. l. 3. Faſtorum. Fulgoſ. l. 8. cap. 21.*

Præſtigia. Arbores loquentes, & mediā hyeme florentes magicè.

E F G H

A

PRODIGIA, ET OSTENTA.

Nostra hæc de Arboribus Vniuersalis tractatio, dum prodigialiter hic procedere intendit *Delphinum syluis*, ceu blandum tranquillitatis auctorem *appingit*. Porrò dicent, significabuntq; futura, & ostentabunt ea, quæ præter naturam accident in Arboribus producta. Muto sic Arbores loquuntur sermone; Visibiles huiusmodi voces prosequi, & ab alijs obseruatas repetere non indecorum, nec inutile fortassis erit. De varijs Arborum ostentis Aristandri apud Græcos volumen olim extans memorat Plinius, vt & Commentarios super eâdem re C. Epidij Latinos, dicens, *qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet. Apud nos verè C. Epidij Commentarij, in quibus Arbores locutæ quoq; reperiuntur*; statimq; subiungit: *subsedit in Cumano Arbor graui ostento, paulò antè Pompeij Magni bella ciuilia, paucis ramis eminentibus. Inuentum Sibyllinis libris internecionem Hominum fore, tantoq; eam maiorem,* B *quantò propius ab Vrbe posteà facta esset*. Quod sine folijs fructificauerint quandoq; Arbores, vt Vuæ, Oleæq; ex Plinio dici potest eas significare valuisse accidentalem solum Annonæ infelicitatem, indicasseq; fructus solam deteriorem mutationem substantialiter esse malam; quemadmodum etiamsi planta Arborea in infeliciorem speciem conuersa fuerit, vt cum loco Palmæ v. g. Ficus suborta est, quæ Pisonis grauis Autoris testimonio, ex Plinio, Pudicitiæ subuersionem M. Messalæ, & C. Capij Censorum lustro, præcessit. Hinc Arbores illæ, quæ in Agro nostro Bononiensi Seruio Flacco, & Q. Calphurnio Consulibus anno V. C. 621. Mundi verò sec. Sculterum 3825. Christiq; antè aduentum 135. proprios super truncos, & Ramos fruges cælesti benignissimo influxu natas aluere, Ciuitati eidem à 54. annis Nobilissimæ Coloniæ Romanæ prærogatiuà illustri Gloriosum illud epitheton Pinguis acquisiuere. Quid simile quoq; cum acciderit Vrbi propius Publio Aelio, & Cn: Cornelio Consulibus, *in Arboribus enim tunc nata produntur frumenta*, ex eo superandum fore Annibalem, felicissima præsagia elici potuerunt. Contrarium verò euenire facile posse venit affirmandum Arboribus subitò, & C sinè manifesta causa arescentibus, aut mutationem omninò præternaturalem à longa, & totali arescentia ad subitaneam reuirescentiam, & florificationem subeuntibus; quæ feralia ligna igni deuota censuere nonnulli, quemadmodum fuere Arbores illæ Anglicanæ paulo antè mortem Aurelij Ambrosij Britannorum Regis Londini pulcherrimo, & viuidissimo virore de repentè spoliatæ, siccæq; prorsus redditæ: vigente tali pacto inter vegetantes mortalitate infausta timeri, & inter sentientes possunt; deuicta verum ex opposito procidentia quacunq; lethali omnis exurgit, atq; triumphat felicitas; id connotarunt semper Arbores collapsæ, quæ se ipsas in pristinum nullo adiuuante locum restituere. Tempora ciuiliter euersa pristinam hoc pacto repetiere fortunam anno V. C. 102: tempore Caij Marij, & Caij Flauij Consulum; validissimo namquè concurrente superum causarum Virtute naturalium, effectus omnes roborantur non modò sed meliorantur in congeneis omnibus rebus affinitate quadam iunctis, quãdo consensus vnus, conspiratioq; vna vniuersum terrarum orbem conseruat. Refert Sabellicus Arborem quandam fuisse pedum quadragenum altitudine, crassitudine bisseptenum in Thuringis Galliæ sua spontè in diuersum transijsse; nec multum ab indè Saraceni vastarunt Italiam; D Anereticis itaq, Dominantibus causis ferales, & succisorij nonnisi expectantur effectus, necnon magni momenti alterationes; sed quis non expauesceret in illius Prodigij, seù Ostenti recordatione, quod in Herefordensi Angliæ Prouinciâ, in Oppido Kenneistono accidisse traditur à Viglio Zuichemio, scilicet in Monte Mercleo oppido prædicto conterminο, vbi terra discessit, montemq; cum subiectâ caute, (ingenti strepitu prius, & stridore præmisso, vt longè exaudiretur) ac si ex diuturno somno consurrexisset, & iam migrare contenderet, spontè sua se extulit, in superioremq; locum relicto cubili profundo contendisse; Quò cum venisset, & constitisset triduum integrum, Mons prædictus iter denuò fecit, ità vt septimam antè Matutinam 40. passibus à primo loco abfuisse compertus fuerit. Abstulit præterea secum Arbores, casas, ouiumq; & pecudum adhuc pascentia Armenta simul, atque Pastores. Arborumq; ipsarum aliæ, aut in itinere sitæ Monti prædicto accedenti adiunctæ ità coaluerunt, vt nil melius, si inibi prius radices egis-

Horat. in Arte Poet.

Plin. l. 18. H. nat. c. 2.

D. August. tract. 16. in Io.

Plin. l. 17. cap. 25.

Iul. Obsequens de Prodigijs n. 85.

Bonon. pinguis.

Martinus Vuinrichius de monstris cap. 15. p. 157. & cap. 18. p. 178.

Symphor. Hort. l. 2. c. 21. ex Turnebo.

Iul. Obsequ. de Prodig. nu. 103.

Sabell. l. 9. Enn. 8.

in Epist. ad Guilielmũ Keonum.

egissent, aliæ vero infeliciores terræ dehiscentis hiatibus obrutæ iacuere. De Statuarum lignearum sudoribus prodigiosis, & omninò præternaturalibus esset aliquid dicendum, loquendo de sudoribus ab intrinseco prouenientibus, minimè autem ab austrino aere humidiore, & densiore illuc appulso, & in guttas concreto, vt sæpè accidit in guttis è superficiè marmorum procidentibus, ibiq; naturaliter concretis; sed illos consultò breuitatis causâ omitimus. Addemus vnũ illud, quod præter naturã euenisse non est negandum, circâ ligneam statuam in Herculis Templo tempore consulatus L. Cornelij Lentuli, & P. Vilj Trappuli, cui capilli inopinanter nati fuere: cuius causam non erit possibile assequi à natura non adeò remotam, quæ non minetur omen longè malum. Eiusdẽ potuerunt esse significationis Vuæ quædam barbatæ, quæ in Germania propè Landauium oppidum obseruatæ fuere anno Domini 1541. de quibus in Volumine monstrorum Aldrou. actum est; quemadmodum etiam serpentigena lignea Columna, quæ tempore Tarquinij superbi Romanorum postremi Regis ipsi Regi, pluribusq; alijs exitium denunciauit illos persequendo, & percutiendo. Multa insuper Prodigia, & ostenta haberi possunt inter Tesqua, quæ sunt loca secundum Festum edita, aspera, & inculta de quibus Lyricus, *namque deserta, & inhospita Tesqua*. Horrores Syluarum horrendas quandoq; voces protulere, inter quas Syluas Arsia antiquissima Hetruscorum perhibetur, quæ anno Vrbis 245. in Romanorum cum Vejentibus pugna percelebri, dum intempestæ noctis tenebræ densiores erant, has ambiguas articulauit voces, *in Exercitu Romanorum contrà Vejentes Hetruscorum peryisse plus vno, & vicisse in bello Romanum*. Aliæ aliquando Syluæ se ostenderunt infensas auibus ipsis, à quibus hæ omninò exulare, & proprios deserere nidos coactæ fuerunt, vt Lucus Anagninus Dianæ sacer vetustos apud illos ethnicos Romanos anno Vrbis 208. sub consulatu secundo Marci Valerij Leuini, & quarto Marci Claudij Marcelli: quod à malignis processisse spiritibus in falso illo Pseudonuminum cultu infælices horum cultores damnificantibus credendum est, & præcipuè quia, vt Plutarchus refert, in Pellene Achaiæ Castello à sinus Corintiaci Littore LX. stadijs, ex testimonio Strabonis, distante, quoties ex Dianæ Sacello eius simulacrum à Sacerdotibus mouebatur, tam prodigiosam, aut satius loquendo, tam noxiam, & diabolicam illud vim habebat, vt propinquæ Arbores infæcundæ redderentur, hominibusq; intensus incuteretur terror, & oculorum acies ad proximam occæcationem obtunderetur. Arboreas demum in nubibus conspectas quandoq; fuisse prodigiosas figuras Meteorosophis haud est in ambiguo. Quod pro portento habitum est in Saxonia antè mortem Ioannis Ducis, & Electoris; ipsam enim hæ præcessere sublimes in Aere picturæ. *Arbor*, (vt scribit Ionstonus) *primò erat mareida, & euersa; expeditus hinc eques, truncatam ramis gestans Arborem; tum magna, & atra Crux in densa nube tandem ex eâ fulmen visum est exeunti horribile, ingenti cum sonitu*. Sed Prodigia, & ostenta Horribilia linquentes Monstrositatibus, & deindè Fabulis suauioribus in explicandis calamum exercebimus; dũ curiosas herclè, atq; cum volupate suspiciendas monstrositates iam ostendunt ordinatè nobis Radices Arborum, Ligna, Rami, Folia, Flores, & Fructus, quarum aliquas mox proferre liceat

Iul. Obsequ. prod. 47. — *Iul. Obs. prod. 7.* — *Horat l. 1. ep. 14.* — *Iul. Obs. prod. 8.* — *Idem Obs. prod.* — *In Arati vita.* — *l. 8. Geogr.* — *Admir. Meteor. cap. 11.*

E F G

MONSTROSITATES.

PRoprium Radicum est serpere, non autem extrà tellurem repere, neque volare; verum in harum monstrositate Arborea Radix videtur aucupari volatus quandam speciem, dum Buboniformis potuit apparere, cum capite, oculis, rostro, collo, & alis, licet implumibus, vt in hac Tabellâ, quæ pro exemplo habet Iuniperinarum Radicum quandam conglobationem, seù circumuolutionem, quæ pulli iam conformati in Ouo, & mox excludendi refert imaginem; cui Distichon hoc succinimus;

Radices Monstrosa.

H

Plantarum Vitam natura orditur ab Ouo,
Quod solidè Bubo ligneus iste probat.

Radicem huiusce præcisè magnitudinis in suo asseruat musæo D. Iac. Zanonus Botanicus Bonon. perinsignis: ad cuius normam pictor subsequentẽ delineauit, & sculpsit. Venæ succedent monstrosæ, neruiq; in quibus sæpè sæpius admirabiles figuræ variarum rerum, & species, quæ fabrili manu effigiatæ videntur, apparent. Vnam Fraxineam Crucem

Bubo Rhizomenos.



cem pro venoſorum, ſeù neruoſorum monſtrorum imaginibus exhibebimus. Hæc in igno Fraxineo à tempeſtate fracto in Anglia anno Domini 1559. menſe Martio perhibetur inuenta, cuius mentionem habet Alanus Copus, multaſq; denotauit iuſtorum tribulationes, à quibus tandem Dei miſericordia liberarentur, vt innuit Io. Fenus his de illâ Carminibus.


Dialogo 4. contrà Hæreticos fol. 507.

Hanc Crucis effigiem, pie Lector, Fraxinus ipſo,
Quem legis hîc, anno, menſe, Dieque dedit.
Arbor apud VVallos Stradlingi creuit in aruis:
Hic Torquatus eques, ſi modo quæris, erat.
Tempeſtas oritur, foreis confringitur Arbor:
Exhibet hanc mollis deinde Medulla Crucem.
Formam Charta docet, Nux Auellana colorem,
Menſurâ, expreſſit quam tibi pictor, erat.
Fraxinus hæreticos duros, hominesque rebelles,
Mites corde viros tecta medulla notat.
Fraxinei Chriſti obſcurant inſignia trunci,
Obſcuraca tegunt ſigna, viroſque premunt.
Sed Libani Cedros tandem, hæreticoſque rebelles
Confringet ſummi ferrea Virga Dei.
Tunc cultuſque Dei, Pietaſque, Fideſque vigebunt,
Exeret & celſum Crux tua, Chriſte, caput.

D

No-

Crux Xyloneuris



Nobis pariter huic feliciſſimæ monſtroſitati Diſtichon ſequens apponere placuit,

Te iuſſam portare Crucem quid Homuncio tædet?
Quando vel ipſa vides Robora ferre Crucem.

Sed Nodi Arborei nullis alijs cedunt Arboreis partibus in monſtrandis omnium, & quarumcunq; rerum ſimulacris, idq; fatebitur admirabundus quicunque ſequentem Vetulæ effigiem in oleagineo nodo à natura delineatã ſpectabit hoc Diſticho animatã.

Vetulæ effigies Xylosyndeſmis.

Quem cernis vultum, longæua eſt Nodus Oliua;
Pallada pictricem ſic manifeſtat opus.

Ex

A




Ex multis huiusce naturalis picturæ taleolis mihi concessis à D. Iac. Zanono duas in meo Musæo pulcherrimas, carissimasq; asseruo, quarum alias alibi videre licet, vt in Cospiano Musæo publici quoque iuris hic Bononiæ facto.

Suas habent & Folia monstrositates; nam alia videre est tuberculata, alia clauata, alia sciunta, alia vnita, & ceù calyculata, vt Vlmea sequentia, quibus Distichon hocce adaptauimus.

Folia Caliculata.


Det vitam Viti magis Vlmus, vt alma marita
Vascula in hac rores colligit Ambrosios.



Flere insuper haud vetant flores, qui tetras, & formidolosas præbent videndas imagines quemadmodum caninus est Rictus Granati Pomi à nobis elapso anno 1665. obseruatus, & ita receptus hoc Dimetro.

Flos Cynocephalos.

Ne temere hac carpas, ne sis noua fabula Mundo.
Latrat ab Elysijs horridus iste Canis.



Limon tandem Ἀετοπρόσωπος Aquilæ caput referens notas optimæ significationis

Limon Aquiliniformis.



pro-

propter Aquilæ maiestatem, Regiasque prærogatiuas, necnon Viuacitatem innuit, quarè Distichon hocce illi inseruimus. E

Nunc Aquila hic Limon, renouatrix mira iuuenta
Fit tibi, quo sumpto sæcla Aquilina trahas.

Cœterum alia non sanè pauca inter Fructus monstrosa nobis essent in promptu afferenda, sed quia de his agetur in suis particularium Arborum capitibus, ideò sat erit hæc pauca protulisse. Non subticebo tamen quod nō vulgari est dignum animaduersione, Naturam scilicet varijs nos alloqui solere modis, atq; admonere, & per has præcipuè Plantarum signaturas, quas vel singulis renouat annis, ordinariè procedendo sub missa veluti voce; aut extraordinarie vociferando quodāmodò per ipsas monstrositates, etsic à malo retrahere, atq; ad bonū nos incitare conari; quas omnes mutas voces Natura sagax nostram ad vtilitatem recondit, expressasq; sæpè nostris visendas, atque legendas oculis præbet. Harum plures species realium literarum latentes de potentia ad actum artificiosè educere conati sunt ingeniosissimi Neoterici, vt videre est apud doctissimum Gassendum, qui citat Dauissonum quendam Sarmatam, qui in lixiuio ex cineribus cantididissimis vrticarum facto, & congelato innumeras species, & ceù tot Vrticarum Idola obseruauit, vt & etiam in Resina abietina intrà Retortam pro destillatione apparata, & composita multas apparere Abietum Arbusculas cum suis Radicibus, Truncis, Ramis, Folijs, & Fructibus nos certiores Chymiatricè reddidit, subiungitq; Doctrinam hanc clarissimus Gassendus; quod ea Albuminis pars in Ouo Gallinaceo, quam *Chalasam* vocant, & veluti quoddam tuberculum apparet, est Pulli sentientis Germen, ex quo Pullus conformatur, cui propterea pars lutea cohæret, tanquā adiunctum Alimentum cōnaturale, quo vsq; Pullus ab Ouo exclusus extrinsecam capiat escam; ità est in Nucleo semineo Arborei Oui, in quo, præter manifestam particulam, in qua vis adest germinandi, & ex qua prima stamina fiunt, adest copiosa quædam substantia, quæ absumitur in Alimentum primum; illa autem particula germinatiua ea est quam instinctu Naturæ cognoscunt formicæ, quamq; præcisè erodunt, nè Granum quod diutius sibi seruare intendunt germinet, & nascatur. Et propterea Empedocles non ineptè dixit Oua parere; Ex quo Clarissimus Iosephus de Aromatarijs Afsisias, Medicusque Venetus mihi dum viueret amicissimus has formauit propositiones. j. Plantas prolificum generare semen, illudq; excernere in uocatis seminibus, velut in paruis Vteris. jj. Materiam illam spiritu innato, & affluente mediante, in veram Plantam Organizatam, conformatam, viuificatam mutari. jjj. Plantulam varijs modis in Lucem exire ruptis putaminum retinaculis, vt pulli viuentes, & sentientes faciunt. jjjj. Eandem Plantam natam extrà terram diù viuere non posse absque eo quod à terra foueatur, alaturque. jjjjj. Ortam Plantam Terræq; mandatam non amplius recipere à vocato semine per adnatas vias, ceù per vmbilicales venas Alimentum, sed à terra exuctum per ora radicum sibi prolicere; quē modum plantarum Generationis visus est innuisse Lucretius dum cecinit.

Physic. sect. 3. membro 1. libro 4. capite 4.

F

Teophrast. de causis pl. Arist. l. 1. c. 7. de pl. c. 2. In Epist. de generat. plantarum.

G

Arboribus quoniam Bacca, Glandesque caduca
Tempestiua dabant Pullorum examina subter, &c.

Lib. 6. de nat. rerum.

In his dubio procul Arboreis Ouis cum plurimum de seminali reperiatur Virtute, quæ consistit in facultate admodum vegeta, materiaq; elaborata, quæ secundum Stoicos constituit, & confirmat Animal; nil mirum si granum licet exiguum mole in tantam excrescat magnitudinem, atq; in tam longam perduret ætatem; ad quod sequenti nos allusimus Disticho.

Galenus C. de semine

H

Maxima formatrix exili considet Aluo,
Vndè Æuum ex Ouo prosiluisse vides.

In his sementigenis fructibus Arboreis quam plurimæ possunt erui, & depræhendi signaturæ, tot veluti characteres, ex quibus variæ rerū proprietates, accidentiaq; diuersa præposci possunt iuxtà Doctrinam traditam à doctissimis viris Osuualdo Crollio, & Ioanne Baptista Porta, ex quibus vel Cardiaca, Alexipharmaca, Capitalis prospera, vel improspera in illis residens virtus dijudicatur, & propterea passiones, & actiones, inter Physica subiecta sublimes, debilesuè, humanæ item, vel ferinæ, demissæ, vel sublimes ad apparentias monstrositatum variarum solent, & realiter subsequi, sicq; tam nobilis, & erudita coniectura rarissimè fallit; & cur dici non posset, apparente monstrositate Nucum efformatarū à natura extraordinariè operante in ligno nuceo cariosè concamerato

Lib. de signaturis internis rerum. Phytognom.

Nucum

A nucum prouentum in viuentibus Arboribus vberrimum subsecuturum? cum agens impatiens benè dispositum agere præsupponatur. Et cur lignum medicè consideratum simulacra ostendens animalium non posset haberi tanquam animaleitatis defensiuum, vel etiam destructiuum? Imo cur Viscerum sentientium Animalium solidè concreta effigies, quam in hoc Querneo iuuenculo Ramo vulnerato à nobis obseruato cernere datur, succi Arborei vim viscerum instauratiuam coniectamur? quoniam substātiæ ligneæ fluor concretus cum vegetantis Animæ formatrici Virtuti associetur, nullibique otiari credatur, analogam sibi virtutem vbicunque ponatur adiuuabit. Ipsi ergo sic metricè allusimus.


Vberior Lignum fœtura euiscerat; istud,
Cum fructus nequeat, Viscera nuda parit.



Quod autem in Ligno veteri, cariofo, & foraminulento, Nucei Fructus ficei species præclarissimo fuerint Aldrouando obseruata, monstrosum certè fuit, & haud vulgari cōsideratione dignum; circa quem effectum plura sese offerrent dicenda, quæ, quià principia requirerent Philosophiea Peripateticis nō ita conformia, acutiorum ingeniorum exercitationibus relinquimus omnia; & eo magis, quia nullam nostri Auctoris sententiam circa huiusmodi tabellæ delineatam formam inuenire potuimus.

H In-


Lignum Nuceum carioſum cum ſculptis Caryotidibus abſque puluinato cortice, E



Inter Plantarum Monſtroſa in Volumine de Monſtris Aldrouandi noſtri Præclariſſimus Ambroſinus pag. 630. poſuit Simulacrum Hominis in Radice cuiuſdam plantæ pronè, & ſupinè delineatum:aliudque in Paralipomenis Monſtrorum pag. 157. ponitq; item Simulacrum Serpētiforme in Radice à natura cælatum, cuiuſmodi certè nos plura obſeruauimus. Et cum in eodem Volumine pag. 674. afferatur præſens Icon Trunci H ArborisIndici cum duabus figuris, circà eas nobis occurrit dicendum, quod natura voluerit in huiuſce bicorporeâ quodammodo Arboris medullà duo Animalia delineando, alterum terreſtre, Canis, in anteriori ſaltem parte ad inſtar, & alterum aereum, & aquatile ſimul, nimirum Ardeæ ſimile, ſe declarare in mixtis adeſſe pluſquam virtualiter Elementa, & in illa ſpecie Arboris medicarum virtutum diuite recognoſcendas eſſe prærogatiuas valde inſignes, atquè multiplices.

Lignum Bicorporeum cum medullaribus Animantum Simulacris.

Sed



Sed vlteriores circa rem hanc naturalium rerum ſpeculationes curioſioribus inge-
C nijs, & eleuatioribus relinquamus; ad Fabulas ſuauiores, nec omninò inutiles ca-
lamum conuertamus.

FABVLOSA.

Ridiculum certè eſt dicere Arbores terrâ antiquiores eſſe, quaſi quòd hæ ſine tellure conſiſtere poſſint, hinc appoſitiſſimè cecinit Ouidius

Exit in immenſum facunda licentia vatum,
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.

Philoſtratus in Vita Apollonij l.6.c.16. *Ouid. l.3. Amorum.* *Paul. Gyrald.f.156.* *Lib.4.Thebaid.*

Cuius fabulæ inuentio Sardis attributa fuit ex Apollonij Thianei teſtimonio. Anile item commentum eſt aliorum dicentium ex Arboribus natos Arcades filios Iouis, & Caſtoris, atque ante Solem, & Lunam procreatos, vndè Statius

Arcades huic veteres aſtris, Lunâque priores
D *Agmina fida datis: nemorum vos ſtirpe rigenti*
Fama ſatos, cum prima pedum veſtigia tellus
Admirata tulit, &c.

Immò, & vniuerſum Genus Humanum tali pacto natum ex Arboribus, quemadmodum ipſe Statius proſequitur —*Nondum Arua, Domuſq; nec Vrbes*
Connubijſque modus; Quercus, Lauriq; ferebant
Cruda puerperia: ac populos vmbroſa creauit
Fraxinus; & fœta viridis puer excidit orno.

Idemque prorſus repetit Flaccus. *L.10.Argon.*

Olim Abies, Alni, Quercus, Fagiq; ferebant
Cruda puerperia, ac populos vmbroſa creauit
Populus, & fœta viridis puer excidit orno.

 Inter

Inter Poetarum figmenta ſæpiſſimè reperiuntur hominum transformationes in Arbores ſecundum ipſos veras, & reales, non autem ſimpliciter imaginarias, & per quandam operationum ſimilitudinem, atque attributionem, prout eſſet dicere Alexandrum Magnum fuiſſe Leonem, ob liberalitatem Leoninam, facieméque lineamenta Leonini vultus præſeferentem; atque ſagaciſſimum in ſpeculando Platonem, caniſque Phyſiognomiam oſtendentem in canem veluti conuerſum. Legitur in Antonini Liberalis congerie transformationum verè fictarum Therambum quendam ad radices Othrys Montis Armenta paſcentem, ob conuicia in Arborum Nymphas ab ipſo effuſa in Cerambem volatilem, Cantharum ſcilicet ligna erodentem, fuiſſe conuerſum. Pueri Meſſapiorum, eodem Auctore ſcribente, cum Nymphis contendentes de ſaltandi præſtantia temeritatis pœnas luerunt, & immobiles Arbores facti ſũt: Sic nugatur ille. *Erat puerorum ſaltandi modus ruſticus, vtpotè Paſtorum, at Nymphis omnia ad elegantiam ſubinde accreuerunt, victiſq́ pueris ità eos compellauerunt. Prouocaſtis pueri Nymphas Epimelides; ergo vecordes victi dabitis pœnas; pueriq́ eo, quo conſtiterant loco, ad Nympharum fanum in Arbores ſunt mutati.* Non fabuloſum tantum, ſed omninò temerarium videtur Arboreum illud hominum Genus lunare ſomniatum à Luciano in hunc modum: *Quæ intereà in Luna verſatus viderim, quæuè noua, & inaudita cognouerim, dicam. Genus hominum apud illos eſt, qui dicuntur Arborei, idq́ hoc modo naſcitur. Teſticulum hominis præcidentes in terram plantantium modo defodiunt. Indè autem exoritur Arbor carnea maxima, vt Phallus, ramos quidem habet, & frondes, fructus verò cubitalis Glandis. Vbi autem ea matura fuerint, decerptas cudunt, atque in homines effingunt. Pudenda autem habent appoſititia, quidam eburnea, pauperes autem lignea, quibus coeant, & vxoribus miſceantur, &c.* Æquè infanda eſt illa Paracelſi Chimæra de Homunculi in Phiala vitrea generatione, & partu; aſſerit enim ventoſus ille machinamentarius ex ſemine humano in Ampulla vitrea contecto, & equino ſub fimo aliquandiu ſtabulato homunculum prodire. Eò deuenere Antiquorum ludibundæ imaginationes, vt crederent Mortuorum Animas ab Arboribus pendere iugi tranſmigrabilitate ſuſpenſas. Quam Pythagoricam præcipuè opinionem ſic expreſſit Laertius. *Homeri autem Animam ex Arbore pendentem, ſerpenteſq́ illam circumdantes, ferunt.* Sic & Euphorbius dixit ſe aliquando Ethalidem fuiſſe, atque à Mercurio pro munere accepiſſe, vt Anima illius perpetuò errore vagaretur, & in quas vellet Arbores, vel animantes commigraret. Nympharum agreſtium, & Arborearum vulgatiſſimæ ſunt fabulæ penes Ethnicitatem, quæ Dæmones, Generis Humani licèt hoſtes infeſtiſſimos, varijs modis, atque nominibus ſub diuerſis venerabatur. Inter ficta illa Numina Napaeæ, & Dryades, atque Hamadryades Syluarum, ſiuè Arborum Deæ numerabantur

---- Faciles venerare Napæas,

Cecinit Maro; eædemq́, relatæ ad Montes Oreades dicebantur; quæ circà Flumina Naiades, Pratorum Nymnides; quam ad rem Chanon Lampſacenus ſequentem contexuit fabellam. Rhœcum quendam fuiſſe ait, qui cum cognouiſſet Arborem quandam non longè ab eo, vt procideret, & aduerſo caſu proſterneretur, eſſe conſtitutam, miſit filios ſuos, qui eam ſuſtentaculis fulcirent. Quamobrem Nympha eiuſdem Arboris coram ſe offerens Rhœco, pollicitaq; ſe gratiam facti illius relaturam, iuſſit vt, quod vellet ab ſe, poſtularet. Tunc ille, vt cum ea carnaliter iungi liceret. Quod illa annuit, ità tamen, vt ab alterius mulieris conſuetudine caueret; fore autem internunciam vtriuſq; Meliſſam. Sed cum ille aliquando intenſius operam daret ludo, adſtitiſſe Meliſſam, quã cum ibi paulò acerbius ipſe increpaſſet, irata illa, factum eſt, vt oculis captus redderetur. Eſt Fabula ſecunda ex Libris Metamorphoſeon Sulmonenſis Poetæ eruta de Thracijs Matronis, quæ ob Orphei earum ſacrificuli necem à Libero Patre vltore in varias Arbores mutatæ fuere his contenta carminibus.

Non impunè tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus,
Amiſſoque dolens ſacrorum vate ſuorum
Protinus in Syluis matres Ædonidas omnes,
Quæ videre nefas torta radice ligauit.

Similis exitus Fabellam confingit Io. Baptiſta Pigna elegenter commentus Satyros, poſtquam Arcadiæ Nymphas flectere nequiuerunt, ſe Latium petituros ſimulaſſe; Nymphas intereà imprudenter fontem ingreſſas, mox fugatas, in diuerſas abijſſe formas, & præcipuè Arboreas; quod his expreſſit carminibus.

Dum

Io. Bapt. Porta Phyſiogn. lib. 2. c. 1.

Ant. Liber. Metam. nu. 22.

Num. 31.

Lib. verarũ Hiſtoriarũ ſic in ſcripto ab eo

Ex Georg. Bert. Camp.

Laert. in Phytag.

4. Georg.

Boccat. de Geneal. Deorum l. 7 c. 14.

Ouid. l. 11. Metam. fab. 2.

E F G H

A

Dum nonnulla etiam validâ radice tenentur,
Effundunt vitam, & gemitum; & dum brachia tollunt,
In ramos conuersa virent, frondesque capilli,
Et folia euadunt, durescit cortice corpus.

Satyra 8.

Arboris cuiusdam Fabulosæ mentionē fecit & D. Gregorius Nazianzenus, cum allegoria tamen haud inutili, tali pacto. *Arbor quadam est Fabulosa, qua excisa magis germinat, & contrà ferrum decertat, &, si quid mirabilius in re mirabiliori dicere oportet morte viuit, & abscissa pullulat, necnon consumpta augetur: hac referunt Fabula, & Arbusti illius Natura talis est. Mihi autem manifestè videtur tale quid Philosophum esse, qui per afflictiones clarescit, & ex grauibus materiam facit Virtutis.*

In Oratione postquā reuerteretur ex agr.

Cornu Acheloi in Taurum mutati, & ab Hercule Victore subtractum Fabulæ Cornucopiæ ansam dedit, quam sic explicat Musa Nasonis.

Ouid. l. 9. metam. fab. 1.

Nec satis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncâque à fronte reuellit.
Naiades hoc Pomis, & odoro flore repletum

B

Sacrarunt, diuesque meo bona copia cornu est.
Dixerat, & Nympha ritu succincta Diana
Vna ministrarum, fusis vtrinque capillis
Incessit, totumque tulit prædiuite cornu — Autumnum, &c.

Quin & eadem Musa non intactum reliquit Proteo Fabuloso maris Deo familiarem fuisse transmutationem in quamlibet voluisset Arborem: sic enim de ipso Ouidius;

Sape lapis poteras, Arbor quoque sape videri.

l. 8. met. fab. 10.

Et nostri temporis Vates eximius, nec ipso Ouidio, Iudicio meo, minus suauis, Ioseph Baptista de Proteo quoq; cecinit

Planta comam renouans obducit cortice numen.

Epig. 12. centur. 1.

Fabula Periclymeni Herbæ nemorensis, Arboresq; arctissimè circumplicantis eiusdē Herbæ naturam in mentem reuocat hîc innuendam. Hæc eadem Herba fruticea à Bononiensibus Matrisylua, & vulgò *Ligabosco* appellatur, variasq; formas in modo scandendi super Arbores induens, necnon etiam subiectas Arbores ipsas variè figuratas reddens, figuram sequentem coclydeæ columnæ in Oxyacanthæ Arboris tenello ramo à me obseruato effigiauit, cui propterea sequenti Disticho allusi.

C

Mater habet nati circundare brachia collo,
Iste Columnatam conglobat effigiem.

Hanc tamen Fabulam amœnissima simul, & doctissima Balthassaris Bonifacij Archidiaconi Taruisini Musa de literis omnibus melioribus optimè merita, & cui egò plurimum me fateor obstrictum, sic egregiè descripsit.

Musarum lib. 6. n. 9.

Arua Periclymenus patriâ pietate regebat
Arida saxosa, sed benè culta, Pyli,
Iam senior, Fratrisque Dies visurus, & ipse,
Cui tria lanifica pensa dedêre Dea.
Clauiger Alcides Pylium nisi littus adisset,
Ac pede Nestoream non tetigisset humum.
Fraternos tamen aquauit virtutibus annos
Vir superans omnes integritate viros.

D

Quotque animo dotes habuit, tot corpore formas
Huic Neptunus auus sumere posse dedit.
Contigit hoc alijs: Proteum, Vertumnum, Acheloumq;
Munus id à superis obtinuisse ferunt, &c.
Hunc Dryades fleuere virum, fleuere Napaa,
Plorarunt fontes, indoluitque nemus.
Cumque Maris Nymphis luxit Moderator aquarum,
Nam tetigere pium fata Nepotis auum.
Vtque sit in longum memoranda minoribus auum
Tam superis chari, vitaque, morsque viri.
Membra Periclymeni sacram conuertit in Herbam,
Quique volabat auis, fixus inhæret humo.

 Mu-

Mutantur folijs penna, radicibus vngues,
Clara vices nitidi lumina floris habent.
Iure Sacram dixi, ſuperum quæ ſigna coronat,
Stemmata numinibus, ſertaque grata facit
Illa Deum niueis exornat floribus Aras,
Templorum decorat frondibus illa fores.
Perſtat adhuc Virtus, variaſque dat herba figuras,
Priſeo, & apud Pylios nomine gaudet adhuc.
Hanc verò Matrem Sylua noua lingua vocauit,
Syluarum fuerat dictus, & ille Pater.

E



Sed & Fabulas variare liceat. In Aulide Lucus fuit, quem Græcanici exercitus Dux Agamemnon Violauit, capra in eo paſcente interfecta, quamobrem indignata Diana aerem infecit, ex quâ lue Homines, & Animalia ferè cuncta periere, nec antè ſedatum fuit hoc malum, quam huic Iphygenia Agamēnonis filia immolaretur; id inter Poetarum figmenta reperitur. Adeò proni in fabulas erant antiqui, vt Arboribus quoq; colloqui, eaſque in conſortium propriarum actionum admittere paſſim conſueſcerent; ſic apud Ariſtænetum in Amoribus Acontij atq; Cydippes Acōtius ipſe fingitur Arbores hunc in modum identidem alloqui. *Vtinam & mens vobis, Arbores, & vox eſſet, vt hoc vnum dictitaretis Cydippe pulchra, vel ſaltem corticibus inſcriptas ferretis hoc ipſum teſtantes literas: liceat mihi propediem Cydippe formoſam te, & inraudi Religioſam dicere, &c.* Inter fictiones verarum hiſtoriarum ſic nuncupatarum Luciani adeſt illa de Arboribus radice carentibus fabula maiori ſaltem ex parte, vt ſuperius tetigimus.

F

Ariſtænetus Epiſtolarum lib. 1. ep. 19.

G

Eiuſmodi eſt & quod alibi refert hic Nebulo, quod ſcilicet in fabuloſis Τῶν μακάρων Inſulis. *Suaues quadam, auræ ſpirantes leuiter Syluam mouebant vt ex motis ramis dulces, & perpetui cantus ederentur, ſimiles ijs qui in locis deſertis obliquis fiſtulis reddi ſolent.* Sed longius à veritate differit hic Vaniloquus, vbi refert ſe abſorptum à cete MC. Stadiorum longitudinis, in cuius ventre Syluam reperit. *Nam & terra* ſcribit, *& colles erant, vt conijcio, ex eo quem abſorpſerat limo accumulati. Igitur & Sylua in his innata erat, & Arbores omnigenæ, circuitus autem terra Stad. CCXL.* Inde figmentum hoc extructum, quod immaniſſimæ vere molis inter Piſces ſit Balena, & ideò nonnunquam, vt cecinit Mantuanus.

H

Libro de Bello Venet.

Viſa

A --*Visa est humeris Lucos portare virentes*.

Feruntur & in Epistola Alexandri Nepotis fabulosi (vt arbitror) Arbores duæ, quarum altera Solis, altera Lunæ nuncupabatur. Vtraq; primis sui Planetæ influxibus perita reddebat oracula, quin &, quod mirabilius est, in Ecclipsibus vberrimis fluebat lacrymis. Cupressos frondibus imitabantur in medio Luci constitutæ, altitudinis pedum fermè centenorum. Eas Alexandro adeunte, cum syderum Cognatorum afflatu percuterentur, in voces, & oracula ad summum cacumen resolui Magno circumstantium stupore traditur animaduersum. Sed hoc nedum fabulosum est, verũ & superstitiosum. Pulcram tamen inde Moralitatem elicit Caussinus ex quo *Solis, & Lunæ Arbores haud Fabulosæ sunt Ecclesiastici, Ciuilesque Magistratus, qui suorum Principum afflatu leges tum diuinas, tum humanas interpretantur, quarum certe oraculis hic orbis terrarum administratur*. Quam ad rem & Gelasius Papa Afer in Epistola ad Anastasium Imp. *Duo sunt* (inquit) *Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur Mundus, Auctoritas Sacra Pontificum, & regalis Potestas*; Sed ad Fabulas iterum redeamus. Nec nisi Fabella pariter esse videtur (nisi alius subsit sensus) quod de radice quadam scripsit Iosephus.

Causs. Polyhist. Symb. lib. 10. n. 17.

B *In valle*, inquit, *qua Ciuitas à parte Septentrionali cingitur, quidam Lacus Baaras appellatur, vbi radix eodem nomine gignitur, quæ flamma quidem adsimilis est colore, circà vesperam verò veluti iubar fulgurat. Accedentibus, eam & euellere cupientibus facile non est, sed refugit, nec prius manet, quam si quis vrinam muliebrem, vel menstruum sanguinem super eam fuderit. Quin etiam tunc si quis eam tetigerit, mors certa est, nisi forte illam ipsam radicem ferat de manu pendentem. Capitur alio modo sine periculo, qui talis est: Totam eam circumfodiunt, ità vt minimum ex radice terra sit conditum; deinde ab ea religant canem, illoquè sequi eum, à quo religatus est cupiente, radix quidem facillimè euellitur; Canis verò continuo moritur, tanquam eius vice, à quo tollenda erat radix. Nullus enim postea accipientibus metus est*. Ioannis quoq; Tzetzis Historiæ fabulam ferunt Geryonis Arborum sepulcralium sanguinem distillantium, sub hac verborum forma *Geryones Rex fuit Erithræ, vt anteà scripsimus in certaminibus Herculis plurimos Greges Boum nutriens, Boum formosarum. Vt autem iaculatus occidit Hercules illum, formosæ Arbores ramosæ duæ planta sanguine destillant apud sepulcrum illius*.

Ionst. Admir. Plant. c. 9.

Lib. 2. in Vlyssis Epist. Calypsoni, & l. 1. Ver. hist. p. 115. & l. 2 Ver. hist. p. 117. Chiliade 4. num. 136. fol. 71.

C Has Arbores Philostratus in Vita Apollonij inquit similes esse Piceæ Arbori, seù Pino, sed hisce humiliores, eodemq; pacto sanguinem extillare, ac Opium Iliacum fundere dicitur Aurum. Nullo pacto credendum est Arbores in nouo orbe reperiri, quæ percussoris sui iniuriam vlciscantur, & quod in Insulis quibusdam Pomiferæ nonnullæ dentur Arbores, è quarum fructibus liceat omnibus comedere, nisi enim deposito facto quis discedere potest, cui aditus tunc solum aperitur. Nec minus incredibile simul, & fabulosum est, quod inter commentitias narrationes Sileni ad Midam narrat Ælianus. Tradit apud fictitios quosdam Populos extrà nostrum Orbem Meropas vocatos locum esse, qui Anostus dicebatur. Circa hunc Fluuios duos fluere, quorum alter lætitiæ, alter verò mœroris nuncupabatur, & apud vtrumq; Arbores magnitudine proceræ Platani positas esse, & ex his eiusdem naturæ, ac esset fluuius conterminus, fructus gigni; gustatis enim fructibus illarum, quæ ad lætitiæ alueum proueniunt, priores abire cupiditates, & si cuius fortè rei amore quis vnquam captus fuerit, huius obliuisci, & Paulatim iuniorem fieri, ætatemq; iam præteritam resumere, deposita quippe senectute totus renouari, & ad florem ætatis, atq; ad adolescentiam ex indè reuerti, deindè puerum factum, & postremò infantem, post hæc tandem emori. Eas autem Arbores, quæ ad mœroris fluuium nascerentur dissimilem longè ferre fructum fingebat. Ille siquidem qui eos gustasset, in tot lacrymas erumpebat, ita vt per omne vitæ tempus in assiduo luctu contabesceret, & ità vitam finiret. Sed hisce affigantur vanæ Somniorum præsagæ species, quæ ad solidas tamen Arborum spectabunt Eruditiones.

Lib. 5. c. 1. N. O. 247. cap. 16. Lib. cui titulus Minera del Mondo. Lib. 13. var. hist. c. 18.

D

PRÆSAGIA, INSOMNIA.

VTilius fortassis erit futura plura nescire quam contingentia euentura curiosè nimis rimari; nam anxius error, atque temeritas præ foribus sunt, & tunc maximè cum ipsa mens à se remouetur; vt egregiè cecinit ille,

Cicero l. 3. de Nat. D.

Som-

Tibullus l. 3. eleg. 4. *Somnia fallaci ludunt temeraria nocte* B

Quin & alius quoque *Cælum ipsum petimus stultitia.*

Horat. l. 1. Ode 3. Ab Æstate ex Arboribus flores copiosè promente, futuram mortalitatem repentinam quidam præsagiri posse contendit; Arborumq; è contrà reuirescentiam, & resurrectionem vitalitatis esse præsagium censuit alius. *Paracelf. de Præsag.* Sed temeraria hæc Arborum præsagia Germanorum primitus nationi tribuuntur: Hinamque, Tacito Auctore, *Stato tempore in Syluam Auguriys patrum, & prisca formidine sacram omnes eiusdem sanguinis populi legationibus conueniebant.* *Plin. l. 16. cap. 32.* Proprium aliarum mos Nationum fuit Astra intueri. *C.Tacit. de moribus Germanorum cap. 6.* Iouis enim stella in signo Tauri existens, magnam fructuum fertilitatem, secundum has Gétes præsagire poterat, relata ad loca Hilegialia tẽporis sationis, insitionis, plãtationis, ablaqueationis, &c. Perpetuæ verò comæ pubescentiam in Arboribus Trogus, atq; Philemon Philosophi, longæuitatis rerum in vniuersali præsagium esse voluerunt; Nam *Gaud.Merul.lib.2.de mirabilib.* sicuti Homines longis, firmisquè capillis præditi credunt viuere posse diu, ita quoque Arbores longè, firmiterq; frondentes, viuacissimæ haberi possunt. Hoc pacto solidius valent Hominibus ipsis euentura prædici, mediante Arborum ità conspicuarum, & variabilium inspectione, quæ non à minimis, sed à validioribus cunctos tangentibus alterantur causis, ità vt occultæ corporum dispositiones in actum deducibiles antedici facilè possint, vndè præsagitionis titulo decorari merita est Arbor. Hinc dictum est. F

Claud.de B. Get.in prin. *Arbore præsagâ tabulas animasse loquaces*

vt canebat Claudianus. Quare hyemem asperam, & intensam folia ægrè de Arboribus defluentia præmonstrant, eo prorsus pacto, quo & Animalia, vt Glires, mures, aues, & alia huiusmodi vltrà humanam sagacitatem Arboreos fructus perquirentia, & more copiosius ad cauernas, seù nidos comportantia, famem futuram portendunt, quasi illam arcere pro viribus contendant; vndè prouidi terrarum incolæ, vbi hæc præmitti obseruarint, & præcipuè Septentrionales, ex relatione Olai Magni, caritatem imminentem præcognoscunt, & solito diligentius rebus suis prospiciunt. *Alex.ab Al. D.G. lib.6. cap. 12.* *Hist.Septentrion. lib. 12. cap. 6.* Naturæ instinctu melius hæc cerni possunt, quam Hominum meris figmentis, dum quis Astrologicè præsagire cuperet Arborum ipsarum prouentum, & vtilitatem, quia is vel in horâ earum plantationis, vel quot annis in primâ oculorum, seù gemmarum in genere explicatione, factâ cæli figurâ inspicit imaginariam domum Ascendentis, & eius Almuten, & horam, & eius Dominum, qui si fuerint fortunati, magnam vtilitatem ex illâ percipiendam Arbore præsignatur; si verò fuerint infortunati, malus indè prouentus arguitur; sin autem fuerint pares, tenuia, seù mediocria perindè consequenda emolumenta significabunt. *Hali.p. 1. cap. 37.* Præsagiuntur etiam pleraque ab Arboribus quoquo pacto per somnum visis; vndè Hippocrates terrestre Mediciuæ Numen multum tribuit insomnijs naturalibus, tanquam ex causis varijs prouenientibus, & in hunc modum doctissimè concludit. *In summa quacunque corporis, aut Anima munia, ea omnia Anima ipsa in somno obit; quicunque igitur hac rectè iudicare nouit, magnam sapientia partem nouit.* *Libro de Insomnijs.* Eâ de re qui Syluas somniant, tristitias, timores, & perturbationes animi sibi timeant, otiaquè imminentia. Huiusmodi quoque syluestres vmbræ somniatæ malefactoribus plagas, atque tormenta, diuitibus damna minantur, quia cæsioni, & diminutioni subiectæ sunt. *Symphor. Hort. lib.2. cap. 23.* Si verò appareat exitus è Syluis illis vmbrosis in campos, bonus quoque denuntiatur exitus infortuniorum; & id præcipuè si campi apparentes floridis, atque fructiferis Arboribus fuerint referti, non autem prostratis, & fulmine ictis; nam hæ semper sunt pessimi ominis: illæ verò optimi, & tutissimi. Qui somniat Arbores plantare, sibi, si sit vxoratus, prolem præsagire potest, siuè etiamsi velit fœminæ copulari; nam in hoc sensu Ager est Mulier, Liberiquè sunt veluti Plantæ. Hinc Cynicus ille Philosophus cum muliere concumbens, aiebat abs se Hominem plantari. Contrarium verò præsagium eruetur è somniatâ Arboris plantatione ab illo, qui in propriâ domo infirmum aliquem habuerit, siuè ipse somniator infirmus fuerit; nam exinde mors infirmo denunciatur, cum cadauera humari consuescant, & terræ mandari. Sic omnes Arbores perpetuæ comæ somniatæ felices sunt, bonorumque innuunt conseruationem; ab his tamen excipitur Olea, quæ minitatur ægris interitum, eò quià cum mortuis efferretur, vel saltem laborem, quia multa patitur ipsa eadem Arbor, antequam ex illa extrahatur oleum. *Cardanus. hæc habet.* Similiter & qui Arbores in somnis annosas, & tardè crescentes intuetur, is indè malum tardè venturum, sed in morbis salutem indigitari noscat, vt sentit Cardanus. Contrarium G H

verò

A verò consignificant citò crescentes Plantæ; & qui præcoces, & fugaces fructus somniauerit, præter mora, is voluptates, aut deceptiones expectet, extràquè tempus congruum varios labores. Sed qui se Mala dulcia, seu verna, ac matura videre simul, & comedere somniauerit, iucunditatem, & prosperam Venerem sibi præsagire potest; quod si mala fuerint arida, seditiones, & contentiones exitiales erunt timendæ, cui sapori si ruber accedat color, vulnera quoque cæteris malis semper addentur. Est pariter eiusdem Cardani sententia, quod qui Plantam è proprio prodeuntem corpore somniauerit, periculum mortis exinde possit sumere; hocquidèò coniectatur, quià propriū est Plātarum è terrâ exoriri, quemadmodum & in eâ animantium corpora quæcunque viuēdi munere destituta resoluuntur. Sed in hoc non mihi videtur ille perpendisse Vitem, quam per nocturnam quietem intuitus est Astyages è corpore filiæ suæ Mandanes procedentem, totamque Asiam circumserpentem, ex quâ manifestè apparuit denotatam fuisse felicitatem, & quodcunque faustum omen longè, latèque dominandi; Nam visum est posteà quod hæc ex Cambise filium Cyrum suscepit, qui totâ Asiâ subiectâ longè, latèque fuit Persarum, atque Medorum Monarcha. Mala tamen vbicunque portendere fructus amari in somnis gustati, quippè qui successuum irritorum, iniucundorumquè euentuum significatiui credantur, quo etiam pacto infausta indicari, non malè possunt ex infructiferis similiter somniatis Arboribus, cum inopiæ notæ sint. Sic & tristitias, aut tribulationes ex fructibus duri corticis, seù qui simul confricati strepitum edunt, designari paratas, vt & collectio fructuum, qui non nisi per vim, & impetum, atque percussiones in Arborem inflictas colliguntur, seruis præcipuè plagas, & verbera, vel saltem molestias multas in somnis præmonstrare asseruntur. Arbores itidem resiniferæ non nisi Naucleris bona, & pro nauibus instaurandis necessaria promittunt, quia cæteris per noctem visæ, pigritiam, & timorem præsagiunt. Arbores arti Topiariæ aptiores mulieribus impudicitiam, viris vanum laborem, & ægris refectionem, ac sanitatem imminentem ostendunt; quæ tamen si spinosæ fuerint, securitatem indicant, nam ex his sepes concinnantur ad Hortorum, & Vinearum tutelam; vndè Politianus,

Sentibus horrentes aperit iam vinea sepes.

Cardanus lib. 3. de fato cap. 23.

Formare Arbores in somnis, & statuas conficere fraudolentis videtur Hominibus assentiri, animosq; ad fallendum augere; hæc enim actio est contrà ea, quæ finguntur, & minimè sunt. Plantæ insuper, quæ per se, aut difficulter, aut omnimodè subsistere non possunt, seseq; cum cæteris Arboribus circumplicant, & quicquid ex illis paratur, vt serta, & similia, pessima semper ominari creduntur; quapropter qui Vitem, aut Hederam somniatam, pro vinculorum, propter retortos pampinos, & complexum illarum proprium, delineamento sumet, aut ex illarum oppressione morbum aliquem importari senserit, non longè aberrabit; cum vlterius facinorosis hominibus mēbrorum detruncationem, siuè capitis ipsius abscisionem Arbores hæ, seù Plantæ somniatæ, vtpotè quæ plerunque resecantur, denuncient. Ità & qui coronatum se in somnis viderit, in aliâ parte, quàm in capite, sinistra paueat accidentia, sicuti & si pedes sibi coronatos deprehenderit, in compedes se pro meritis conijciendum, seù in mortis discrimen prolapsurum se non malè verebitur. Ait Cardanus Arbores duro cortice, & crasso solidas, erectas, & spinosas qui videt, is videre se putet latrones, & viros contumaces, potentes, & fortes; è contrà verò flexibiles, & tenellas Arbores videntem, sibi pingere posse in imaginatione molles viros, & tractabiles, & si tamen aliquando fallaces. Ornatum autem, & venustatem ex Arboreis frondibus in somnis simpliciter visis præfigurari, & pecunias vbertim ex fructibus in copiâ somniatis promitti. Eâ de re Arbores videre somniando, significat de spe excelsa decidere, illasq; in domo, inq; ijsdem incongruo loco nascentes intueri, malum semper est omen. Fractam Arborem in somnis apparere significat morbum aliquem in domestico; Folia verò arborea super dormientem procidere inter dormiendum videre, insidias, & dolos aduersus illum confingi, & texi præmonstrat. Arborem tandem somniando conscendere, vel fructus illius prædulces absumere, incæstuosas indicat cogitationes; Ramumquè arboreum inter somnos auellere, vt vestis liberetur, victoriam de inimicis facillimè consequendam denotare innotescet consulenti Cardanum. Sed hæc omnia, vel dicantur verè deliramenta ægrorum, vel saltem naturæ ludentis quædam admonitiones nutu Diuino præfiguratæ, vt ad omnia capessenda melioris nostrum partis in vtilitatem nosmet disponamus pro fine

in Rustico.

Cardanus ibidem.

vltimo

vltimo feliciſſimo, inamiſſibili ex immensâ Dei Benignitate, atque liberalitate obtinendo. Ad myſticas modo literas, quæ ſublimiora videntur Arcana concernere, hoc eſt ad Hieroglyphica detegenda accedamus.

HIEROGLYPHICA, ET MYSTICA.

Georg. Venet. in Armon. Al. ab Al. D. G. l. 4. cap. 12. Pythagoras Io. Audoen. epigr. part. 2. l. 1. n. 5. Ouid. l. 10. Metamorph fab. 10.

Arbor omnis in genere ſumpta, propter Virtutem altius ſeſe in aera tollendi, & ob diuturnitatem, qua viget, ac perenitatem, quam præſefert, (cum æuo creſcat occulto) ipſa pulcherrimum eſt Iouis ſimulacrum. Hoc pacto Lignum reciſum informe, à quo tamē variæ ſubiri, ac ſuſcipi formæ potuiſſent, Palladem, & Cererem apud Celtas deſignabat; quod ſi figuratum fuiſſet, Mercurium, ſeu Eloquentiam ipſam, rectamque ſermocinationem indicabat: quia iam ſupponebatur electum, & ideò probatum; cum non ex omni ligno Mercurium exculpere liceret, vt cecinit Ioannes Ouuenus de D. M. Ianſonio auctore *Mercurij Gallobelgici*, hoc eſt rerum in Gallia, & Belgio, & regionibus conterminis geſtarum loquens,

Mercurius non fit de qualibet Arbore; fingit
Mercurium ex ligno quolibet ille Faber.

Hinc illa veterum Ethnicorum conſuetudo lignea varia Numinum Simulacra, Virtutes varias, & Poteſtates ſignificantia efferendi emanauit, quare Sulmonenſis canebat.

----Quo multa Sacerdos.
Lignea contulerat veterum Simulacra Deorum.

Erizzus fol. 168. & fol. 541. pag. 50. Hier. Ruſcell. lib. 3. Symb. ill. p. 3. in Inſ. Fenicis Sāſeuerina. Lud. Dulc. ſymb. 45. Beda. D. Gregor. D. Io. Chryſoſt. de lapſu primi Hominis. D. Io. 2. Rup. in Ezech. Clem. Alex. 5. ſtrom. Gen. 8. Laur. in voce Arb. Richard. de ſecura conſcīt. 22. Lcuit. 19.

Arbor eadem in vniuerſali nobiliſſimum ab Ægyptijs, & Babilonijs Regibus Imperij hieroglyphicum fuit habita, & apud Romanos felicitatem, & vbertatem importabat, in Numiſmate præſertim Auguſti cum faſciculo ſpicarum impreſſa; itemq; Dominium terra, Mariq; dilatatum in Numiſmate Commodi cum Colonia ab altera parte cuſa ſignificabat. Præcipuè verò Terræ elementum apud antiquos repræſentauit Arbor non tota, ſed truncus tantum eiuſdem radicitus euulſus, vt videre fuit in Gemma quadam Gorlæanæ Dactyliothecæ, quæ hieroglyphicas quatuor elementorum continens icones, terram Trunco prædicto, aquam Delphine, aerem Caduceo, & ignem Fulmine deſignatos exhibebat; cuius etiam rei mentionem habet Hieronymus Alcander Iunior in Antiquæ Marmoreæ Tabulæ Solis effigie, Symboliſq; exculptæ accurata ſua explicatione. Mæſtitiæ quoq; hieroglyphicum exprimi per Arbores ſiccas ex eo facile colligi poteſt, quod omnes penè Scriptores Turturem auem, cum vidua eſt, mæſtiſſimam, in ſiccis duntaxat Arboribus degere tradant. Boni inſuper, & cæleſtis Auxilij typus recognoſcitur Arbor poſtquam Agar filium ſuum Iſmaelem Iamiam ſiti pereuntem ſubter Arborem poſuit, vbi diuinitus ille refectus fuit. Per Arborum cortices ſignificabantur Patrum elogia exteriora, vndè Arborum cortices mandere indicat ſolam literæ ſuperficiem attingere, nec quicquam de ſpirituali intellectu cuſtodire. Sic & fructus Arboribus ori appoſitus, ceu ſuauis ad veſcendum, ventris ſignificat concupiſcentiam, oculis verò obuerſatum, oculorum appetentiam oſtendit, tanquam pulcrum viſu, & vtroquè modo forſan ſuperbiam vitæ indigitat, iuxtà illud D. Ioannis. *Omne quod eſt in Mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Similiter ramum Arboreum applicare ad nares, vt eſt Ezechiel. 8. eſt detegere complacentiam in peccatis. Rami prætereà, qui dabantur ijs, qui in templis adorabant, ſignum erant, & hieroglyphicum, immò recordatio quædam Vitæ humanæ breuis, quæ vel areſcentiam, vel ardorem ingreſſum cito eſſet paſſura, vti rami iam præciſi, ad hoc deſtinari ſuaptè natura viderentur. Pari quoq; pacto hieroglyphicè repræſentaretur qui opera Miſericordiæ exercet, ſicuti exhiberetur Icon Abrahami ſub Arbore hoſpites requieſcere facientis. Arbores facientes fructum, ſed non ſuum præſeferunt Hypocritas cum Simone Cyrenæo portantes Crucem non ſuam, quiq; religioſa carentes intentione, angariantur, & quæ non amant amore Gloriæ, velint tandem, aut nolint facere compelluntur. Arboris ita ſuccisæ fructus diſpergi, vt ap. Daniel. 4. patefacit importuna variari concupiſcentiarum incurſione ſtudium Meditationis, & diſſipari, ſubtilitatemq; inſuper, & facultatem inueſtigandi, & intelligendi cogitationum ingreſſione confundi. Arborū quoquè recenter plantatarum auferre præputia, ſi hieroglyphicè ſumatur, eſt do-

A docere arrogatiam abijcere, vel primas non approbare noſtras operationes, vt ſuſpecti ſimus nobiſmet ipſis, quod & præſtant cortices detracti de virgis ex cap. 30. Gen. Ligna imputribilia de quibus fuit Arca Noe conſtructa, ſignificant Sanctos ex quibus conſtat Eccleſia, quæ nobile pariter ſunt hieroglyphicum impauidi, & innocentis Animi cuncta ſuperantis, atq; ſpernentis. Lignum quod habet ſpem reuireſcendi licet præciſum, vt ap. Iob. cap. 14. oſtendit Iuſtum pro veritate occiſum reſurgentem in vitam æternam, quia *Beati qui perſecutionem patiuntur propter Iuſtitiam, ipſorum enim eſt Regnum Cælorum; viſi ſunt oculis inſipientum mori, illi autem ſunt in pace*. Lignum Vitæ in medio Paradiſi indicat verbum Dei, & ſecundam Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonam, quemadmodum etiam diuinam ſignificat Prouidentiam, cuius exactiſſimæ Iuſtitiæ ſatisfactionem infert Lignum, cui benedicatur, vt habemus in Sap. 14. ſicut Ligna, quæ corrodat Locuſta, ſunt punitionis pro peccatis hieroglyphicum. Iuſtos hoc pacto Reges, & Sanctos fructifera Ligna ſignificant; fructus enim charitatem innuunt ex corde puro, & fide non ficta procedentem. Ita & Animarum flagrantiam, atq; ardorem in Sanctorum venerationem præſeferre nō ineruditè videntur Ligna ex quibus Numinum B ſtatuæ concinnari ſolebant, vndè etiam facilitas, & ſimplicitas infertur ob naturam Ligni facile concipientis ignem. Sed Sanctiſſimam D. N. I. C. Crucem nil melius in ſaeris repræſentare video, quam Lignum, ſuper quo fuit erectus ſerpens in Deſerto à Mosè, vt eundem reſpicientes à morſibus ſerpentum cælitus emiſſorum in populum ſanarentur; quia qui pependit in Cruce vnicus fuit Humani Generis ſeruator. Nec minus elegāter Ligna quadrata in Arca Noè denotant Doctores, & Magiſtros in Eccleſia, quorum ſapientia incluſi intus Populi conſeruantur, atq; ab incurſantibus hæreticorum procellis muniuntur. Quadrata quoq; Ligna ſimpliciter ſumpta Sapientiam præſeferre enunciantur, cum ex quadratis lignis conſtruendam à nobis Bibliothecam edixerit Adamantius, non autem ex agreſtibus, rudibus, & impolitis, quæ ſenſus inordinatos, & craſſam ignorantiam important. Quin & Ligna hæc viridia dicuntur ligna voluptatis ap. Ezechielem *Ecce deductus eſt cum lignis voluptatis ad terram vltimam*, & ſignificant malos Angelos Luciferi aſſeclas infeliciſſimos ea penitus methodo, qua in ligno mœchantes, vt eſt in cap. Ierem. 3. denotant eos, qui carnis voluptatem proſequuntur; & C quemadmodum vice verſa lignum aridum frondeas ſi tanquam hieroglyphi ſubiectum proponeretur (vt habemus ex eodem Propheta) indicat Eccleſiam ex gentibus prius aridam, deindeq; per fidem, & gratiam florentem atq; fructiferam, ita & lignum viride ſiccatum denotat Iudæam deſtructam. Aliud fabrefieri poſſet non imperitè Hieroglyphicum exhibendo iconem ſuccidentis ligna, ſignificaretq; praue agentium increpationem. Si verò ab illis læſionem pateretur denotaret Homines ſibimet ipſis pericula præparantes quippe quod. *Qui amat periculum peribit in eo*. Sed à Ligno humili exaltato, ideſt ſi lignum iacens eleuaretur, in huiuſcemodiq; ſtatu conſiderandum apponeretur, illud abſq; dubio ſignificatiuum eſſet, abiectos extolli, & ceù de ſtercore pauperes erigi: Quoniam autem, licet aut pauperes ſimus, aut diuites omnes æquè morimur, accedant ideò Lignea vaſa vitæ noſtræ leuitatem ſignificantia, quæ quia terra eſt, videt etiam ſui ipſius Typum geri à Libani Cedris, pro terræ hieroglyphicis exhibitis à D. Gregorio. Lignum inſuper, & lapis pro arcana poſſunt eſſe nota leuiorum, atq; grauiorum reatuum; licet lignum in hoc quoq; ſtatu domeſticam ſupellectilem, & lapis ſacram auri famem indicent. Sed reuertamur ad ligna duo, quæ præ manibus habebat D Ezechiel, quia dum coaluerunt in vnum denotant duos Populos, qui facti ſunt vnus in Eccleſia. Hieroglyphicum itidem fieri poſſet cum puero in Horto, qui fortè alluderet ad Natalia M. Antonini Philoſophi in Monte Cælio, vt tradit Capitolinus, quia multas contemplationes exhibet Hortus; vel ad Hortos Iouis, in quibus ex Poro, & Penia natus eſt Amor, ex deſiderio ſcilicet pulchritudinis, & ex perfectione, in natalibus Veneris diſcumbentibus Dijs, vt eſt apud Platonem. Aliud quoq; ſimiliter, & elegantiſſimum effingeretur exhibendo Arbores multas, inter quas monumentum eſſet, cum ſuper inſculpta Leæna, prioribus pedibus Arietem complectente, & denotaret Sepulcrum Laidis apud Veneris Melanitis templum in Bellerophontis cupreſſino Luco prope Corinthum Vrbem; Nec ſolummodo tam infamis ſcorti execrandum buſtum deſignaret, ſed præſeferret etiam methodum, qua Meretrices vtuntur in abliguriendis amatorum ſuorum ſubſtantijs. Iugum prætereà, ligneum ſcilicet inſtrumentum illud, quo iunguntur

Philo prim. de Alleg.
D. Auguſt. ſuper. Io. ſerm. 6.
D. Greg. Moral. 3.
D. Amb. ſuper. 1. Cor. 3. & ſuper. 1. Timo. 2.
Abb. Ioach. inl. 5. cōcor. c. & in Apocal. fol. 67.
Ficin. in 12 de leg. Platonis.
Raph. Aquilin. tract. 2. fol. 94.
Valer. hieroglyph. lib. 39.
Id. ibid. c. 31.
Lauretus in verbo Arere.
Ezech. c. 17
Eccl. c. 10.
Laur. in verbo ſcindere
Pſal. 112.
Cart. 3.
D. Greg. l. 5. Moral.
Abb. Ioach. in Ierem.
Ez. c. 37.
Symphor. Hort. lib. 4. cap. 5.

tur Boues ad currus trahendos, atq; ad arandum, est Seruitutis Hieroglyphicum; item habitum est Maritalis vinculi Tessera, vndè Coniugiũ dicitur Viri, & Vxoris par copula. Hinc est, quod apud Romanos in vsum deducebatur in nuptijs hasta cœlibans, quæ in corpore gladiatoris abiecti, occisiq; stetisset, vt nuptarum capita ea comerentur in signum subiectionis fœminæ ergà virum, atquè etiam perpetuæ animorum coniunctionis, quia qui matrimonio iuncti sunt debent esse duo in carne vna. Infaustius verò significatum habere videbantur Hastæ illæ, quæ ad eosdem Romanos à Carthaginensibus mittebantur, vtpotè quæ Belli erant indicium. Apud Macronas, qui non Iberiæ Populi sunt Albanis proximi, sed Cappadociæ in Colchorum, & Armeniæ maioris confinio, vt notat R. P. Frater Philippus Ferrarius Alexandrinus Seruita in sua Censura Geographica, dare, accipereq; lanceam Sanciti Fœderis signum erat, cuius rei meminit Xenophon de Reditu Græcorum iuxtà tradita Pierij Valeriani. Hastæ quoq; Iconsũmam Imperij ostendit, & ea de causa Viros Fortes Hasta donandos iuremeritò censuit Festus Pompeius; Sic etiam captiui sub hasta vænundabantur, vt dominium exactè exerceretur; & qui per vim in potestatem victoris venerant, hastæ submittebantur alieni iuris facti, & subiugati: constabat verò iugum huiusmodi bellicum, siue etiam ciuile ex hastis tribus, duabus quidem fixis, & tertia per transuersum ad priores duas alligata, sub quibus spoliatos armis transire cogebant. Ligna tandem sunt hieroglyphicum Animi in se ipso vigentis; Vnde est, quod quando inter Pythagoræ symbola legimus IN VIA NÈ LIGNA SECES, hinc admoneri videntur homines disciplinæ morum addicti, Mundi huiusce viatores ne vitam (cuius cursum per viam arcanè intelligimus) nimijs curis discrucient, ac inanibus agitent cogitationibus; quæ ligna ex Scaligero aliter sentiente, res vniuersitatis denotant ad commune spectantes, ex eodemq; Pythagoreorum edicto ligna prædicta in spatijs viarum circumposita minimè secãda sunt, vel auferenda, nè publica Iurisdictio turbetur. Huiusmodi signorum positiones Artificiosis, & doctis configurationibus iungi volunt; vndè nos Emblemata, & Symbola Arborea ijsdem subnectemus.

Hierogl. lib. 42.

Lil. Gyrald. in Symb. Pyt.

Paul. Scalig. l. 4. Epistemon.

EMBLEMATA.

Et physicam & tropologicam Hominum felicitatem progerminant Arbores. Nam præterquam quod vitam alant vberrimè, ethicam quoq; animorum indigentiam restaurant. Vbi enim potiora legimus instituendæ vitæ documenta, quam in Arboribus? Si germinationem, si fertilitatem illarum inspicimus, nonnè ad producendas virtutes animamur? Si culturam, si insitionem, nonnè animæ cultum addiscimus? Si deniq; cæteros quoscunq; Arborum effectus contemplamur, vtpotè ad nostram vtilitatem directos, & à Dei voluntate ne latum quidem vnguem recedentes, nonnè Iustitiam, & ipsius amorem Altissimi concipimus? Et inde quis negabit nos in hac Mundi Sylua tot Arbores esse. Quandoquidem ipsarum rectiores aliquæ, ad construendam cælestem Hierusalem concurrent, aliquæ turpiter curuæ ad indeficiens ignis æterni pabulum destinabuntur, seù potius quis inficias ibit in totiùs terrarũ Orbis plantario Mysticas istas Arbores ita seruari, vt quæ fructuosæ fuerint, in Paradiso transplantandæ sint, quæ verò steriles, tartareis infeliciter augendis mæroribus damnandæ? Hinc educationis super omnia curam habendam eloquenter admodum inculcabat neottericus, & doctissimus Emblematum Scriptor P. Ioannes Kreihing è Soc. Iesu, sumpta eleganti Metaphora ab Insitoribus, qui non nisi selectissimas taleas Arboribus inserunt, vt comprobaret, quod in hoc rationabilium Arboreto

Surculus est qualis, talis & Arbor erit.

Quem propterea sic canentem audire delectabit.

Embl. 140.

Reddere qui largos sua vult Pomaria fructus,
Vtquè Salutares afferat hortus opes.
Is quacunque sibi non carpit ab Arbore germen,
Quod sparsim quauis horrida Sylua tulit.
Sed neque pomiferos Taxo, vel Quercubus agros,
Culta nec horrenti conserit arua vepre.

At

A

At tener eligitur generosâ ex Arbore ramus,
Quem Pomona suâ nutrijt ipsa manu.
Qui (cautam à tali carptus genetrice per artem,
Quæ multa laudem fertilitatis habet)
Enodi inseritur, diffisso cortice, trunco,
Deque peregrina stirpe alimenta trahit.
Ast vbi adoptauit ramum iam stipes alumnum
Vitricus, atquè ambos vnicus humor alit.
Neuè opus est vltrà geminos coalescere limo,
Suntque cicatricis iam neque signa super.
Partibus ex binis mox vnica nascitur Arbor,
Surculus & succum, pomaque matris habet.
Quiquè prius fructus caudex generasset agrestes,
Aut staret vacuis, & sine fruge comis.
Fertilis, eu, gratos trudit de cortice fœtus,
Et cupidum multo fœnore ditat herum.

B

Scilicet insitio naturam perficit arte,
Stipitis & succos corrigit illa rudes.
In melius crudos mutant namque insita truncos,
Talis &, est qualis surculus, Arbor erit.
Discite queis tenera cura est mandata iuuenta
Quantum humeris studium, quoduè feratis onus.
Dum tener est animus pueri, dum flexilis atas,
Dumque bonis mens est artibus apta regi.
Tunc syluescentes iuuenum præscindite mores,
Ingenuas rudibus tunc date mentis opes.
Et vita, & Genius primis dependet ab annis,
Quodque iuuenta bibit, sera senecta sapit.

Opportunè quoque, consimiliq; ductus ratione Goanum Seminarium ex omnibus fere Nationibus constans; quod S. Franciscus Xauerius Sociorum curæ commissum, perpetuò fouit, per Plantaria repræsentauit emblematicè Hieronymus Bardi, recentiores inter emblematarios clarissimus, eius hæc Musâ dictante. *Embl. 36.*

C

Mollia siccatis vruntur germina glebis,
Ni Notus infusis imbribus vsta riget,
Quæ manibus digesta tuis PLANTARIA surgunt,
Arida non pluuio procubuère Ioui.
Calestes passis rores te frondibus orant,
Ornatura tuas læta virore comas.
Scilicet vndantem tibi cessit Aquarius vrnam,
Iamque nouum nostro sydus in orbe micas.

Eòq; congruentior est hæc emblematica surculorum Arboreorum ad liberos comparatio, quo magis quadrat similitudo totius Arboris ad Genitores, quorum Rami, Frondes, Flores, & Fructus ipsi filij sæpissime nuncupantur. Totum id eleganter expressit Author Pictæ Poëseos, quem reor esse Bartholomæum Anulum, vbi humanæ vitæ originem, & finem ità descripsit. *num. 42.*

D

Nascitur vt solidâ frondosus ab Arbore ramus,
Quam vigor impacti roboris intus alit.
Sublimi & pulcros fundens cum palmite fructus
In spatium se effert arduus aerium.
Sic pulcram exurgens ostentat fœmina prolem
Terrigena è costis facta Virago viri.
Et sterilem fœcunda facit de prole parentem,
Stante tamen vitam robore, cuius habet.
Partibus aduersis sed constat vterque duabus,
Iuncta & hypostasis est corporis, ac animi.
Igneus est animis vigor, & cœlestis origo:

Corpora de terra ſunt generata luto.
Hinc & corpus humi firmis radicibus hæret,
Ad Cælum adſpirat Spiritus Empyreum.

E

Quo item ab Authore, & in eodem ſcribendi genere probatum habemus quam LIBERIS NOXIA ſit INDVLGENTIA PARENTVM; Metaphorâ enim ducta ab Arbore tenella, quæ quoadusq; ſub ingentis Matris vmbrâ creſcit, in magnam molem exurgere nequit, patet filios, dum inter brachia verſantur parentum, ad magnos honores emergere non poſſe. Canit ergo.

num. 55.

PLANTVLA, quæ veteri de ſtirpe ſub Arboris vmbrâ
Pullulat haud temere ad frugem procera ferendam.
Peruenit, aſt imis humilis radicibus hæret.
Sic puer vmbroſâ patris nutritus in æde.
Inque ſinu matris vix vnquam ſe arduus effert,
Vix vnquam frugi eſt; ad claros creſcere honores.
Auertens lucem, quem non ſinit vmbra parentum,
Sed ſedet vſque domi ignauus, producere fructus.
Qui poterat latos, alium translatus in orbem,
NAMQVE altæ frondes, & rami matris opacant.
Creſcentique adimunt fætus, vruntque ferentem,
Vt necat ergo ſuos Arbos vmbroſa ſtolones,
Blanda Patrum ſegnes facit indulgentia natos,
Mollior & Matrum nutritio frangit alumnos.

F

Nec in hoc inſtituendæ iuuentutis negotio nimia laudatur auſteritas, & vehementia, ſed aurea quædam facilitas, quæ dulci cum violentia cogit, ſoluendo ligat, & ligando ſoluit. Quia cum animum humanum, Surculus, vt diximus, referat, ideò ſicut iſte VI FRANGITVR, OBSEQVIO FLECTITVR, ita ille paulatim flectendo obſequitur, vi autem rumpitur, indignatione obſequium diſperdente, vt innuebat Ouidius.

l. 2. de arte.

Flectitur obſequio curuatus ab Arbore ramus;
Franges, ſi vires experiare tuas.

Quod emblematicè quoque animaduertit Camerarius.

Embl. 21.

Frangere vi potius, quam lentè flectere ramum?
Eſt tractare Homines molliter artis opus.

G

Nec ab hac mediocritate ſeiuncta debet eſſe perſeuerantia, quam nobis ſub Emblematis ſpecie materiem Arboream apprimè concernentis inſinuabat Kreihing ad Rotariorum Fabrorum exemplum, qui, niſi fortiter inſtent, nequeunt medium rotæ perrumpere tubum. His autem ſuum conceptum exprimit

Embl. 110.

Ecce rotam cupiens aptare Rotarius axi
Nititur axigerum perterebrare tubum.
Nec piger inualidis peragit ſua capta lacertis
Sed, dum perrumpat, fortiter vrget opus.
Brachia nec lentâ metuit laxare terebrâ
Aſſiduo quamuis torqueat orbe manus.
Sedulus at perſtat ſolidum pertundere truncum;
Conſtanterque grauem vincere duriciem.
Cedit, & inſtanti tandem, obſequiturque labori
Truncus, & in medio grandi foramen habet.
Scilicet aſſequitur ſtabilis conſtantia finem,
Vixquè imperfectum feſſa relinquit opus.
Sed vincit, quicquid vinci non poſſe putabas,
Nimirum abſoluit, qui patienter agit.

H

Vulgatum enim eſt quod OMNIA POTEST VSVS; hocq; cõfirmat emblematicè Nicolaus Reuſnerus adiecto igne ligna vorãte, ac trabe carieni patiente, cũ hac erudita applicatione. –*Ceu putredo Trabes, & Lignum conficit ignis,*

lib. 4. Embl. 23.

Sic torpor mentem, curaque ſæpè necat.
Et ceu vomer iners ſcabreſcit ſorde, ſituque,
Sic Mens pigritiâ, lentitiâque perit.

Cun-

A *Cuncta potest vsus: labor improbus omnia vincit,*
Quem quicunque fugit, iam decus omne fugit.

Hanc tamen Perseuerantiam, cæterasque Virtutes nusquam assequi poterimus, nisi tollantur impedimenta. Hinc saluberrimum illud memorati Kreihing monitum *Calido subtrahe ligna foco*, emblematicâ hac explicatione declaratum. *Embl. 120*

Non durant morbi, nisi sint fomenta malorum:
Vt subito abscedat, tolle alimenta febri.
Omnia habent hominum certas incommoda causas,
Hæc generat pestem, nutrit at ista, malam.
Excitat humano turbata in corpore morbos
Temperies, & ni fers medicamen, alit.
Ciuilisque suas habet & discordia fontes,
Vnde trahens ortum longius illa fluat.
Omnibus at melior nulla est medicina salutis,
Tollere quam quæ sunt robur, & esca mali.
B *Addita ligna foco, quam magna incendia pascunt!*
Subtrahe, tota ignis vis, rabiesque perit.
Consilium est sapiens; causam nè ponito morbis,
Aut subito emendà, si data causa fuit.

Et quisnam directius hanc contrà Doctrinam agit, quam quicunq; miseriarum suarum auget, eum minuere possit aceruum? Et ò quanta Moralis Doctrinæ suppeditaretur hîc materies? Sed quoniam hoc stylo procedere nõ decreuimus ex instituto, in præsentibus sat erit innuere hunc agendi morem esse pene communem Animarum nostrarum ruinam. Quot enim sunt inter homines, qui plusquam Atlantes sub immani peccatorum mole fatigati, non ipsam tantum Sacramentali non destruunt confessione, sed, ò peruicaciam! illam in dies adaugent. Eiusmodi mentis hominem increpat Antonius Gigas. *Siccine, dum fas est noxas abolere vetustas,* *in Carm. Elegiac. ad se ipsum sexagen.*
Tu cumulum perges amplificare nouis?

Istos sub emblematis specie refert fabulosus ille senex, qui cum lignatum exijsset, & C fasce confecto, ipsum deferre non posset, vbi lignorum non nihil demere debuerat, non nihil addidit, & quo se magis imparem ponderi cognoscebat, eò auctius illud faciebat. Sic illum descripsit Laurentius Legatus Cremonensis neotericus quidem, mihiq; per quam familiaris, sed non vltimi census Poeta. *Laur. Legat. lib. 1. Embl. 15.*

Quem magis ac ætas, via montis iniqua fatigat,
Nec bene stat gressu iam titubante Senex.
Aspice vt immani lignorum fasce parato
Nititur ille humeris imposuisse suis.
Cumque nimis vastum nequeat sustollere pondus,
Sentiat & minimo robore corpus ali.
Heu fatuus, noua ligna legens, ea iungit aceruo,
Quonè minus valeat tollere, adauget onus.
Est equidem hic stultus; sed longè stultior ille est,
Qui cum vix Animæ pondera ferre queat,
Turpia nec quærit sacro delicta ministro
D *Dicere, vt immensâ mole solutus eat.*
Crimina criminibus cumulat tamen, auctaque semper
Auget, & (heu!) semper quæ noua iungat, habet.
Non hunc vlla Salus, sed Sanctum in Pneuma patrantem
Quid, nisi seua DEI, sed grauis Ira manet?

Prædicti senis ineptiam, propter quam mortem quoq; implorabat, fabulosè tractans Gabriel Faernus Legati prædicti Conciuis, sed exacto tantum sæculo florens, ità expressit, vt facile sit eandem emblematicèos exhibere, ad probandum quod

Multi absentem audent mortem contemnere, quæ mox *in Fabular. centuria ad num. 10.*
Terret eos, veris repræsentata periclis.

Quæ verò adduci possit Emblematis eiusmodi figura, facile patebit ex sequentibus.
Lignatum egressus nemorosi ad culmina montis

Confecto sub fasce senex se se inde ferebat: E
Cumquè labore via, atquè iniusto pondere pressus
Abiecisset onus, solis deprensus in aruis,
Mortem implorabat, Mortem sæpè ore ciebat.
Ecce autem huic dira species se pallida Mortis
Obtulit, &, si quid vellet, præsto esse professa est.
Ille metu sudans, atque in contraria versus
Vota; Iuua me, inquit, tergo hunc imponere fascem.

Causam quoq; malorum tollit, qui vnitatem in Coniurationibus aufert; hoc enim est vnicum ipsarum dissipandarum remedium. Ideo exhibita Carbonum ardentium congerie, tanquam elegantissimo coniuratorum Symbolo P. Kreihing, opportunè subscripsit *disgiunge, peribunt*, succedente posthac Emblematis descriptione

Embl. 119.

Vim prunæ ardentes sæuas accendere flammas
In cumulo iuncta, si foueantur, habent.
Dat vitam, & vires calor his, & mutuus ardor,
Alteraque alterius fota valescit ope. F
Et nisi prauertas, ploranda incendia spargent,
Totaque fors valido corruet igne domus.
Nil melius sparsis cumulum dissoluere prunis,
Mox etenim quæuis sola relicta perit.
Non est absimilis sæuo medicina furori,
Cum populus rabidâ seditione furit.
Dum coeunt cætus, dum iungit turbida dexeras,
Et capiti confert plebs rabiosa caput.
Et mox infestas passim discurrit ad hastas,
Inque, insana, suos, clamat ad arma, Duces.
Quid sperare potes, nisi dira Rebellio, cladem
Quam ferre, & patriæ quæ dare damna solet?
Sed disiunge animos, cætus diuelle procaces,
Abrumpe & cautis fœdera consilijs.
Vulgus in aduersos iunctum diducito sensus, G
Diuide & in partes quod modo corpus erat.
Moxque mori extinctis cernes incendia flammis
In gelido vt moritur pruna perempta foco.
Exiguas ciuilis habet dissensio vires,
Si furor, & rabies, plebsque coire nequit.

Ne tamen hæc pericula incurrant Principes, hic debet esse prior illorum sensus, hic labor, hoc studium, vt suæ maiestatis ipsi non indigna patrantes, in sui contemptum subditos non trahant. Quomodo enim amabunt Populi Principem, qui se Principem Populis non exhibeat? Quomodo verebuntur, qui Throni dignitate neglecta, puerilibus interdum ineptijs, Maiora Regni negotia posthabeat? Tales fuerunt Romanorum Imperator Domitianus, Artabus Hyrcanorum, Bias Lydorum, Erops Macedonum Reges, quorum puerilitates eleganter admodum expressit Legatus prædictus, cum ad probandum LEVIA NON SECTANDA, pro emblemate adduxit Villicum ipsius ignauiæ typum, præ Vecordia non lignis sed leuioribus tantum folijs igni brumali parando colligendis intentum, quæ tandem Boreas dispersit, quandoquidem H

Non sibi constantes dissipat aura frues.

Illi propterea canenti non erit ingratum aures præstare.

Laur. Legat. lib. 2. Embl. 10.

Iam gelidis instabat hyems comitata pruinis,
Certum erat, & canas haud procul esse niues.
Nec tamen instantes quicquam domitura rigores
Legerat in notis ligna Colonus agris
Omnes quippe dies, vecors, noctesq; trahebat
Incola vt ignaua sus lutulentus hara.
Cum tandem summo bruma cogente furore
Exijt vrendam quærere materiem

Non

A *Non ideò aut falcem sumpsit, validamuè securim,*
Segnia ne modicum terga grauaret onus,
Cædere non ergò, vel sternere ligna paratus,
Quid faceret, vacuus ne remearet homo?
An quæ sponte suà delapsa sub Arbore prostant,
Sarmenta, & cremium legerit ille putas?
Non vtique, at leuibus, quæ circumfusa iacebant,
Torpidus, è folijs fecit abinde struem.
Ast hanc dum dubitat sub tectum quomodo portet,
(Cum nec saccus ei, fisci nauè vlla foret;
Nam tuguri hac pariter canoso in limine liquit,
Tanta euitandi cura laboris erat.)
En subitò Arctoi violentia flaminis vrget,
Et malè constantem dissipat inde struem!
B *I nunc, & folijs confide fugacibus, i nunc*
Et leuibus, demens, disce adhibere fidem.
Sed proh quot viuunt miseræ leuitatis amantes!
Quot sunt, quos tantum trica, apinaq́, iuuant!
Dacicus errantes Cæsar transfigere muscas,
Hircanus Talpas Artabus opprimere.
Gaudebatq́, Bias filo traducere ranas,
Laternas Macedo conficiebat Ærops.
Sed quid prisca loquor? non hoc quoq; tempore desunt,
Qui egregium ducant futiliora sequi.
Hi sunt, qui vanos tantum sectantur honores,
Nec curant Christi postposuisse decus.
Hi, quibus est cusi sitis insatiabilis auri,
Et queis pro cæco numine cæca gula est.
Hi, qui mundano solum uituntur amore,
C *Tollere nec mentis lumen ad astra volunt.*
Vsq; adeo hi leuia affectant, vt amabile Regnum,
Et solida cæli posthabeantur opes.
Nil igitur mirum, si denique morte subacti
Illorum in manibus, nil, nisi ventus, adest.
Ventus in excelsum, qui nunquam tollit; at imum
Fumilegas animas proijcit in barathrum.
Quare agite, ò tandem firmissima quærite Gentes.
Talis erit Virtus; cætera ventus aget.

Quod porrò cætera, præter Virtutem in hoc mundo, leuissima sint, id quotidiana præter experimenta, vel leuissimus puerorum ludus cui singula comparantur, probare poterit, si postremò audierimus toties quidem, sed non satis vnquam memoratum P. Io. Kreihing, qui curioso simul, & erudito Emblemate id comprobat, dum docet, quod vel ipsa MVNDI FELICITAS PVERORVM LVDVS est. Inducit enim pueros trabe per transuersum Arborei caudicis aptatâ ita colludentes, vt D alter alterum tollat alternatim, & deprimat, & quià — *Toto sic luditur Orbe* Id ingenuè admodum insinuat sequenti doctrinâ.

Ludendi solita est pueris, & magna voluptas
In trabe, cum puerum tollit in alta puer. *Embl. 149.*
Trabs in supposito transuersum maxima trunco,
Aut motu facilis pertica longa iacet.
Mox alacres huius scandunt extrema puelli,
Et sua in opposita corpora parte locant.
Nec mora, vt intorto iactantes membra petauro,
Motibus alternis ima, vel alta petunt.
Pondere nunc grauior terram hic defertur ad imam,
Isque, ex aduerso qui sedet, alta tenet.

At vice mox versà descendere cogitur iste,
Euolat ast alter, qui prius imus erat.
Sic ludunt pueri, supràq; infràq; feruntur,
Et per mutatas stantquè, caduntq; vices.
Persimilis toto ludus quoque luditur orbe,
Ludicrus est pueris, serius ille viris.
In trabe ceu pueri, instabili sic sorte mouetur
Res hominum, & variâ fertur in orbe vice.
Aspice, vt Æsthèris patruo colluserit Amau,
Hunc, qua illi fuerat furca parata, tulit.
Quî magni sobolem refert memorare Iacobi?
Quam mirus fratrum ludus & iste fuit!
An non qui fratrem tam dire in ventre premebat,
Scimus ad oppressi post iacuisse pedes?
Arctoos inter quanta alternatio Reges,
Hinc ante annorum tempora pauca fuit!
Quando hic ascendit solium de carcere Regni;
Carceris à Regno vincula at iste tulit.
Nempe hac ludentis fallacia ludicra mundi est,
Alternat quidquid prosperitatis habet.
Eleuat hunc istâ, parte hac mox deprimit illum,
Imo & eundem, quem sustulit, inde premit.
I nunc, & mundi rebus confide secundis,
Si sapis, ha puerum nil nisi ludus erunt.

Quapropter in hoc vnum insistendum est nobis, vt hisce mundanarum vicissitudinum ludis nihili factis, totam spem nostram in Deo iaciamus, in quo seria omnia gaudia comperiemus. Nullæ etenim humanæ cogitationes, actiones nullæ, quantumuis alioquin speciosæ simul, & laudabiles appareant, nulla virtus, nec vlla doctrina per se consistere, vel aliquid boni producere potest, nisi diuinitus à Deo Patre luminum, à quo omne bonum munus, & omne bonum perfectum descendit, gubernentur, illustrentur, ac splendore diuinæ gratiæ ad optatum finem perducantur. Siquidem

D. Iacob. in Epist.

Omnia florescunt prospiciente Deo.

Ipse quippe est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et hoc enixè nobis intendebat proponere doctissimus Ioachinus Camerarius, exhibens collem varijs vndique selectissimarum Arborum generibus consitum, multiplicique herbarum, & florum fætura, ac diuersitate conspicuum; sed in amænissimo eiusmodi statu non diu permansurum; omnia quippe breui defectura, nisi opportunè solaribus radijs fruantur, in suoq; vigore conseruentur. Itaque conclusit author Emblematographus *Mons omnis hoc, nisi Sol foueat, viduatur honore.*
Quicquid ages, cassum disperit, absque Deo.

D.Io.c.1. Embl. 2.

Quod aptiori non credam fieri potuisse comparatione; nam vt inquit D. Gregorius Nazianzenus in oratione de Athanasio Episcopo. *Quod Sol est sensibus, id intelligentibus est DEVS; Ille enim mundum illuminat visibilem; hic inuisibilem, & ille quidem visum corporis illustrat, hic verò naturas intellectu præditas reddit splendidas.* Sic Religio nos docet, cuius pro Emblemate Arborem amœnam, amœnum Ioannis Ouuenij ingenium piè admodum, & eruditè constituit, vbi plectrum ad hæc direxit.

Epigr.part. 1.l.3.n.64.

Arbor amæna pio plantanda in pectore, cuius
In radice labor, fructibus insit honor.
Primus in orbe deos fecit timor; haud malè dictum.
Est etenim pietas prima timere Deum.
Fel in radice est Pietas, in vertice mel est,
Relligionis enim fons timor, amnis amor.

Catholicorum ideò Regnorum omnium est omnes in eo suas intendere vires, vt Ecclesiam Dei foueant, protegant, & venerentur. Quod per hospitalem immensæ magnitudinis Arborem expressit Nicolaus Reusnerus egregiè admodum in sacris Emblematis canens:

Culta

A

Culta Dei Palmis, ramis felicibus Arbor
Surgit in immensum viribus aucta suis.
Mole suâ stans celsa, & vertice nubibus aqua,
Immenso ramos pandit in orbe suos.
Sufficit irriguam cunctis animalibus vmbram:
Fertilis & brutis dat, populisquè cibum.
Alituumque choro sedem Virgulta ministrant,
Luxuriatque suis fructibus omne solum.
Scilicet hanc olim vidit per somnia Cæsar
Assyrius: verum somnia sæpè monent.
Sortitur Rex sceptra Deûm supremus in Orbe:
Regna viris, armis instruit vsque viros.
Nobilis hac Arbor, Mundi sunt Regna potentis,
Suffugium brutis dans, hominique suum.

B

Nanque sub hac vmbram captans Ecclesia latam,
Semper habet tutos, fessa labore, lares.
Inde cibus pecori suus est, hominique: beatâ
Pace sub hac cunctis fas, requièque frui.
Salue Arbor plantata Deo; floreque per omne
Æuum, perpetuis inuiolata comis.

Embl. sacr. 24.

Vt autem Arbor hæc Ecclesiam repræsentans florida est, & vndequaq; fertilis: sic & è conuerso est sterilis Arbor illa, quâ Hæreticos designari scito Emblemate notat Principius Fabricius Theramensis, eandem abs Dracone flammas euomente incensam graphicè inducens ex allusione ad stemma gentilitium Sanctiss. Gregorij XIII. Hæreticorum enim Arbor Anathematis igne consumitur. Quæ allusio eò conuenientior est, quo patentius ex Euangelio omnem Arborem sterilem in ignem mittendam, quouè magis liquet Draconem *Saraph* Hebraicè appellatum, Latinè vrentem, ignitum, & inflammatum exponi. In cuius rei declarationem Author supposuit decatetrastichon Italicum, cuius sensus hoc Latino comprehenditur hexasticho.

Embl. l. 4. tit. 2. allus. 13.

Apud. Laur. Leg. in Carm.

C

Arboris Hæreticæ fallaces vrere frondes,
Quarum quaquè loquens lingua dolosa fuit.
En Paradisiaci Custos, & Clauiger Horti
Ignitis astat viribus iste Draco.
Non erit vlterius quod tu, Gens fida, pauescas,
Sublatâ his flammis Impietate, Malum.

Sed ingeniosis istius modi Cõpositionibus Symbola, quippe quæ ijs cognata, succedãt.

SYMBOLA.

Spem totam in altis ponendam, vbi habitat Deus, & nullatenus in hominibus, aureæ nos docẽt Literæ in sacro Textu, vbi inter cætera, historiam Agar legimus. Quod vt Symbolicâ quoquè suaderet Eruditione Ingeniosus quidam Arborem exhibuit, sub quâ Puer languidus, & siti prope vitam expiraturus iacebat, Muliere in

D loco aliquantum distanti, suppliciter exorante Superos, cum Euangelicâ inscriptione, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Totum id ad Historiam prædictam referendo. Hanc fiduciam in Deo habendam confirmant Iouius, & Ruscellus adducta Arbore nuper insita cum verbis VVAN GOTT VVEILT, idest *Quando Deus volet.* Seu, sicut est in Insigni eiusdem Ruscelli ap. Io. Bapt. Pittonum, & Lud. Dulcem ΘΕΟΥ ΣΥΜΠΑΡΟΝΤΟΣ, idest DEO ADIVVANTE. Hac enim denotatur homo, qui cõfidit se Dei Gratia, & fauore flores, & fructus Gloria dignos, & Honore daturum. Nec absimilis sensus est Arbor nuper insita cum surculo bonam de se spem germinationis promittente, quandoquidem illi subscripsit Camerarius.

Gen. c. 21.

D. Matth. c. 11.

Iouius dialog. Impr. 3. pag. 139. in Insigni Iulij Iouij Pitt. lib. 1. Impr. vlt. Dulc. 1. Impr. 4.

Si faueat Cælum, benè surculus Arbore crescet.
Si faueat Numen, tu quòque magnus eris.

Eandem verò speciem referens Arbor putata, vnico tamen superstite ramo, cum lemmate

Symbol. 3.

mate VNAM SPERARE SALVTEM inducitur à Bernardino Perciuallo in Symbolum Viri prudentis, qui ſuperfluas abijcit curas. Idem alias ad Io: Baptiſtam Ricaſolem miſit Arborem à vento agitatam, ad terramq; proiectam ſub dicto: AB OCCIDENTE CALAMITAS, ad ſignificandum, quod ſicut Arbor illa proiecta fuerat ad terram ab Occidentali vento Fauonio, qui magis fouere debebat Arborem, quam lædere, cum Fauonius dicatur ab eo quod ſatis omnibus faueat, ſic ſupradicto Ricaſoli iniuriā ab eò pectore fluxiſſe, à quo fauores dumtaxat ſperare debuerat. Nec extrà rem venit Labrum accenſis plenum Carbonibus cum Zephiro ab aduerſo ſpirante, & Dictis NON EXTINGVIT, SED AVGET. Aut ſi plures adſint venti: GRANDIOR NECAT, vt habet Scipio Bargalia; ſignificat enim quod ſicut mollis ventus fouet, & auget, grandior autem flammas extinguit, quià

Nutritur Vento, vento reſtinguitur ignis.

Lenis alit flammas, grandior aura necat.

Ità permagnum amorem ex modico iræ ſpirantis flamine non extingui, ſed augeri. In eādem trahi poteſt ſignificationem Symbolum illud conſtans ex pluuiā à ventis concitatā, & ſuper accenſa ligna cadente, dummodò tamen ſupraſcriptum addatur Lemma. Si enim exhiberetur verbali cum ſchemate QVANTE SPERANZE SE NE PORTA IL VENTO, vt adduxit Perciuallus, tunc indicaret Facinus aliquod, intentatum quidem, ſed ad finem non ductum. Ratio eſt quià modicum aquæ magnum incendium non mitigat, ſed magis inualeſcere facit, fuſior copia extinguit. Cum verò Amicorum Hieroglyphicum ſint folia, vt ex mutuā vtrorum comparatione apud Senecam colligitur; inquit enim. *Quemadmodum frondium iactura facilis eſt, quià renaſcuntur, ſic eorum, quos amas, quorum oblectamenta vitæ putas eſſe Damnum, quià reparantur, etiamſi non renaſcantur.* Hinc ad ſymbolicum reſtaurabilium amicorum ſimulacrum exprimendum, non malè ſumi poterunt frondes, quippè renaſcentes, & ijs addi literarius hic ſpirirus *illorum ſupplent, quæ cecidere locum.* Cæterum folia propter ſuam deciduitatem mundanæ fluxibilitatis ſymbolum admodum expreſſiuum ſunt, & ideò curas ipſius amouendas eſſe prænotare valet Ligni Truncus exhibitus à Paradino in Inſigni Dominici Boizij ſummi Galliarum Regis Prægustatoris cum titulò circum alligato HIC TERMINVS HAERET, quia ſicut Truncus huiuſmodi pompoſo quondam frondium, florum, & fructuum inſignis apparatu, iam aridus conſpicitur, nullo feracitatis ſuæ remanente veſtigio; ſic & opum quarumcunq; immenſarum prætereunte affluentiā nudi tandem redimus, quò nudi proceſſimus: Et hic eſt terminus hærens, & fixus omnium eorum, quæ in Mundo intentamus. Sed ſi à Trunco inutili ad Termitem Arboreum, ideſt Ramum fructibus onuſtum, folijſq; exornatum ſermonem conuertemus, illiq; hanc concedamus inſcriptionem DECOR, ET DVLCOR, Emblemati dabitur locus non ineleganti, ex Baſilio Magno his excerptis. *Vt planta propria virtus eſt fructus producere; afferunt tamen aliquem ornatum & frondes ipſa circà ramos diffuſæ: ità profectò & Anima præcipuus quidem fructus eſt Veritas: non inamænum tamen eſt hæc extraneā circumdari Sapientiā, quæ tanquam frondes quadam, & fructui tegmen præbeat, & ſpeciem intuentibus latiorem oſtendat.* Si verò ambo huiuſmodi Arborea membra, Termes ſcilicet frondoſus, ac Truncus aridus eadem exhiberentur Icone cum verbis ALTER ALTERVM AEMVLABITVR, hos crederem oſtenſuros Diuitem tandem pauperi futurum æqualem, eādem prorſus methodo, quā ſimplex Ramus Arboreus, & Iuncus in Emblemate, cum verbis Iſaiæ Prophetæ, ET SVCCIDET RAMVM, ET IVNCVM, ſignificant virum fortem, & imbecillem ſatis tandem æquè ceſſuros; vnus enim dies de omnibus fert ſententiam ex Seneca, & quod grauiſſimum Natura fecit, commune fecit, vt crudelitatem fati conſolaretur æqualitas. Quoniam profectò hæc cuicunq; ſtatuta fatis occumbentia paruipendenda foret, ſi Mortis æternæ periculum ſubindè nōn immineret, hic emblematicè Doctrinam Euangelicam, propter quā ad vitā immortalē patet aditus, exponemus, ex cuius pūcto tota, ſiuè felix, ſiuè infelix Æternitas ſubeunda pēdet. Quod oſtendere quoq; valet Lignū cæſum, ſiuè Arbor ſucciſa cadens cum titulo tamen ex parte qua ſe inclinauerit MANET IBI. At Arbor quaſi ſicca, cuius ad radices quædam manus aquam effundat cum verbis appoſitis VT REVIVISCAT, ET SERVETVR vicem ſubit in noſtro ſenſu hominis, qui poſtquam, peccatis mediantibus, Dei gratiam amiſit, pœnitentiā tandem tactus ſpirat

Margin notes: *In Inſigni Co. Alph. Scotti pag. 251.* — *pag. 185.* — *Bargal. Symb. mihi pag. 283 id. in Inſ. Co: Horat. Carpegna pag. 207.* — *In Inſigni Io: Bapt. de Racanatis pag. 209.* — *Epiſt. 105.* — *Claud. Parad. lib. de Symb. Heroic. n. 166.* — *De Gentilium Scriptorum lib. euoluendis. cap. 9.* — *Gouſchel. lib. 2. eloc. ſacr. Script.* — *Ep. 15. & de breuit. vita.* — *Eccl. 11.* — *Fran. Geor. Probl. 95. c. 15.* — *Bartholom. Tag. l. 2. de Ar. fabr. ...ſt.*

E F G H

A ob eleemosinas, Diuinamque Benignitatem, amissam recuperare gratiam, atque ab æternâ seruari damnatione; Cumque Arbor concidat, flauescatq; dum alimentario distinguitur humore, sed ad radices rigata, sese statim erigat, & turgescere quodammodo contendat, consuetasque promoueatur ad actiones; allatum Emblema sic duplicabimus alio hoc admoto titulo AD MVNIA SVRGIT, vel melius ex Iob AD ODOREM AQVÆ GERMINABIT, cuius verba mutuatur Lyricus. Radices namque Arborum ori respondentes in Animalibus reliqua viuificant membra, primam quaquauersum alimenti digestionem mittentes; vndè alimoniam famelicis suppeditare, est omnes exercere Virtutes, tanquam conditio earundem sine quâ non: ità ad rem Theodoretus Cyrenensis Episcopus discurrere videtur: *Sicut Arbores suis radicibus innixa ab ÿs alimentum sumunt, ita rami, folia, & fructus ornant radicem, quod est quodammodò par pari rependere; adeo vt absque his radix inutilis esset, vti ha absque radicibus non viuerent; ità corpus indiget sensibus, & membris, pedibus, manibus, &c.* Qua, seu non dissimili significatione prædictum esse patat Symbolicè ligneum vas, quod tetigerit seminifluus, si exponatur in actu lauacrum subeundi, vt habemus in leuitici 15. de-

B notat enim virum Christicolam, qui posteaquam vanitatibus aditum præbuerit, per pœnitentiam tandem mundari perquirat. Dum autem pœnitentiæ nomine includi quoque, licet implicitè, videantur aduersitates patienter perlatæ, aliud hic apponemus Emblema, illas perbellè designans, vt causas, quæ longè meliorem faciant nostram conditionem. Arbores non vno, sed pluribus ventis agitatæ, cuiusmodi erat quæ iuxtà aquas posita symbolum fuit Alphonsi III. Portugalliæ Regis, cum dicto NI VNDAS, NI VIENTOS, nimirum *nec vndas, nec ventos*, subintellige *timeo*; vel cum verbis SEMPER EADEM, quemadmodum Symbolum erat Henrici III. Primogeniti Castellæ Regis firmitudinis descriptæ, atque in aduersis constantiæ subeunt significatum, cum tali pacto radices altius agant, atque telluri profundius hæreant contranitendo validissimè immani ventorum hostilitati, & hac quoque methodo ipsa vexatio dat Hominibus intellectum. *Formant Clades igitur* (sic scribit Lypsius) *& vt Arbores ventis agitata altius radices agunt, sic boni in virtute magis comprehendunt, impulsi quoties aduersitatum flabris.* Cui Emblemati subscriberem illud D. Pauli, CVM IN-

C FIRMOR, TVNC POTENS SVM. Præclaram insuper patientiæ Virtutem in hac Animi firmitudine lucidissimè coruscantem propensius sectandam, proponere dicendum est Iugum illud, quod pro Emblemate familiare habuit sanctissimus Pontifex Leo X. tam antè Pontificatum, quàm in ipso quoq; supremo Principatu, dum illi verbum SVAVE adscriptum cernere erat. Videbatur enim huiusmodi Emblema inferre nihil Patientiâ melius, & aptius ad superandas omnes aduersitates, iuxtà illud Virgilianum

——Superanda omnis fortuna ferendo est.

Cap. 14. — Horat. sat. 2. lib. 2. — Serm. 12. de curat. in fid. græc. — Lauret. in ver. abluere — A Ricc. comment. Symbol. — Octauius Strada Symb. Tab. 49. 5. & Tab. 29. 4. — Eccles. cap. De Cōstan. — 2. Cor. 12. — Æneid. l. 5.

Nam subditus Homo alacri Animo subire debet difficultates omnes, quæ sic initæ, suaues euadent, & dum cæteris præest Princeps, suaui quoque applicatione Populos regit, pascit, & gubernat. Virtutem insuper huiusmodi cum humilitate connexam maximè condecere ad imperturbatè in ipsâ quoque Politiâ viuendum non deest qui doceat; Hanc enim vicem abundè sufficit M. Zuerius Boxomius, dum inter sui lucubrationes illud affert de vmbra maiorum Arborum superstante minoribus Arboribus & veluti has impediente, ne crescant cum apposito schemate CEDE MAIORI, quæ nos itaque, docendos suscipiunt, quod quemadmodum Arbor adhuc tenella sub ma-

D ioris alterius Arboris vmbrâ enata se flectit, nec assurgere valet, in altumque niti, ità sunt subditi sub suis Principibus, qui suos etiam infrà esse volunt quod sunt, & habent, nam magnitudini suæ deberi omnia putant, cæterosq; minimè posse, maximèque ignorare; Inopes indè, miseriq; subditi, si viuere malint, siquè inter infelicitates commodè degere cupiunt, debent cogitare Principem maiorem esse, quàm reuerà sit, & se ipsos seipsis minores fateri; fortunam Principis, & propriam sic ponderando vt propria credatur verè non posse satisfacere, vel non posse videatur; illius verò tanta, vt nec obstringi valeat, nec expleri, in quibus subditorum humilitas eum maximè niteat, hinc sit etiam vt ipsis quoque maxima concilietur Quies, & Concordia, quæ quam necessaria sit Reipublicæ, id vel ab ipso Philosopho docemur *Concordia res parua crescunt, discordia maxima dilabuntur.* Eandem pariter Animi firmitudinem significari arbitrarer ab Arboribus quibusdam in Mari sub aquis quoque viuentibus, si proponerentur tanquam

Symbol. & Embl. politic. num. 11 — Ethic. l. 9. cap. 6.

quam ſubiectum Emblematis denotantis fortem Virum, cum huiuſmodi verbis adiectis OMNE SOLVM FORTI PATRIA EST; Arboribus enim proprijſſimus locus Ager eſt, ſed duriſſima quandoque ſaxa, inſtabileſque Lymphæ Arbores identidem auent alere; Caprificus ingentia ſcindit Marmora; & Arbores *Magle* Indicæ ſub aquis degunt; Arabicumq; Pelagus Arboriferum eſt ſecundum Strabonem ſic ſcribentem *Pelagus humile eſt, duorum ferè paſſuum, & ſumma eius facies herbida muſco, & Alga pellucens, quæ plurimum in freto abundat, vbi Arbores etiam ſub aquâ naſcuntur.* Quæ ſi aliundè eradicatæ ibidem tranſplantentur ſignificare poſſunt, Virum diuerſiſſimæ à naturali ſuo loco Patriæ Ciuem effectum; quinimmò indicant ex D. Ambroſio legem veterem à Iudæâ auulſam, inquè Gentilitate tranſplantatam. Hæc Animi regulata affectio Virtus quædam dicenda eſt ab Amore Iuſtitiæ minimè disiuncta, huiuſmodiquè Amor nil aliud eſt, quàm conformatio propriæ voluntatis cum placito Entis Entium, & Cauſæ ſupremæ, à quâ optimi ſemper emanantes effectus comprobant viciſſim tali virtute præditum Virum ſummoperè diligi. Ideò amoris iſtius reciproci ſignum non ineruditum erunt ligna quatuor in duplicis crucis modum, & quaſi craticulatim diſpoſita, & ceu Characterem Signi Geminorum ♊ Caſtoris id eſt, atque Pollucis referentia, quod animandum eſſet his verbis INNVMERIS POTIOR VNA TRIVMPHIS; Hinc appoſitiſſimè Nouidius ſignum Aſtronomicum Geminorum ad ſacra Dei Myſteria accommodauit, quorum terminorum alter eſt D. N. Ieſus Chriſtus, alter verò Diuus Io. Baptiſta Præcurſor, dum cecinit.

Iſid. l. 15. cap. 13. — *Lib. 16.* — *D. Ambroſ. in D. Luc. cap. 17.* — *Ptolom. tract. 1. Quadrip. cap. 9.* — *Gorop. in Hierogl. lib. 16.* — *Lib. 5. Sacrorũ Faſt.*

Clarus it in Geminos, ſed eodem tempore Phœbus
Quando refert Progne garrulà voce diem.
Creuerat in ſyluis natus facundus Eliſa,
Vrbibus & natus Virgine notus erat.
Quod Pueros ſacra ferè imagine ſpectat eadem,
Alteriuſq́; annis non procul alter adeſt.
Quodq́; ſalutarunt Matrum ſe ventre ſuarum
Credidit hos Geminos ſacra ſecuta dies.

Ponè ſequitur Charitas, quam qui poſſidet, verâ Pace, quæ (cum illam mundus dare non poſſit) Veri ſolius Dei Donum eſt Illuſtre, feliciſſimè perfruitur, & quæ præcipua eſt Virtus, quià *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. Charitatem autem non habuero, nihil ſum*, vt aiebat D. Paulus. Propter illam æſtuantes namquè Viros Emblematicè refert lignum aridum intus conçauum, & ibi nutriens ignem, cum flammulis erumpentibus extrà, ac titulo VIS EST ARDENTIOR INTVS, quià qui Charitatem habet, opera ſemper Charitatis exercet, & ſic agendo, quæ magna in Proximum Pietas eſt, longè maiorem eſſe oſtendit ſuum ergà Deum Amorem, vtcunque ſentirent qui hoc ipſum Symbolum ponerent indicaturi Ciuitatem ſeditionibus, & odijs inteſtinis conturbatam iam iam funditus collabantem, ſeù etiam repræſentaturi graues animi moleſtias intus exardeſcentes, perniciemquè plerunque afferre conſuetas. Ad quam Charitatem adipiſcendam, etiamſi ad id nos non adhortarentur Diuina Præcepta, Immortaliumq; ſpes nunquam fruſtranda præmiorum, deberemus tamen ex ipsâ noſtrimet Naturâ quàm ardentiſſimè impelli: Hæc enim cum rectâ procedat à Deo, qui totus Charitas eſt, ad ipſam quoque Charitatem, per quam neceſſariam habere debet relationem. Et hoc eò magis quià proprium eſt naturæ in propriam ſemper, genuinamquè ſui conditionem reuerti; iuxtà illud

1. ad Cor. cap. 13. — *1. Io. 4.*

Naturam expellas furca tamen vſque recurrit,
Et malè perrumpet furtim faſtigia victrix.

Quarè Arbor Artificio deducta, ſeù per Topiariam Artem in aliquam formam, vel figuram à propriâ naturali valdè diſtantem conſtituta, cum titulo VSQVE RECVRRIT, aſſertum noſtrum Symbolicè confirmabit. Illud quoque literarium Academiæ Gelatorum Bononienſis toto iam orbe famigeratiſsimæ ſubit explicandum. Iſtud multas Arbores frondibus ſpoliatas continens, admirationem verè captat. Inter repræſentatas ab eo Plantas nullum apparet diſcrimen, cum deciderint iam vmbræ nemorum, illæquè nouum tempus aduenienS, vernalemquè Beatitatem expectant, quando Academici Literaria proment miracula NEC LONGVM TEMPVS in ſilentio permanebunt; ità moraliter vnuſquiſque Hominum per fidem ſuam, & opera propria mani-

Horat. lib. 1 Epiſt. ad Fuſcum — *Claud. Parad. L. de Symbol. Heroic. n. 101.* — *Academiæ Gelatorum Symbolum*

A nifestabitur; Impijs quidem nulla proferentibus folia, nec fructus; Sancti autem & fructu Gloriæ ornabuntur, & folijs vestictur æternæ vitæ, quemadmodũ D. Chrisostomus discurrebat. Eius pariter sensus Arbor est aphyllos hyemalis, quam Iacobus Rex Cypri vltimus pro Symbolo habebat cum verbis GAVDIVM MEVM SPES MEA, aut CONTRA' SPEM IN SPE, vt erat in consimili agalmate Felicis V. Pont. Maxim. olim Amadei de domo Serenis. Ducum Sabaudiæ, vt apud eundem Stradam. Aliud in mentem venit IN SYLVAM CVM AMICO ABIRE. Symbolicamq; mali Ominis, peruersæq; fortunæ, facinorumquè impijssimorum vmbram saltem præsefert, iuxtà id quod habetur in Deuteronomio *Qui percusserit Proximum suum nesciens, & qui heri, & nudius tertius vllum contrà eum odium habuisse comprobatur, sed abysse cum eo simpliciter IN SYLVAM ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumq; lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit.* Alij tamen malunt quod significet Hominem cum Proximo conuerti ad examinanda propria peccata, vel indicet Prælatum accedere ad discutienda subditorum delicta, illa correcturum. Arbor insuper ab Hederâ conscendente complexa cum titulo IMPROBITAS SVBI-

B GIT RECTVM, explicat hunc sensum nempè pro Arbitrio facundi Causidici Arte, & Ingenio Ius torqueri, Paradino Autore, quemadmodum, vt tradunt Pittonus, & Ruscellus, cum alio titulo SIC PERIRE IVVAT, innuit Hominem breui moriturum, ob Mulieris alicuius duritiem, & crudelitatem; sed absente Hederà, & admotà Hominis manu ad ictum cum securi parata cum alijs verbis INCERTA FEROR monstrat Virum, qui incertus sit quid à Muliere inexorabili valeat obtinere, licet rursus roget, & petat, sicuti Arbor non inclinat sese ad ictus securis si ea feratur incerta percutiendo; Arbor namque significat Mulierem dilectam, securis autem virum amantem, & frustrà rogantem: Sed proh quam eleganter iustè damnatorum ad extremum supplicium exprimit statum Arbor sicca, quam securi excidere conatur agricola, dicens, VT QVID TERRAM OCCVPAT? Et hoc præcipuè cum in quolibet ramorum inscriptum habet nefarium, & capitale aliquod crimen. Præclarum hoc Symbolum R. Pater Hiacyntbus Manara Societatis Iesu præmisit operi suo exquisitæ simul, & vtilissimæ Doctrinæ, inscripto *Le notti malinconiche* edito hic Bononiæ per Ferronium 1658. Est &

C Arbor, è quà ramus sit auulsus, quæ tamen alios habeat cum verbis VNO AVVLSO, & Hominem significat, qui ob mortem alicuius ex suà familià, stoico affectu dolere nequeat, & demonstrat se habere, quem in defuncti locum sufficiat, quod adducitur ab Iouio ex inuentione Petri Francisci de Ricijs pro Symbolo Magni Cosmi Medices, quo significabat per obitũ Alex. Ducis tamẽ non defecisse vltimum ex eâdem stirpe ramum. Arborem tandẽ euersam, seù potius inecuersam ingenioso pro Symbolo Io. Bapt. Gyraldi Ferrar. Academici Affidati, exhibuit Lucas Contilis cũ inscriptione ILLVC VNDE, innuens Arborem Hominis, cuius radices cælum spectantes in capite sunt, vt à Deo attrahant alimentũ gratiæ, ad producendos posteà bonorum operum fructus. Seù clarius significare potest res ire præposterè. Eandem mortui, postmodumq; resuscitati Symbolum Hominis eruditè constituit Hieronymus Bardi doctissimus Vir (cuius Humanitatem, & egregias Virtutes crebris litteris nosse mihi contigit) cum Bembari Piscariæ oræ oppidi meminit, in quo S. Francisci Xauerij quendam à mortuis exuscitantis mentionem habens canit.

Cernis vt inuersa Cœlum radice lacessat
Arbor, & Æthereas viuida captet opes?
D *Quam nec mater alit fœcundo viscere Tellus,*
Nec rigno florens vbere lactat ager.
Talis erat, Francisce, tua rediuiuus ab Arte,
Quem mors sub leges traxerat atra suas.
Illum vitalis terra defecerat humor,
Sed veniens Cœlo vita renata fouet;
Plus vita mors sana dedit; nisi sana fuisset,
Cœlestem hic vitam nunquam habiturus erat.

Non particularem autem, sed vniuersalem mortuorum resurrectionem per sepulcrum, ex quo micans spiculum virentibus ramis exornatum prodiret, cum verbis SOLA VIVIT IN ILLO designauit Paradinus, illud idem pro Symbolo constituens

Homil. 34. de diuers. — *Octauius Strad. Sym. Tab. 59. 6. & Tab. 10.* — *3. Deut. 19.* — *Ant. Ricc. Comm. Symbol. lit. S.* — *D. Gregor.* — *Claud. Parad. L. de Symb. Her. num. 146.* — *I B. Pitton. l. 2. Symb. nobil. n. 36.* — *Hier. Fab. Ruscell. in eod. Symb. lib. 3. n. 34. Damnator. Symbolum.* — *Iou. Dial. Impr. p. 51.* — *Id. Rusc. in Inf. Cam. M* — *Pag. 125. vest. Papiæ. 1474. inf.* — *In. Xauerio Peregrino epigr. 50.* — *Parad. Symb. 27.*

tuens

tuens ſummæ Pietatis Heroinæ Dianæ Pictauien. firmamquè de mortuorũ Reſurrectione ſpem fouentis, & morte alterius vitæ cõmigrationem à cælestium conſideratione non ſẽperantis. Nec niſi ſublimẽ interpretationẽ adfert apud eundem Symbolographũ Sudes ardens vaſculis duobus aquã plenis ſuſq; deq; adaptatis cum dicto HVMENTIA SICCIS, quod Galeatij Vicecomitis II. Mediolanenſium Ducis ſymbolum erat. Quanquam enim de ijs, qui prouerbio ignem, & aquã circumferre dicuntur intelligi poſſit, altiori preſsũ indagine Animi paſſiones in homine cœleſti beneficio, ductuq; rationis extinqui denotat. Additur & Ducis eiuſdem ſtrenuitas exinde repræſentata, quippe qui Flandrum eodem prius vtentem Emblemate bellicà monomachià glorioſè ſuperauit, victoq; ex hoſte ſymbolum pro trophæo ſibi vendicauit. Igniti porrò Titiones ſeorſim ſumpti, nec adhuc flammam emitentes, ob nondum conſumptam humiditatem, vt erant in Symbolo Celſi Bargaliæ, referente Scipione eiuſdem cognominis, cum verbis LVCEM DABVNT, ſignificabant Virtutis lumen iam iam ab Authore emittendum. Alludebatur enim ad illud Horatij de Homeri Virtute loquentis.

id. Parad. Symb. 26.

Scip. Bargal. mihi pag. 293.

Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, vt ſpecioſa dehinc miracula promat.

in Arte 143.

Quod de Lignis ſiccis intelligitur. Nam & Petri Medices Laurentij filij ab Angelo Policiano ſtructum fuit Agalma, cuius corpus conſtituebant trunci quatuor pariter ardentes, ſed virides, ità tamen diſpoſiti, vt duo adhuc in teram plantati viderentur, reliqui ſuper primos quadratà formà diſpoſiti: quibus ſignificabatur incomparabilis ardor Amoris, vtpotè qui viridia quoq; ligna combureret. Ex eodem Politiano, vt tradit Iouius, additum erat pro lemmate carmen:

Iou. Dialog. Impr. pag. 43.

INVIRIDI TENERAS EXVRIT FLAMMA MEDVLLAS.

Arbor autem, ad cuius ramum mouendum manus extendatur, cum lemmate VIRTVTES SIBI INVICEM HÆRENT, denotat id, quod clarè per ipſum lemmà explicatur. Nam ſic Virtutes ſibi inuicem hærent, vt ramus in Arbore alteri ramo cohæret, & ſi vnum moueas contiguum quoque, quippe de eodem continuo moueri neceſſe eſt. Melius forſan in ratione ſymboli, ſi diceretur PROXIMA QVOQVE, & tunc ſenſus latius pateret, & ad alia pariter transferri poſſet. Sed Erinaceus ſub Arbore, è quà teneri fructus decidant, qui ſpinis infigantur Erinacei, cum dicto PROCELLIS DITIOR, eſt ſymbolũ Martyrũ, quos tormentorũ procellę Paradiſi glorià ditarunt. Arbor verò cum nonnullis in ſummitate deciſis ramis, ad quam de terrà vir extendat manus, cum NOLI ALTVM SAPERE ſignificat nihil vltrà vires audendum, quemadmodum nõ ſine periculo ſublimiores per Arborum ramos conſcendi poteſt. Quod dictum aptiori ſymbolo explicauit Principius Fabricius Theramenſis in ſuis Alluſionibus ad Sanctiſſimum Pontificem Gregorium XIII. adducens iaculatorem, qui dum intendit ſauciare Draconem in ſummo columnæ excelſiſſimæ exiſtentem, ſauciatur ad pedes à vipera: Quo & damnat Aſtrologos inſcios, & eos, qui nimis audacter de Principibus loquuntur. Aſtrologos inſcios dixi; nam & ſunt qui peritia pollentes, veritatem inueſtigant. In exemplo eſt apud eundem Authorem Hippolytus Polonus, qui anno 1572. Duraſtantem Fabricium annos Chriſti victurum prædixerat, qui obijt anno ætatis ſuæ 33. die Veneris Sancti hora nona 1578. Eodem pariter ſuffragante Scriptore, ad rem noſtram VBERTAS, quam & Pomoneam, ideſt Rerum Copiam ſæpe dixere Veteres, per cornu Copiæ varijs Arborum, & Plantarum fructibus refertum ſignificatur. Quod & pro Symbolo ſumpſit apud Gabrielem Simeonem ille, qui intemeratam ergà herum fidem, & obſequium ſe ſe obſeruaſſe, atq; hinc legitimè factum opulentiorem oſtenſurus, adſcriptis verbis DITAT SERVATA FIDES. Tandem Arbor florida, & circum Herbæ ſimiliter florentes cum apibus circumuolitantibus ad exugẽdos flores, vt mel componant, adiecto lemmate VT PROSIM, vel PROSINT, erat Symbolum Equ. Io. Bapt. Bottigellæ, cuius ſenſus ex Ruſcello, & Pittono eſt ab Arboribus, & Plantis (vbi tamen de non noxijs duntaxat intelligatur) flores produci ad aliorum tantum iuuamen, quod & operibus ſuis moliri ſignificare intendebat Author Symboli. De Symbolis autem, vt ſic, iam dictum ſit ſatis. Metallorum modo duriſſimos intrà Epicyclos in conſideratione Numiſmatum Arboreas imagines continentium, eadem Symbola, & Emblemata perquiramus.

lib. 3 tit. 4. alluſ. 5.

id l. 5. tit. 2. in frontiſp.

Gabr. Sim. Sym. Heroic num. 24.

Hier. Ruſc. lib. 3. Impr. 23. Io. Bapt. Pitt. l. 2. Impr. 38. ſeu 46. vt ap. me.

NV-

A

NVMISMATA.

HOminibus quoniam terrena sunt veluti Numina Numi hos numerare literaliter inter Arbores Dendrologico ab Instituto non erit alienum, nec eorundem sonus quicunque Auribus erit ingratus. Commodi Numisma Imperatoris primum commodè venit, vt consideretur; in eo itaque Arborem propè Delphinus, & Colonia reperiuntur, alterumquè eiusdem Imperatoris accedit, quod frondeam coronam cum Claua in medio gerit, quibus monemur Fide, atque Labore Principum Gratiam, imò Gloriam omnem emendam esse. In Aureo Augusti Numo Coronam videre est inter duos Lauri ramos, cui hæc addita sunt verba OB CIVES SERVATOS; in alioque Arborem, cum spicarum adnexo fasciculo: Idemque Princeps coronatam in alio Numismate extulit Aquilam, quod præstitit quoque Vespasianus. In alijs obseruatur Dea Victoria Frondeo Serto coronata, Palmamq; manu gestans. Alibi cernuntur Imperatores Laureis redimiti triumphalibus, vt Antoninus Caracalla, cum Ciuitate Romà, atque Victorià, &c. Plura quoque Numismata Coronas frondeas vario modo dispositas, & cum Quadrigis pariter exhibent, vt in Numo Maximini cum statuà, in Gordianicis cum capite Tauri; Domitiani cum Capra Amalthea; Alexij cum coronà Laureà à dextris, adest in sinistrà ramus Palmæ. Augusti, Antonini Pij, Marciq; Antonij Numismata alia Ciuicam ostendunt. Familiæ quoque Romanæ particulares, quibus Numos cudere facultas elargita fuit Coronam proferunt, vt Fabia Gens, Cornelia, aliæquè. Item Brutus, & Cassius in Numo Coronam gessere. Lares vlterius redimiti obseruantur in Numismate Argenteo M. Procilij Albani, vt habetur ex Iulio Iacobonio. Victoria tamen nobilissimè coronata in Numo P. Cornelij Scipionis Nasicæ, nos præcipuè Bononienses in Romani antiqui Nominis venerationem, hodiernique Adorationem sanctissimam trahere debet; Nam Bononia tunc seriò felix esse cœpit, postquam P. Cornelius Scipio Nasica optimus à Senatu Romano acclamatus de Gallis Boijs in Agro Bononiensi in loco præcisè à *Castris Nasicæ* etiam num denominato, licet corruptè, *Castenaso* deuictis, Ciuitatem nostram Romanæ Reipublicæ ominatissimè mancipauit, quam Beatissimi successiuè Pontifices Orthodoxæ fidei, Veri, & Supremi Principes, tandem in Clientelam benignissimam recepere, quod Grandes excisæ lapideæ literæ suprà Ciuitatis eiusdem septentrionalem Portam à Gallorum Boiorum reliquijs peream expulsis, Galleriam nuncupatam perpetuum quasi Gallorum errorem patefacientes perpetuò docebunt

Felsina Romana fuit antè Colonia Gentis,
Nunc Vrbs Romano dedita Pontifici est.

Nec defuerè Antiquissimi quoque Ciues Bononienses, qui Numismatibus, ex Priuilegio Principis cudi priuatam in Gloriam concessis, Arbores æri commiserint gloriosè exprimendas, vt familia vetustissima *de Alberis* in Ramberto Consule Ciuitatis, & Ioanne Iurisconsulto, legumque in Archigymnasio Patrio Professore; quæ familia Castri cuiusdam *Albero* dicti in Agro Bononiensi, non longè à Castro S. Petri Domina fortè fuit, vt ex Historijs vetustioribus percipi potest; sed clarissimam nostrorum temporum inspectionem Numismatum assumentes, Argenteæ sese offerunt expendibiles monetæ Sanctissimorum Pontificum Iulij II. Iulij III. in quibus Arbores integræ, vel coronæ ex Arboribus gentilitijs eorundem Principum præsignantur. Si verò Stemmata, Scutaque, seù Arma Gentilitia cum Arboribus, Arborumuè partibus conceptis proferre, atque Numismatibus adiungere quodammodò vellemus, quemadmodum locus hic literarius exigere videretur prolixiores plus iusto narrationes componerentur. Facile est imaginari familiarum variarum denominationes à generalioribus, non solum Arborum nominibus, sed à partibus varijs earundem Arborum deriuasse, variasque intra Gentilitia earundem familiarum insignia, figuras introduxisse Arboreas, quemadmodum est *Alberica* peruetusta familia Bononiensis cum Arbore semiaurea; *Albirola*, cum Arbusculà breui; *Ramondina*, cum vnico Arboreo ramo; *Foliana*; cum simplicissimis tribus Arboreis folijs; *Fabretta*; cum truncato ad medium Arboris caudice, qui fabrorum egregia fieri materies valeat addito hoc dicto VIRTVTE VIVAM;

B

C

D

Sebast. Eriz. f. 541.

In appendice de prisca Caesiorum Gente cap. 13.
T. Liu. Hist l. 7. dec. 4.
Cassaneus in Catal. Gl. M. p. 1. n. 83.
Franciscus Amadi in spec. nobil. Europ.
Gherardacc. Hist. Bonon. l. 4. p. 96.
Monetæ argẽteæ. Iulij dicta cum Arboribus vel Arbor. partibus.
Rainerius de fam. Bon m. 5.
Io. Filot. Achill. in virtdario. cant. 9. pag. 186.
P. Sylu. Petra Sãcta l. de Tess. gentil. p. 508.

Florania, Florauantia cū florido Arboris ramo; *Pomilia* cum Pomo; *Lancea* prætereà, *Lanzona, Hastia, Rotia, Birottana, Carratia*, cum lanceis, Hastis, Rotis, Birotijs, Curribus, &c. incisis, sculptis, depictis. Nostrum proprius erit Numismata, quæ lignum fictum, in vero ligno exhibeant, id est lignea tota, considerare; Ars ea, quæ nostris temporibus Antiquam insolitorum effectuum expertē prodidit Artem, eo sedulitatis ingeniosè peruenit, vt lignum ipsum metallorum ad modum cudere, in eoque formas imprimere, per compressionem in torculari, alio pacto quam scalpello intercedente, calluerit; adeòut lignum metallo malleationem quodammodò non inuideat, aliqualem & ipsum ductibilitatem acquirens per elixationem quandam in liquore valdè molliente, ac penetrante taleolas sectas molles, & nō frāgibiles effectas, quæ figuras Numismatum ceù Metallicorū bellissimè recipiunt, atque conseruant, vt in exemplis sequentibus liquet.









Lignea hæc Numismata versicoloria reddita in Fritillorum, Alueolorum, Latrunculorumq; ludis pro nobilioribus inseruire possunt viris quorum sumptuosiores tantum res superbo gustui sapiunt. Sed quoniam *raræ sinè mentore Mensæ*, Mentoris hic meminisse lubeat ludi quindenorum Hebræorum vulgò dicti, qui cū totidē Christicolis in naue misti, & artificiosè dispositi, certā quadam sub repetitā septenariā numeratinne in mare proijciendi sint. Ibi eximuntur omnes luteę, vel nigræ taleolæ pro Hebræis, atq; albæ pro fidelibus relinquuntur iuxtà vocalium literarum sequentis versus alternatum numerum Alphabeti, seriemque.

Iuuenalis Satyra 8.

Carpsit mala quidem nimis errans Mentore nata.

Prima igitur vocalis litera carminis propositi, cum sit A. & prima in ordine vocalium vnica Taleola Lutea in primo numerationis termino à quo collocabitur; secunda vocalis I. tres albas Taleolas deinceps esse feriatim ponendas monet; tertia vocalis iterum A. Luteam vnam exposcit, quarta vocalis A. albam itidem vnam indicat in linea eadem subiungendam; quinta vocalis I. tres Luteas iterum vult addendas, & sic de cæteris vsque ad finem procedendo fiet, vt septenaria numeratio Luteas taleolas sustollat, albasque relinquat intactas; eodemque prorsus pacto procedetur in nouenariā numeratione per hunc alium versiculum indicata

Populeam Virgam Mater Regina ferebat.

Sed quoniam Diuitijs, quarum lenocinia sunt ludi, mala velantur, vt Antiphanes Græcos inter suos antiquissimos haud ineptè sentiebat, nos hic Numismatum tractationi Ænigmata adiuncta reuelare, & aperire studebimus.

Apud Stobeū ser.95.

ÆNIGMATA.

Nobile, nec impium diuinandi genus ex rerum descriptionibus, rerum tamen ipsarū nomine suppresso, adinuenerunt Aristonomus, & Cleon, si Athenæo credimus, Ænigmaticum illud *ἀπὸ τοῦ αἰνίττεσθαι*, quod est *obscurè loquor*, appellantes. Nobile, inquam, quippe quod circà seria versatur, & quæ studium requirunt, ad differentiam Gryphi, cuius materia sunt ioci tantum, & sales. Hinc illud egregiè definiuit Diomedes *obscuram rerum sententiam per occultam rerum similitudinem*. Quo scri-

A scribendi genere, licet tot Veteres clarucrint, & præcipuè Symposius Poeta heroico illud carmine prosecutus: non desunt tamen neoterici, qui multam ex eodem gloriam acquisiuerint, nec ingenij subtilitate quicquam antiquis concesserint. In promptu sunt Andrelinus Anglus, Ioannes Lorichius, Adrianus Iunius, & Iulius Cæsar Scaliger, alijq; per quorū opera Veterum gloria nō parū est diminuta. Sed eorum, qui nostram ad rem loquuntur, ecce magnum Scaligerū quà maiestate Arborem se ænigmaticè describentē introducit! Arbor.

Ad superos traho demissâ de sede parentem,
Dóque pati summo vertice posse Iouem.
Mi cautum assimilat Siculi bona Musa Poeta,
Hinc etiam vitam carperet ille sibi.
Maxima de minimo, & fluxo robusta, superba
Ex humili, talis qui tibi magnus eras. Ænigm. 20

Quid est enim Arboris *parens*, nisi terræ succus qui ad summa vsq; Arboris cacumina transuehitur? quid *dare vertice summo Iouem perpeti*, nisi succum eundem in Arboream B sui substantiam conuertere? Quid, quod vitam carpserit exinde pastor, nisi de fructibus intelligendum? Quā pariter dialecto de Arbore loquitur alibi, sub ænigmatis velo, vbi de Horto, quæ ab Oedipo soluantur, proponit Hortus.

Nobilis Vrbs quadam rectis signata viarum
Limitibus, riguis sæpè beatur aquis.
Atque hac Vrbs aliquâ pariter fundatur in Vrbe;
Ast montes alias, imaque rura tenent.
Ciui cuique sua est domus, vllus amicus amico
Vnquam in concilium non coiere simul.
Pauca tamen coiere simul, sesque maritant,
Aut celebrant lecti vincula regis ope.
MAXIMA PARS RECTO STAT CORPORE; parut recumbit
Haud tollens presso pectora fusa solo.
Crinibus, atque oculis Dominus, pedibusque recisis
Vescitur, & soboles est numerosa cibus. Id. Ænigm. 122.

C Nec minus eleganter, licet obscurè obscurantes Hæmum Arbores doctissimus Cabillaus descripsit, vbi cecinit. Mons

Quà caput obiectat Scythico glaciale Trioni;
Ismarioque riget Bistonis ora gelu.
Non nisi specto nigras pro monte in saltibus vmbras.
Contiguus Cælo surgis, & Hæme lates? Epig. select. num. 67.

Eodem stylo quatuor Arborum status per quatuor anni tempora significatos paucis benè signauit metris Oxoniensis Martialis, Ioannes scilicet Ouuenius, siue Audoenus, apud quem Arbor de se ipsa canit. Arbor.

Ver viridem, flauamque astas me feruida, canam
Autumnus, caluam frigida fecit hyems. Vol. 2. Lib. 3. Epigr. 105.

At hanc caluitiem in Vestes Arboribus commutat hyems. Audiatur ideo iterum Cabillaus ænigmaticis, facile tamen intelligibilibus id enarrans carminibus. Hyems syluas vestiēs.

Lanifico depectit hyems sua vellera nymbo,
D *Et niueâ algentem vestit humum tunicâ,*
Sic qua frondosâ spoliat nemus omne lacernâ,
Damna breui è lanâ iusta resarcit hyems. Epigr. selec. 443.

Sed ad Scaligerum redeamus, qui ne nostra præcipitem in finem collabascant Ænigmata, ænigmaticum offert Scipionem è ramo Arboris confectum, & poeticis hisce lineamentis tornatum. Scipio è ramo.

Brachium eram, par sum factus: sed mutua cernis
Officia, hic, vt me, quem fero, & ipse ferat. Ænig. 79.

Sic Arbor, quam homo plantauit, hominis gressus firmat, non supplantat, quod tamen haud actum est cum androgyno illo triplici mortis genere, dum triplicem personam sustineret, defuncto, quem ex Pulice vetusto Vate stylo penè ænigmatico, Græcisq; metris expressit hunc in modum Politianus.

Ang. Polit. Graecorum Epig. penultimo.

Ἔγκυος οὖσα Γύνη τέκεος περὶ Φοῖβον, Ἄρῆα,
  Ἥρη τοὺς ἅμα Τρεῖς ἐξερέεινε Θεούς.
Ἄρσενα Φοῖβος, Ἄρης θῆλυν φάτο, κ'αἱ οὐδέτερον δ'
  Ἥρη· πάνθ' ὑγιῶς Ἀνδρόγυνος γὰρ ἔφυ.
Εἰρομένης δὲ μόρον, Μόρος ἐν ξίφεσι ἔχραεν Ἥρη
  Σταῦρος Ἄρης, Φοῖβος κύματα, πάντα πέλει.
Δένδρῳ ἐφεσσύμενον πίπτω δ' ἐν ξίφος, αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ
  Ἥριπον ἐς πόταμον κύμβαχος ἐκ δὲ ποδοῖν.
Ἤρθην ἀπ' ἀκρεμόνων. θάνε γοῦν θῆλύς τε, καὶ ἄῤῥην
  Κ'οὐδέτερος σταύρῳ, κύμασι, καὶ ξίφει.

Idem à Pictæ Poeſeos Authore latino modulatum concentu, adducitur ex Pulice antiquo Poetâ ad probandũ quod *Diuina verba ſecum non pugnant*, ideoq; hîc ſubiungo.

Barth. Anulus Pict. Poeſ. nu. 75

Cum mea me genitrix grauidà geſtaret in aluo,
  Quid pareret, fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt (Phœbus ait) Mars Fœmina, Iunoque neutrum,
  Cumque forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum, ſic Iuno ait: occidet armis,
  Mars Cruce, Phœbus aquis. Sors rata quæq; fuit,
Arbor obumbrat aquas, aſcendo: decidit enſis
  Quem tuleram; caſu labor & ipſe ſuper.
Pes haſit ramis; caput incidit amne, tulique
  Fœmina, Vir, Neutrum, Flumina, Tela, Crucem.

At quia Arbor ex tribus Animantibus infimam habet, & ex eâ Carbones fiunt, qui modò ſuo more viuere dicuntur; igne ſcilicet metaphoricè animante, modò mori, cum extinguuntur; ecce quam egregiè nobis illos ſub ænigmaticis ambagibus repræſentat Scaliger, ad literas item Carbone ſignari ſolitas alludens.

Ænig. 37.

Infima quos olim florentes vita fouebat,
  Viuentes, alia nunc ratione ſumus.
Mutabit ſolum tamen, vt nox atra, colorem,
  Inſtituam, veluti lingua diſerta, loqui.

Sic & originem ſuam, finemq; & quid in ſyluis fecerit Carbo de ſe ipſo narrat apud lepidiſſimum Epigrammatographum Ianum Audoenum.

Epigr. Volum. 2. lib. 1. nu. 101.

Natus in igne fui, periturus in igne viciſſim:
  Syluas abſumpſi dignus in igne mori.

Laqueos ſpeculationum ænigmaticos, quibus torquentur ingenia ægritudinem quoque corporum inuoluere, atq; adducere poſſe veterum inter exempla docemur; qua propter, *vt quos obſcuris victos ambagibus horis* præternaturales inter affectus decumbere viderimus, ijs mederi quoq; ſtudebimus; en ergò Medicinales Vſus Arboreos, quibus neutralitate medicæ conſtitutionis ſublata, perfecta triumphare valeat valetudo.

Oſ. 5. Ouid. in Ibin.

VSVS IN MEDICINA.

Dendrolcopus aduocet modò Medicum, cui quidem pro morbis contumacioribus quoque pellendis valida ille ſuppeditet Arborea Præſidia. Nam vt alimenta ſanis ſalubriora corporibus offert Agricultura, ſic ſanitatem ægris eamagis tutam, citam, atq; iucundam promittit. Ex tribus Medicæ facultatis partibus duas habemus, alteram διαιτητικὴν, alteramq; φαρμακευτικὴν quas Arborum fructuoſiſſima copia complet, quemadmodum videre licet apud Iatriæ Profeſſores Doctiſſimos. Cum autem hic nobis ſermo ſit futurus de Pharmacia præcipuè, quæ ab Arboribus in genere decerpi poteſt, ſeù quæ Arborum earundem ope ſubiectorum manifeſtiſſimè proficitur, Arbores dicere peterimus nobiliſſimas eſſe Dei viſibiles Manus, & quidem morborum atque amaritudinum, dolorumq; victrices *nonnè à ligno indulcata eſt aqua amara?* Sic enim ſacra loquitur Scriptura; eaſdemq; Arbores Regium planè Theſaurum dicemus felicitatum ampliſſimum, quià illæ Bonorum omnium optimum ſanitatem nempè poſſunt,

Cornel. Celſ. l. 1. c. 1. Gal. comm. 1. Hipp. l. 2. de rat. vict. in ac. c. 6.

Eccleſ. 38. Plat. Rhet.

A *Si ventri benè, si lateri est, pedibusque tuis: nil*
Diuitiæ poterunt regales addere maius, cecinit ille, *Horat. 1. ep. 12.*

Dicendum itaq; est in primis sæpè opus esse Medicamentis Eccoproticis, idest benignè laxantibus, aliquandò Catharticis, seù prauos succos purgantibus, Alioticisque sæpissimè, hoc est alterantibus, seù intemperiem aliquam emendantibus; nonnunquam Epicerasticis, succum optimum reficientibus, pretereàq; Vreticis, Vrinarijs nempè, Anodynis, dolorum sedatiuis, Repellentibus, & ex opposito euocantibus, seù extrahentibus, Deriuantibus, Intercipientibus, Reuellentibus, Maturantibus, Resoluentibus, Obstruentibus, Aperientibus, & mille alijs modis operantibus, vndè se extendit longè, latèq; Medici supremum Imperium, & propterea non vna, & simplici contenti esse debemus Medicina, neq; vni tantummodò Medicamini insistendum, ob complicatos, Multiplicesq; Morbos, qui indicata præscribere, atq; componere medicamenta verè mixta, & mixtim agentia Pharmacopæum, & Medicum compellunt. Necessitas quoque exercitatos coegit Medicos, vt adnotauit Aetius, compositas pro compositis profligandis morbis exquirere medelas, cum simplices Medicinæ scopos mixtos attingere nequeant. *Plin. l. 24. c. 1. vna Artium Imperatoribus imperat. Tetrabibli 4. serm. 2. cap. 25.* B Quod si solis ex simplicibus morbi curarentur omnes, inanis, & supervacanea esset omnis medicamentorum compositio, & tamen plura sunt Medicamenta valdè composita, idest pluribus ex ingredientibus coalita, vt Theriace, Mithridatium, aliaq; permulta ab omnibus vlla absq; controuersia acceptissima, experimentisq; certitudine quauis certioribus approbata, quorum omnium debet Medicus verè Medicus rationem reddere, causasq; necnon effectus nosse, tanquam is, qui plura debet operari necessariò, iuxtà id quod præcepit ipse Deus his præcisis verbis. *Da locum Medico, etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria.* Et hic notandum dici *opera eius* in plurali numero, & non *opus eius* in singulari, quia non vnâ, sed multiplici operatione procedere debet Medicus in medendo. Homini non sufficit idē Cibus, & Potus, vt docebat Pater ipse Medicinæ Doctrinalis Hippocrates; singulisq; in Hominibus cum differat corpus à corpore; natura, id est temperamentum à temperamento, alimentum quoq; ab alimento differre debet, edicebat idem Hippocrates. Sic medicamentum à medicamento diuersam induet virtutem. Multæ adduntur rationes *Gal. l. 1. comp. med. gener. c. 5. Arist. l. 3. politic. Eccles. 38. Ibi Pater Sà interpretatur Pigmēta per cōfectiones ex diuersis speciebus.* C à Serapione, cur medicamenta composita, & mixta in vsum medicum plerunq; deducantur, vt cum morbi complexi, & non simplices requirunt præsidium multiplex, dum scilicet simplex medicamentum non reperiatur, quod vires adæquatè contrarias morbo in se habeat, ita vt alterius ope indigeat minuente, vel adaugente alterā ex qualitatibus illis, à quibus Actio debellatrix morbi expectatur; vel corrigente aliquam ex fecundis qualitatibus saporis, odoris, & similium, vel adiuuante applicationem, seù penetrationem curatricis virtutis ad partem affectam, nempè ad caput, oculos, cor, hepar, splenem, &c. mediantibus cephalicis, v. g. Ophthalmicis, Cardiacis, Hepaticis, Stomachicis, Pneumonicis, Articularibus, alijsq; huiusmodi analogicis plerisq; vt alteratio, emundatio, aut corroboratio partialis sequatur. Vrget porrò necessitas pestilentes vapores ab humoribus ipsis arcendi ope Alexipharmacorum, & medicinarum respicientium humores præcisè peccantes, aliàs actum est de Microcosmicā Republicā, eo prorsus pacto, quo in ciuilibus felicitatem publicam inficiunt venena dissensionum, &c. quæ nisi artificiosè tollantur absq; bonorum præiudicio, totum deperit bonum; sic Aristotele loquente. *Vt nihil citius corpus humanum inficit, quàm pestilentium vaporum cum innatis humoribus copulatio; ità nihil velocius corrumpit ciuitatem, quàm peregrinarum opinionum admissio, in quo contagio, & venenum latet.* *Lib. de veteri medicinā. Lib. de flat. Lib. 7. c. 2.* D Est verbi causa Iecur, quod principaliter afficitur in Lue Venereā; sanguinem malignis, & pestilentibus vaporibus infectum videns medicus, illi prospiciēdum ligni Guaiaci decocto, tanquam proprijssimo remedio iubet, atque determinat; & quià lignum hoc excedit aliquantisper in caliditate, illi adiūgendū optimè cēset lignum santalinū, & cichoreaceas herbas, Iecori quoq; symbolicas, aut alia attemperantia, & insuper habito respectu ad varia, quæ luem hanc subsequi solent symptomata diuersa quidem, varium ob gradum malignitatis morbi, variasq; ob dispositiones viscerum ipsius ægri patientis, alia commiscet artificiosissima methodo medicamenta symbolica, variè q; alterantia in finem sanabilitatis tutò, citò, atque iucundè perficiendæ; intendens præ cæteris, tanquam naturæ bonus imitator separare bonum à malo, vt hoc possit de corpore omninò extrudi, illudq; malis veluti ci- *Pol. l. 5. c. 3. Botallus de lue venereā cap. 29. & omnes med.*

 tibus

uibus ciuitatis in exilium depulſis pacificè confirmari; malè, immò peſſimè tunc iudicant, cum boni, & mali ſucci indiſtinctè ſimul eijci permittit; nam ſic vniuerſum quàm maximè patitur corpus, illiuſq; peruertitur non amplius ſperata, nec poſſeſſa felicitas. Bonus nouit ipſe Medicus publicæ, & vniuerſali ante omnia incolumitati eſſe incumbendum emundando, rectificando, minuendoquè vbi opus fuerit, addendoq; è contrà ſolis in defectibus, ideſt ſucci naturalis in egeſtatibus, cum nil aliud ſit medica facultas radicaliter, & in ſui fundamento, quam *Adiectio*, & *Ablatio*; adiectio quidem deficientium, & redundantium ablatio; *ἰατρικὴ ἐςι πρόσθεσις, καὶ ἀφαίρεσις*. Artiumq; Humanarum Præclariſsima; Proh quam multa noſcenda ſunt Medico! quamq; multa vt admittantur, atq; vt fugiantur ab eò ſunt obſeruanda!

Fertilis Ægyptus rerum Medicamina miſta,
Optima multa, ſimul deterrima plurima profert.

Ità Magniloquus Græcorũ Poetarum Coryphæus canebat. Medicus hercle tanquam Artifex ſenſatus, & tanquam Philoſophus bonus de omnibus diſcurrere debet, cauſaſq; rerum detegere, & ſecundùm argumentationes veritati ſcientificæ conformes rationabilibus experimentis procedere, ſicuti Plato doctiſſimè adnotauit hoc pacto. *Eſt autem talis, ô Charmides, vt caput ſolum curari nequeat, quemadmodum ſæpè ex peritis Medicis audiuiſti; qui quoties aliquis dolore oculorum affectus eos conſuluit, aiunt non poſſe oculis mederi, niſi prius capiti medeantur, neque caput abſque totius corporis medicinâ poſſe curari, &c.* Et quod ſpectat ad curationem per purgantia medicamenta tam neceſſariã in omnibus ferè morbis, eam medicus rei Herbariæ imperitus nunquam aſſequetur. Prudẽs, & Doctus Medicus Botanicus cũ Hippocrate Pharmacorum actionem in corpore futuram ità diriget, vt innocua non ſolùm, ſed ſaluberrima euadat; *etenim* (ſcribit ille) *Pharmacum vbi corpus intrauerit, primum quidem ducit id, quod ex omnibus in corpore exiſtentibus ſibi maximè ſecundum naturam familiare fuerit; deindè verò etiam alia trahit, ac purgat, &c.* Ampliſſimam quidem Medicinalium Arborum ſegetem nunc demetere nimis operoſum, atq; prolixum plus iuſto foret. Sat ergo ſit aliqua ſeligere vniuerſalia præcepta, quæ tamen particularibus applicabilia ſint de facili formulis medicamentorum in ſpecificis Arborũ ſingularum materiebus; & ideò prærogatiuas aliquot Medicinales Arborùm in genere tantum percurremus, ità vt Cerealibus in medendo minimè ceſſiſſe Pomonam ſcripſerit Plinius, dum Vertumni Amaſiam nobili hac Proſopopœia loquentem ſic fingit. *Ego ſuccum Vini, liquorem olei gigno. Ego Palmas, & Poma, totquè varietates, neque (vt tellus) omnia per labores aranda Tauris, terenda areis, deindè ſaxis, vt quando, quantonè opere cibi fiant. At ex me parata omnia, nec curuo adoranda aratro, nec cura laboranda, ſed ſeſe porrigentia vltro, etſi pigeat attingere, etiam cadentia.* Syluanus quoq; adeſt, qui Pomonæ minimè cedens Syluestres Medicinales Arbores quam plurimas indicare contendit, qui *ſyluas inter reptare ſalubres* ſolitus, liberalis quoq; felicitatis naturalis diſpenſator agnoſcitur, cui videtur alluſiſſe Propertius

Lucus erat felix hederoſo conditus antro,
Multaquè natiuis obſtrepit Arbor aquis.
Syluani ramoſa domus.

Medicinis non modò carent, ſed abundant ſyluæ, quemadmodũ naturalis Hiſtoriographus clariſſimè teſtabatur his verbis. *Nè ſylua quidem, horridiorq; natura facies Medicinis carent, ſacra illa Parente rerum omnium, nuſquam non remedia diſponente homini, vt medicina fieret etiam ſolitudo ipſa, &c. hinc nata Medicina, &c. Hac ſola natura placuerat eſſe remedia parata vulgò, inuentu facilia, ac ſine impendio, ex quibus viuimus, &c.* Agrum herclè viuendi patrem non immeritò protulit Amphidamus; ibi enim pluſquam in Scholis Medicinam edocemur, quando ab ipſiſmet brutis, quæ vnica natura erudijt, pleraq; medicamina didicerint Scholæ. *Hederâ Apros in morbis ſibi mederi*, teſtatur Plinius. *Elephas chamæleonte concolori frondi deuorato, occurrit oleaſtro huic veneno ſuo, &c. Palumbes, graculi, merula, perdices, lauri folio annuum faſtidium purgant, &c.* Herbariam rem propterea ſucceſſiuis temporibus à Chirone Saturni, & Philyræ filio excultam, & adauctam ſenſere homines ſenſati, generoſumq; valdè cognouerunt eſſe multis alijs præferre cognitionibus notitiam Herbarum, quemadmodum ille Virgilianus Iapis Iaſides, qui

Hippocr. in lib. de flatibus, & lib. de Arte, & lib. de lege c.4.
Homer. Odyſſ.8.
Hipp. lib. de probitate, ſeu decenti ornatu.
Plato in Charmide, vel de Temperantia.
Galen. 12. Aphor. comment. 17. & Auicenn. 4. pri. cap. 20.
Galen. l. 9. meth. med. cap. 15. & 7. method. c.13.
Hipp. de natura Hominis.
Lib. 23. in princ.
Ouid. 14. metam.
Horat. l. 1. epiſt.
Propertius eleg. 4. l. 4.
Plin. li. 24. Hiſt. natur. c.1.
Apud Stobaum.
Lib. 8. c. 27.
Plin. lib. 7. c. 56.

Sci-

A *Scire potestates herbarum, vsumquè medendi*
Maluit, &c.

Virg. Æneid. lib. 12.

Sed audiatur Ioannes Khuenius in Zodiaco Medicinæ sic botanicam efferens Medicinam. *Præ cunctis medicina caput tantum Artibus effert,*
Quantum luce sua reliquos sol pranitet Astris:
Quam sublimis honor, quam Gloria summa coronat.
Plus tamen in tanto illius splendoris honore
Pars ea laudis habet, doctoq; examine mentis
Nomina plantarum, & vires rimatur & ortus:
Illarumq; ideò Diuina scientia iuri est,
Et summi proles haud inficianda parentis,
Quam genuit, nobisq; dedit, quâ maximus Orbis
Nil habet vtilius, &c.

Zod. med. p. 1. l. 1. Arus dictus.

Incurabilem apagè curam quisquis fies medicamentorum facillimis ex Herbis osor; Periculosissimos non solum morbos, sed difficillimos, qui vult egregiè curare, ipse Arbores conscendat, lignaq; apprehendat, & incurabilitatem superabit. Horeos propterea fructus in Elephantiasi præscribebat Aretæus Medicus Græcus admodum insignis. Nephritis morbus perniciosissimus tam benè, tamq; feliciter curatur à ligno quodam, vt famigeratissimum idem hoc sortitū fuerit nomen Ligni Nephritici, cuius descriptio, & vtendi modus est huiusmodi ex Monarde. *Nobis etiam mittit noua Hispania ligni quoddam genus crassum, & enode, materie Pyri, cuius vsus iamdiù receptus fuit in his regionibus ad renum vitia, vrinaq; difficultates, & incommoda. Posteà experimento comprobatum est eius aquam in iecoris, & lienis obstructionibus vtilem esse. Illa autem hac ratione paratur. Lignum assulatim, ac minutim concisum in optima, & limpidissima aqua fontana maceratur, atque in ea relinquitur, donec aqua à bibentibus absumpta sit. Dimidia hora post iniectum lignum, aqua cæruleum dilutiorem colorem contrahit, qui sensim intenditur pro temporis diuturnitate, tametsi lignum candidum sit: cæruleum ideò dico, quoniam adulteratur alio ligno simili, quod aquam croceo colore inficit, ne quis fallatur. Hac aqua assiduè vtuntur, & vinum diluunt, & mirabiles experiuntur effectus, sine vlla humorum commotione, neque opus est aliâ victus ratione, quam temperatâ: aqua enim sapor non magis immutatur ligni iniectione, quam si pura esset, & nihil in ea maceratum. Calidum, & siccum in primo gradu.* Virtuosissima omnium medicamentorum nemo negabit Arborea esse, eaquè etiam durabiliora, & ad immortalitatem aliquo pacto facientia, quia ex Arboribus incorruptibilia Gummata, Resinæ glutinosissimæ discontinuationem quamuis morbificam vnientes, succi Balsamici suaueolentissimi, vitalibus principijs amicissimi, aliæq; partes tum essentiales, tum integrantes, quæ corpora humana impura emundant, aspera leniunt, atida humectant, & benigno rore perfundunt, feruidiora attemperant, humidiora confortant, laxiora corroborant, solidioraq; reddunt, frigidiora blando tepôre fouent, impura emundant, mediante Manna, Agarico, Cassia, Tamarindis, Mirobalanis, aliorumq; generis huiusmodi quamplurimorum. Si de Alterantibus ipsis medicinalibus, tam occulta, quā manifesta elementaria, & tam prima, quam secunda qualitate agentibus sit sermo, quodnam efficacius, & admirabilius medicamentum excogitari potest ipso cortice Quitensis Arboris ad febres, qui Cina Cina, & Hispanicè *Corteça para calençea*, paucis iam ab hinc annis inuentus, & sub denominatione corticis Eminentissimi Cardinalis de Lugo circumlatus? illius puluerati simplicissima in liquore aliquo assumptio Alexicacus Hercules ab effectu dici potest monstrorum ignitorum domitor, atq; Paroxismorum febrientis Hydræ auerruncator, quibus epithetis iure perquam optimo insignitum fuit idem medicamen à præclarissimo, & doctissimo Viro Domino Hieronymo Bardi Iatrophilo Euchymico, & iandudum in Pisano Panathenæo Aristotelicæ, & Platonicæ Philosophiæ Professore, nunc verò in Alma Vrbe Principibus Viris, totiusq; Vrbis Literarum primoribus apprimè charo, qui eruditissimo illud idem comprobaturus est opere mox edendo, licet de eo quoq; scripserit egregiè Excellentiss. Gaudêtius Brunaccius Romanus Doctor in Physiologico Syntagmate anno duntaxat elapso Venetijs impresso. Tanti, & tam stupendi remedij modum particularem assumptionis hîc latere nolui, qui talis est.

L. 2. Curat. morb. diut. c. 13.

Nicol. Monard. in simpl. medic. Arist. c. 27.

De Cina Cina, seu puluere ad febres capita X.

℞. corticis Cinæ Cinæ melioris notæ, idest nullius odoris, amariusculi, & subausteri sapo-

saporis, colore cinnamomeo, hirsutæ substantiæ, leuisq; drach. ij. hæ tundantur, teranturq; subtilissimè, perq; setaceam traijciantur, infundanturq;, & macerentur in vini albi cyatho, & per tres horas ante paroxismi insultũ, vel dum febrile frigus, rigorue igneus incipit persentiri assumantur vnà cum vino, & in lecto sub pannis calentibus adiuuetur euocatoria eiusdem pulueris virtus, à centro ad circumferentiam; atque paroxismi, totiusq; febris prima vice remissio fiet, si non totalis extinctio, quæ secunda vice in plerisq; febricitantibus, quartanarijs præcipuè, felicissimè, & admirabilissimè succedere solet; quem effectum ita palpabilem, ab occulta licet qualitate pendentem, iuxtà Doctrinam traditam ab Erasto considerantes, non hæsitabimus in credendo ijs, quæ narrantur à Scriptoribus rerum Indarum de tot mirificarum virium Arboribus ibi nascentibus, vt sunt Arbores *spinosa* in Insula Hispaniola nascentes pro cruribus vlceratis, & fractis; item Arbores Balsamiferæ nouę Hispaniæ virtutum penè incredibilium, quarum prima dicitur indigenarum illorum linguâ *Hoitziloxitl*, secunda *Auaconex*, tertia *Maripenda*; ex his liquoribus aliquando penetrarunt apud nos portiones aliquot, in quibus omnes Balsami veri prærogatiuæ inuentæ sunt, quarum prima visa est inenarrabilis suauitas, summa subtilitas, & puritas substantiæ, deindè communicatio quædam imputrescibilitatis. Vtinam nobis frui liceret lignis Indicis frondentibus, ut Gummi *Tecomahaca*, vel Gummi *Caragna Tlattuebiloca*, vel *Liquidambari xochiocotzo Quarhutil*, quià catharris, colicis affectionibus, tumoribusq; tam internis, quam externis feliciſſimè mederemur; immò etiam Phthisicis, alijsq; ferè immedicabilibus morbis efficacissimè occurreremus. Sed vt nullus relinquatur dubitationi locus circà compositorum medicamentorum efficaciam, & vsum ægris vtilissimum simul, & necessarijssimum, pro testibus huiusce practicæ, & clarissimæ veritatis audiamus Antidotaria, & Pharmacopœas omniũ penè Europæ Academiarum, & præclariorum Ciuitatum, innumerosq; Therapeuticos Scriptores à tot sæculis vbiq; florentes euoluamus, & ex nostris Scriptoribus Bononiensibus Medicis, qui à quadringentis amplius annis Medicinalium Practicarum Volumina edidere interrogemus Betruccium, Mundinum, Thadæum, duos Varignanas Bartholomæum scilicet, atq; Gulielmum, duodecimi seculi Aeræ Christianæ Medicinalia lumina præclarissima, itemq; Albertum Zancarinm, Christophorum Honestum, Franciscum Zenellum, Thomam de Argentis, Petrum Taussignanum, Argellatam, Turam de Castello in subsequenti sæculo famigeratissimos, similiterq; Bauerium in sesquid ecimo sæculo, Garzonium, Leonium, Morandum, Sauium, & Montium Doctrinarum medicarum sapientissimos, vt omittam adhuc celebriores, & numerosiores in sæculo ad præsens nostrum antecedenter proximo vnanimiter stantes pro Pharmaceuticæ Medicinæ dogmatibus hucusq; omnem citrà controuersiam admissis, & comprobatis, quibus testimonijs si aliquid ponderis addere posse existimaretur Auctoritas supremarum in Ecclesia Dei dignitatum, accederet Eminentissimus Vitalis de Furno S.R.E. Cardinalis, Episcopus Albanensis, Medicus famosissimus, anno Domini 1100. qui Volumen satis magnum conscripsit salutarium remediorum, & curationum ad totius humani corporis morbos, & ægritudines, quod in folio integro impressit Moguntiæ anno 1531. Iuo Schoeffer. Supremam tandem venerationis metam præscriberet Sanctissimus Pontifex Ioannes XXI. Petrus anteà Vlyssipponensis Medicus practicus exercitatissimus, & pijssimus, in suo libro inscripto *Thesaurus Pauperum*, omnium infirmitatum remedia à capite vsq; ad pedes complectens, & enumerans. Sed vt lapidẽ omnem pro Pharmaceuticæ Medicinæ cõfirmatione mouisse videamur, lapidis illius meminerimus, qui in Arboribus aliquibus quandoq; reperitur, vel illis congenitus, vel illis amicissimè, & intrinsecè consociatus ad cõtinẽdos in mulieribus partus admirabilissimę efficientię agnitus, & cõprobatus; Id naturali attestante Historico. *Inueniuntur in quibusdam, sicuti in marmore centra, id est duritia claui similis, &c. & quædam fortè accidunt lapide comprehenso, aut recepto in corpus, &c. ferunt lapides ità inuentos, ad continendos partus esse remedio.* Cum autem satis de Arborea Pharmaceutria sit actum, æquum est vt Diætetica Oeconomia in medium adducatur.

Tho. Erastus de occult. medic. propr. c. 24. *T. 3. nauig. pag. 68.* *Nardus Antirech. l. 3. rerum med. noua Hisp. cap. 11. 12. 13. & 14.* *Rechius l. 3. rer. med. N. Hisp. ca. 16. 17. & 18.* *Monard. ca. 2. 3. & 8.* *Medici Augustani, Basilienses, Bergomenses, Bonon. Colonien. Ferrarien. Florentini, Romani, Veneti, &c. & qui citãtur in Antidot. speciali, & generali Vueckeri.* *Ex Bibliot. Bonon. inscripta Mineruali Bonon. Ciuium Anademata.* *Plin. li. 16. c. 39.*

E F G H

VSVS

A

VSVS IN ALIMENTIS.

Maximas vtilitates ab Arboribus humano generi promanantes nullis alijs verbis exprimere maluit Plinius, quàm sequentibus. *Summum Munus* (inquit ille) *Homini datum Arbores, Syluæquè. Hinc primum Alimentum.* Ab Arboribus namq; primæuas gentes integrum expectasse victum, sacrarum paginarum veritas nos edocet, in quibus habetur Homini statim creato indictam fuisse fructuum comestionem. *Ex omni Ligno Paradisi comede; de Ligno autem Scientiæ boni, & mali, nè comedas.* Innocentissimus hinc ciborum omnium videtur esse Arboreus fructus, sanitati non solùm corporis, sed incolumitati quoq; morum conferens, vtpotè qui facillimè transeat in aliti substantiam, nec illos edat effectus, quos parturit ipsa caro, ipsaq; edulia valdè composita inducunt, quæ multis implicita sunt morbosarum causarum difficultatibus —— *Nam varia res*

Lib. 12. in Prologo.

Gen. cap. 2.

B

Vt noceant Homini credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit; at simul assis
Miscuerit elixa, simul conchylia turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoquè tumultum
Lenta feret pituita; vides, vt pallidus omnis
Cœna desurgit dubia? quin corpus onustum,
Hesternis vitijs, animum quoque pragrauat vnà,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Horatius Satyra 2. lib. 2.

Conuiuium vix sinè culpâ celebrari potest (diuus aiebat Gregorius) cuius sapientissimus sensus cum ethnici licet poetæ sapidissimo perbellè concordat.

1. Moral.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidaquè in vitibus vua.

Ouid. lib. 15. Metam.

Ferinus quidem excluditur cibus hominibus improprius, & quem fortissimi solùm vix pati possent, quemadmodum doctissimè discurrebat Cous præstantissimus ille Medicus, *Neque ipsam sanorum diætam, ac alimoniam, quâ nunc vtuntur, inuentam fuisse censeo, si sufficisset homini idem cibus, ac potus, qui boui, ac equo, ac omnibus alijs præter hominem, veluti sunt eatera nascentia, fructusq; ac herba, & fœnum; Ex his enim nutriuntur, & augescunt, & illæsi degunt, non indigentes aliâ diætâ. Quanquam ego sanè ab initio etiam hominem tali victu vsum esse putem. Quæ verò nunc inuenta sunt edulia, multâ arte excogitata; & multo tempore producta esse mihi videntur, quum multa, & grauia ex forti, ac ferino victu homines paterentur, qui intemperatus, & magnas vires habens ingerebatur, &c.* Folia, caulesq; herbarum, nec non Arborum frondes, cortices, syluestresq; fructus belluis tantum ipsa destinauit natura

C

Hippocrat. de Veteri Medicinâ.

Pascitur in magnâ syluâ formosa iuuenca, &c.
—— *Victumquè feres, & virgea latus*
Pabula; nec tota claudes fœnilia bruma.

Virgil. Georg. lib. 3

Ità vt in maximâ solùm necessitate ad hæc sit recurrendum, quemadmodum Petelini, dum ab Annibale obsiderentur faciebant. Sed mitiorum Arborum fructus maturi, innocentiq; artificio correcti, si non ex toto, maiori saltem ex parte ditiores quoq; felicioribus in sæculis alebant.

ex Athenæo

D

—— *Tum pensilis vua secundas,*
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.

Horat. ser. lib. 2. sat. 2.

Quæ Bellaria, fructuumq; suauiora libamina Bœotij in Hypato Monte Ioui immolabant. Non defuêre tamen Populi, qui fructibus Arboreis omnimodè victitarent, ex quibus siccis, & tritis massas, & panes conficiebant, inter quos Medi Septentrionales à Strabone numerantur; *ex malis siccis* (inquit ille) *ac tritis massas conficiunt, ex amygdalis tostis panes, è radicibus quibusdam vinum expromunt.* Alij etiam ex dulcibus medullis cacuminum Arborum, & præcipuè Pinorum, quæ cerebrum vocant, viuunt, vt Lapones Populi pariter Septentrionales, Alij ex Arboribus inter corticem, & librum incisis lacrymas potabiles colligunt, ex earundemque fructibus panes, & corticibus

Pausanias

L. 11. Geog.

Olaus mag. lib. 12. Hist. septent. c. 4

Id. ibid.

cibus tegummenta ſibi conficiunt. Poſſent nihilominus tempore magnæ caritatis annonæ fieri ex Fructibus noſtratibus ſapidiſſimi, & nutrimentoſi Panes, qui potum inſuper ſui decocto pauperibus ſuppeditarent, cuius hæc eſt deſcriptio à me tradita iam ante decennium in libello quodã Formularis Oeconomici,& Medicinalis pro pauperibus. ℞ fructuum cuiuſcunq; generis carnoſæ, & humidæ ſubſtantiæ, ſiuè Horeorum, ideſt Solſtitialium, ſiuè Autumnalium benè maturorum, & ſaporis non amari, nec ingrati q. libet, ij ſecentur in plures partes, exenterentur, & ſimul à putaminibus, alijſq; durioribus particulis liberentur, exiccentur, vel ad ſolem, vel in clibano, ita vt corrumpi, aut mucorem contrahere minimè poſſint, & ad vſum ſeruentur, vt tali pacto in Panes vertantur. Prædictorum fructuum ſic conditorum accipiatur ſufficiens quantitas, hæc in aqua fluuiali bulliat ad teneritudinem, decantetur aqua, quæ ſaporem vinoſum, & odorem habebit, craſſa materies pinſetur, illiq; addatur farinæ frumentaceæ, vel alterius frugis modica portio; ſubacta demum in orbiculares panes, vel placentas efformabitur, & in furno coquetur ad pauperum ſuſtentationem meliorem, ideſt ciuilem in Vrbibus quoque. His panibus fortè cedent Hyperboreorum vltrà Riphæos montes habitantium inconditi Fructus Arborei, quibus effera gens illa victitat, idemq; dici poterit de Maſſagetis carpophagis, deq; Caduſijs fruges ſpernentibus, vt ſolis adhæreant in comedendo Arboribus.

Plinius, & Solinus.

Strabo l. 11 & Plutarchus in Artaxerſe.



Cedent facili ſimiliter negotio ſapori noſtrorum Fructuum vinoſo Succi illi Arbo-

A Arborum quarundam Sumatræ Insulæ, atq; panes Arborum Fanfur in India farinam fundentium. Quod si Cyclopum gigantex naturæ gentium alimenta folos fuisse fructus Syluestres ex Platone traditur: asseri quoq; poteſt ſecundum Hippocratis Doctrinam fructus huiuſmodi à veteribus robuſtiſſimis ſuperatos potuiſſe longæuitati conducere; *eos verò, qui (ſic loquitur Hippocrates) victum illum ſuperare poterant longiori tempore duraſſe, ac reſtitiſſe*. Fructus tamen mitiores delecti, & conuenienter adaptati, ſtomachis, etiam non itá validis, ſalubritatem contulere ſemper, quorum bonitatis, & gloriæ fama vſq; ad Trajani tempora (vt adnotauit Athenæus) perdurauit. Rudiores Homines ingenioſis procul à laboribus durius, & inhumanius quidem viuebant, vſquequò Cœnæ Deûm, Cœnæ Saturniæ dictæ, Philoſophicæ, Platonicæ, Terreſtres cōpendioſæ fuerunt, & nondum Dapales, Epulares, Ganeatæ, Vnctæ, Adipales, Saliaresuè, & aliæ luxurioſæ nimis, acceptiores factæ.

> *Contentique cibis nullo cogente creatis*
> *Arbuteos fœtus, Montanaque fraga legebant,*
> *Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis,*
> *Et quæ deciderant patulâ Iouis Arbore glandes.*

B Sed fortunati nimium Doctioribus in Sæculis, ſi ſua Bona norint Homines, verè pronunciari poſſunt, dum frugalitatis, quæ Virtutum omnium Mater eſt amantes non Ventri, nec Veneri, verum ſaniori Menti indulgere nouerunt, ruralium opum collectrici.

> *Quâ frugi menſa longum condire per annum*
> *Multigenas poſſit villica docta dapes.*

Ruri propterea degere poſſunt ſuis temporibus Ciues, non ad profundendas peregrinas opes, ſed ad indigenas colligendas.

> *Ipſa ſuas merces manibus Pomona benignis*
> *Profert, & pleno copia lata ſinu, &c.*

Innocentibus vtiq; licebit frui delicijs, etiam ſenſuum ipſorum minimè rebellium, ſeù alienorum ab ipsâ ratione. Mente reuoluant Philocarpi, hoc eſt fructuum amantes, ex folis florum, frondium, & fructuum odoribus integros Populos viuere poſſe, vt ſunt Aſtomi ad Gangis initia tellurem habitantes; memorent quoque nil eſſe quod promptius, atq; facilius debilitatas ægrorum recreet vires, refocilletq; quàm fructuum, frondium, & florum odores, colores, atq; ſapores. Qui tempore æſtiuo ſub Arbore virenti recubat, non negabit ſe cuncta proſpicere viridi quodammodò imbuta colore, viſibiles C quia ſpecies vndiq; diffuſæ actiones imprimunt in rebus mirificas, multoq; ſenſibilius ſubtiliſſimas materiei virentis, Arboreæq; portiones odoratui communicari vtiliter experietur, à quibus ſpiritus refici, & inſtaurari poſſunt ad delectationem, ſanitatemq; ſapidiſſimè cuſtodiendam; nam odores ſaporibus valdè ſunt affines, qui communibus indigitari poſſunt cognominibus, vt dulcis, amari, grati, moleſti, ſuauis, vel grauis, ſtyptici, vel acerbi, alijſq; pluribus huiuſce cenſus appoſitis. Doctiſſimè quidem Gaſſendus difflationem quandam ſpirituum, vt in generatione Animatium fit, eſſe odores Plantarum diſſeruit, ex quo in Indicis Columbi ſyluis vndiq; & per totum odoratiſſimis plurimas exhalationes huiuſmodi cōtinuò fieri, & gaudia, ſimulq; diuitias prorogari credēdum eſt. Chiron Centaurus Seruio auctore, Achillem ſolis herbis, & fructibus aluit, atq; educauit. Item Allobij Sarmatū Populi Arborum Baccas inter edulia connumerant. Æthiopum autem Rhyzophagi, id eſt Arborum radices alimentarium in vſum conuertentes, Radices ipſas ex ſelectioribus Arboribus decerptas in farinam terunt, & dein cogūt D in placentas, & teneriores Arborum ramos pro opſonijs quærunt. Hoc idipſum Arcades præſtare ſolebant, vt refert Pauſanias in Arcadicis. Q. Curtius refert Alexandri Exercitum olim ad Indiæ maritima omnium rerum indigum ſolis Arborum radicibus victitaſſe. In Scythiæ montanis Homines quoſdam caluos adeſſe habemus ex Herodoto, qui ex ſolis Arboribus viuunt Ponticis dictis, quarum fructuum humoroſitatem lingūt, & potant, craſſitudinem autem in maſſas redactam comedunt. Reliquos mores Hominum ab Arboribus prouenientes, qui genere varij ſint, atq; tot veluti Reſpublicas generatim reſpiciant in reliquis rubricis pertractabimus, & qui ad Domeſticas, Ciuiles, Militares, Sacras, Nauticas, Theatraleſq; conſuetudines explendas, ornandas ſint ſatis.

Tom. 2. Nauig. Ind. 5216.
Vallcriola enarrat. medic.
Hippocr. de veteri medicina.
Ouidius lib. 1. Metamorph.
D. Auguſt. de vita Beata.
Marcus Tullius Berrous Bononien. l. 9. Ruſticorū
Plin. l. 2.
Cæl. ant. lect. lib. 24. cap. 21.
Ariſt. l. 2. de ſenſu, & ſenſil. c. 21.
Id. l. 2. de anima t. 72
Scalig. Exercit. 297 ſect. 2.
Ariſt. l. 2. de Anima c. 9.
Gaſſend. de Inanimis.
T. 3. Nauig. deſcr. P. Martyr.
Clem. Alex. in ſtromat.
Diod. Sicul. l. 3. rerū antiquarū c. 1
Herodotus lib. 4.
Plato de Rep Ariſt. polit. 3.

VSVS

VSVS OECONOMICI.

Lib. 16. c. 4. ARbores, quæ odore præcellunt, Æternitate quoq; præſtare docuit Plinius, quæ ideò præ cæteris expetuntur ad arculas, abacoſquè, aliaq; inſtrumenta œconomica pro conſeruatione veſtium, numorum, aliarumque rerum pretioſarum fabricanda; quia tempus edax rerum, atq; inuidioſa vetuſtas vix quiquam officere iiſdem valent cariem minimè timentibus. Acernæ, & Citreæ olim pretioſiſſimæ menſæ, nunc Nuceæ vſitatiſſimæ, cum omnis generis vtenſilibus domeſtico cultui addictis, ac circa propriam materiam Artifices ipſos arcularios, abacarioſuè, quorū eſt dolare, ſecare, & terebrare, ſubſcudibus, & retinaculis elaborata ligna coniungere, fatigant. *Vitruu. Archit. lib. 10. cap. 10.* Ruſtici tamen flexiles Arborum cortices pluris æſtimant, quàm odorata quęque Thymiamata; ex iis enim vaſa, corbeſquè, ac patentiora quædam inſtrumenta meſſibus conuehendis proportionata, vindemiiſq; aptiſſima conſtruunt, queis integra ſuarum fortunarum rota reuoluitur. *Plin. lib. 16. cap. 9.* Stipites quoſuis iidem ruſtici ſectantur, & truncos, fuſteſq; humi defigendos, necnon ſcipiones nodoſiores vice ſatellitum latus ſtipantium, vel veſtigiis hærentium adamant; inemptis quantum poſſibile eſt ſupellectilibus affatim vtentes. Rudibus inſuper virgis, & impolitis inſtructi ſunt ruſtici, vt & haſtatis falcibus ad Arbores corrigendas, & ligneos truncos, ſiuè ramos virentes mancipandos armati, haſtulas ligneas, virgaſuè ii Bubulcorum, non autem Lictorum, vel Pædagogorum (quorum vtrunque genus hominum impensè oderunt) tanquam ſceptra tractant. *Plutarch. de Repub. ger. Martial. lib. 10.* Plauſtrorum ſuorum, curruum, & birotiorum Rotas, tardigradi Bootes terreni, valido ſub pondere gementes faſcium, lignorum, vini, pomorum, &c. ducunt ad Vrbem. Et quoniam ruſtici palam operari debent, & ſub dio, eorum Plauſtra denominationem ſumpſère ex eo, quod ab omni parte ſint palam, id eſt abſq; operculo, vel vmbraculo, aut aliâ ſtructurâ, quæ latera, cœlumq; claudat. Hæc plauſtra dicuntur etiam clauſtra, vel cloſtra, vt aliqui volunt, per antiphraſin, quia minimè ſint clauſa, atque etiam *ſarraca*, Græcè ἄμαξα (quamuis Hamax intelligi potius debeat illud vehiculi genus, quod diceremus *Calcſſo*) dum elongantur, & fortiſſima ſiunt pro longiſſimis lignis, & ponderoſiſſimis lapidibus ſubuehendis. *Cato de re ruſt. Aul. Gell. l. 2. cap. 21.*

Iuuenal. Satyra 3.

> *— Longa coruſcat*
> *Sarraco veniente Abies, atque altera Pinum*
> *Plauſtra vehunt.*

Id. Satyr. 5

> *Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.*

Vulgò dicuntur *Carrettoni*, ſiuè *Carrubli*, quorum validiſſimi eſſe debent axes

Virg. Georg. 3.

> *— Valido nitens ſub pondere faginus axis.*

Eademq; *plauſtra*, vel *cloſtra* variis modis accommodata, iuxtà varios gentium mores, dicentur identidem *Benna* Gallicæ, modò *Epirhedia*, atq; *Eſſeda* Belgica *Cato de re ruſt. c. 23.*

Iuuen. ſat. 8

> *—Tritoquè trahunt epirhedia collo*
> *Belgica, vel molli melius feret Eſſeda collo.*

Infima vehiculorum ruſticis ſint tandem Monorotia *Curricula*, item minimè rotatæ *Traha*, vel *Elicea*, cum ſic Tabulas, vel Trabes terram ſulcantes, vice rotarum habeant, & lignea iuga boum, ligneaſq; iumentorum poſtilenas, aut clitellas, quę montuoſis in locis in promptu ſemper habentur. *Virg. 3. Georg. Colum. lib. 2. c. 8. ſulcos, aquarios Elices vocat.* Nobilibus in delicijs erunt *Rheda*, quas curruſ leuiuſculos, & ornatos dicere poſſemus cameratos, Arceras, de quo vehiculi genere loquuntur Leges XII. tabularum. SEI IN IOVS VOCAT SEI MORBVS ÆVITASVE' VITIOM ESCIT QVEI IN IOVS VOCABIT IVMENTVM DATO, SEI NOLET ARCERAM NE STERNITO. *Carozze* Italicè dicuntur, ſeu *Carpenta* antiquitus, & *Cocchi* vulgò à Carmentâ Euandri matre inuentrice.

Ouid. lib. 1. Faſtorum

> *Nam prius Auſonias matres Carpenta vehebant,*
> *Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.*

A quibus Carpentarii Fabri, vt & Carpentarii, equi dicti ſunt, à quorum numero equorum vnijugæ, bigæ, trigæ, quadrigæ (ligneis quandoq; loramentis, quibus equorum colla circumdantur trahendæ, vt vnijugæ ſingulariter) omnes veloci quidem motu præditæ, ſed facillimè euertendæ, ſi binario rotarum numero diminuto conſtent,

Ciſia

A *Cisia* tunc appellatæ, quod habetur ex I.C. monitu, atq; animaduersione in *L. item quæritur, ff. locati, & conducti*, vbi legitur *si Cisiarius, dum cæteros transire contendit, Cisum euertit, & seruum quassauit, vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem; temperare enim debuit.* Non autem tam obnoxia sunt euersioni Vnijuga illa Birotia Gallica nouissimæ inuentionis, quæ Lecticæ, & Currucæ officium præstando pernicis sunt morus, & vulgò *Rolantini* vocantur, nobilibus tantum viris inseruientia. Sed haud mirandum est ingenij deliramenta in dies multiplicari. Diuitibus porrò sua relinquamus, alia prosecuturi. Agrestium verò studia, non immorentur literarum speculationibus, sed libros, & codices, tabulasq; Arborum materialiter euoluant, veluti sunt instrumenta pinsendi panes, cannabimq; elaborandi, quæ ἀπὸ τῦ γράμματος *Gramme* vulgò dicuntur, quià ex eorum motu variæ literæ effigiatæ conspiciuntur, & præcipuè A.N.M. Pugillares ligneas Tabellas exscribendas, & custodiendas Tabellionibus, & Magistratibus relinquant, vt & Pyctacia Iudicum selectorum nomina semper parere parata. Ligneis tribulis, & triquetris tribulent paleas rustici, bicornibusquè, & furcis stramenta exagitent, *Exacuunt alij vallos, furcasquè bicornes.*

B Caueant tamen accuratè ne in furcas, trochleasq; & rotas, reorum scilicet supplicia impingant procul à furtis, & grassationibus iuxtà *L. capitalium. §. famosus. ff de pœnis*; Ligneis iugis iungant boues, terrarumq; iugera subigant, sed ciuiliũ Legum iugum ferre libenter addiscant. Fungis Arboreis lucubratis, id est ad concipiendum facillimè ignem adaptatis sese excitent ad primas, atq; ad postremas in eodem anno laborum interminabiles metas, id est ad conuertendam terram, fructusq; iam collectos in vtiliorem formam redigendum. Circà machinamentaria Porcula, seù Torcula, Prælauè olearia, seù vinaria infudent, antelucanis præcipuè in horis, in quibus quoq; Acapna, nempè ligna combustibilia selecta ligneis Epischidijs scissa, quæ fumum quam paucissimè de se mittant, curribus imponent in vrbem ad Dominos transuehenda. Ligna itidem coquant coctilitijs suis in tabernis, de quibus *Iulius Capitolinus*, & I.C. Vlpianus in *Leg. ligni appellat. de Leg. 19. & ff. de verbor. significat. L. carbonum §. sed & titiones*, Artificibus Vrbanis, vel Anthracopolio publico vendenda; vt & alia ligna variè præparata ad vsus quamplurimos Rustici Mercimonij causa in Ciuitatem comportabunt, Lignei

C vt sunt maximi Limbi pro Dolijs amplissimis, & nobilissimis fabricandis, qualia sunt nostratia, de quibus Strabo. *Quanta verò sit vini vbertas Vasa ipsa pronunciant, è lignis nanquè fabricata, domiciliorum magnitudinem exeedunt.* Rusticos intrà parietes licet illis ad impendium æris quamminimum instrumenta lignea cuiuscunq; generis absquè metallicis adiectionibus fabricare, vt *Rutabula* pro excoquendis in furno panibus, quæ & memorat Columella. *Sublata lampade rutabulo ligneo*, vtq; *Rutra* aruorum aratoria, & complanatoria simul, atq; etiam vomeres, vt Lithuani faciunt.

Quid dicam iacto qui semine cominus arua
Insequitur, culmoque ruit malè pinguis arena.

Vtq; Scalæ sunt ex teretibus lignis cum interpositis gradibus, quæ duplicatam aliquandò præbent scansionem pro delicatulis educandis Arboribus; vtq; *Calopodia, Calonesuè*, hoc est calcei lignei vulgò *Zoccoli, ò cospi* quasi cæspites lignorum; & ad eundum lutulentas nimium, cœnosasq; per vias *Grallæ*, quæ Græce καλόβατα, vulgò nostrorum *Zanchi*, quæ vox significat crus antiqua voce Italicâ, vt apud Dantem

Volta la testa oue egli hauea le Zanche.

D Hinc *Grallatores Calabatrarij*, qui fustibus inambulatorijs sibi suppositis *Grallatorio* gradn latissimo incedunt. Sibi quoq; fabricent Rustici *Palas* à pangendo dictas mutatâ litera n. in l. secundum *Varronem de L. lat. lib. 4.* Item vrnaria, siuè aquariola, & lauatrinas, ac situlana ex ligno; in suisq; villicis compitis Machinamentarios Telones, seù Tolenones, Ciconias quoq; dictos erigant ad aquas è puteis paruo negotio extrahendas. Tempora cessationum, seù intermissionum à laboribus culturæ agrariæ varia pro se ipsis, ac pro ciuibus in vniuersum, seù etiam pro infimi ordinis hominibus, erunt opera tornatilia crassiora ex circunuolutione lignei Manphur loro alligati, vt sunt fusa agrestia, coli, ligneæ patinæ, simpuuia, idest calices ad bibendum, de quibus Iuuenalis *Simpuuium ridère Numa*, Cissimbia vini synceritatem probantia, Pyxides, loculiq; lignei ignobiliores, quos Martialis tetigit.

Non decet argentum, vilia ligna ferant.

Lectico curruca modernissima.

ap. Lãprid. de Alex. c. i. Colum. l. 2. cap. 21. Varro l. 1. c. 52. Virg. 1. Georg. T. Liuius Hist. lib. 1. Callystratus I.C. Cato de re rust. lib. 2. c. 19. Colum. lib. 12. c. 50. Cato de re rust. c. 130.

Lib. 3. Geograph.

Col. lib. 12. cap. 18. Alex. Guagninus in descrip. Lithuaniæ. Vig. Georg. 1 M. Varro. Fest. Pomp. In Inf. c. 34. Grap. l. 2. de part. ed. Plin. l. 19. cap. 4. Fest. & Plin l. 7. c. 50. & l. 8. c. 40. Boccat. n. 9. §. Satyra 6. Iuuen. & Alex D. G. l. 3 c. 26. Mart. in Apoph.

L Item

Item scamna, scabellaq; simplicissima, & ligna canaliculata, quæ tectorum stillicidijs ponuntur imbrium colligendorum gratiâ, vulgò *Doccie*. Tripodes quoq; & subsellia antiquissimi moris, scamna videlicet, clinopodia, columnæ, asserculi Euandrei cubilis, quod stratis *effultum folijs* antiquitas vidit, quando.

Virg. 8. Æn.

---Congesta struxere cubilia frondes.

Luca. lib. 9. Pharsal.

Quibus addi poterunt minimè artificiosæ Arculæ, capsulæq; præ foribus templorum affixæ, vbi colliguntur eleemosynæ fidelium pauperibus erogandæ, quæ Græcis Gazophylacia dicebantur, vndè illud emanauit Prouerbium, *inops vetula ditissimum Gazophylacium*, apud Ethnicos quoq; in vsu, ante illorum Deûm matris fictæ delubra; vnde Ouidius.

Antè Deûm matrem cornu tibicem adunco
Cum canit, exigua quis stipis æra neget?

Lib. 1. de Põto. eleg. 1

Rudioribus tantum se à natura destinatos esse muneribus sciant Agricolæ, qui subcessiuas horas ministerijs, quæ non sunt propria ipsius Agriculturæ dicare debent, & non alias; sic *Varos*, seù *Vassos* pro seruitio nobilium elaborare poterunt, idest furcillatos baculos pro aucupijs, de quibus Lucanus.

--- Dispositis attollit retia varis.

Quibus vallantur loca ad irretiendas aues, quadrupedesq; minores. Theatrales contenti sint Rustici præparare sudes pro spectaculis nobilium, quales sunt illæ, quæ ambarualibus in Festis scandendæ pueris infimæ plebis præmio imposito apud nos Bononienses proponuntur, qui luctatorum Haphe contrà nimiam ligni lubricitatem se muniunt. Segmentata relinquant rustici exactissimè concinnanda opera versicolorum lignorum vrbanis doctis, & exercitatis Artificibus, qui pulcherrimis lignorum bracteis dædaleas verè figuras admirabilissimè perspiciendas æternitati cõcedunt, quemadmodum in sedilibus magni Dominicanorum Chori Bononiæ apparet, multisq, alijs in locis. Fritillos rustici omninò declinent, atq; deuitent, ceù summa infimæ sortis hominum ludibria, nec machinis quibusuis nobilioribus vrbanis sese immisceant agricolæ, ni propria valedicere velint felicitati. Sat esset, immò plusquam satis haberetur, si rusticis innotescerent ligna cotis vicem sustinentia, quæ Indicæ Arbori à Clusio descriptæ responderent; vel semina Arborea pannos dealbantia, quæ similia essent aliqualiter seminibus Indicæ *Arboris* dictæ *Saponis*, & *Pater noster*; & tandem partes omnes Arboreas probè exploratas haberent, quæ colorandis Oeconomicè lineis, laneisuè pannis, ad tem vestiariam perficiendam conducant, de cuius primâ origine mox verba faciemus.

Clusius in Exotic. lib. 1. cap. 8.

Hist. gener. Ind. T. 3. Nauigat. l. 9. c. 5.

Lib. inscr. Plico dell' Arte del tingere. *Venetijs Impr. 1611. in 4. fol.*

VSVS VESTIARII.

Arborum latiora folia prima fuere hominibus vestimenta; habetur enim in libro Geneseos Protoplastem nostrum Adam, vnà cum Vxore, sibi ex Arbore Subligacula fecisse. *Consuerunt folia Ficus, & fecerunt perizomata*. Quarè furti aliqualiter accusari possent hominum manus, quę Arboribus contrà exemplũ primi Parentis vt plurimum parcentes, resecant ab Animalium pellibus lanas, quas natura parens ijsdem ad propriæ vitæ tutelam dederat, etiam si lanigeras vestiarijs staminibus dum spoliant Belluas, id præstent innocentissimè, cum villorum productio fuerit facta non in gratiam Arborum, quas sola ornant, vestiuntq; sufficientissimè folia, sed in solius hominis commodum, atq; vtilitatem. Arbores istiusmodi quasdam esse agrestes in Indijs tradit Herodotus, quæ lanam pro fructu ferunt ouillæ, tum bonitate, tum pulchritudine præcellentem, quâ Indi passim vtuntur pro vestimentis. Non desunt Arborum Indarum cortices, quos totos natura neuit innumeris contextos, & coalitos Physicis lineis æquissimis, rectissimisq; quibus artificiosa quælibet textrina perfici potest, clarissima cuius simplicis, & compositæ rei publico in Musæo habemus exempla; nam cortices habemus substantiæ filatim resolubilis, idest filamentosæ totaliter; & mantilia similiter habemus ex his filis Damasceno opere textorio concinnata. Scriptoribus ideò facile credemus circà vestes in Arboribus primò natas. Indorum quidam syluicolæ appellati, omnium apud illas nationes (inquit Strabo) honoratissimi sunt, *ex eo, quod in syluis degant ex frondibus, & syluestribus fructibus vtuentes, vestes ex Arborum corticibus*

cap. 3. Gen.

lib. 3. Histor in Thal.

Strabo lib. Geograph. 11. & 15.

A *ticibus habeant, &c. ijdem vestes infectorijs venenis tingunt, quæ colorem habent indelebilem.* Apud Gaditanos circà nouam Carthaginem (idem habet Auctor) *Arborem esse, qua de spinâ corticem emittat, ex quo tela pulcherrima conficiuntur* (additque) *huic quidem Gaditanæ nos in Ægypto in ipsa ramorum curuaturâ similem perspeximus, cæterum fronde dissimilem, & infructuosam. In Cappadociâ quoquè è spinis collecta texuntur;* ex quibus telis, varios secundum gentium mores, subuculæ, thoraces, femoralia, tibialia, pallia, cingula, collaria, pilei, manicæ, calcei, stragula, culcitræ, lecti, lintea, sindones, mappæ, mantiliaq; fiunt. Seres Populi sericum inuenêre super Arbores, & ex Arboribus natum; vermiculus nanq; bombycinus ex Mori Celsæ Arboris folijs victitans, ex ijsdem pretiosa vellera intrinsecè, & verè trahit, de quibus Populis Ammianus Marcellinus hæc habet. *Agunt autem ipsi quietius Seres armorum semper, & præliorum experטes, vtquè hominibus sedatis, & placidis est otium voluptabile, nulli finitimorum molesti. Cæli apud eos iucunda, salubrisque temperies, aeris facies munda, leniumque ventorum commodissimus flatus, & abundè, sylua sublucida, à quibus Arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine, & liquore mix-*

Lib. 3. versus finem.

Lib. 23. rerum gest. p. 93.

B *tam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtegmina conficiunt sericum ad vsum ante hac nobilium, nunc etiam infimorum sine vlla discretione perficiens.* Hos eosdem Populos Pausanias in Æthiopiâ ponit, vt & Virgilius quoquè.

> *Quid nemora Æthiopum molli canentia lanâ,*
> *Velleraque vt folijs depectant tenuia Seres?*

Georgic. l. 2.

Gossampinas Plinius memorat Arbores, ex quibus vestes fiunt. *Arbores vocant Gossampinas fertiliores etiam Tylo in minore, quæ distat XVI. passibus. Iuba circà fruticem lanugines esse tradit, linteaque fieri Indicis præstantiora. Arabiæ autem Arbores, ex quibus vestes faciant Cyaneas vocari folio Palmæ simili; sic Indos suæ Arbores vestiunt.* Plinius idem obseruat in Arboribus vnum, quod admiratione, atq; animaduersione non modicâ dignum est, quod scilicet altera foliorum superficies in Arboribus lanugine obduci videtur, quæ in quibusdam itá copiosa enascitur, vt lana propriè possit haberi, neruosq; foliorum itá patentes fieri aliquando, vt aptissimi comperiantur ad funes validissimos, quemadmodum sunt Palmæ folia in Oriente; vndè concludi possit omnis generis vestes ex Arboribus fieri posse. Affert & aliud mirabilius idem Plinius, dum inter

l. 12. c. 21.

l. 16. c. 24.

C Vitium species lanatam quandam reponit. *Ne Seres miremur, aut Indos, adeò lanugo eam vestit.* Et alibi habet, quod lanigeræ Arbores Persicæ Insulæ se se habent *alio modò, quam Serum: ijs folia infæcunda, quæ si minora essent, Vitium poterant videri; ferunt Cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate rupta ostendunt lanuginis pilor, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.* His autem Arboribus quomodocunq; sint, congener illa fortè erit, quæ à Carolo Clusio describitur sub nomine laniferæ Arboris peregrinæ. Item Arbor lanifera Bellonij, nec non fructus Ceytæ Arboris Ferdinandi Ouiedæ, cum supradictis Arboribus conuenient. Theophrastus de Arboribus agens, quæ in Tylo Insula nascuntur, hæc habet. *Lanigeras quoquè Arbores multas eandem Insulam ferre proditum est; has folia vitigena gerere, verum minora, fructum nullum, id, in quo lana continentur, mali amplitudine cerni, vere nasci compressum, cum tempestiua maturitatis sit aperiri: & lanam exeipi, qua telas texunt, alias viles, alias pretiosas.* Et cum Arbores istæ lanuginem ferant Gossipio magis, quam Serico similem, quæri posset in quonam Gossipion, & Sericum conueniant, vel discrepent inuicem; in quâ re affir-

l. 14. c. 2.

l. 12. c. 10.

Clusius l. 1. Exotic. c. 14
Bellon. l. 2. obseruat. c. 60. & 77. Ouied. Hist. Gen. part. 1. l. 9. c. 11. Theophr. l. 4. Hist. Plãt. cap. 9.

D mandum esset Gossipion immediatè Arboreum esse, & Sericum mediatè tantum Arboris in se retinere naturam, quanuis vermes Sericum concipientes ab Arbore Bombyces appellentur, & hoc fortè quia Bombycinum, ideſt albissimum primitus produxerunt fericum gossipij speciem referens; vndè illud Virgilij de fericeis Arboribus.

> *— Molli canentia lanâ.*

Georg. l. 2.

Et illud quoq; Plinij testimonium, quod sericum sit canicies Arborum, *primi sunt hominum, qui noscantur Seres lanicio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondiū caniciem; vndè geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi: tam multiplici opere, tam longinquo Orbe petitur, vt in publico Matrona transluceat. Seres mites quidem, sed & ipsi feris persimiles, cætum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expetant.* Hæc Arborum igitur lanugo, vel ipsarum immediatè sit productio, vel Animalium Arboris pastorum, & saturatorum folijs, quædam eructatio ijsdem

l. 6. c. 17.

 adhæ-


adhærens Arboribus semper erit Arborea lanugo, quæ pluribus in locis obseruatur, & à Diodoro Siculo historicè animaduersa proditur in quadam Oceani Meridionalis Insula, vbi mollis, & splendida lanugo ab Arboribus dependet, & ab incolis pro vestitu colligitur. De Herbaceis simpliciter vestimentis ex corticibus maceratis tusis, pexis, netis, seù subtiliter contortis, & textis non est præsentis loci differere; vnum tantum nouissimum inuentum mihi liceat proponere. Cannabinis, Lineis, Xylinisq; velaminibus, quibuscunq; Molochias deinceps Telas nostrates adiungant mulieres; quibus inter Oeconomicas nouas suppellectiles mollia, subtilia, candidaq; Hyphasmata Dendromalaches Herbæ tenuissimo, netili, textiliq; ex cortice paranda perhonorificè dabitur recensere. *Varias, quas habet Hortus opes* proferre nunc nitatur Geoponicus, atq;

Sub Thalami specie felices iungere syluas,
Vt soboli mistus crescat, vtrinque decor.

Cunctis ideò rerum naturalium curiosis perscrutatoribus Olus offertur *Arboris figuram capessens*, quod *in magnis esse laudibus*, & de quo *mira, & alia tradantur* testatus est Plinius, cuius ἀγιωτατον φυλλον coptolimodipson, arcens scilicet famem, & sitim, ἄκοπόν: dolorum mitigatiuum; πλ ὄπρφον osiriacum *prone sequitur quià vertice solem*. cucurbitinæ circumscriptionis, & magnitudinis ex Auicenna, qui herbã eandem Abutilon nominauit, hîc cernere licebit. De huiusmodi Planta, quoniam in tertio Plantarum Aldrouandæarum Volumine particularis, & exacta texi debebit historia, hæc pauca de illa ad netilis, textilisq; illius Virtutis, seù prærogatiuæ à me primum detectæ insinuationem dicta pro nunc sufficiant. Minerua mea, qualiscunq; illa sit, nimis eneruis fortasse redderetur, si *hodierna dies mihi cura* non esset, quo fortunæ munera insidiæ fieri facillimè possent; in reliquis me *expectant cura, catenatique labores*. Sed solum istius Plantæ natale solum ab Auctoribus Aduersariorum nouorum intelligamus. *Nec huius quidem vlla* (inquiunt illi) *apud Dioscoridem mentio, cum tamen plurima occurrat in humentibus viarum marginibus, præsertim propè Ferrariam Bononiã redeunti, &c.* Integer prætereà cortex Arborum Pythagoricis calceis materiem præbebat, vti caro quoq; lignosa diù inseruiuit pro multarum gentium calopodijs excauatis, atq; etiam proformis tutorum Alidis; vniuersalissimus tamen suberini corticis vsus permanet in sandalijs leuitate commodissimis; vndè est, quod calcei lignei à Festo calones dicti sunt, nam κᾶλον græcè est lignum. Aliqui sunt Populi, quibus vestes inflexibiles placent, qui pro femoralibus vtuntur corticibus Arborum, & sunt Habitatores Capitis Sagres Guineæ. Idè Allobij Sarmatiæ Populi ex Clemente in Stromatibus præstant, nam ex Arborum corticibus sibi vestes parant. Germanorum etiam nonnulli ex Pomponio Mela idem faciebant. Druydæ Gallorum sapientissimi quondam, & doctissimi calceis ligneis vtebantur, & figuræ pentagonæ, non quidem, vt elatiores viderentur, quemadmodum arrogantes fœminæ, quæ non crepitantibus tantum soleis, crepidis scilicet Heroũ proprijs (vt innuit Lycophron) ad furtiuos deuitandos accessus, sed vt multipliciter superbiant in pedibus; hinc Xenophon vxorem Ischomachi sic incedentem introducit, *quo videretur procerior, quam natura tulerat*, quod Clemens Alexandrinus iuremeritò pariter increpitat, *similiter autem* (inquit) *in calceamentis superba, arrogantesque fœminæ magnam, quoq; ostendunt mollitiem*. An immodica modò calceamentorũ, elatiorum hodierni temporis mulieribus deturbatio defectuosum inuoluat vitium, prudentiorum hominum esto iudicium; sed maiore necessitate compulsi ad machinamentariam tectorum constructionem animum appellimus, & vsum Arborum in Domicilijs erigendis proponimus. Verumenimuerò nobis prius docendum est, vt cædantur eædem Arbores ad expetitam durabilitatem in ipsis ædificijs consequendam, quam seri nepotes à nobis referant acceptam.

Thephr. l. 1 H. pl. c. 14. Martialis l. 10. ep. 44. Palladius Rutilius l. 14. de insit. Theophr. l. cit. c. 5. Plin. l. 20. c. 22. Ælian. l. 4. var. H. c. 17 Plato l. 3. de legibus. Hamelberg. in Apul. de med. Herb. c. 40. Columella, l. 10. Auicen. l. 2. tract. 2. c. 29. ap. Gellium l. 16. c. 9. Senec. ep. 7. Martialis l. 1. epigr. P. pena, & matth. de lobel. in stirp. aduers. nou. p. 294. Philostrat. l. 6. c. 16. T. 1. Nauig. Lud. ex descript. Aloy. Cadamusti. Elias Schadius de Dis Germ. syngr cap. 9. in Oecon. l. 2. c. 9. Padag.

VT



VT CÆDANTVR.

Plautus in mustellaria & Plin. lib. 16. c. 41.

SIlentis ſolius ferè Lunæ eſt cæſarum Arborum materiem diutiſsimè ſeruare, nam Luna lumine plena Arbores ipſas, ſi non actu ſtatim, potentia tamen, citòq; putridas, & carioſas, teredinoſaſq; reddit; vndè maximè cauenda eſt ad prohibendam generationem Tarmitum, & Teredinum cæſo lignorum dum aucta lumine Luna eſt; tunc enim ipſa putredinoſis implere humiditatibus Arbores conſueuit; & ideò Præceptum ſequens accuratè eſt obſeruandum, nempè Lignorum cæſionem tunc eſſe inſtituendam cum Luna decreſcit, Auſtriq; flatus abſunt, vigentibus cauſis ſiccantibus. Quare ex Hienne Græco Geoponico, quem ſecutus eſt Conſtantinus Cæſar habemus, quod ligna ad Ædificationem cædi debent in primis menſe Decembri, & Ianuario, Lunâ ſeneſcente, & ſubterraneâ. Lunæ enim lumen ligna molliora facit. Vegetius docet Tempus omnium aptiſſimum ad cæſionem lignorum eſſe in ſolſtitio æſtiuali per menſes Iulium, & Auguſtum, & ab Autumnali Æquinoctio ad Calendas Ianuarias, & à quintadecimâ Lunæ ad vigeſimam tertiam diem eiuſdem ætatis; illis enim octo diebus lignea materies ſeruatur à carie immunis, quæ reliquis anni diebus patitur verminationem, & ex eroſione dira eorundem Vermium facillimè vertitur in puluerem; quod Ars ipſa, & omnium Architectorum perpetuus vſus exploratum habent; quæ cauſa Legem quandam attulit, vt pro indefinitâ diuturnitate his tantum diebus cæderentur. Inter omnes deniq; conuenit in coitu Lunæ cum Sole Arboream debere cædi materiam, & à Solo auelli, quem diem aliqui interlunium, alij ſilentis Lunæ appellant. Quod ſi accidat Lunæ coitus in nouiſſimum diem Brumæ, illa æterna fit materies. Stata inſuper Anni tempora obſeruantur à primo Autumno donec flare incipiat Fauonius, & interdum per Brumam flante Vento Boreâ; præterea occidentem etiam Lunam obſeruant ad firmandam omninò diuturnitatem, vt ſuprà. Heſiodus Poeta Græcus in ἔργοις habet à decima ſeptima die Lunæ materiam cædi oportere, quià tunc illa decreſcere incipit, & humor, qui cariem facit, imminuitur, & maximè dum Sol ad verticem noſtrum proximior eſt, & color Arboris fuſcatur, foliaq; decidere incipiunt, quæ tamen Arbores in hoc debili ſtatu à Luna cauſato deberent iuxtà Palladij præceptum Phlebotomari, profundiſq; è medullis, dum radices altè perforentur, vitioſum, & excrementitium humorem, velut ſanguinem ſuperfluum protrudere. Vitruuius Arbores cædi vult vtiliſſimè à primo Autumno antequam flare incipiat Fauonius, & reddit rationem, quià tunc fœtæ ſunt Arbores. Cato, materiam (inquit) ſi Robur ſit, cædas, vbi ſolſtitium fuerit, nam Arbores certa quædam habent, vt mulieres pariendi tempora; & propterea hæc Arbor ad Brumam ſemper tempeſtiua eſt, & minimè prægnans; cætera materies, quæ ſemen habet, cum maturum fuerit, quæ non habet cum libuerit; quæ maturum, & etiam vnà viride habet, tunc cædito cum ſemen extruderit; demum cum cadunt folia, Luna decreſcente ſectam materiam eximito, poſt Meridiem, ſinè vento Auſtro, cauetoq; ne per rorem trahas, aut doles. Varro, & Aſtronomi aiunt, quas res ad vſum habiturus ſis, vt locis moueantur, has ferro, manuq; tractandas, cum erit Luna in Libra, Cancroue; quæ verò ſtabilia, & locis immota futura ſunt, tunc inchoandas, & pertractandas cum erit Luna in Leone, Tauro, & Gemini. Sed cædi oportere materiam periti omnes admonent, Luna deficiente. Columella verò diem cædendis Arboribus commodam putat à vigeſimo, vſq; ad trigeſimum ſeneſcentis Lunæ. Plinius optimè cædi Arbores putat Cane oriente, Lunaq; cœunte, quæ dies Illunium vocatur, quaſi abſq; Luna, quæ nullibi conſpici poteſt, & addit noctis tempus expectandum eſſe, quod Luna ſub terra ſit; & Ratio Aſtronomorum eſt, quià vi Lunæ omnis rerum humor commoueatur; Ergò humore ad vltimas radicum fibras, aut retracto, aut inde abacto, reliqua materies perpurgata remanet. Adde his quod multò fideliores putant futuras Arbores, ſi non ſtatim proſternantur, verum circuncidantur, vt ſtantes ſic areſcant, & humiditate vacuentur. Alij concidi ſtantes Arbores ad craſſitudinem iubent, ad mediam vſq; medullam, quo caries, & malus ſuccus diſtillando effundatur, & extrò pellatur. Aſſerunt quoq; nullam Arboris partem conſternatam dolandam, aut ſecandam, antè ſui reditos fructus, & ſeminis maturitatem; præciſam indè Arborem, & præſertim quæ fructum ferat nudari prorſus cortice admonent,

Lil. Greg. Gyrald. de nauig. c. 4. Bapt. Leo. l. 9. o. 24. Veget. lib. 4. c. 35.

Li. 11. c. 15.

Lib. 2. c. 0.

Lib. 1. c. 44.

Lib. 2. c. 2. L. 16. c. 25. & lib. 18. c. 26. & l. 15. c. 2. & lib. 29. c. 39.

A nent, oportere. Cæsam postmodum materiam condendam esse loco, vt graues Soles, aut acres Ventorum flatus non appellant; sed vmbra penitus contectas esse necessarium fore, & nisi post trimestre tangi, nè pereat res; Quæ tamen res postquam perijt, mirum est, quam ipsa valeat proprio marcore siccissimo, tenuissimoq; in pollinem redacto Vlcera in Hominibus sanare. Sed videamus quomodo ligna ritè emortua vitam Hominum extrinsecè tueantur.

Diosco.li.1. c.96.

VSVS IN DOMICILIIS. seù Architectonici.

PRo primis Hominum Domicilijs inseruierunt Arbores, & syluæ, teste Q. Fabio pictore. Non Domus instructæ, ornatæque, nec luxuriâ insignes, auroue splendidæ tunc temporis erant, mansiones virorum, mulierumque. In communionibus Hominum, ingenio qui præpollebat erat Herus seruum corporis viribus naturaliter præstantem sibi in socium vitæ ascifcens, illum sui partem quandam cognoscebat, aliorumquè vtilitati eundem laborantem instituebat, nec otium minimè laxis in ædibus spatiari permittebat. Congestis viminibus, cauisq; Arborum lignis, testudinatis veluti tectis constructa cernebant Regia quoq; Habitacula. Romuli primi Romanorum Regis Casa in Arce sacrorum constituta stramentis tegebatur; vndè Vates cecinit.

Arist.lib.1. Polit.

Romuleaque recens horrebat Regia culmo.

Virg. Æn.8

& alius, qui sic habet. *Quæ fuerit nostri si quaris Regia nati,*
Aspice de Canna, straminibusquè domum.

Nascebantur enim, atq; degebant in syluis ante Vrbes conditas, incondito quidem & ferino more materialiter saltem, & ad apparentiam, Homines.

Vita feris similis nullos agitata per vsus
Artis adhuc expers, & rude vulgus erat
Pro domibus frondes norant.

C Sed innocenti quadam simplicitate præsidia vitæ cumulabant, aureæ nondum mortis famelici; sic aptè cecinit ille

At nunc Desertis cessant sacraria lucis,
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia iura.
Aurum lex sequitur, mox sinè lege pudor, &c.

Propert. Eleg. lib.3. Eleg.13.

Huiusmodi habitãdi morem diutissimè seruarunt Nationes quamplurimæ, inter quas Scythæ, vt refert Herodotus, sub Arboribus cubantes. Massylij itidem monstrosæ Africæ Populi, per syluas, ac saltus errantes. Arymphæi quoq; Asiæ incolæ, qui Nemora pro Ciuitatibus, proq; domibus constanter tenuere. Brachmanes Indorum Sapientes manebant *in luco intrà compositum quendam circuitum* (vt habet Strabo) *frugaliter viuentes super toris, ac pellibus, &c.* Druydæ Gallorum celeberrimi Philosophi, & Diuinarum rerum studijs addictissimi inter Robora solum permanebant, ac diuersabantur. Arabes quidam super Arbores præcipuè dormiebant sublimiores, qui nullas alias contrà ferarum incursus, arces, nisi solas Arbores agnoscebant. Idem quoq; Heptacometæ Populi obseruare consueuerunt, & eandem prorsus ob causam Arboribus inhabitare Insulani Peru, atq; Malaccæ Insulæ habitatores voluerunt, vbi altissimis contrà Tigres, quæ octauum altitudinis pedem proprijs lethalibus pedibus attingunt, sese tuentur, receptaculis Arborum. Arboribus densissimè, fortissimèq; spinosis muri vice vtuntur Indi quidam in Malabar, quæ adeò difficiles sunt expurgatu, vt nil suprà. Hæc rudia eorum clathra nostros erudierunt Architectos, & Machinamentarios, vt vias claudere lignis transuersis, rectisq; simul compactis, vulgò *Sbarrare*, ædiumq; aditus, & aperturas maiores ostijs, fenestrisq; munire addiscerent. Non solæ Domus, sed Ciuitates integræ ab Arboribus originatæ, se ex ijs constare, ex quibus aluntur, Arboribus nempè factæ semper sunt; Eædem Arborum auxilio liberas nimium Aquas, vniuersalissimumq; Aerem multitudini cuidam vnitim partitę, atquè diuisæ communes solum, ne per incerta, aut periculosiores per casus vagaretur, fecere; quod Poeta videtur elegantissimè tetigisse.

Strabo l.15 Geograph. Diod. Sic. lib.5. Bibl. Plin. l.16. c.49. Strabo l.12 Franc. Lopez p.2.fol. 150. Io. de Barros.de Asia. Idem Io. de Barros. fol. 177.

Accessit

Ouid. lib. 6. Metamorph fab. 4.

Accessit, positoquè genu Titania terram
Pressit, vt hauriret gelidos potura liquores:
Rustica turba vetat, Dea sic affata vetantes.
Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est;
Nec solem proprium Natura, nec aera fecit,
Nec tenues vndas; ad publica munera veni;
Qua tamen, vt detis, supplex peto.

Iob. c. 38. Psalm. 34. Lexic. Grac

Deus conclusit ostijs mare, & hominibus dedit, vt se concludere possent *aduersus eos, qui persequuntur*; quo titulo, & in quem finem solum Ciuitates à Ciuitatibus, & domus à domibus seiunctæ quidem, sed confœderatæ, & ad virtutes, non vitia tuendum directæ, atq; plantatę. Clausura debet esse inculpata, atq; laudabilis, & ideò appositissimè significat verbum Græcum κλείω non tantum *claudere*, sed & *laudare, celebrare, prædicare, glorificare*. Nulla fortè naturæ magis conformis est constitutio Domorum, & Ciuitatum, quam quæ ex Vallis, idest ex palis firmioribus, vulgariter apud nos dictis *Agocchie* terræ infixis coalescit, cuius generis fuit ingens illud Cæsarianum Vallum in Belgica Gallia, quod primum fuit Bononiæ Belgicæ rudimentum, ad cuius custodiam stationarij milites Bononiēses nostrates numerosissimè cōscripti sub Q. Pedio inter duas nouas legiones citerioris Galliæ tunc à Cæsare ipso in Hibernis morante apud nos iussas, constituti fuere: *Ijs nuncijs, literisque commotus Cæsar duas legiones in citeriore Galliâ nouas conscripsit, & ineunte æstate, in vlteriorem Galliam qui deduceret Q. Pedium legatum misit, &c.* Et tandem *Cæsar syluas cadere instituit, &, ne quis inermibus, imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset, omnem eam materiam, quæ erat cæsa, conuersam ad hostem collocabat, & pro vallo ad vtrunquè latus extruebat incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto.* Olaus Magnus describens Septentrionalium Gentium Ædificia, ea dicit esse vel pyramidalia, vel cuneata, vel arcualia, vel rotunda, aut etiam quadrata. Pyramidales eorum domus sunt ex solis Hastis sursum connexis, deorsumq; ampliatis, quæ pro tempore æstiuo inseruiunt sub minimis solis vmbris maximorum dierum, ibiq; à fumo, & flammâ, meridianisq; ardoribus sese tutantur. Ædes cuneatæ ferè omnes ibidem in altum eleuantur, & porrectæ sunt, vt densæ, onerosæq; niues citius vento arceantur, ne deprimant tecta, quæ corticibus Betulæ, vel tegulis, vel fissilibus scandulis è Pinu resinosâ, vel Abiete, vel Quercu, vel Fago confecta sunt. Diuitum verò tecta, vel cupreis, vel æreis, aut plumbeis laminis, vt & templa sunt adoperta. Arcuales dein structuræ satis artificiosè fabricatæ sunt contrà vim ventorum, casumq; niuium ex lignis æquè ac muro; eiusmodiq; sunt in vsu apud ædes magnatum pro supellectilibus domesticis, aut rusticanis conseruandis. Rotundæ sunt rariores, illisque lumen reflexum variè recipientibus è culmine vtuntur artifices. Quadratæ dein domus cæteris frequentiores, sed lignis crassissimis in angularibus iuncturis (quibus magistrale artificium ostenditur) mirâ combinatione coaptatæ visuntur, & hæ quoq; fenestras habent plurimum eleuatas in tecto, vndè lux introrsum super quemlibet situm descendere possit. Domiciliorum autem necessarijssimæ cum sint partes Portæ, Fenestræ, Tignaq; hæc omnia sigillatim consideranda sunt. Porta primò omnium ponenda, & custodienda est, quam tanti fecerunt antiqui, vt Portarum Deum Portunum clauigerum sibi fingerent. Nos autem portarum Præsidem, atque Cœlestem Custodem venerari, & implorare deuotè possumus, immò debemus nos veræ Catholicæ Religionis cultores, qui Apostolorum Principem, & Iesu Christi Vicarium, Regni Cœlorum Clauigerum, & verum Portunum cum omnibus illius successoribus in summi Apostolatus apice constitutis, Beatissimis scilicet Pontificibus Romanis optimo, & Sanctissimo recognoscimus iure. Et quia non vna tantum domibus necessaria est porta, primariæ propterea debet alia vel lateralis, vel postica adiungi, quæ *Posticula* antiquissimè dicta est, apud nos Bononienses *Pusterla*, quæ egressui potius, quam ingressui sit destinata, & excrementorum secretioni, ne domus euomere videatur. Ad ostia claudenda, muniendaq; præter repagula, duplex quoddam lignum cruciforme iunctum, rectum alterum, & alterum transuersum post portam intrinsecus demittendum, & duobus à cācellis lateralibus apprehēdendum, *Patibulum* Nonio Marcello dictū, requirebatur, quo remoto Valuæ patebant; imò ipsa quoq; repagula, claues, pessuliq; alias ex ferro construi solita, ex ligno quoq; cōfecta sunt apud nōnullos, & præcipuè montanos Calabriæ,

Annal. Bonon. Belgice. Cæsar de Bello Gallico lib. 2. de Gentibus Sept. Hist. l. 12. c. 2. L. Alb. in ... f. 209.

Ad

A Ad ſecuritatem iteratam clauſtra è tabulis, hoc eſt clathratæ feneſtræ ſuis ſubſcudibus, & cācellis inſtructæ, & munitæ, vt ex Plauto *neq; feneſtra, niſi clathrata eſt*, accedere debent. Quoniam verò Porticus Portarum relatiuæ ſunt ad Ambulacra, & ad vmbram captandam primò inſtitutæ,

Plautus in Milite act. 2. ſc. 4.

Claudia diffuſas vbi Porticus explicat vmbras
Vltima pars Aulæ deficientis erat.

Martial. l. 1. Epigr. 2

De his quoq; aliquid addendum eſt; quarum prima conſideratio eſt eas fuiſſe Tyrrhenorum, ſi non inuentum, ſaltem maxima pars curarum ædificatoriarum; in illis enim ſeruorum, & concurrentium turba, intrà domorum ſepta minimè introducenda diuertebat, vbi ex arundinea lanugine (Auctore Polluce) ſternebantur ad cubandum lecti, vel ex folijs Arborum electis (iuxtà Varronem) quos Romani ſunt imitati, ſed maximè omnium Bononienſes, qui ſuam Ciuitatem vbiq; Porticatam habent,

Continua egregiam cingit quà Porticus Vrbem.

In Voto Diuæ Virginis Sanlucianæ

vt de eadem Bononienſi ciuitate cecinit Dempſterus. Nulla apud nos Bononienſes antiquiſſimis temporibus Domus erat, quæ porticata, & columnata non eſſet, quarum B columnarum ſcapus, ideſt corpus, & epiſtylium, ſeù capitellum, ſimulq; duo hinc indè lateralia adminicula tecto, vel contignationi obliquè ſuppoſita, lignea omninò erant; Stylobatæ autem, ideſt Baſes ex lapide ſpeculari, & Stereobatæ, hoc eſt fundamenta Baſium ex lateritio cum calce muro conſtabant; cuiuſmodi nobiliores aliquot reliquiæ cernuntur adhuc per Vrbem extantes, vt in Via Maiori antè Ædes Illuſtriſs. DD. Comitum de Inſulanis, & Illuſtriſs. Abbatis, ac Fratrum de Sancto Petro, nec non in Via Stratæ Caſtilionis dicta, ampliſſima alia, & celſiſſima Illuſtriſſimorum Caſtilioni Comitum de Pepulis, quarum vnamquanq; *Porticum Sartam Tectam producit* benè ominata, & nobiliſſima Antiquitas. Et quoniam materia quæuis ædificia componens, ferè ex toto lignea erat, Tigni appellationem ea eſt adepta. *L. Tigni ff. ad exhibendum*. Prorius tamen Tigna vocantur Trabes, ſeù Ligna duplicia ex Feſto, quæ Plancis, hoc eſt planis tabulis ſint complanata, vulgò *Taſſelli*. Hæc autem Tigna à prima ſimplicitate diſcedentia, in interminabilem incidere luxuriem; Et Lacus in illis inducti ſunt, hoc eſt clauſuræ interſtitiorum quadratæ, cum exaſciatis Axibus, ſeù Aſcijs, vel Aſſeribus coaxatis, vel coaſſatis, ideſt contabulatis, cum ſuis cuneatis taleolis, &c. lacuum ſimi- C litudinem quandam referentibus; vndè nomen Tigni in Lacunaris nomen degenerauit, quibus Lacunaribus ornamenta picturis, auroué, & cælaturis ſumptuosè adiuncta ſunt, quarè Poetæ *Dependent Lychni laquearibus aureis.*
Neque aureum mea renidet in domo
Lacunar.

Chariſ. l. 2 in Lege Ceſ.

Aul. Gell. noct. Attic. l. 2. c. 12.

Philander in Vitruu. l. 3. c. 2.

Colum. l. 12 c. 50. & l. 6. c. 18.

Virg. 1. Æn.

Horat. l. 1. Carminum.

Supremum quibus Lacunaribus ſuperinduxit tectum Ars ædificatoria proportionatum quadratis peroptimè, & fortiſſimis trabibus ad totum arctiſſimè ligandum ædificium parallelariter in Horizonte conſtitutis, (vulgò *Catene*, & cum ſuis adiectis Armamenta) ſuper quarum extrema hinc indè obliquè tendentes aliæ Trabes in celſiſſimo iunctæ puncto medio, totum, & integrum pondus rectis parietibus, & ſolidis ſupportandum, quod ipſæ immediatè ferunt, communicant, atq; ab Aſſeribus vltimò coopertæ Gallicè dictis *les lambris*, vulgò Bononiæ *Lambrecchie* ſeſe taliter habent ad imbres, vt ab exuperanti tegularum aqua lābantur. Contignationes autē haſcè omnes, ligneaſq; fabricas Durateas quis appellare poſſet, à duritie non ſolum, ſed à duratione, licet incen- D dijs heù nimis ſubiectas, vt innuit Lucretius.

Sebaſtianus Serlius Bonon. l. 7. Architectu rac. 73. 74. 75.

Nec clàm durateus Troianis Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.

l. 1. de nat. rerum.

A quibus valdè diſtant, vtpotè minus ſolidæ, nimiumq; fugaces, Caſæ frondeæ, quæ in ludis Nuptialibus, inq; Neptunalibus antiquorum erigebantur, nec quæ feſtis diebus apud nos quoq; in æſtate publicè, & priuatim ad ſaltandum, & conuiuandum in Villis ſtruuntur, atq; illæ, quas Hebræi adhuc texunt in memoriam illorum quadraginta annorum, quibus in Ægyptijs deſertis vitam duxere, manna cœlitus paſti. Verum labor laborem vocat; non ſat eſt fodere terram pro fertilitate excitanda, ſed ſata tueri oportet; ſic domibus conſtitutis bellicam tutelam inſtruere neceſſe eſt; quarè commonſtrandi ſunt iure meritò Vſus Arborum Militares.

ex Pompeo Feſto.

VSVS IN MILITARIBVS.

INter militares ligneas Machinas, cæteris eminebant antiquitus Phalæ, ſeù Falæ, & Pegmata; Falæ nanq; Turres erant ligneæ, ſpectaculorum primò quidem causâ, teſtibus Nonio, & Feſto, inuentæ, dictæ à falãdo antiquiſſimo verbo Hetruſco Cælum ſignificante ſecundum Ennium, propter altitudinem, in vſum deindè bellicum deductæ, à quibus Phalaricæ, ideſt Miſſilia quædam Tela torquebantur, ad modum haſtæ, longitudinis trium pedum, valido præfixa ferro, totum corpus hoſtile cum armis transfigere valentia, quæ etiam ſulphurato bitumine lita poterant in hoſtibus incendia ſuſcitare. De eâ mentionem fecere Scriptores varij.

Ennius Annal.
Et valido venit contorta phalarica miſſu.
Sed magnum ſtridens contorta phalarca venit

Virg. lib. 9. Æn.
Fulminis acta modo.
Nunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis.

Lucanus lib. 6.

Pegmata verò machinæ ex ligno erant raris compactæ tabulis, & ſublicibus, quæ modò creſcerent occultè, modo ſpontinè ſubſiderent, dictæ à Græco πήγνυμι, quod eſt compingo; illam propterea confixilem Apuleius machinam appellat, de quâ Martialis.

l. 4. Metam.
l. 1. Epigr. 2

Et creſcunt media Pegmata celſa via.

Epiſt. 91.

Et Seneca *Machinatores, qui pegmata ex ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacitè in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates: aut dehiſcentibus, quæ cohærebant, aut quæ diſtabant ſua ſpontè cohærentibus: aut ijs, quæ eminebant paulatim in ſe reſidentibus.* Ab iſtis Pegmarium ſumpſere denominationem ij, qui pegmatibus impoſiti pugnabant. Sic Suetonius in Caligula. *Gladiatorio munere reductis interdum flagrantiſſimo ſolo velis, emitti quemq; vetabant, remotoq; ordinario apparatu rapidis feris viliſſimos, ſenioq; confectos, gladiatoribus quoq; pegmares patres familiarum notos, ſed inſignes debilitate aliqua corporis ſubijciebãt.* Huiuſmodi Turres, & Machinæ cõtabulabantur, in illiſq; tabulæ, & aſſeres aditum præſtruere, & tegere artificioſè debebant, iuxtà Cæſaris ſenſum. Et quoniam Clypei, vel Clypea, ſiuè Clupea ex ligno præcipuè defenſionis, & vniuerſaliſſimè aſſumebantur vbiquè, figura vel rotundâ, vel ouali, vel lunatâ ſub nomine ſcuti, peltæuè, brachiorum, immò totius corporis tegumentum, vndè clypeare brachium ſignificat apud Varronem munire, & defendere brachium, vel totum celare corpus, ſcutis tegere corpora, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, clariſſimè apparet quantum lignis, & Arboribus debeant Bellatores. Eæ nanq; modis omnibus & defendere, & expugnare, vincereq; aptæ natæ ſunt. Gæſum nonnè graue iaculum ὁ γαισοὶ Græcè nuncupatum geſtatorem tueri, hoſtemq; deterrere poterat? teſte Varrone ſcribente: *Qui gladijs cincti ſine ſcuto cum binis Gaſis eſſent*, & Virgilio pariter hunc in modum eadē commemorante:

cap. 26.
l. 5. & 7. Belli Gall. & l. 2. Belli Ciu.
Varro l. 4. de L. lat.
Varro de Vita Pop. Rom. l. 3.

lib. 9. Æn.

--- Alpina coruſcant *— Gaſa manu.*

A quo genere armorum fortè dicti fuere *Gaſata* Populi feroces, ſiuè etiam Gæſoriacum, aliquibus *Boloigne alamer* Ciuitas à Caleto ſeptem milliaribus Gallicis in Auſtrum recedens, vndè breuior in Angliam, vti ex Ciuitate Bononiæ Belgicæ videtur eſſe traiectus. Arboribus denique debentur quot munimenta, & quæcunq; arces, quas excogitauit vnquam humana ſagacitas, vt ab externis hominem defenderet iniurijs quibuſcunq; maioribus, atq; violentijs lethalibus. Vt inexpugnabiles fiant ſitus opus eſt Arboreos terræ defigere vallos ariete mediante eleuato, & trochleæ Trabi Anſanellæ dicto adhærenti ſuſpenſo, atq; proprio pondere deſcendere permiſſo, vt caput ſupremum Vacerræ, vel Sublicæ, ideſt ligni erecti defigendi in Tellurem ſolùm, vel in tellurem aquis coopertam percutiat, & muri naſcantur lignei fortiſſimi, & ſubitanei; *Muri autem omnes Gallici* (ſic atteſtatur Cæſar) *hac ferè formâ ſunt. Trabes directæ in longitudinem paribus interuallis diſtantes inter ſe binos pedes in ſolo collocãtur, eæ reuinciuntur introrſus, & multo aggere veſtiuntur*; Qui aggeres loricantur, furcillanturq; ad fortitudinem geminandam eodem Cæſare teſte. *Aggerem, & Vallum vndecim pedum extruxit, huic loricam, pinnaſque adiecit gradibus certis, eminentioribuſque ad commiſſuras pluteorum* (hoc eſt viminearum cratum) *atque aggeris, qui aſcenſum hoſtium tardaret.*

de Bello Gallico l. 7.
eodem libro

A *darent*. Qui aggeres si Catapultis,Hastilibus,Sarissis,Scorpionibus,Sparis,Rumicibus, Runis,Trifacibus,Tragalis,Frameis,Mesācilis,Cateis,Missilibus,Rudibus,&c.instructi peroptimè, & abundanter fuissent, nil deerat illis ad inexpugnabilitatem quodammodo consequendam; tunc enim temporis militaris brachij virtuti, plusquam fortunæ victoria adscribebatur, dum Acherontæi Globi metallici sulphureo ab igne in extremam omnium, & vilium, & fortissimorum quoq; perniciem nondum eructarentur. Stabat intrepidus miles Hasta illa præcipuè armatus apud Romanos, quæ lingua Sabina *Curis* seù Quiris appellabatur, vndè Romulus Quirinus, siuè Bellipotens dictus, sic à Poeta describitur. *Scilicet Arma magis, quam sydera Romule noras,*

Curaque finitimos vincere maior erat.

Fest. Varro. Plaut. in Pseudolo, & in Casina Salust. l. 3. Gell. l. 10. cap. 15. Ouidius

Eò quod Hastam ferret, & Iuno *Quiritis* appellata fuit, quia ferre Hastam putaretur.

Siuè quod hasta Quiris priscis est dicta Latinis,

Bellicus à telo venit in Astra Deus.

Idem l. 2. fastorum.

Clana, quæ fustis teres erat ad similitudinem magni claui capitata, vel quia clauis ferreis ligaretur, aut ipsis suis nodis clauos infixos haberet, *Catheia* secundum aliquos B lingua Persarum dicta, Herculem reposcebat.

Quis facta Herculea non audit fortia clauę.

Pap. Vocabul.

Ab hac seruus robustissimus ad tutelam Domini destinatus *Clanator* dicebatur, clauā instructus, de quo Plautus in Mercatore

Propert. l. 4.

Egomet mihi comes, clanator, eques, Agaso, armiger,

& idem in Rudente. *Ehem optimè adepol equum clauator aduenit.*

Clauæ similem faciunt *Cucumam* aliqui, vt *Marcianus I.C. ad L. Corneliam de sic. l. 1. Si clauā* (inquit ille) *percusserit, aut cucumā.* Illam eandem reducit ad genus Baculi ferrati Budæus, quam cucumæ vocem raram esse existimat Angelus Politianus in Miscellaneis. Hastæ longiores, quæ *Conti* dicebantur

— Telorum effundere contrà

Omne genus Teucri, & duris detrudere contis,

Virgil. l. 9. Æneid.

nil differentes à Macedonicis *Sarissis*

Cuspide non quisquam, longa neque cede sarissa,

Quam citò vipereo potis est affigier ictu.

T. Liu. l. 7. Bel. Maced. Q. Seren. Sammon. c. 45.

C quatuor, & decem cubitorum longitudine mensurabantur, secundum Ælianum. Has tamen Hastas, Sarissasq; & Contos, generaliori vocabulo Lanceas appellitare possemus, arma scilicet ab equitibus, & peditibus quoq; vsurpata, nam hiscè prælongis armorum generibus miles percontari diligenter, ac rimari & inquirere omnia ferienda potest, quemadmodum nauta profunditatem aquæ conto percontatur. Eminus autem pugnantes milites iaculis, missilibus, telis, sparis, hastilibus etiam amentatis, mazaris, & tragulis indigebant, quibus Metancilia poterant adnumerari, quæ nil aliud erant, quam teli missilis quædam species, quæ Ancile comitabantur scutum breue, ac rotundum, quod Romanis cælo lapsum credebatur in origine sui prima, quo caput Orbis eadem Roma declararetur, sic dictū, quia marginē amplum haberet, cum ἀν significet *per*, seù *circum*, & χεῖλος labrum, marginem, aut ripam, illiq; particula μέσον addita significans medium; sic Metancilis nomen significationē teli missilis per medium Ancilis exhibebat. *Runa* dein hasta erat longiorem habens aciem, quam Belgæ etiamnum vocant *Runspet*. *Spari*, atq; *Rumices* inter se similes, apti non parum erant ad petendos hostes. *Sparis, ac* D *lanceis eminus peterent hostes.*

Cæs. lib. 1. Bell. Gall.

Sisenna hist. l. 3.

— Agrestesque manus armat sparus.

Virg. l. 11. Æneid.

Scorpij tandem telum Arcubalista dictum, quod paruis, atq; subtilibus spiculis mortem inferret, scorpij similitudinem præseferens, hostes egregiè propulsare valebat, atq; terribiles in aciebus Sagittarios reddens, exercitum valdè instructum varijs armorum generibus requirebat; nam, vt notauit Cicero *Magna Tormentorum copia, multis Sagittarijs, magno labore, apparatu, multis faucijs ex nostris incolumi exercitu negotium confecimus.* Ad Arbores Triumphales immortali detruncandas honore,

Salust. Hist. lib. 3. ad Atticum lib. 5.

Indutosquè iubet truncos hostilibus armis

Ipsos ferre duces, inimicaquè nomina figi.

Virg. l. 11. Æneid.

non nisi multis sudoribus perpessis, plurimisq; exantlatis laboribus, subq; *Pluteorum*, idest tabularum corio intectarum Machinis, vel sub textilibus Arborum ramis.

Vegeti. l. 1.

Nan-

Martial.l.3 *Nanquè puer pluteo vindice tutus erat.* E

ingeniosis cum *Rudibus*, veteranorum scilicet muneribus,

Hor.1. Epi. *Spectatum satis, & donatum iam rude, quaeris*

Maecenas iterum antiquo me includere ludo.

laudatis cum *Dolonibus* in hostes strenuè saeuientibus

Virg. Æn.7. *— Sauosquè gerunt in bella dolones.*

T. Liu. l. 5. & Cic. Philipp.3. item Polybius l. 6. Histor.

Vndè *Fustuaria* longissimè absit poena, de qua Liuius. *Fustuarium* (inquit) *meretur, qui signa relinquit, aut praesidio decedit.* Modestinus quoq; I. C. inter poenas militares, fustium castigationem, quae talis erat, refert. Tribunus Vir foste tangebat solummodo damnatum, quem omnes, qui in castris erant, statim fustibus caedebant; poenaq; illa quacunq; pecuniariâ maior habebatur teste *Marcello in L. Seruorum §. finali ff. de poenis*. Inde, nî Regulae ciuiles in militaribus exactissimè, & maximo cum rigore obseruentur: nî uè Ductorum, & Imperatorum calliditas Victoriarum saepissimè fomes intercedat de tota actum est Republica, tam Regia, quam Aristocratica, alteriusuè speciei, non incongruè igitur substruentur hoc loco vsus Arborum in Ciuilibus in quibus ad Animum nimis tensum relaxandum, & confirmandum ludi honestissimi proponuntur; F sed Stratagemata praecedant bellica, quae Hostibus multoties illudunt, illosq; artificiosè eludunt.

STRATAGEMATA.

Non caedendis tantum, arcendisq; hostibus dum explicito Marte pugnaretur, vt hucusq; vidimus, arma suppeditarunt Arbores, sed & ad bellicos dolos, tectasq; Machinas, quas optimum Ducem callere decet, instrumenta nonnunquam praebuerunt. Contrà Fabium Annibal commentae victoriae semina spargere machinatus est, armentorum cornibus arida ramalia, & incensa ligare parans, vt hostium fata peruagantes igne stimulante boues, ea comburerent, famemq; excitando Sampsoniano Stratagemate, nil tale cogitantes inimicos, timore correptos facilius opprimeret. Sic enim apud Silium loquitur.

Sil. Ital l.7. Bel. Pun. vers.310.

G

— Latos correpta per agros
Armenta assueto belli de more sequuntur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos,
Sarmentique leues fronti religare maniplos,
Admotus cum feruorem dispersèrit ignis
Vt passim exultent stimulante dolore iuuenci,
Et vaga per colles ceruice incendia iactent.

Subtiliori adhuc Stratagemate vsa est in bello Gallorum Regina Fredegundis. Haec virum Chilpericum per adulterum Landricum occîdi curarat, & hunc in modum simul cum adultero Galliarum regno praesidebat. Quapropter ei bellum intulerat Austrasiae Rex Childebertus, numerosis Longobardorum copijs adiutus. Nec minori cum exercitu audax regina illi cum impubere filio Lothario, atque Moecho se obuiam praebuit. Nec longe aberat à Bruniaco (Gallici oppidi nomen est) cum, vt improuisa copias aduersas adoriretur, frondosos Arborum ramos haud paucos praeparari iussit, quos quadruplici ordine prius exercitui praemisit, non paucis inter eos immixtis tintinnabulis: H quae cum sensim procederent, speciem armenti in sylua depascentis praebuêre. Calliditatem istam nocturnum obsecundabat crepusculum. Quare syluam, per quam errabunda vagarentur armenta, rati per incertam lucem ambulantes hostes, adorti prius inermes, & in fugam compulsi sunt, quàm Fredegundis astum comperissent. Fertur & consimili dolo Machabaeum Scotorum Regem oppressisse Magduffus, cum militibus suis Birnum nemus excisum manibus gestare iussis, arcem Dousinnam repente inuadendam praecipit, & triumphandam. Sed vt hunc in modum aggressos perdidit hoc Stratagema, aliàs aggressoribus noxium fuit. Siquidem Thietmarsi anno 1317. Ioanni Largo Comiti Holsatiae in Euagriâ suppetias contrà Gerardum Magnum, & Ioannem Fratrem Comites Stormariae ferebant. At Gerardus sub primis aurorae crepusculis iussit singulos suorum milites ramum praeferre virentem, sicq; sub specie nemoris

Fulgos. l.7. cap. 4. & Æmilius.

Crantzius l. 9. Saxoniae c.9.

A ris latitarent. Hunc in modum instructis Holsatis, Thietmarsi superuenerunt, qui nihil tale verentes ad quingentos ab Holsatis cęsi sunt, cæteris in riuo Brunsingo demersis. Scribit & Saxo Hakonem Hamundi filium, quum fratrum suorum à Sigaro Danorum Rege cæsorum mortem vlcisci parasset in Heruingum portum copias exposuisse, quas trifariam partitus est, geminam nauium copiam in Suram amnem præmittens, vt quoties opus esset cæteris auxilio forent. Ipse cum residuis pedestre iter ingressus, & syluestribus maximè locis secretus incessit. Porrò, nè progressis in planum arborea deessent vmbracula, prægrandes, viridesq; ramos ab vnoquoque præcidi, gestariq; constituit; & si quem onus grauaret, vaginas, & vestium partem abijceret, nudumquè manu gladium gestaret. In cuius rei memoriam æternum monti, vadoq; nomen remansit; Binas itaque vigilum stationes per noctem frustratus, in tertiam incidit; Cumq; speculator insolens factum contemplatus esset, dormienti detulit Regi stupendæ rei nuncium, frondes humano more ambulare. Rex summè perterrefactus aggressus est ab aduentantibus, sub quibus infelici morte procubuit. Nec minus scitu digna sunt, quæ ad rem Sabellicus attulit ex Liuio. Bello punico secundo, inquit, Galli Boij L. Posthumium

Lib. 7. Hist. Dan.

B Consulem exercitum per Litanam syluam ducturum ferrâ succisis iuxtà viam vtrinque Arboribus, atque ita libratis, vt minimo impulsu subitam traherent ruinam, vbi ingressum viderunt, impulsis Arboribus, miserabili strage cum omnibus copijs, quæ numerum viginti quinque millium excedebant, oppresserunt. Parili calliditate bellicâ, vsus est Petrus Stephani VValachorum Vaiuodæ, seu Palatini, cuius sibi regnum vsurpauerat, frater, cum Casimirus II. Polonorum Rex Stephanum ditioni suæ restituere conaretur. Syluam quippè densam, quam *Plonniny* à soli sterilitate vocabant, cum suis ingressus Petrus, iter illàc Polonos facturos intelligens, Arbores succidit, ita vt truncis vtcunque hærerent. Ingressis hostibus Vualachi in insidijs succisas Arbores ab extremis adorsi vi impulerunt, vt cæteræ mutuò sese impellerent. Quæ ruina Polonos sic obruit, vt quos non obtriuit, & extinxit, ægrè viuos, collisisq; vel saltem debilitatis membris elanguescentes in hostium manus dimiserit. Eodem astu Bretislaus Boemorum Princeps magnam de Germanis victoriam retulit. Bello siquidem petitus ab Henrico II. Imperatore propter direptam Poloniam, cæsis in Herciniâ syluâ, quæ superan-

L. 3. Ex.

Arborum ruinâ oppresi.

Cromerus lib. 12.

Dubrauius lib. 7.

C da erat, Arboribus, in eam difficultatem Germanos compulit, vt turpi fuga sibi consulere Cæsar cogeretur, ab eo, quem nondum viderat hoste, superatus. At hæc stratagemata Septentrionalibus populis familiaria narrat Olaus. *Per syluas* inquit *ingressurum hostem obseruantes, Arbores ferrâ succisas, in cacumine funibus colligant, ne ante tempus loco moueri possint. At vbi hostes ingressos sentiunt, summa vi funibus tractis, Arborum ruinâ incautos opprimunt.* Apertius pugnabat Cæsar contrà Morinos Galliæ populos, quibus in Syluas dilabentibus, sequè, suaq; ibi abdentibus, Imperator (vt idem ipse scribit) *syluas cædere* (licet *incendi* scribat Florus) *instituit, & ne quis inermibus, imprudentibus militibus ab latere impetus fieri posset, omnē eā materiā, qua erat cæsa cōuersā ad hostem collocabat, & pro vallo ad vtrumque latus extruebat incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto.* Sicq; aduersarios debellauit: Nec minori cum felicitate in mari stratagemata ex Arboribus petita intentata sunt. Occursantibus enim in Daniam Sclauis, Ericus Disertus, Frothonis Regis Sororius, cum piratas septenis nauibus aduentasse cognosceret, ipse vnà tantùm è suis aduectus, ligneis cæteras propugnaculis cingi, tonsisq; Arborum ramalibus abduci iussit. Cum exinde classis inimicæ

Ol. Mgan. l. 7. c. 12.

Comm bell. Gall. *l. 3.*

Luc. Flor. l. 3. cap. 10.

D numerum propius speculari cæpisset, animaduersus ab hostibus nouæ desiderio prædæ allectis, in fugam, quam ipse præmeditatus fuerat, conuersus est. Ocyus itaque ad suos rediens in structas impulit insidias sequaces, qui primùm inusitatâ facie stupescentes, nauigio nemus agi credebant: fraudem exinde subesse frondibus cognoscentes, puppes obuertere parant. At interim subductis Ericus in littus nauibus, fundâ procul in hostes tot saxa contorsit, vt Sclauorum cæsis plerisque, quadraginta in vincula coniecti fuerint. Hæc omnia Virgilianum illud obfirmare potest.

Saxo lib. 5.

—Dolus an Virtus quis in hoste requirat?

2. Æneid.

Sed fortunæ imperio conceditur, vt fraus fraude quandoq; vincatur, vndè non omnis fructuosa sit fraus, vt elegantissimè Naso cecinit,

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armaquè in armatos sumere iura sinunt.

Ouid. 3. de Arte am.

M Nam

Nam quandoquè vinci Prudentiam & ipsam, iuxtà Plautinam in Captiuis sententiam, manifestum est *Qui cauet nè decipiatur, vix cauet quem etiam cauet;* E

Etiam quom cauisse ratus est, sæpè is cautor captus est.

Plautus in Captiuis Actu 2. sc. 2

Sed quàm tutius est ciuiliter ludere, ad vitam vniuersaliter tuendam, quàm illudere quemquam ex causa necis! Sequentes igitur Arborum vsus vitalibus in ludis expositos aduertere placeat.

VSVS IN LVDIS.

Li. 4. Ethic c. 7. & l. 8. Politic. c. 4.

Requiem, & Ludum inter Humanæ vitæ conseruatores (dummodò non excederent modum, & à temperantiâ nec hilum discederent) agnouit Aristoteles. Cum itaq; mente, & corpore simul laborare sit malum, vt idem Stagirita docebat, Ludorum honestorum recreationes in Ciuitatibus inuentæ sunt, quæ nec à Virtute amoueant Animum, nec corpus ab operationibus Gymnasticis diuertant, verùm ad Bonitatem finium vitæ, & actiuæ, & contemplatiuæ vtrumq; iucundè, ac efficacirer incitent. Nulli tamen permitti debent Ludi, qui aliquem pecunijs, & facultatibus spoliare possint, illumq; auro non solùm priuare, sed in miserias, atq; in infelicitates impingere; in huiusmodi namq; pessimis Ludis *Lucrum incertum est, damnum plerũq; certum*; imò dicere possemus vincenti etiam Lucrum certò certius fore damnosum, tanquam impietatis, & auaritiæ sobolem. F

Cic. 1. Offic.

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Horat. lib. 1 ep. ad Mecæ.

Hi Ludi summè periculosi vetiti sunt pluribus à municipalibus legibus, vltrà Imperialia placita *L. cruenta 1. C. de gladiat. L. si filio familias 2. ff. quarum rerum actio non datur*. Nam nostra Statuta Bonon. in specie puniunt ludentes per modum, vt ipsa loquuntur, *Bisezarta Taxillorum*; alludentia propterea ad duplex malum; bis.n.*caciam* exprimũt, quæ vox *cacia* interpretationẽ à Cicerone retulit *Vitiositatis*. Honestorum verò Ludorum vtilitatem, immo Politicam quandam necessitatem, & modum in illis seruandum agnoscens Anacharsis Scythicus ille Philosophus vitam Humanam tribus Vuarum speciebus scitè admodum assimilabat; per primam, quam Pueritiæ respondentem voluptatis esse dicebat, denotabat Pueros corrigẽdos esse in ludis iocosis, ne omni spolientur grauitate; Secundam Ebrietatis Iuuenibus tribuebat, vbi vitiorum fomes incenditur facillimè, libidinesq; ardent, & ipsos ideò in nimiâ eorum concitatione retardandos esse docebat; Et è contrà Senes, quorum tertiam mœroris, & tristitiæ propriam esse dicebat, ad delectabilitatem salubrem alacriter promouendos. Cœterum plurimi dantur in Ludorum genere, ad quos lignea concurrit materia, vt Scachia Poematibus celebrata, aliique Latrunculorum, vulgò *Schiera, Dama, Sbaraglino, Toccadiglia*, &c. immo, & omnium Ingeniosissimus Rhythmomachia, sed istos longum nimis esset non solùm describere, verùm & connumerare, cuiusmodi quoque esset ludus ille laboriosus ignobilis nouem illarum lignearum pyramidum in quadro dispositarum, quæ à pilâ currente super planum à ludente proiectâ, dein percutiente in manu eiusdem ludentis detentâ, proijci debent, cuius ludi nomen à Latino verbo *Icio* vel à Græco *κινω* id est *proijcio*, & *moueo*, potest deduci, & vt Sphæristeria ludorum pilæ, vel maioris, vel minoris; Item disci, Trochiq; varij, Alueoliq; discolorum tabularum, seù rotularum lignearum omnes permissibiles ludi ex censorio quoq; Catonis edicto *Trocho lude, Aleas fuge*, si tamen, & ipsi intrà terminos otium fugandi, atque desidiam, sese continuerint, & minimè excedenter fuerint laboriosi, itaut sanitati officere possint, nam ludi Honesti, & Laudabiles in hunc solum finem sunt instituti, vt habilitas maior, & aptitudo ad peragenda quęuis ciuilia negotia acquiratur, viresq; inualescant ad summum ciuile Bonum sibi non solùm, sed & ipsi Reipublicæ comparandum. In copiosissimâ Ludorum Syluâ nullos innocentiores inueniri posse crederem conuiualibus ipsis de Iure Ciuili permissis *L. quod in conuiuio ff. de Aleat.* hi namq; oriuntur inter consuetudines, & serio iocosos conuentus pacificè, hilariter, ac minimè otiosè degentium amicissimorum; vbi familiæ integræ Virorum, atq; Mulierum successiuas aliquot horas iucundissimè transigere, vel æstiuas, vel hybernas in Peripato aliquo, & domesticâ velut Academiâ consueuerunt. G H

Sta. Bonon. crimin. l. 5. rubr. 47.

Vida in Poem. inscr. Scachia *Ludus.*

Gregor. Duchius in Poem. inscr. Il Giuoco de gli Scachi.

Rhythmomachia ludus pythagoricus antiquissimus.

Plato de summo bon.

Hic

A Hic autem huiusce census ludorum liceat parumper describere valdè ingeniosum, qui dicitur *Ludus Arborum* inuentus à Nobili Patritio Bononien. Innocentio Arenghe-rio. In hoc enim, vbi multi conuenerint; ijs per circulum latum assidentibus ludi Præses, & dispositor nomina imponit Arborum diuersarũ, quoad numeri medietatem vnicuique; & nomina totidẽ Auium cœteris singulis, ita dispositis, vt duos inter hosce Arborum personam sustinentes sit Auis vnica; & sic quoq; duas inter Aues simplex Arbor adsit. Tum fictarum istarum Arborum prima, quæ, vel sorte, vel nutu directoris ludi, ludum incæpit, vocat vnam ad sui libitum Auem, vt velit suos inter nidulari ramos; Auis autem vocata statim suum debet deserere locum, respondens Arbori, *in te venio Arbor dilecta* (vel quid simile) *& assideo*; veniensq; propè Arborem, detrudit Auem proximam, quæ locum cedere debet, & peregrina reddita, ipsa ad aliquam ex iocosis istis Arboribus confugere debet, rogando, vt sibi aduenienti hospitium præbere non dedignetur. Quod si hæc ab Arboribus abnuentibus propellatur, atq; aliud secedere ad domicilium cogatur, Auem vllam trudere non potest, sed locum primum repetere, & ibi quiescere. Alia deinde Arbor nouam Auem ad se vocat, & eodem pacto in om-B nibus, vt iam dictum est, procedit. Quod verò nobilius est, ad Animos interim pascendos pulcherrima proponuntur problemata ab Arboribus hinc indè, & Auibus discutienda circà propriarum, siuè Arboris, siuè Auis specierum proprietates. Has igitur Arborum Personas absq; præiudicio tum Animi, tum corporis induere licebit, seq; Arborem, vel Auem iuxtà libitum fingere, vt Animus melius figuretur, corpusq; ingenuo ludi propositi exercitio optimè contemperetur, & verè ciuilitatem sapiant hi mores.

Innoc. Arengh. in libro cui titulus Giborum ochi liberali, e d'ingegno lib. 3 cap. 23.

VSVS IN CIVILIBVS.

Hilarior nulla Pompa Ciuilis instrui potest nocturno tempore, in quâ non interueniant magnæ Plebis acclamationes circà Arboreorum cremiorum strues accensas in medio viarum, quibus Animorum in liberis Hominibus excitatur Ardor ad Illustria, & Gloriosa quæcunq; Facinora. Sed Ligneis meliusè Suggestis, Ca-C thedrisq; Oratores Iudices, Doctores ipsas Declamationes, Sententias, atq; Eruditiones ad felicitatem ciuilem præparandam, inq; Homines quoscunque introducendam fundunt. Ligneis insuper vtitur Instrumentis punitiua Iustitia sontes vt plectat, atq; malos Homines formidine pænæ peccatorum in odium impellat, pro Reipublicæ felicitate firmandâ. Fabrili demum Arti lignaminum ciuitates plurimum debent, ob priuatas non solùm commoditates, sed ob politica quoq; ornamenta, quæ materialiter ædificat hæc Artium antiquissima, quæ humanum genus, & omnia simul animantia, iussu Omnipotentis Dei in Arcæ Noeticæ fabricâ conseruauit; sic namq; præcepit Deus ipsi Noe: *Fac tibi Arcam de lignis læuigatis, mansiunculas in Arcâ facies, &c.* Huiusce Artis, eiusq; instrumentorum propterea non fuit Dædalus inuentor, sed multò ante ipsum Lignarij Fabri apud Hebræos, apudq; Tyrios claruere. Prima verò qui cuperet Artis huiusce Ciuilia intueri miracula, is Salomonis adeat Templum, cæteraq; eiusdem ædificia, illiq; contemplari licebit *Super parietem Templi tabulata per gyrum. Tabulatum, quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis, Trabes autem posuit* D *in domo per circuitum forinsecus, &c. Texit quoque domum laquearibus cedrinis, & adificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis, &c. Et adificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus, vsq; ad summitatem parietum, & vsq; ad laquearia. Et operuit lignis cedrinis intrinsecus, & texit pauimentum domus tabulis abiegnis: Ædificauitq; viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina. à pauimento, vsq; ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum Sanctorum. Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum Templum pro foribus oraculi. Et Cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habēs tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas, & celaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omninò lapis apparere poterat in pariete, &c. Sed & Altare vestiuit cedro, &c. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis Oliuarum decem cubitorum altitudinis, &c. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs calaturis, & torno, &* fecit

Gen. cap. 6

Polyd. Virg. de rer inuē. l. 3. cap. 14.

3. Reg. c. 6.

fecit in eis Cherubim, & Palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes, &c. Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis Oliuarum, &c. Fecitquè in introitu Templi postes de lignis Oliuarum quadrangulatos, & duo ostia de lignis abiegnis. Ædificauit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis, & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: Ligna quippè cedrina exciderat in columnas. Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contrà se inuicem positas, & è regione se respicientes æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia, &c. Porticum quoque Solij, in quâ Tribunal est, fecit; & texit lignis Cedrinis à pauimento, vsque ad summitatem, &c. Fecitque Rex de Lignis Thyinis fulcra domus Domini, & Domus Regiæ, Citharas, Lyrasq́; cantoribus, &c. Arca autem Fœderis, seù Testamenti à Moyse fabrefacta iussu D. Dei, quæ etiamnum Romæ in Lateranensi Basilicâ inter prætiosiores, & sacratiores custoditur thesauros fuit facta ex lignis Sethim incorruptibilibus, seù Cedrinis, vt & tabulæ Tabernaculi, atque Altare Holocausti eiusdem Moysis, quæ clarissimè ostendunt quantì ligna ea, quæ huiusmodi componunt pretiosissimas res, sint facienda. Nostris temporibus plurima Salomonicæ Ligneæ magnificentiæ nobilissimis in erectis, & extructis templis, atque sumptuosis nobilium domibus cerneremus exempla, quia si non Cedri, aliorum tamen pulcherrimorum Lignorum Asseres elaborati planci, hoc est plani, inauratiquè admoti parietibus, illisquè perpetuò assidentes inhærerent, conspicuarumquè domuum in contignationibus *aureum* renideret frequentissimè *Lacunar*, fornicumquè Absides artificiosis constarent vbique ferè lignorum sculptis, pictis, inauratisquè curuaturis; Altaria verò, super quæ à Sacrosanctæ Ecclesiæ Catholicæ Sacerdotibus Missarum Sacrificia celebrantur lapidea debent esse, & nisi ex concessione lignea, & quæ Icones tam pictas, quàm sculptas coronant, architectonicèquè ambiunt, sunt plerumque lignea, & inaurata. Lignea quoque sunt, & inaurata necessariò Tabernacula Sanctissimum CORPVS CHRISTI custodientia, in quibus nobiles exercet Ars Geometrica conatus. Quod si legitima hæc Matheseos soboles cum suis subalternatis Artibus stereometricis alicubi sit admirabilis; certè spectabilissima existit in Archigymnasij nostri Bononiensis Anatomico Amphitheatro ligneo, vbi latera omnia sena Aulæ capacissimæ Vitruuianis ferè omnibus structuris ingenio, & Arte Antonij Leuantis Bononiensis Xylotechnastis excellentissimi anno Domini MDCXL. cum dædaleis verè statuis varijs subselliorum ordinibus, Orchestris, Exedris, Perystylijs, Coronamentis, sectoria Scena, vbi corporis humani spectaculum minimè ludicrum Philosophis coram hominibus, & à doctissimis editur viris, humanæquè infirmitatis agitur Tragœdia. Cœterum non abs re erit hic, vbi iam tetigimus nostri Anatomici Theatri indiuidualiter Scenas, Orchestras, Pulpita, Exedrasquè, breuiter docere quid hæc sint, aut quid fuerint apud Antiquos. Scena, vt Cassiodoro placet, est frons Theatri, id est ea Theatri hemicyclaris pars, quæ ab vno eius cornu ad alterum, cum coopertura ducebatur; ea, aut versatilis fiebat, cum subitò quibusdam machinis tota verteretur, & aliam picturæ partem ostenderet; aut ductilis cum tractis tabulatis hàc, atq; illàc species picturæ nudaretur interior. Hodie multò artificiosiori Arte mobiles fiunt Scenæ, Machinæquè incredibilia penè oculis monstrantes, cum opticis picturis superbissimis nostratium Artificum præcellentissimorum ingenijs excogitatæ visuntur. Orchestra, spectandi locus primus in Theatro, *Zas. in l. ij. ff. de orig. iur.* & an Podio identificetur potest dubitari, si auctoritatem Suetonij in Nerone attendamus dicentis *namque perraro præsidere, cæterum accubans primum paruis foraminibus, deindè toto podio adaperto, spectare consueuerat*, erat quidem in Scenâ, quò non admittebantur plani pedes, quamuis Iulius Pollux Orchestram Choro, vt Scena Actoribus, certum est, quod propriè addictam esse voluerit. Romæ in eâ Senatorum sedibus loca assignabantur, cuius Orchestræ pulpiti altitudo quinque pedes non superabat, vt sedentes commodius spectare possent omnium gestus agentium de ea Suetonius *Sessum in XIV. Scena per Orchestram transijt*, & Iuuenalis

Quæque reportandis posita est Orchestra Cathedris.

Pulpitum verò erat editior locus in Orchestrâ, in quo chorus Tragœdiarum, & Comœdia-

3. Reg. c. 7. — *3. Reg. c. 10* — *Exod. c. 37.* — *Exod. cap. 36. & 38.* — *Plin. lib. 8. cap. 43.* — *Horat. lib. 2. Carmin.* — *Lib. 4. var.* — *Pomp. Fest. cap. 12.* — *Lib. 4. c. 9.* — *in Iul. Cæs. cap. 39.* — *Satyra 3.*

A mœdiarum, cæteriq; personam non habentes, fabulæ subseruiebant, histrionibusque in scenam abditis Populum gesticulatione detinebant. Accipitur etiam pro suggesto, id est quocunq; edito loco, siuè cathedra, vbi docent Doctores, Oratoresq; declamant, ex Cicerone. *In suggestum, in quo causam dixerat.* Pulpitum mox erat, veluti Fergula quædam, & Podij altitudo, & à verbo antiquo *pulpitare* deriuat, id est altè expandi: Subsellia his humiliora, sunt sellæ iudicum minorum, & pedaneorum quodammodo. Exedræ dein erant loca porticibus patentia, in quibus Philosophi olim disputabant. Sella item lignea præ foribus ex Vitruuio *constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ, in quibus Philosophi, Rhetoresq;, & qui studijs delectantur sedentes disputare possint*, de quibus etiam Cicero libro 3. de Oratore, & de finibus mentionem facit. Vnius non erat vetustissimis temporibus Platanon, sub cuius vmbrâ Philosophi, & Academici clarescerent; *Quid agit illa Porticus verna semper? Quid Platanon opacissimus?* ita Plinius quærit in Epistolis; nec vnica reperiebatur stadiata Porticus, quæ Xystus dicebatur, sub quâ in hyeme Athletæ exercerentur. Quàm necessarium sit ingeniorum mitigationi incumbere Finium Humanorum varietas in actionibus apertissimè commonefacit, id omnes gentes rationibus ductæ ratiocinatis, sacros aliquos instituentes ritus præstitere humaniter. Quare vsus Arborum in sacris vnà cum ciuilibus inspectionibus in lucem prodire debent.

1. de diuinat. Sidon. l.8.ep.12.

L.5.cap.11

Plin. lib. 1. Ep. 3.

B

VSVS IN SACRIS.

Delubrum (quod nil aliud est verè, nisi fustis delibratus, seu decorticatus) tanquam Deum colebat ignara nimis, & stulta Ethnicitas, ideoq; pro loco cæpit assumi, in quo Deus poneretur, cuius etymologiam Macrobius ex Varrone hanc affert, *sicut locum, in quo figerent candelam, candelabrum appellatum, ita in quo Deum ponerent, nominatum delubrum.* Illud propterea Lucanus decorum, & sacrum cognominauit; festa quod fronde ornandum cecinit Virgilius

L.3. Saturnal. cap. 4. Lib.2. & 6. Æneid. l.2.

Nos delubra Deûm miseri, quibus vltimus esset.
Ille dies, festa velamus fronde per Vrbem

C

Ramos è contrà frondentes, vmbrarumq; prædiuites, nec non suaueolentes flores, defunctorum manibus tanquam amœnitate gaudentibus sacrabant Antiqui, tristitiam ob vitæ amissionem tali pacto mitigari in ijsdem insulsè credentes, vt eruditissimus quidam sequenti accinuit inscriptione.

Post obitum exultant, iucundaquè gaudia carpunt
Sub Platanis, narrant teneris sua fata Napæis,
Qua quisquè extulerit, viuis dum vita manebat.
Condecorant manes sua coniferâ Cyparisso
Tempora, vel Pini folijs, &c.

Schad. l.10 Franceid.

Quamobrem plerique Gentilium temporibus antiquissimis testamento sanciebant sibi tumulos in domesticis hortis erigendos cum inscriptionibus magnis in lapidibus id explanantibus; cuiusmodi Monumentum hoc nobis tradit Gruterus in suis Antiquitatibus. HI HORTI ITA VTI OPTIMI, MAXIMIQVE SVNT.

CINERIBVS SERVIANT MEIS.
NAM CVRATORES SVBSTITVAM
QVI VESCANTVR,
EX HORVM HORTORVM REDITV
NATALI MEO.
ET PRÆBEANT ROSAM IN PERPETVVM.

I. Gruter. in Antiquit. pag. 636.

D

Magni equidem faciebant huiusmodi sepulcrales solemnitates, & id omnibus melioribus modis procurabant ijdem antiqui. Modestinus Βασιλικῶν 48. cap. 3. testamentum cuiusdam testatur id enixè volentis. *Serui mei sint liberi, si in monumento meo solemnia mane fecerint.* Nam & cineres crematorum cadauerum mollissimè tractabantur, de qua re Virgilius.

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit
Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam;

Æneid. l.6.

Oſſaquè lecta cado texit Chorinæus aheno. E

Epulis inſuper defunctorum funera proſequebantur ſuperſtites, quas inibant coronati: ſic mulcebatur mœrentium animus, & conuiuantium monitis impellebantur parentes, vt exuccum præ diutinâ inediâ corpus inſtaurarent; credebantq; inſuper Animabus mortuorum ſic ſuffragari, vt Lucianus ſcripſit his conceptis verbis. *Aluntur autem videlicet noſtris libationibus, inferyſque, quæ ſepulcris inferuntur.* Sacrificia verò, quæ comedebantur, inferiæ erant in memoriam defunctorum, impijſſimè litando Beelphegor Moabitarum Idolo, Beel, vel Baàl dicto, & in Monte Phegor maximè culto; quos Idololatras Regius Pſaltes deteſtatus eſt. *Et initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum.* Haud diſſimili damnatâ religione vtebantur ligno in funeribus plerique Gentium, & præcipuè Ægyptij, qui ligneis arcis condita corpora condentes, tutelaribus quibuſdam ſub ſpecie animalium brutorum ſuperſtitiosè ſuperpoſitis Numinibus itidem ligneis, demortuorum animas, immò, & corpora commendabant: quorum omnium clariſſima exempla à doctiſſimo Viro Ioanne Nardio Florentino in ſuis adnotationibus in T. Lucretium Carum adducuntur, cum cane, accipitre, exteriori in mediâ ſuperficie, noctuiſq; ſuper ſingulos angulos, hiſq; imagunculam funerati cadaueris incluſi bicubitalem reſpicientibus; in cuius rei maiorem indubitabilitatem aliquot eiuſmodi funerum, & noctuarum ſimulacra (quæ pro Idolorum etiam ſpeciebus haberi poſſunt) ex varijs lignis constructa, ſupraſcriptis Nardij peroptimè reſpondentia conſpiciuntur in publico muſæo Bonon. proximè adaucto, & inter ea, quæ magnificentiſſimè, & liberaliſſimè inſtruxit, deq; proprio conceſſit Illuſtriſſimus Marchio, & Eques Bayliuus, atq; Senator Bononienſis, Dominus Ferdinandus de Coſpis. Ob eandem fortè rationem, ob puritatem nempè Arborum, atq; nobilitatem, cœteraſq; illarum prærogatiuas in Hymenæis ſacris nuptialibus faces, & tedæ ex Arboribus interponebant, & quinque numero in honorem quinque Numinum thalamis præſidentium præferebantur à pueris patrimis, ſiuè matrimis apud Romanos, & à Sponſæ matre apud Græcos. Vt verò ab omni putredinis illuuie, ſqualidoq; tabo, & fœtidâ ſaniei ſuſpicione cadauera diutiſſimè ſeruarentur, fuit in vſu πυρα Νεκρῶν, id eſt Rogus, licet *ipſum cremare* (ex Plinio) *apud Romanos non veteris inſtituti.* Is autem Rogus nil aliud erat, quàm lignorum ſtrues ad defunctorum corpora cremanda, ſuper quam pro diuitibus Aromata ſuper infundebantur ad odorem cineribus communicandum. Quadrata erat hæc Pyra, & æquilatera, vt igne incenſa Pyramidem verè conformaret; cuius deſcriptio elegans habetur in Statio.

de Luctu. — *Pſalm 105.* — *Lib. 6. de nat. rerum.* — F — *Lib. 7. c. 54. & Cornel. Tac. libro 16. Annal.* — G — *Lib. 14. Thebaid.*

Triſtibus intereà ramis, teneraquè Cupreſſo
Damnatus flamma torus, & puerile pheretrum
Texitur, &c.

Sic quoq; Virgilius *Principio pinguem tædis, & robore ſecto*
Ingentem ſtruxêre pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales antè Cupreſſos
Conſtituunt, &c.

L. 5. Æneid

Iam pater Æneas, iam curuo in littore Tarchon
Conſtituere pyras: huc corpora quiſque ſuorum
More tulere Patrum, ſubiectiſquè ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos, ter mæſtum funeris ignem
Luſtrauêre in equis, vlulatuſquè ore dedêre.

L. l. 11. Æn. — H

Ad cuius rogi nimios compeſcendos ſumptus lege cautum fuit Athenis, ne lęuigatis lignis in pyra quis vteretur; quod decem viri quoque Romani in ſuas xij. Tabularum Leges transtulere, Tullij vel ipſius teſtimonio. Rogare inſuper conſueuerunt antiquiores ex Græcis ventos, vt eorum ope citius cremaretur Rogus, cadauerq; magis abſumeretur; Satius ducentes ſtatuis ligneis durabilibus non ſolum Deos per eorum εἴδωλα, ſed fortes viros, & Reges per ἀνδριάντας, Sapientes per εἴκελα, & Benemeritos quoſcunq; per βρέτεα ſibi comites deinceps, atq; perpetuò præſentes habere, ſublatis omnibus fœdę putredinis, atq; corruptionis veſtigijs. Varijs quidem ex ligno pſeudonuminum illorum huiuſmodi ſtatuæ fiebant antiquitus,

2. de Legib. Homer. Iliad.

Stabat

A *Stabat in exiguâ ligneus æde Deus.*

Sed tamen ex electis Arboribus, vndè prouerbium emanauit *Non ex omni ligno Mercurius effingitur*. Quare Cupressus, Ebenus, Cedrus, Quercus, Smilax, Lotus, Buxus, & paucæ aliæ Arbores, vt Oliua in minoribus simulacris, Tilia, Vitis, Ficus, admittebantur. Sed & nulla fuere Veterum sacrificia, in quibus Arbores, earumuè partes partem haud exiguam sibi non vindicarint; nam vel principaliter adolebantur fructus, vel Arborum frondes, rami, ligna, liquores; secundariò, instrumentaliterue, aut tanquam concausæ in iisdem sacrificijs intercedebant. Apud Athenienses Iupiter μηλίχιος, quia poma tantùm illi sacrificarentur, & non Animalia, vocabatur; fortè quia ipse (quicquid Epicuri de grege porci) poterat

Tibullus eleg. 10.

Ignibus æthereis terras suffire feraces.

Lucr. l. 2. de nat. rer. v. 1100.

Accuratâ non sine animaduersione á priscis deligebantur hominibus Arbores pro sacrificijs, quæ sub huiusmodi fieri debebant dilectis viriditatibus iuxtà diuersas diuersarum gentium religiones diuersis Numinibus easdem assignantes, sicuti & decermina, frondes scilicet sacræ, quibus in lustrationibus vti solebant antiqui, haud incu- B riosè decerpebantur; Ramusq; ille quicunq; foret à Sacerdotibus proprium in coronamentum assumptus à sacrificij specie nomen est mutuatus, cuius rei certos Sulmonensis Poetæ nos carmina reddunt.

Sympher. Hort. lib. 3. cap. 6.

Februa Romani dixêre piamina Patres
Nunc quoq; dant verbo plurima signa fidem
Nomen idem ramo, qui cæsus ab Arbore pura
Casta Sacerdotum tempora fronde tegit.

Oui. in Fast.

Stroppus porrò στρόφιον virgula erat ex Arbore felici desumpta, quam in apice Sacerdotes flamines gerebãt, illáq; nonnulli coronam, quia capiti imponebatur dici maluerunt, hinc *stroppearia* festa Faliscorum, in quibus coronati ambulabant. Eundem stroppum in Flaminicis Dialibus, hoc est Sacerdotissis inarculum dixere; Gellius verò Surculum appellauit, dum vestibus applicaretur, *& quod in Rica Surculum de Arbore felici habet.* De Inarculis autem sic Plutarchus Iunio Bruto, & M. Valerio Consulibus post exactos Reges, Rex sacrificulus institutus fuit, vt per eum solum quædam sacrificarent; huius C autem vxor Regina sacrorum appellabatur, quæ quoties sacra faceret, ex malo punico virgam, quam inarculam vocabant, loco infulæ deferebat. Flamines ijdem Romanorum Sacerdotes. vel à *filo*, quasi *filamines* iuxtà Varronem, quia caput filo præcinctum haberent, vel à flammâ ab infulis fastigiatis, quas in capite gerebant in conum desinentibus, quarum fummitas apex dicebatur. Comectaculum, hoc est virgam quandam ad sacra euntes manu gerebant, vt à se obuios homines amouerent, arcerentq; (vt inquit Festus) & ideò Sacerdotes antiqui pinguntur cum virgis. Thensæ, vel Tensæ sacra erant vehicula argento, vel ebore decorata, quibus Deorum exuuiæ ludis circensibus, cum pompa ordinum, & officiorum in circum, & puluinar vehebantur, dictæ Thensæ ἀπὸ τοῦ θείου, quasi diuinæ quædam res, vel Tensæ, quod ante eas lintea tenderentur, illaq; manibus tensa tenerent. *Quæ augustissima vestis est Tensas ducentibus, triumphantibusq; ea vestiti medio adium sedere eburneis sellis.* De ijsdem Suetonius hęc habet *Sedem auream in curia, & pro tribunali Tensam, & ferculum circensi pompa, templa, aras, simulacra, iuxtà Deos, puluinar, Flaminem, lupercos appellationem mensis è suo nomine, & nonnullos honores ad libidinem cepit, ac dedit.* Simpulum, vel simpu- D uium crater ligneus, cyatho haud dissimile, quod in sacrificali Ethnicorum apparatu non desiderabatur, ex quo Sacerdos vinum propinabat antequam funderet. Et quoniam Thymiamata ab Arboribus pendentia, vt sunt Thura, Balsama, Stactes, Cinnamomum, Cassia, Nardusq;, &c. in Sacrificiorum omnium apparatibus expetita semper fuere, concludi potest Arboreos vsus eò processisse, vt ij humanis corporibus, sensibusq; omnibus nõ parum felicitatis afferre potuerint. Quod si ad immortalem Animam veræ Beatitatis capacem Animus applicetur, secundum leges immaculatæ veritatis, Lignum Vitæ, quod reddidit vitam Mundo, cernui adorabimus. Huc viuas mentis nostræ cogitationes, in Salutis veluti certissimum Portum dirigere debemus, vt hic de Nauticis Arborum vsibus mentionem facere non incongruum sit, sed prius aliquid circà Hebræorum Cęremonias adducemus.

L. 10. c. 15.

Ios. Scalig. in conrect. in Varr.

Cicero de Arusp. resp. Tit. Liu. l. 5

I. Cæs. c. 76. Al. ab Al. D G. l. 7. c. 26.

D. Io. Apo. 2

CÆRE-

E

CÆREMONIÆ.

19. Leuit.c.27. numer.c,18 Nehemię 8. Leuitic.23. 24. Bong. de myſt. num. ſignif.p.vlt.

PRimi Arborum Fructus abijcibiles,in eorum tamen ſtatu imperfecto reſpectu Arboris, habebantur ab Hebræis, iuxtà Præceptum Leuitici in hunc modum concepti: *Cum plantaueris Arborem, fructus, quos tribus primis annis illa proferes, abijcies, quaſi immundos, & incircumciſos: fructus verò quarti anni offeres Domino: itaque quinto anno veſceris fructibus eius.* Et cum Decimas fructuum, & frugum Deo offerre tenerentur ijdem Iſraelitæ, pro Lege quoq; habebant Decimas ſoluere tantum de frugibus, & pomis Arborum, & Animalibus, quæ tranſeunt ſub virgâ Paſtoris; quoniam optima, & electa quæ pro Decimis offerebantur eſſe debebant, & eius prorſus conditionis, vt Gaudium adducerent, iuxtà illud Prophetæ *Gaudium etenim Domini fortitudo veſtra*; Hinc celebrabantur apud eandem nationem Cæremoniæ Tabernaculorum decimâ quintâ die menſis Septimi per ſeptem dies, in quibus populi illi habitare in tabernaculis tenebantur, cum fructibus Citri, ſpatulis Palmarum, ramis Myrti F & ſalicum lætabundi ſaltaantes, & itâ perfectionem fructuum, habitâ ratione ad Tempus anni extollebant, quià Denarius numerus vniuerſa numerandi genera in ſe continet parium æquè, ac imparium, à quibus, & in quæ rerum ſpecies fluunt, & refluunt omnes.

VSVS NAVTICI.

Plin. l.7. cap. 56. 3. Sylu. 2.

ANte naues hominum ingenio, operoſiſq; artibus extructas nauigabatur Ratibus, quæ Trabes erant ſimpliciſſimæ in mari rubro, inter inſulas à Rege Erythræ inuentæ, & obſeruatæ, pondera ferre fune ſoluto, cui Statius alluſit hoc carmine,

Iamque ratem terris diuiſit fune ſoluto.

Naues à verbo Græco νάω, quod eſt Fluo deductæ generaliſſimâ voce, cauatis omnibus lignis, & primo omnium fluuiatilibus Alnis Nauis nomen indidere,

Virg.Geor 1 Lucan. l.3.

Tunc Alnos primum fluuij ſenſere cauatas. G

Nam inter Arbores omnes dicitur *--- Fluctibus aptior Alnus.*

Georg. l. 3. Vlpian.in L. 1. ff. naut. cap. & ſtabularij. L.1. eleg.4.

Huiuſce ſenſus eſt nauicula Linter dicta ex Arbore excauata, quemadmodum Virgilius aſſeruit *--- Cauat Arbore lintres,*

A quibus Lintrarij dicuntur exercitores Ratium, ij ſcilicet, vt dicit Gloſſa in *L. 1. ff. nauta, &c. qui paruas naues habent, & exercent, vt butes, & buſos, vel ſcaphas, quæ lucrariæ, aliàs lintraria dicuntur,* quarum ad ſimilitudinem vocantur quoq; lintres vaſa quædam magna ruſtica, concaua, vindemiatas vuas ſeruantia; hinc Tibullus canebat.

Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.

Cum prædictis quoq; nauiculis Scapha concurrit, quæ nil aliud eſt, quàm trabs vnica excauata; ideò Vegetius ſic ſcribebat: *Scaphas quoque de ſingulis trabibus excauatas.* A verbo Græco σκάπτω, quod eſt fodio, & cauo eæ ſunt dictæ, quæ quia rudiores, & velociores cœteris maioribus; prædonum, & piſcatorum antiquiſſimæ habebautur deliciæ. Bacterani minimas haſcè nauiculas dicerent monoxyla, alij proſumia, alij ſenunculas, alij Cymbas, alij Baſelos. Dum autem ſpondis creuerunt adiunctis,

Virg.2.Geo.

---- Et pandas ratibus poſuere carinas H

Pl.l.7.c.56. Cæſ.l.7.B. Ciu. Lib.3.c.5. Horat.lib.1 carminum.

Carinæ formatâ iam aluo vocari cæperunt. Auctiores mox; atq; compoſitiores redditæ; & depoſitâ minimè ruditate *Schediæ* tumultuario ſumpſerunt originem pluribus à trabibus ſimul iunctis ad onera ſubſidiariè ferenda, cuius inconditæ nauis etymologia venit à verbo Græco σχεδιάζω, quod eſt ruditer incipio, vel quia ſchedijs lignorum inæqualitates nimias obſtruentibus egeat. Eædem Schediæ firmatæ penſis vſum præbere poſſunt, & Pentones, & Codicariæ naues ex ſolis Arborum caudicibus conſtantes vocitari poſſunt, quibus ſolis Tyberis Fluuius, auctore Plinio, nauigabatur olim. Epibadū quoq; nomine inſigniendæ ex *Vlp. I. C. ff. de executoriâ actione*; atq; Hippaginum. Et quoniam perticis, & contis agitabantur, κοντῶτα, & actuariæ naues dici meruêre. His homines non contenti, illiquè, quibus *robur, & æs triplex circà pectus erat* fragilem truci committendo pelago ratem, aduerſis aquarum curſibus, diuerſaſq; per ſemitas diuertentes excogitarunt Puppe

Auſi

A *Ausi sunt vada salsa citâ decurrere puppi.* *Catull. Argon.*

Tonsas itidem, id est remos ad tundendos fluctus, & Temones, qui sunt fræna, & gubernaculum nauis, quorum inuentor Tiphys Hagni filius, Freti domitor, quo Epitheto decoratus est à Seneca in Medeâ, dum cecinit

Tiphys in primis domitor profundi.

Aliaq; demum artificiosa ad promptius, & tutius transfretandum instrumenta superaddidere nauibus. *Arte cita, veloque rates, remoque reguntur.*

Ouid.l.1.de Arte aman.

Omnium tamen expeditissimæ quidem, sed laboriosissimæ fuere speculatoriæ Cymbæ cum vndis maximè confliĉtantes, & periculi semper plenæ ἀκύμωνες, id est Maris periculum, procella, &c. vt etiam exploratores κατασκοποὶ lembi multis difficultatibus impliciti, in quibus irrequieto laborandum est nixu, quod perbellè Virgilius, & peculiari de more his carminibus expressit.

T.Liu.dec.3.lib.2.

Non aliter, quam qui aduerso vix flumine Lembum
Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne. &c.

L.1.Georg.

B Hæ tamen omnes minores naues cum periculositate celeritatem compensarunt, inter quas *Celoces* eminent, à celeritate nuncupatæ, tum ob leuitatem materiei, tum ob figuram tumorem aquarum facilius perreptantem, vel in earundem cauitates aptius sese insinuantem, quemadmodum *Phaseli*, vulgò *Vaselli*, *ò Batelli* in propriâ magis significatione, de quibus Catullus hæc canebat

Plaut. in Asinaria.
Lyric.4.

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse præterire, siuè palmulis
Opus foret volare, siuè Linteo.

Nemo vnquam ex nauitis facilè potuit Pyratarum contrà publicum bonum laborantium Myoparones, & prædatorias naues instructissimas, & summo ingenio elaboratas superare. Mercatores quidem optimè de Republicâ meriti Onerarias suas, & Gerarias naues ingentes Corbitas, Gaulos, Cybeosq; intolerabili vix impensa tuentur contrà C maritimorum latronum astutissimos incursus, feralesq; eorundem harpagonum morsus. Quot anguntur suspicionibus, quotq; afficiuntur damnis, Bellatores, Principes, Imperatores in Thalamigeris, Turritis, Regijs Prætorijs, Stratioticis suis nauibus; quibus in potentissimas ventorum hostilitates confliĉtandum est, vbi non iuuat fortunâ superare ferẽdo Argo nauis omnium celeberrima, Heroum plusquam quinquaginta, & Argiuorum, quod supra modum est admirabile, Colchico in itinere maritima vehes *Prima Deum magnis canimus freta peruia nautis*
Fatidicamque ratem, &c.

Bayfius de re nauali.
Cic.in Tusc. quæst.
Val. Flacc. l.1. Argon.
Diod.Sicul. l.4. rer.antiqu.c.3.
Manil. in Astron.

Castæ Mineruæ fœtus ingeniosissimus Dodonea in Sylua conceptus, & iuxtà Pelion natus, nunquam nisi super astra ab omni naufragandi tutus periculo nauigauit.

Oui.3.Trist

Et Ratis Heroum, quæ nunc quoque nauigat astris.
Et quæ facta Ratis, pugnacis cura Mineruæ
Per non tentatas prima cucurrit aquas.

Pl.l.13. cap.22.
Id.l.7.c 56.

Eone dicta quæquè fuit particularis Arbor, ex quâ constaret eadem Nauis Argo, eius Macraphia fuit, id est longa forma, atque figura *Longâ naue Iasonem primum nauigasse Philostephanus auctor est*, hæc de Argonautarum Principe refert Plinius. Inter D longas naues numerantur plurimæ, quæ & magnitudine corporum, & numero remorum vario non parum differunt inter se, nam eæ sunt vel Monocrotæ, vel Biremes, vel Triremes, vel Quadriremes, vel Quinqueremes, vel Pluriremes, procedendo vsque ad Quadrageniremes, quemadmodum fuit illa à Ptolemæo Philopatore fabrefacta, vt refert Plutarchus, quæ 280. cubitorum longitudinis erat, & altitudinis, duodequinquaginta. Quæ verò Rotundæ appellantur, ingentis & ipsæ molis, & capacissimæ sunt, grauesque, velis tantum impulsæ, & minimè actæ remis ob earum nimiam super aquas protuberantiam, seu extollentiam suprà hemicy claritatem, & harum aliæ sunt onerariæ simpliciter, id est, vel frumentariæ, vel vinariæ; aliæ militares, & bellicæ tantum. Mixtæ demum naues, de quibus Appianus, eæ sunt, quæ & velis, & remis æquè aptè, ad omnes vsus adducuntur, quibus optimè coaptari posset vulgare Neotericum nomen Galeo-

In Demetr.
Onerosus φορτικὸς grauis βαρυσωλ... ταγωγὸς ναῦς Militaris nauis.
Cas. l.3.b.Ciu. Vlp.in ff. de furtis
App.de Bel. Ciu.

E

CÆREMONIÆ.

PRimi Arborum Fructus abijcibiles,in eorum tamen ſtatu imperfecto reſpectu Arboris, habebantur ab Hebræis, iuxtà Præceptum Leuitici in hunc modum concepti: *Cum plantaueris Arborem, fructus, quos tribus primis annis illa proferet, abijcies, quaſi immundos, & incircumciſos: fructus verò quarti anni offeres Domino: itaque quinto anno veſceris fructibus eius.* Et cum Decimas fructuum, & frugum Deo offerre tenerentur ijdem Iſraelitæ, pro Lege quoq; habebant Decimas ſoluere tantum de frugibus, & pomis Arborum, & Animalibus, quæ tranſeunt ſub virgâ Paſtoris; quoniam optima, & electa quæ pro Decimis offerebantur eſſe debebant, & eius prorſus conditionis, vt Gaudium adducerent, iuxtà illud Prophetæ *Gaudium etenim Domini fortitudo veſtra*; Hinc celebrabantur apud eandem nationem Cæremoniæ Tabernaculorum decimâ quintâ die menſis Septimi per ſeptem dies, in quibus populi illi habitare in tabernaculis tenebantur, cum fructibus Citri, ſpatulis Palmarum, ramis Myrti & ſalicum lætabundi ſaltaantes, & ità perfectionem fructuum, habitâ ratione ad Tempus anni extollebant, quià Denarius numerus vniuerſa numerandi genera in ſe continet parium æquè, ac imparium, à quibus, & in quæ rerum ſpecies fluunt, & refluunt omnes.

19. Leuit.c.27. numer.c.18 Nehemię 8. Leuitic.23.24. Bong. de myſt. num. ſignif.p.vlt.

F

VSVS NAVTICI.

ANte naues hominum ingenio, operoſiſq; artibus extructas nauigabatur Ratibus, quæ Trabes erant ſimpliciſſimæ in mari rubro, inter inſulas à Rege Erythræ inuentæ, & obſeruatæ, pondera ferre fune ſoluto, cui Starius alluſit hoc carmine, *Iamque ratem terris diuiſit fune ſolato.*

Plin. l.7. cap. 56. 3. Sylu. 2.

Naues à verbo Græco ναω, quod eſt Fluo deductæ generaliſſimâ voce, cauatis omnibus lignis, & primo omnium fluuiatilibus Alnis Nauis nomen indidere,

Tunc Alnos primum fluuij ſenſere cauatas.

Virg.Geor 1 Lucan. l.3.

Nam inter Arbores omnes dicitur *--- Fluctibus aptior Alnus.*

G

Huiuſce ſenſus eſt nauicula Linter dicta ex Arbore excauata, quemadmodum Virgilius aſſeruit *--- Cauat Arbore lintres,*

Georg. l. 3. Vlpian.in L. 1. ff. naut. cap. & ſtabularij.

A quibus Lintrarij dicuntur exercitores Ratium, ij ſcilicet, vt dicit Gloſſa in *L. 1. ff. nauta, &c. qui paruas naues habent, & exercent, vt butes, & buſos, vel ſcaphas, quæ lucraria, aliàs lintraria dicuntur,* quarum ad ſimilitudinem vocantur quoq; lintres vaſa quædam magna ruſtica, concaua, vindemiatas vuas ſeruantia; hinc Tibullus canebat.

Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.

L.1.eleg.4.

Cum prædictis quoq; nauiculis Scapha concurrit, quæ nil aliud eſt, quàm trabs vnica excauata; ideò Vegetius ſic ſcribebat: *Scaphas quoque de ſingulis trabibus excauatas.* A verbo Græco σκάπτω, quod eſt fodio, & cauo eæ ſunt dictæ, quæ quia rudiores, & velociores cœteris maioribus; prædonum, & piſcatorum antiquiſſimæ habebantur deliciæ. Bacterani minimas haſce nauiculas dicerent monoxyla, alij proſumia, alij ſenunculas, alij Cymbas, alij Baſelos. Dum autem ſpondis creuerunt adiunctis,

--- Et pandas ratibus poſuere carinas

Virg.2.Geo.

H

Carinæ formatâ iam aluo vocari cæperunt. Auctiores mox, atq; compoſitiores redditæ; & depoſitâ minimè rudirate *Schedia* tumultuario ſumpſerunt originem. pluribus à trabibus ſimul iunctis ad onera ſubſidiariè ferenda, cuius inconditæ nauis etymologia venit à verbo Græco σχεδιάζω, quod eſt ruditer incipio, vel quia ſchedijs lignorum inæqualitates nimias obſtruentibus egeat. Eædem Schediæ firmatæ penſis vſum præbere poſſunt, & Pentones, & Codicariæ naues ex ſolis Arborum caudicibus conſtantes vocitari poſſunt, quibus ſolis Tyberis Fluuius, auctore Plinio, nauigabatur olim. Epibadij quoq; nomine inſigniendæ ex *Vlp. I.C. ff. de exercitoriâ actione*; atq; Hippaginum. Et quoniam perticis, & contis agitabantur, κοντῶτα, & actuariæ naues dici meruêre. His homines non contenti, illiquè, quibus *robur, & as triplex circà pectus erat* fragilem truci committendo pelago ratem, aduerſis aquarum curſibus, diuerſaſq; per ſemitas diuertentes excogitarunt Puppes

Pl.l.7.c.56. Cæſ.l.7.B. Ciu. Lib.3.c.5. Horat.lib.1 carminum.

Auſi

A *Ausi sunt vada salsa citâ decurrere puppi.*

Catull. Argon.

Tonsas itidem, id est remos ad tundendos fluctus, & Temones, qui sunt fræna, & gubernaculum nauis, quorum inuentor Tiphys Hagni filius, Freti domitor, quo Epitheto decoratus est à Seneca in Medeâ, dum cecinit

Tiphys in primis domitor profundi.

Aliaq; demum artificiosa ad promptius, & tutius transfretandum instrumenta superaddidere nauibus. *Arte cita, veloque rates, remoque reguntur.*

Ouid. l. 1. de Arte aman.

Omnium tamen expeditissimæ quidem, sed laboriosissimæ fuere speculatoriæ Cymbæ cum vndis maximè confligtantes, & periculi semper plenæ ἀκύμαστος, id est Maris periculum, procella, &c. vt etiam exploratores κατασκοποι lembi multis difficultatibus impliciti, in quibus irrequieto laborandum est nixu, quod perbellè Virgilius, & peculiari de more his carminibus expressit.

T. Liu. dec. 3. lib. 2.

Non aliter, quam qui aduerso vix flumine Lembum
Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amne. &c.

L. 1. Georg.

B Hæ tamen omnes minores naues cum periculositate celeritatem compensarunt, inter quas *Celoces* eminent, à celeritate nuncupatæ, tum ob leuitatem materiei, tum ob figuram tumorem aquarum facilius perreptantem, vel in earundem cauitates aptius sese insinuantem, quemadmodum *Phaseli*, vulgò *Vaselli*, *ò Batelli* in propriâ magis significatione, de quibus Catullus hæc canebat

Plaut. in Asinaria. Lyric. 4.

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequisse præterire, siuè palmulis
Opus foret volare, siuè Linteo.

Nemo vnquam ex nauitis facilè potuit Pyratarum contrà publicum bonum laborantium Myoparones, & prædatorias naues instructissimas, & summo ingenio elaboratas superare. Mercatores quidem optimè de Republicâ meriti Onerarias suas, & Gerarias naues ingentes Corbitas, Gaulos, Cybeosq; intolerabili vix impensa tuentur contrà C maritimornm latronum astutissimos incursus, ferallesq, eorundem harpagonum morsus. Quot anguntur suspicionibus, quotq; afficiuntur damnis, Bellatores, Principes, Imperatores in Thalamigeris, Turritis, Regijs Prætorijs, Stratioticis suis nauibus; quibus in potentissimas ventorum hostilitates confligtandum est, vbi non iuuat fortunâ superare ferêdo Argo nauis omnium celeberrima, Heroum plusquam quinquaginta, & Argiuorum, quod supra modum est admirabile, Colchico in itinere maritima vehes *Prima Deum magnis canimus freta peruta nautis*
Fatidicamque ratem, &c.

Baysius de re nauali. Cic. in Tusc. quæst. Val. Flacc. l. 1. Argon. Diod. Sicul. l. 4. rer. antiqu. c. 3. Manil. in Astron.

Castæ Mineruæ fœtus ingeniosissimus Dodonea in Sylua conceptus, & iuxtà Pelion natus, nunquam nisi super astra ab omni naufragandi tutus periculo nauigauit.

Oui. 3. Trist.

Et Ratis Heroum, quæ nunc quoque nauigat astris.
Et quæ facta Ratis, pugnacis cura Mineruæ
Per non tentatas prima cucurrit aquas.

Pl. l. 13. cap. 22. Id. l. 7. c. 56.

Eone dicta quæquè fuit particularis Arbor, ex quâ constaret eadem Nauis Argo, eius Macraphia fuit, id est longa forma, atque figura *Longâ naue Iasonem primum na-* D *uigasse Philostephanus auctor est*, hæc de Argonautarum Principe refert Plinius. Inter longas naues numerantur plurimæ, quæ & magnitudine corporum, & numero remorum vario non parum differunt inter se, nam eæ sunt vel Monocrotæ, vel Biremes, vel Triremes, vel Quadriremes, vel Quinqueremes, vel Pluriremes, procedendo vsque ad Quadrageniremes, quemadmodum fuit illa à Ptolemæo Philopatore fabrefacta, vt refert Plutarchus, quæ 280. cubitorum longitudinis erat, & altitudinis, duodequinquaginta. Quæ verò Rotundæ appellantur, ingentis & ipsæ molis, & capacissimæ sunt, grauesque, velis tantum impulsæ, & minimè actæ remis ob earum nimiam super aquas protuberantiam, seù extollentiam suprà hemicy claritatem, & harum aliæ sunt onerariæ simpliciter, id est, vel frumentariæ, vel vinariæ; aliæ militares, & bellicæ tantum. Mixtæ demum naues, de quibus Appianus, eæ sunt, quæ & velis, & remis æquè aptè, ad omnes vsus adducuntur, quibus optimè coaptari posset vulgare Neotericum nomen

In Demetr. Onerosus φορτικός grauis βαρυστολ-ταγωγός ναῦς Militaris nauis. Cas. l. 3. b. Ciu. Vlp. in L. vulgaris ff. de furtis App. de Bel. Ciu.

Galeo-

Galeone, aut etiam *Galeazza*. Ingentia isthæc arte facta corpora facillimè mobilia Animalium adinstar natantia, cursu, subsultimuè eundo, redeundoq; aquarum immensa per spatia cæteris præeuntia, Naturam sensitiuam ferè æmulantur in sui corporali compositione, dorso, costis, lateribus, ventre, capite, caudâ, brachijsquè, & pedibus prædita; Remi sunt illorum brachia, seu pinnæ natantes, quæ si terrestres essent, pedum officio fungerentur. Scalmi, id est Ligna crenata retinentia remum, ne dissiliat, sunt veluti articuli. Latera, quæ Græcè πλευρὰς dixere, sunt statumina, id est ligna illa armata, combæ infixa, quasi cuidam spinæ ventrem, & pectus efformantia, Dorsum autem, & fundum nauis Græcè δρυόχοι. Pro humeris stant fori, & tabulata, vbi pondera resident; hinc foriculi apud Varronem pro tabulatis, quæ poma ferant, opothecis dictis, accipiuntur. Transtra, quasi transuersim strata, remigum sedilia, & iuga *Virg. 6. Æn.* Seruio interprete, sunt veluti septum transuersum in animalibus ipsis. Prora, anterior pars nauis, in quâ Gubernator sedet, nauimq; regit, & quòquò versum dirigit, est caput oculatum, auritum, vocaleque, quem Gubernatorem videntem omnibus videre conducit, audireq; loquentem. Puppis postrema pars nauis est veluti cauda cum ilijs, & clunibus. Malus Græcis ἱστὸς Arbor nauis, cuius suprema Carchesij, ima verò Calcis nomine indigitatur, vna cum obliqua antenna, ad quam vela, Dædalea verè inuenta adalligantur, venis, & arterijs in animalibus respondent, quià principalissimâ eorum ope tota naualis machina concitatissimè quoque mouetur, ijsque etiam præter naturam constitutis, in pessima hæc mala prolabitur, iuxta id, quod innuit Lucretius

Cæs. l. 1. B. Ciuil. — *Vitruu. lib. 4. cap. 2.* — *Plin. lib. 6. cap. 56.* — *L. 1. de nat. rerum.*

> *Disiectare solet Magnum Mare transtra, gubernat,*
> *Antennas, proras, malos, tonsasque natantes.*

Quorum remedia solent esse, licet aliquando inefficacia, velorum demissio, Anchorarum proiectio, vel tonsillorum vbi possibile est, fixio littoralis, cum Primnesiorum adalligatione, id est palis, & chordis agendum, atq; rudentibus, de quibus Ennius.

L. 7. Annal.

> *Tonsillis rapidè consiqunt littora aduncis.*

Et sæuissimis si tempestatum symptomatibus superstites euaserint semimortuæ, ac laceræ naues, pro totali, & integrâ illarum restauratione, & sanitate Calafatis, lignorum scilicet famosissimis magistris committendæ sunt, (quæ vox calafati nauifabros significat, etiam apud nos Bononienses, in nostrâ paruâ nauigatione) aut pro supremis earundem funeribus instituendis, saluâ peregrinorum substantiâ, postquam palangatæ fuerint. Palangæ autem hæ, ceu materiæ remediorum vltimæ, sunt ligna longa, & teretia, quæ nauigijs subduntur, dum trahi debent ad mare, vel ab eodem retrahi. *Et carinam vnam senilaceram quaterni simul palangabant.* Ab hoc exercitio nec ipse abhorruisset Vlysses, qui bellicæ suæ fortitudinis non minimum ornamentum iactabat nauticam, & fabrilem, ac alia multa callere, & Laertem patrem, qui in senectute suâ plantas proprijs polire manibus delectatus est, imitari: Sic apud Ælianum is de se loquitur.

καλον est lignum. — *Varro de vita Pop. Rom. l. 4. Afranius.* — *L. 7. Var. hist. c. 5.*

> *Non lignator erat mihi par, non scindere ligna*
> *Me melior quisquam, aut cineres sopire tepentes.*

Et ideò fabrorum opera posthabita ratem suam, quâ Ilium profecturus erat, quam citissimè propriâ manu confecit. Et illæ naues ægræ tellurem ingressæ, si populosas nactæ fuerit Syluas fortissimarum Arborum fortunatissimæ dici poterunt, cuiusmodi sunt Aquilonares Olai, de quibus sic ille scribit: *Abietis, ac Pinorum, ac Iuniperi, Laricisq; maximâ abundantiâ est in Aquilonaribus Syluis, tantaq; proceritatis, vt altis turribus aquari possint: & ob id qua mari sunt propinquiores, ad antennas, malosque magnarum nauium adaptantur, & præcipuè Pinea Arbores, qua ob cognatam resinam, & picem sui naturâ imbribus ne citò putrescant, sed diutius durent, resistere solent, &c. Sunt & alia Arbores durioris natura, è quibus detornantur annuli pro vsu antennarum, &c.* Ecquis dicere vetat Ligna, quę cum minacibus fluctibus egregiè colluctata fuerint coronas promereri? Coronas ideò proferamus Arboreas meritis quibuscunq; deferendas.

Ol. Magn. de struct. Aquilon. l. 12. c. 4. — *Id. ibid. c. 5.*

VSVS

A

VSVS IN CORONIS.

Corona honoris, & fortitudinis opus; omnis item dignitatis, auctoritatis, Imperij, potentiæ, gloriæq; argumentum; sublimioris in homine partis sublimè decus, & ornamentum, victoriæq; insigne nobilissimum in circularem reflectitur figuram, quippe quæ viuidam, atq; florentem præseferat immortalitatem. Ipsa ceù *Sertum exultationis* de Vitiorum Gigantomachia perpetuò triumphandum innuit; eius enim Trophæa sunt diuitiæ, & pulchritudo inamissibiles, iuxtà illud *Regnum decoris, & Diadema speciei de manu Domini accipient iusti Diuites in virtute pulchritudinis, studium habentes*. Corona propterea dicta est, vel quod *cohonores* gestantes, vel quod *Cordi vna* esse debeat, id est omnibus semper expetenda. Quandoquidem omnigenarum præmium Virtutum, militum non solùm, & Imperatorum capita, ceù illorum ornamenta, sed & Poetarum, Sodalium, Nuptorum velut illorum apparentis saltem bonitatis insigne, Conuiuarum, Sacrificantium, Remigum, Rusticorum, Pastorum, Parentantum Mortuorumque frontes, & tempora redimiuit,

— Tibi nexilibus turba Coronis
— Redimita venit.

Coronarum Antiqui, teste Athenæo, Ianum auctorem ferunt; alij Dionisium, hoc est Liberum Patrem, seù Bacchum, quia primus habitus est, qui frondibus proprium circumtexerit caput, hasq; coronas pexiles vocarunt, quippe ex surculis, seù ramentis simul plexis constantes; quem morem Nationes integræ Gentium adeò comprobarunt, vt viris non solum præclaris ipsas frondeas concesserint, sed suis Sacrificulis, & Victimis cœlesti quodammodò dignis honore, cippis item, atq; columnis (quod Lucianus in Nigrino stultitiæ nomine perstringit) easdem adiudicarint. Hicq; mos prius inualuit, tum in ludis, cum in sacris certaminibus, atq; victorijs, quàm Flores Luxuria suppeteret. Nam quæ flores nimium molles, & de facili nimis flaccessentes admisere Coronæ à primæuà sacrorum, ac bellicorum honorum dignitate desciuerunt; *florumq; inuicem odores*, (scripsit Plinius) *coloresq; accendere Sycionij ex ingenio Pausia Pictoris, atq; Glycera coronaria, dilecta admodum illi, cum opera eius picturâ imitaretur, & illa prouocans variaret, essetq; certamen artis, ac natura: quales etiam nunc extant artificis illius tabella, atque inprimis appellata stephanoplocos, quâ pinxit ipsam, &c.* Cuius floreæ coronæ vilis admodum, & vitiosa fuit inuentio, vtpotè quæ venereas redolere videtur cupiditates, quod elicitur ex eodem Plinio sic prædicti Pausiæ Pictoris historiam repetentis. *Amauit in iuuentà Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum, certandoq; imitatione eius, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam: postremò pinxit illam sedentem cum coronâ, quæ è nobilissimis eius tabula appellata est stephanoplocos, ab alijs stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentauerat paupertatem.* Frondes itaq; in coronas commodè sumi cæperunt, quia ipsarum proprium est inuerti solidè, & circumflecti; non florum nimis fragilium, & propterea coronæ secundùm Græcos strophiæ dictæ sunt à verbo στρέφω, quod est voluo, & verto; nam tortili flexilitate rami frondentes concinnari valent, & adaptari pro stabili coronarum contextu. Prætiosissimas tanti fecerunt Arborum prærogatiuas in coronis antiqui (nam de coronis aureis, vt Mosceticæ, hìc non loquimur, nec de lapidibus pretiosis Psalmographi, aut ex ære, vel ebore, alijsq; materiebus ab Arboreis diuersis, sed de simplicissimis dendreis) vt lignearum Bractearum materiem pro ciuica corona primum assumptam, in virentium frondium defectu cæteris alijs nobilissimis quoq; semper prætulerint, & maximè omnium Ægyptij. Quam coronarum speciem hybernam, vocabant. Sed quantò auspicacius, atq; felicius spineas viri probi coronas à Rege Regum, Dominoquè Dominantium expectant, vtpote quæ beatitatem veram cœlestem, atque sempiternam secum ferant, & glorificationem præsente diuinitate certissimam, iuxtà oraculum illud cæleste *cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*. Hinc spinis non auro coronari voluit Pius Bulionius, cum Hierosolymorum Rex acclamatus *Absit* (inquit) *quod auro redimiar, vbi Christus spinis pro me redimitus est*. Patientia, & Pœnitentia mediante, quæ virtutum sunt fœcundissimæ matres, donumq; perfe-

Marginalia: *Ecclef. c. 45* · *Pier. Valer. Hierogl. lib. 41. & lib. 7* · *Isaias c. 28* · *Sap. 5.* · *Ecclef. c. 44* · B · *Seneca in Agam.* · *Polyd. Virg. de rerum inuentorib. l. 2. cap. 17.* · *Diosc. lib. 2 cap. 199.* · *Lib. 21. c. 2. & 3.* · C · *L. 35. c. 11.* · *Balbus de coron. c. 13.* · *Euf. l. 1 ode prepa. Euãg* · D · *Exod. c. 25.* · *Psalm. 20.* · *Polyd. V. de inu. rerum l. 2. c. 17.* · *Farra. sept. f. 252. ap. Ricciard. in Com. symb.* · *Psal. 90.* · *D. Gregor. super Ps. 7.*

Palmerius ſub An. ſal. 1099. perfectum Patris luminum, ipſa fortitudo vera, vitiorum omnium Alexicacus, ſupra mundanas, & Empyreas promeretur coronas. *Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium.* In hunc modum ſacræ loquuntur paginæ, quin *Prouer. 16.* etiam & profanæ pariformiter diſcurrentes de cœcis ſuis numinibus, per quandam veri Numinis ſimilitudinem, id repetunt.

Ouid. prima de Ponto.

Sæpè leuant pœnas, ereptaquè lumina reddunt
Cum benè peccati pœnituiſſe vident.

Hæc ſunt Olympica vera certamina, Circenſibus, Nemæis, Iſthmijs, Pythijs, Delphicis, Antheſterijs antiquorum longè glorioſiora. Coronæ, quæ hic pro præmijs proponuntur, Alcibiadeis, & Socraticis doctis Philoſophorum multò ſapientiorum ſunt metæ, immò leges. Lex quidem erat Pythagorica, leges veluti coronas colligendas, & *Symb. Pyth.* minimè diſcindendas eſſe ſub illo ſymbolo: *Coronam nè ſcindas.* Sanctiſſimarum ideò legum in rebus ferè omnibus Maieſtatem coronatam, arte ſimul, & natura mediantibus, voluere; Natura coronante frondibus Arbores, foliolis, & apicibus flores, ipſoſq; fructus tandem epicyclis, calycibus, &c. Ars militaris in hunc modum iaculorum cuſpides, caſſides, clauas, armaq; alia coronari iuſſit. Ciuilis inſuper diſciplina pacificas varijs ſub legibus diſtribuens coronas, leges, atq; coronas conuertibiliter ad inuicem dici edocebat, conuiualeſq; alias, alias feſtas, alias funerales, vel parentales, Theatrales, eaſq; vel donaticas, vel ſcenicas, agreſtes, nuptiales, doctaſq; Medicorum, Poetarum, & Oratorum, ac Sacras tandem varijs Numinibus, & Victimis, Altaribus, Templis, atq; Sacerdotibus, &c. decernebat. Cum itaq; tam varij coronarum fines eſſent, variaq; ſubiecta, ex quibus, & circà quæ fiebant, & in vſum deducebantur coronæ, hinc perſpicuè apparet, vnumquemq; legaliter viuentium coronatorum, ſiuè etiam coronantium hominum ſibi varia propoſuiſſe gloriarum, atq; exultationum incrementa, cum ipſæ coronæ virtuosè ſumptæ importent gloriam, & exultationem, è contrà verò pœnam, & exterminium vitioſæ, ignominipſæq; & quæ capiti hoſtium, & ambitioſorum imminere cogebantur, *Iſaiæ c. 28.* cui concordat oraculum illud. *Væ corona ſuperbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui, &c.* Niſi præ- *Plin. l. 16. c. 12.* mium gloriæ, & exultantium hominum acclamationis in coronis muralibus v. g. frondeis viruiſſet, germinaſſetq; quis vnquam animosè conſcendiſſet Muros hoſtium, aut vallum hoſtile occupaſſet, vitamq, propriam cum ſimplici Arboreo ramo, aut cum corona ex vallis, ſiuè palis confecta, quæ diceretur vallaris caſtrenſis, nihili ex ſe pendentibus æquilibraſſet? Id certè effecit ſpes conſecutionis gloriæ, atq; exultationis, quæ ad omnia validiſſimè impellit facinora

Ouid. l. 4. de Ponto.

—— Immenſum gloria calcar habet.

Aeream gloriam, & exultationem pluris fecere ſemper homines, quam aurum, aliaque pretioſa quæcunq; nec mirum, quia rerum pretia ex mera voluntate negotiatorum dependent, adeò vt bellui ni corij, Arboreorumq; corticum alicubi minima fragmenta *Pigafetta l. 1. c. 4. Relation. Regni longo, de Arbore Gelſomori dicta.* ſignata pro monetis commutationis, quarumcunq; rerum inſeruiuerint quandoque. Nonnè in triumphis antiquorum, opima hoſtium ſpolia, cum frondibus Arborum cōmutabantur? Vbi enim hoſtes deuicti, fugatiq; fuiſſent, aut cæſi, conſpicua Arbos ſuis ramis detruncata, frondes victori pro coronis victricibus conſtruendis ſuppeditabat, ipſaq; hoſtium ſpolia proprijs artubus adaptata in cuiuſdam permutationis ſpeciem recipiebat, cuius rei deſcriptionem elegantiſſimam apud Maronem habemus.

Virgil. l. 9. Æneid.

Vota Deum primò victor ſoluebat Eoo,
Ingentem Quercum deciſis, vndique ramis
Conſtituit tumulo: fulgentiaque induit arma
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens: aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaquè trunca viri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumquè locis: clypeum ex ære ſiniſtra
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

Architectonicæ itidem præcepta ſtatuunt columnarum capita, templorumq; facies, & latera coronanda, cum ipſa quoquè prænobilis Architectonica inter ipſos coronatos, & Anteſignanos triumphantes, eorumuè ſtatuas, Numiſmata, inſigniaq; coronis inſignita

A gnita vel militaribus simpliciter, vel oualibus, muralibus, obsidionalibus, ciuicis, naualibus, victricibusq; eorum propriè, qui in bello fortissimè se gesserunt, triumphet.

Partes materiales in coronis, Arboreis speciosiores, quæ ad ornatum non modò, & signum gloriæ, ac exultationis, vt iam dictum est, sed ad voluptatem quandam, atquè sanitatem quoq; parabantur, erant *coma ἄπο τοῦ κοσμεῖν*, hoc est ab ornando in Arboribus, per quandam similitudinem cum comis hominum pexis sic dictæ, iuxtà illud Geoponicum. *Ille comam mollis iam tum tondebat Acanthi:* *Vir.4.Geor.*

Item *cyma* partes delicatiores ramusculorum, adinstar caulium herbarum, quæ soporiferæ sunt à verbo Græco deductâ nomenclaturâ *κοιμάω*, hoc est sopio, sedo, mitigo, dormire facio, compesco. &c. quibus turiones viribus, & teneritudine proximè accedunt. Et quia hæ vento petuntur, & flatibus aguntur facillimè, nomen flagellorum sortitæ sunt. Viridis quarum omnium partium color commendabiles tum hominibus, tum cœlitibus ipsis reddebat coronas. Hinc viridem colorem Plato *πράσιον*, quasi *πρασιν*, id est curam Deorum iure perquam optimo nuncupauit. Quæ verò solidiores, flexibiles tamen Arboreæ virgæ longiusculæ, teretesq; cum tenerioribus iam dictis consi- *Colum. lib. 1. cap. 3.*

B derandæ veniunt in coronarum constructione fundamenta præstabant. Hæ Thyrsus, & Caulis dicebantur tanquam ornatæ folijs, & floribus, circumambire capitis arcem aptè cum *τύρσις* Græcè sit ambitus muri in turribus, & arcibus, vulgò *il Corridore*, & *καυλὸς* sit virga cuiuscunq; plantæ, & hastile quoddam. Ex his omnibus crediderim ego tantæ fuisse apud antiquos existimationis coronas, vt eas omni religioso etiam cultu dignissimas iudicarint, & propterea Genium, & Lares domesticos inter parietes coronatos antè omnia esse voluerunt, vt quos omnium putatitiorum numinum sibi proximiores habebant, hos quoq; maximè beneficos experirentur. Illum Platano, hos Vitice, quorum coronas cæteris quoq; sanctiores habebant, redimientes; pro quorum defendendis nominibus pro genio scilicet, focis, hoc est laribus, extremum propriarum virium profundere non dubitabant, vndè illa pugnarum omnium acerrima pro Focis ijsdem, & seù Laribus religiosissima Romanis fuit, qui fundatorem suum Romulum viticea corona vsum in eorundem Larium ab eo singulariter inuocatorum, seù Romani etiam Genij in eodem maximè vigentis, omen felicissimum nationes subiugatæ obseruarunt: iuxtà igitur eorundem Romanorum, inanem licèt religionem, Geoponicis ipsis reli- *Macrob. lib. 1. Sat. cap. 19.* *Turneb lib. 16. Aduers. cap. 4.*

C giosè præcipiebat Cato, & præcipuè matrifamilias, vt Lares in summâ veneratione haberentur. *Kalendis, Idibus, Nonis festus dies cum erit, coronam in focum indat. Per eosdemq; dies Lari familiari pro copiâ supplicet.* Non minor erat eorundem antiquorum ergà manes, inferaq; eorum numina obsequiosa cura, dum tumulis, atq; sepulcris Cupressus, ceù perpetuitatis symbolum, atq; è metâ vitæ huiusce mortalis transitus in æternam durationem, argumentum sacrabant, ijsdemq; sepulcris serta quotannis virentia imponebant *Annua constructo serta dabant tumulo.* Tibullus *Sertaquè dat tumulis.* Ouidius *De re rust. n.143 inter Villica offic.* *Pier. Valer. Hierogl.52* *Tibullus.* *Ouid.2 Am.*

Comi quoquè, & Gratiarum in prosperâ vitâ memores, sponsis, & nouis nuptis Pancarpias, hoc est coronas pluriflorас, vt & conuiuijs coronas ex Quercu, Phylira, Hedera, Malabathro, Nardo, Myrtoq; ebrietatem arcentes, comitatemq; accersentes dedicarunt; quibus floridis coronis modò vtuntur rationabiliter, & verè sanctè Indorum Neophyti ad Sacrosanctum Euchatistiæ conuiuium accedentes. Ruris innocentiam, castimoniam, proficuosq; labores describere volentes, coronis ex salice, ame-

D rinâq; Vitice vsi sunt; hæ namq; Arbores lentæ, haud lentè possunt operationes Geoponicas sustinere, omnemq; libidinosæ germinationis excessum attemperare, atq; modificare. Animi tandem fortitudinem, & robur intendentes coronæ in bellatoribus ipsis, propter antiquam ex Lauro latifoliâ materiam earundem, cum baccis rubentibus, impauidum cor expectabunt, quemadmodum Romulus Acrone superato, Lauream assumens coronam in se ipso experiri conabatur. Et hîc Botanologiæ de Arboribus Prolegomenon esto finis; cui pro coronide inseruiuere Coronæ, quæ & nobilem proximi Panificij materiem non modò coronandam assument in capitibus subsequentibus exarandam, sed tanquam olympiaci studiosorum laborum fructus Animis, & Animabus gloriosa alimenta integro in opere Dendrologico Virtutum optimarum Ethosophiæ nempè, Polyhymniæ; atq; Thaliæ ope liberaliter diuidenda præparabunt; quibus Animasticis Virtutibus, cum Arbores in proprio scilicet ordine, atq; gradu minimè *Pier. Valer. Hier. l. 52.* *Is. c. 3.* Princeps debet panibus abundare.

N desti-

destituantur de Arborum Animâ eiusq; facultatibus in postremâ vniuersalis Arboreæ Doctrinæ Rubricâ dissertationem extare voluimus,& eò magis quia ipsarum Arborum Anima merè vegetatiua, & insensibilis probè cognita indolentem eum Animum, qui maiora quoq; inter infortunia prosperitatis capax efficitur, insinuare nouit: *vnus tersminus, vna est mortalibus prosperitatis via*, Græcus edocebat Bacchylides, *si quis animum nullo mærore turbidum habens, queat ita traducere æuum.*

Ap. Stob. serm. 106.

ANIMA, ET EIVS FACVLTATES.

PRo ciuili pulcherrima forma Coronas Arboreas stetisse constat; sed veriori coronandas Arbores forma decet modò vt cathegoricè ostendamus.

Alta syluas forma vernantes alit,
Quæ nemore nudo primus inuestit tepor,

Seneca in Herc. Oeteo

Arboribus calorem inesse naturalem,easq; Anima præditas esse,quamuis non ita patenter, vt sensitiua Animalia, omnes Philosophi consensere. Viuunt igitur Plantæ inclusum propter in se calorem, illiusq;beneficio trahunt alimentum, atq; conficiunt,eòq; nutriuntur, augescunt, sustentantur, & sibi simile progenerant. Vnde Stagiræus vitam ait vno contineri calore, sinè quo nec Animalia, nec stirpes viuere possunt,& propterea Mors nihil aliud est, quam caloris extinctio;hunc autem calorem alit, & sustinet pinguis humor, & aerius, qui in partium similarium substantiam consertus, omnem effugit oculorum aciem, tandiùq; vita durat, quandiù manet duorum istorum consensus, in quo calor omnium functionum opifex censetur, humidum autem passiuè se habens,durabilitatem, seù conseruationem importat; quando idem hoccè calorem viuidè, iucundèq; simul fouet; hinc fit, quod diuturnioris vitæ sint Plantæ illæ, quæ plus humiditatis glutinosioris minus dissipabilis fortitæ sunt; meliusq; tunc omnes habent se Plantæ, quando viuendi bina hæc principia cũ extrinsecis præstantius conformantur analogis,vt in Vere generaliter accidit, quo tempore calor aduentitius temperatus cum natiuo ad operandum concurrit. Humorq; moderatus extraneus humidum radicale confortat. Hinc Virgilius canebat:

Arist.l.1.de Pl.c.1.& l.2.de Part. Anim.c.10 Laur. Ioub. Paradox. dec. 1. Parad. 2. L.2. de p.A. Id.de Respirat.c.14.

Ver adeò frondi nemorum, Ver vtile syluis,
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

2.Georg.

Cuius contrarium euenit in Autumno inæqualem propter intemperiem diminuti caloris, iustòq; magis humiditatis adauctæ, quæ potissima sunt in causa, vt omnia sterilescere cogantur, & temporaneum saltem, atq; partialem subeant interitum. Humidum illud Primigenium ex semine in generationis ipsius principijs ortum, quod cõtinuo imminuitur alimenti cuiusdam irroratione corroboratiua eget,quo cita prohibeatur illius absumptio, & ita congeniti caloris extinctio retardetur & ipsa, nulla secus reparabilis arte. Planta itaq; & Arbores per propriã viuunt Animã,& non per vim solam communem, idest Animam Parentis rerum Telluris, vt falsò putabant Stoici, quia Plantæ in eadem tellure nascentes, atq; crescentes, proprias, & peculiares differenter ab inuicem edunt operationes, & vario crescunt modo, variaq; explicant folia, diuersosq; etiam conformant fructus. Multò minus audiendi sunt Anaxagoras, Democritus, & Empedocles, qui Plantas, & Arbores Voluptate, Gaudio, Dolore, Tristitiaq; affici, & sensu præditas, immò, & Ratione pollere, temerè nimis, vt & alij, scilicet Manichæi nefariè credidere, meraq; insomnia Erunt Somnia, & Vigiliæ Plantarum,& Arborum, validissimum appetitum à Platone positum consequentia. Verissima propterea triumphabit Aristotelis Doctrina, Arbores nimirum, & Plantas Anima vegetante solummodò contentas esse debere, motu procul ab omni Animali, & voluntario, & locali simpliciter ab intrinseco, cum illo tantùm gaudeant secundum quid, & partialiter, tanquam naturalibus super principijs fundato, quemadmodum ille resurrectionis motus, dequo Theophrastus mentionem fecit, & nos alibi tractauimus. *Plantis autem immobilibus existentibus* (sic infit Aristoteles) *& accipientibus ex terra alimentum necessarium,semper deorsum hanc habere particulam;proportionales enim sunt radices Plantis, & quæ vocatur os Animalibus, per quod alimentum illa quidem ex terra accipiunt: hæc autem ex seipsis.* Omni prosus dubitatione caret,naturam inuenisse modum,quo mediante in Arboribus, & Plan-

Ex Arist.l.1.de Pl.c.1. & Scalig. exerc.138. D. August. 1.adu. leg. 12. demor. mem.17.

De iuuent. & sen.c.1.

A & Plantis Alimenta facilè traherentur ad nutritionem, auctionemq; remotarum partium, & ob id appetitum quendam naturalem in iisdem implantauit, qui similitudinem quandam præfert sensitiuæ delectationis, sicq; omnes effectus mirabiliores in Plantis, per facultates facultatibus Animæ sensitiuæ simillimas, vtpotè imagines quædam istarum, nostra ab imaginatione adauctas, nimiumq; eleuatas. Aliquam exhibent Plantæ cum Animalibus Insectis similitudinem, propter Animæ diuisibilitatem, quæ in Herbis tamen propriè, & verè multiplicabilis est. *Etenim Plantæ diuisæ viuunt separatim, & fiunt multæ Arbores ab vno principio* docet Aristoteles in libello de Iuuentute, & senectute, addens alibi rationem hunc in modum: *Plantæ, vt quædam Animalia Insecta diuisa, viuunt, quia partes ipsa eadem fruuntur Anima, ac totum: vtraq; enim pars separata habet omnia vegetandi instrumenta, quia vbiq; fit coctio, vndè quoq; potest fieri alimenti attractio.* Vbiq; in Arboribus, & Plantis, in cortice videlicet, carne lignosa, medullis, & visceribus cunctis cohærentibus, attractrix facultas, concoctrix, expultrix, & assimilatrix reperitur; nam vbiq; germina potest emittere, floresq; subindè, fructusq; perficere. *Lignum habet spem; si præcisum fuerit, rursus virescit, & rami eius pullulant* sic Veritas

L.1. de Anima t.93.

Iob. 14.

B infallibilis in sacris nos erudit. Hæc vna Ratio contrariis duabus potest abunde satisfacere opinionibus, easq; diluere, de positione scilicet sensibilitatis, & de negatione omnis, & cuiuscunq; Animationis in Arboribus, & Plantis, quæ Aristotelis ipsius est his verbis expressa: *Genus Plantarum respectu corporum cæterorum, quæ Anima vacant, ipsum quasi Animal est, & respectu Animalis, inanime esse videtur.* Qui Anima quauis Arbores, & Plantas spoliare conantur, id facere autumant auctoritate sacrarum Scripturarum irrefragabili, summi Dei Creatoris verba in sacris paginis contenta fastosè allegantes, vbi circa Plantas nulla fit mentio de Anima illis inexistente *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxtà genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.* Et Paulò post de Generatione Piscium. *Dixitq; etiam Deus, producant Aquæ reptile Animæ viuentis, & volatile super terram, sub Firmamento Cœli; creauitq; Deus Cete grandia, & omnem Animam viuentem, atquè motabilem.* Mox de generatione cœterorum terrestrium Animalium. *Dixit quoq; Deus producat Terra Animam viuentem in genere suo, Iumenta, & reptilia,*

l.8. de Hist. Animal. c.1.

Genes. 1.

C *& bestias terræ, secundum species suas, & factum est ita, &c.* In quibus verbis obseruant Herbarum Animæ nullam fieri mentionem, sed solum de Animalibus ab Anima denominatis. Re tamen vera dicendum est in sacro Textu, respectu Herbarum, de Anima implicitè fieri mentionem, de Anima scilicet vna, simplicissima, & vegetante, quod in il lo *facere fructum, & semen in semetipso* clarissimè consistit; Quod si Pisces, & Bruta expressè pronunciata sint Animata, hoc fuit, quia duplici fruuntur Animâ, virtualiter, & eminenter, non vna sola, simpliciq; vt Plantæ, & proptereà dicuntur illa duplicem Animam habere, *viuentem* scilicet; hoc est vegetatiuam, atquè *motabilem*, seù sensitiuam, voluntarièq; mobilem.

Qui verò Plantis tribuunt sensationem, inter quos est Adm. Reuer. P. Frater Thomas Campanella Dominicanus, Doctissimus Vir, nostris hiscè temporibus viuens, qui fuit Ioannis Baptistæ Montalbani Fratris mei germani Galatii Comitis amicissimus, Aristotelem contendunt in propriam extorquere sententiam, quamuis perperam; Quarè integrum Campanellæ caput hic excribendum, ad Lectorum curiositatem non nihil pascendam Decreui; propiusq; sic videre licebit, vt & sentire, quam propè, si non pro-

D priè attingant sensibilitatem Plantæ, quemadmodum mihi licuit admirari in Plantâ, quę dicitur Herba Viua, quæq; vigens suo modo, & vegetans est de præsenti in Viridario innumeris rarissimis plantis refertissimo Iacobi Zannonii Aromatarii Bon. & Botanici incõparabilis, ab eodem mihi anno elapso monstrata, ad simplicem tactũ folia restringẽte, atq; claudente sicuti cõchilia faciunt, & Paulò post eadẽ folia, ex se ipsa explicãte atq; aperiẽte. *De sensu Plantarũ nemini dubitandũ esset* (sic inquit Campanella) *cum vescantur, nutriantur, crescant, semina, & natos producant, non secus ac Animalia. Quapropter à Platone Animalia inuersa, immobiliaq; vocantur. Pythagora verò sensu prædita videntur. At Aristoteles in secundo de Animâ, Vegetatiua Anima, non autem sensitiua prædita apparent, propterea quod, ait, operationes sensus in eis, & organa non reperiuntur; qui nihilominus non modo sensus, sed & Rationis Actus in eis agnouit aliàs (secundò Physicorum) quando ostendit operari propter finem, fructus videlicet, vt aeternentur,*

l.3. de sensu rerum, & Magià c.14

spinas ad defensionem, & folia ad tegendum; At Animam dat Plantis; sed quomodo Animam absque sensu? quia carent oculis, & auribus? immò ostendimus hac non esse sensus, sed vias, fenestrasq́ ad sentientem spiritum, vt & S. Chrysostomus, & S. Augustinus docuerunt. At vel tactum non debuisset eis auferre, quippe cum radices ori Animalis similes, terra immersas ad sugendum nutrimentum in eis agnouerit: Quapropter & gustũ eis tribuere debuisset. Palam enim est non omnem Plantam omni in loco nutriri, & gigni. Piper enim India producit, non autem Italia; Arangia Italia nutrit, non Germania. Nutritur ergò Planta terrestri ex liquore sibi connaturali, & simili, eumq́ exugit; Itaque in dissimilem transplantata locum non exugit, quia consimilem non inuenit, proptereaq́ moritur. Nec ex toto solo nutritur, at ex liquido. Iccircò circà fodimus, vt penetret sol, & liquefaciat solum, fermentetq́ ita, vt possit in alimentum conuerti. Ideò fimum calidum, pinguemq́ radicibus apponimus. Planta ergò secernit vtilem ab inutili succo. Ergò sentit quid seruet, quiduè non conseruet; hocq́ palam in æstate faciunt, quando nimio ab æstu sunt squallida, & demortua, comas demissa, velut afflicta Animalia. At superueniente pluuiâ, subitò reuirescunt, comas attollunt, viuificantur, formosæq́ redduntur, ac manifesta lætitiæ sensum ostentant, & refectionis, sicut post inediam, & laborem Homines inuenientes cibum. Nec hoc Virgilium latuit. Præterea quo pacto distribui posset nutrimentum per totum corpus, tanto ordine transmittendo partes solidiores ad ossa, lentas ad carnem, pingues ad medullam, viscosas ad neruos, & corticem, lubricas ad folia, vnctuosas ad semina, leuem, beneq́ digestam substantiam ad flores, nisi pars omnis attraendi sensum similem haberet, & spiritus non intrà maneret, qui coqueret, & partiretur alimentum? Patent insuper in Plantâ nerui, & venæ adhærentes ossi: & in his Animam inhabitare necesse est, nam detecto vndique cortice moriuntur; quoniam spiritus ipsarum crassus est, nec ita facilè exhalat per sectiones alterius partis; sed trahit adhuc ipse rectis vasibus quem exucta terra subministrat succum, reficiturque. Prætereà ergò si in plantis insunt ossa, medulla, nerui, venæ, fibræ, corium, os, vestes, arma, & prolificatio, ne moriantur penitus, fatendum est Animalia esse, sensuq́ abundare. Hoc quidem argumentum imperitis quoque, & stupidis suadeat, qui sensum non norunt, nisi per organa: sapientiores enim certius ipsum agnoscunt in aere, & cælo, rebusq́ spiritualibus organo carentibus. Velut Idiotæ imaginantur Deum corporeum, similem homini, putantq́ ipsum non sentire, nec sapere, nec gaudere, nisi vultum habeat, corpusq́ instar hominis. Quâ de causâ damnauerunt Magnum Origenem in Ægypto Monachi rudes, & Patriarcha Theophilus, quia Deum incorporeum fecerat. At Sapientes nouerunt hæc organa, & corporeitatem esse Deo imperfectionem, non autem excellentiam. Prætereà si hoc non sufficit, inueniemus in Plantis sexum masculinum, & fœmininum, vt in Animalibus, & fœminam non fructificare, nisi masculi congressu. Hoc patet in Siliquis, & in palmis, quarum mas, fœminaq́ inclinantur mutuò alter in alterum, & sese osculantur, & fœmina inpragnatur, nec fructificat absq; mare: immò conspicitur dolens, squallida, mortuaquè, & puluere illius, & odore reuiuiscit. Prætereà adsunt Plantæ in Scandinauiâ, quarum fructus vertuntur in Animalia volatilia. In omnibus quoq; Plantis innascuntur vermiculi, quorum sensus ex nihilo non oritur. Ergò calor ipsarum sensitiuus molem attenuando, & liquefaciendo, & de foris indurando producit vermes in eis, quin & in arefactis tabulis. Prætereà est Amicitia, Inimicitiaq́ inter Plantas; Brassicæ enim Vitibus inimica sunt, & mutuo destruuntur, si simul plantentur; & qui inebriari non vult, Brassicarum succo bibito vincit, obtunditq́ vaporem, & vires vini; Lupini Sycomoris infesti sunt; Oliua amica Myrtis, ac vnà benè se habent, vt & Vites Vlmis; vbi mirum quanto artificio Plantæ flexibiles manus quasi sibi parant, funiculosuè, quibus amicitia robustiori colligantur, & fulciuntur; Sic Hedera, quasi clauos parat, quibus infigitur corticibus Quercuum, stabiliumq́ corporum. Prætereà quidam fungi nascuntur gregatim in Bisiniano Territorio olentes moschum, at si quis cacauerit in loco, vbi nascuntur, fugiunt, & paulò distantius nascuntur, viscoso vapore benigno, ex quo nascuntur repentè, ac fugiente inimicum fœtorem. Habent & Plantæ Antipathiam, & Sympathiam cum metallis, vt dictum est. Porta quoque multiplices adnotauit amicitias, inimicitiasque, quas cum partibus Animalis habent; vt Cucurbita cum Capite, Iecoraria cum Iecore, Testicularia cum Testibus, Dentaria cum dentibus. Exq́ figuris earum multa indagauit, sed non in omnibus diuinat. Nam Cucumer Vespæ similis, eidem noxius est. Nihilominus res mi-

A *mirifica propalauit industria latentes. Vidi etiam cucurbitas vbicunque ferantur eò serpere, vbi possunt inniti, præsertim in Arboribus frigidiusculis; & eò se dilatare, vbi aquã sentiunt, sique supponas vas aquâ plenum pendenti Cucurbita, ipsa crescit in longum mirificè vsque ad aquam sese diffundendo. Si verò olei vas supponas, aliorsum Planta ramos expandit, reuoluitque; Cucurbita verò contrahitur, minuiturq́, abominans oleum. Quare & odoratum habent per poros exhalationem admittendo. At sensus omnis tactus est, & Ens hunc habens dici insensatum non potest. In lignis aridis sensus quoq; reperitur, sed modicus, qui non nisi vermium generatione manifestatur, dum calor natiuus nunquam agendi oblitus agitat, viuificatq́ particulam aliquam dispositam magis. At in Foro Iulij sauo gelu exiccantur Oliua, ac deinde germinare stipites sicci visi sunt, quod admiratur Virgilius. Verùm Trabes Palmea, cui pondus superponitur, quasi dolens etiam sursum arcuatur contrà molestiam ponderis. Prætereà omne lignum vi inflexum sibi redit ad positum suum, ergo sentit contrariam positionem inimicam, sicut Animal, euitatquè: Si enim insensatum foret, remaneret sicuti ponitur Lignum igni appositum stridet, ploratq́ manifestè, quia destruitur, & quidem modo suo, non nostro has ostentat passiones.*

B *Lauri folia effugiunt ignem, & resistunt, inflectunturq́ quasi serpentes contra calorem infestum. Cum Calo etiam consensum habent Planta. Heliotropia quidem perpetuò solem inspectat, vertitq́ comas ab Oriente in Occidentem secum, & noctu simul conuoluitur, itaut mane ad Orientem conuersa adpareat. Heliotropiarum genera sunt multa; alia humiles, quæ florem longum habent, granosumquè, alia vnicum florem, figuram solis referentem. Alia in Euphrate nascitur sub aquis, qua manè oriente sole educit comas super aquas, & eleuatur semper magis cum ipso sole vsque ad meridiem, & deinde demittit paulatim fastigium vsque ad vesperum, & sole sub Horizontem meante sub aquâ ipsâ immergitur, & ad circulos suos reuertitur. Plane hæc indicia mirabilia sunt consensus rerum omnium cum omnibus. Tilia quoque, Vlmi, Salices, Populi, & Oliua, dum sol sub Æquatore in Cancrum declinat, semper comas ad Boream flectunt, & Sole à Cancro recedente, vertuntur iterum in Austrum latitudinis motum insequentes, vti Heliotropia, & Lupini longitudinis. Dicere quis posset, ita euenire, quoniam sol ex ipsarum neruis rectis attrahit continuò vaporem rectà extrorsum, & propterea ad se Herbas istas perpetuò spectare cogit; at absque sensu hoc non fit: nam fœnicula euidentibus, rectisq́ donata ner-*

C *uis sic non vertuntur, & illa sectantur motum latitudinis; ista longitudinis, quapropter sensum, consensumq́ inter cælestia, terrestriaq́ entia ponere decet. Nam non modo Leo, & Gallus solaria sunt Animalia, sed Herba, & Metalla, cum Cœlo consensum habent, vt Magnes comprobat, & lapis Plei adas numero, atque dispositione in se notatas habens & alius Lunam, alij alias stellas; Et Animal in Indiâ pennatum reperitur fusci coloris, quod tamen crescente Lunâ augetur colore, itaut in Plenilunio purpureum fit prorsus. At tunc Coloni obseruant illud, occiduntq́, vt pennis potiantur ad vsus proprios, quæ stabilem posteà retinent colorem puniceum prorsus, aliaq́ plura exempla idem docent, ex quibus Veritas Astrologia comprobatur, & Virtus occulta Sapientia, quam Veteres Magiam appellarunt, &c.* Hucusq; Campanella. Esto quod Plantæ sint solisequæ, sint Lunares, Astra quòquòpacto sectentur, & circumuoluantur, Hydroticæ sint, & Pyrophobiæ, pondera prementia vitent, vmbras exitiales abhorreant, vitalem lucem sectentur, similibus conseruatiuis gaudeant, tristentur dissimilibus noxijs, non tamen conuincitur Arbores esse sensatas, quia opera hæc sunt Vniuersalis Naturæ, & opus Natu-

D ræ, est opus Intelligentiæ. Hyeme quiescunt Arbores, & à germinatione, fructificationeq; cessant, sed non potest dici quod dormiant, nisi metaphoricè, quià minimè feriantur à sensibus. Perspirant Arbores, vt internus calor ab aduentitio robur sumat, & nitidus seruetur, & nè ab occlusione pororum impediatur naturalis alimenti distributio in alendas partes, & non vitalem ob necessitatem, quâ cessante sentiens Animal illicò suffocatur: & ideò sunt animatæ simplicissimè tantum, cum ibi sit minima aliqua perspiratio, & ideò Anima dicitur ἀπὸ τοῦ ψύχειν, quod est spirare; non respirant sensibiliter mediante pulmonũ viscere, vel bronchijs voluntariè mobilibus, quod est per ἀναπνοήν. Tribuatur item Arboribus metaphorica visio, mediantibus floribus, iisdemq; adscribatur locutio, nec non & auditio quædam æquiuoca, manuumq; motio per folia, veluti tot aures, totq; linguas, totq; manus, &c. nunquam id poterit rei accommodari, nisi metaphoricè, quemadmodum sacræ nos admonent paginæ, inter arcanos Isaiæ Prophetæ

Gal. 4. de loc. aff. 7.

 phetæ

Iſai. c. 43. & c. 55.

phetæ ſenſus hiſce ſub verbis. *Surdi audite, & cæci intuemini. Omnes Arbores plaudent manu.* Scimus enim admiſſum hoc prouerbiale dictum de Arborihus. *Sepes non habere aures, ſed aurium fabricatores*, dum homines occaſionaliter poſt Arbores latentes, à ſe viſa, vel audita reuelant, quod ſuccedit ex voluntate diuinâ, cum nihil occultum ſit, quod non reueletur. Quod ſi daretur, vires vegetatiuæ potentiæ vegetatiuos excedere limites ſenſibiliter, Stoicorum propoſitio à Plutarcho relata præſto eſſet, *Plantas ſponte quadam Natura, non verò ductu Animæ regi*. Idemq; poſſet dici de Pſitacis, Canibus, Simijs, cæteriſq; Brutis in vocum, & actionum quarundam humanarum expreſſione in ijſdem apparente, quæ ductu ſolius Naturæ ſit, non autem ab Animâ ratiocinatrice pendet, quæ ibi neutiquam reperitur. Mouentur Heliotropicæ Plantæ ad Solem ſe conuertentes motione naturali purâ, & ſimplici, quâ lucis huiuſmodi ſubtiliſſimum ebibunt alimentum. Sic Euphraticæ Plantæ non vnam, ſed duplicem habent proprij temperamenti conſeruandi causâ relationem ad Solem, & ad Oceanum, dum interdiù calidiorem lucem, noctuq; frigidiores tenebras naturaliter perquirunt. Porrò non eſt ſine causâ motrice, etiam extrinſeca, illa foliorum Arboris Memphiticæ, & Arboris Cimbubone, & Pudifetanæ Indicæ fugacitas, atque Memphiticæ Plinianæ caducitas, nam halitus antipathici per aerem moti ſimpliciſſimo appulſu poterunt fortè contractionem foliorum, caſumq; fructuum incitare. Diſſimiles formarum vires in materiebus longè diuerſis ſe inuicem oppugnantes effectus violentos, ſeù extraordinarios edunt: Et ideò naturales Inimicitiæ vel vitiant, vel ſubſtrahunt irreconciliabiliter alimentum; vt ex aduerſo Amicitiæ condiunt, melioraq; reddunt ſemper nutrimenta quæuis, quemadmodum his carminibus à nobis fuit expreſſum

in 2. de An. & 5. plac. 26.

Theophr. l. 4. Hiſt. Plāt. c. 10. id. l. 4. H. Pl. c. 3. Acoſta, & Monar. de Mithol. Gomar. in relat. Plin. l. 13. c. 10.

Quæ ſapiunt, nutrire valent, ingrataq; mactant. - Se ſociant Stirpes, diſſociantq; ſimul.
Longa dies Homini docuit parere Leones - Stirps verò haud cedēs ſpernere cūcta ſolet.

Lignorum innumerabilis varietas in qualitatibus omnibus, tum primis; tum ſecundis viſiuis, tactiuis, olfactiuis, auditiuiſq; vnà cum tot varijs ſtructuris, ſubſtantiæq; modis, vbì ſtaminoſa v. g. conſtituitur habet facilius ſcindi, & vbì minimè venoſa, neruoſaue eſt fractionem patitur faciliorem. Arboreum compoſitum viuens propria quidem habet organa formæ propriæ inſeruientia purè vegetatrici, non autem ſentienti, & multò minus intellectiuæ. Habet ſua Dermata, & Epidermata, veluti faſcias totius conſeruatrices, Ventrem, ideſt caudicem, tanquam caloris natiui maius receptaculum; Brachia à Grecis *Artemone* dicta, Humeros, Axillaſq; Græcè *Maſcales* ad expanſionem fructuoſitatis; Digitos, ſeù calamos *Thalos* Græcis à verbo θαλλειν, quod eſt vireſcere pro multiplicatione faciliori ſpeciei, immo & indiuidui conſeruatione quadam admirabiliore, qui dici quoq; poſſunt Surculi, ſiuè Germina à generando dicta, quorum Embriones Gemmæ dicuntur, & Oculi, ſecundum Feſtum Pompeium, quia occulta promant; Artus tandem minores, quos Græci ἄκρα dixere, ſunt quaſi vehiculum, & retinaculum ſimul alimentorum vlterius ſemper depurandorum, donec ad vltimum Termitum, ceù Terminorum Terminum peruenerint; nam Termites alio etiam vocabolo Spadices, vbi nō amplius diſtrahitur alimentum, dicuntur, & Ramuſculi ſunt cum fructibus adnexis, quorum mentionem fecit Lyricus *Germinat & nunquam fallentis Termes Oliuæ.*

Ant. Mizald. in Dēdranatome.

Epod. 16.

Sicq; probatum, confirmatumq; remanet abundè in Via ipſius Ariſtotelis, Philoſophiæq; veteris verioris Arbores, & Plantas animatas eſſe, & Anima quidem Vegetatiua tantum, minimè autem Senſitiua, & Intelligente, viuereq; ad modum infimi Animantum ordinis, proximè autem ad ſecundum eleuatiorem, & ſuperiorem ſenſitiuorum accedere, in cuius gratiam, ſed Hominis primariò, creatæ fuerunt à ſupremo rerum omnium Conditore, cuius Bonitatis infinitæ nutu conſeruantur omnia. Quibus omnibus veriſſima comprobatur Animæ definitio, per Actum corporis Phyſici organici, potentia vitam habentis; & quod eadem Anima verè ſit tota in toto, & tota in qualibet totius corporis parte; & præcipuè in Plantis, in quibus illa vbiq; nutrit, auget, ac generat. Illa tamen diuiſibilis eſt in tot partes, quot eadem actuat, quæ ſeparatæ ab alijs, & inſitæ, vel plantatæ viuunt, quod non eſſet, vt ait Angelicus Doctor, niſi remaneret in eis Vita, & per conſequens Anima, quæ eſt principium viuendi; & ideò in Plantis Anima, quæ eſt actu vna, eſt potētia multiplex. Hac Veritate firmata ſublimis nobis inſurgit animus particulariū Arborum abſtruſiora ad explorandum Documenta. —— *Per quæ aſpera duro.*
Nititur ad Laudem Virtus interrita Cliuo.

lib. de Anima.

Euripid. in Iphigh. Sil. Ital. l. 4.

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRITII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ,
Libri Primi, Tractatus Secundus
SYLVA GLANDARIA
De Quercu. Cap. I.

DIGNITAS, ET PRÆSTANTIA.

C

PLANTARVM Maximas, Aruorumq; Decus eximium, & Robur ARBORES ſpecificè dum ſcandimus à Quercubus iure meritò ſumpſimus initium; non ſolùm quià cœteras omnes Arbores hæ virtualiter, & eminenter continere, (vel ſolo δρῦς nomine inſpecto, illarum proprio cunctis alijs communicabili) videntur; ſed eò maximè, quià Quercus omnium Arborum vetuſtiſſima exiſtit, vbique Gentium obuia, atq; Digniſſima. Quercus itaq; Stellis quoq; primæuior ipſis poſt Aquarum, & Telluris exactam inanitatem, chaoſq; diuiſum magnæ ſuæ Matri Gramineæ in primis effectæ, & Syluefcenti arctiſſimè iungi cœpit, Vniuerſi Optimo Creatori, atq; Omnipotenti obſequentiſſima, fructum proprijſſimè faciens, atq; ſementem ſimul totaliter in ſemet ipsâ, cum illius fructus totus, & integer ſit ſemineus abſq; carne extimâ, oſſibus, atque puluinis. Illa eadem antè, & poſt Hortenſium Pomorum Paradiſi Voluptatis primam Diuinam Plantationem nullam legalis repulſæ paſſa eſt ſortem, quinimmò in aureâ Mundi ætate priſcis Hominibus pro Patria, Menſa, & Cubili diutiſſimè perſtitit ſola.

D *ἢ κριῶν τὰ ἱδρυσε καὶ πατρίν* — *Sylua domus, cubilia, frondes:*

Quercus antè data Cereris quam ſemina vita.

Hæc vbiq; Terrarum robuſtiſſimis pollens membris ad infinitam æternitatem quodammodò (liceat hîc Vitruuianis vti verbis) duraturis, omnia, & quæcunq; Ligna Syluarum pro ædificandis, & conſtruendis machinis quibuſcunque, & ædificijs Hominum longè vincit, & ſuperat. Nam vt Doctiſſimus inquit Goropius, *ſunt aliæ quidem duriores, ſed quantò duriores, tantò breuiores, & fragiliores in ponderibus ferendis, vt Buxus, Cornus, & Ebenus; quas enim trabes ex his in magnis ædibus tabulato cuiquam amplo ſuſtinendo parari poſſis? alijs longitudo eſt, at durities abeſt, vt abieti, & ſimilibus in alijs denique, alia deſiderantur; vna QVERCVS eſt, quæ omnes bona, probaq; materia numeros explet; in mari nihil firmius, in terrâ nihil perennius. Quæ enim materia ad conſtruendas tutiſſimas naues aptior?* Nonnè virens multa durando ſæcula vincit,

Tem-

Iſid. etym. l. 16. c. 5.
P. Val. Hier. l. 51. f. 375
Iabol. in L. Sylua, & in L. qui venenum ff. de verb. ſign.
D. Hier. ſup. Amoſ. c. 3.
Geneſ. c. 1. & 2.
D. Ambroſ. in Examer.
Homerus
Virgil. in culice Vitru. l. 2. Archi-tect. c. 9.
Gallicorum l. 5. p. 141.

Temporumq; voraciſſimorum dentes temnit, vt in Ilio quondam oſtenditur ex Plinio? non nè,& ſicca in profundioribus locis lapideſcens mori eſt neſcia? idq; ſuis exornarunt fabulis Poetæ dùm Iouis illam aſtitiſſe cunabulis confinxerunt, ipſamq; Deucalioni, & Pyrrhæ Chimæricis eorumdem HumaniGeneris duris inſtauratoribus conſulta dantem ſunt commenti; quam tamen Ciuilium Gratiarum Aſylum, Auctoritatiſq; naufragantis Portum aptius conſtituerunt, canente Claudiano

Læta ſub ingenti requieſcit Gratia Quercu.

Verùm certiores Quercui laudes naturalibus ab rationibus aduenire par eſt vt exiſtimemus; cui tanta ſubſtantiæ obtigit dignitas, atq; præſtantia, vt nullum illius detur excrementum quod ſuauitate, pulchritudine, prætioſitateuè non ſit admirandum, ac virtute ingenti præditum, vti plectra Poetarum, atquè ſed Hiſtoricæ veritates id proferunt, *& duræ Quercus ſudabunt roſcida Mella*. Botanici omnes inſuper fatentur ipſam integra natalia, vel ſaltem pabula læta pluribus vegetantibus non ſolum, ſed ſentientibus mixtis concedere; nemo non videt illius folijs, ramis, brachijs, artubuſq; ſeriò adhærentes Gallas, Coccos quamplures, varioſq; Fungos *βώλοι* candidum, moſchum etiam odoratum, Dryopterim herbam, Chamædrym, Dryophonon, Viſcum, Polypodium. Probè item aduertentis auribus non erunt ignoti Thurri vermis rauci ſonitus, Dryni ſerpentis vigilantiſſimi radicum cuſtodis ſibili; Pici Martij Dryocolaptis ictus, qui *duro fera robora roſtro-Figis*. Cenchridis demum, Quercerellæ ſcilicet Auis tinnitus. Quorum pleraq; Herberianus Poeta Codrus eleganti hoc Carmine inuoluit.

Non tamen ignoras nullo de ſtirpe venire
Vſibus humanis quot bona QVERCVS habet.
Nam præter veterum Glandes alimenta virorum,
Dulcia & à duro Robore mella fluunt.
Hinc Cachrys, Boletus & hinc, & Agaricon, atq;
Galla colorandis pellibus apta venit.
Adde quod hinc fiunt vſum præſtantia lychnis
Vellera Palladio, quæ ſine rore micant, &c.

Pliniana huc equidem ſpectare poteſt in naturalibus hiſtorijs ſententia *Glandes*, ſcilicet, *opes eſſe nunc quoq; multarum gentium etiam in pace gaudentium*. Sed Supremas, ſuperq; naturales ſeriò veneremur Quercus prærogatiuas in vna hac illius conditione quum Sanctiſſimo Humanæ redemptionis Inſtrumento Cruci nempè S. D. N. I. C. materiam adorabiliſſimam ſuppeditauit, cuius minimum præludium, exiguaq; & vmbratilis imago fuere Sceptrũ Abimelecheum in Sichen, Fauoreſq; Angelici in Ephra veteris Teſtamenti. Hanc ergò Arborem primam Panificij matrem, totiuſq; Bonitatis Ideã, à qua *πᾶν τοῦ παντός* deriuat pro primo noſtræ Syluæ Glandariæ Termino Antemiſſo iuridicè habeamus, cui quidem termino reali conſentientia nomina proximè admouere decreuimus.

Plin. l. 16. c. 44. Vir. Æn. l. 3 Homerus Plutarc. ſymp 7. pl. 4 Alex. ab Al. D. G. lib. 5. c. 10. Luc. flor. Ep. 2. Virg. Ecl. 4. Obſeru. noui orbis f. 493. Plin. l. 16. c. 8. Io. du Choul de Querc. Var. Hiſt. c. 16. Ouid. 4. metam. Aldron. omith. T. 1. l. 12. c. 30. & l. 5. c. 6. Codrus Vrceus in l. Ep ad Querc. l. 16. c. 5. Io. Gorop. in Vertumn. in Gallic ſeilicet pag. 22. Alphonſus Ciaccõ. l. de ſignis inu. c. 30. Homer. l. 8. Iliad. Sicul. flau. cond. agr.

E F G

NOMINA, ETYMON.

Latinum *Quercus* Nomen à *quærendo*, ſeù à *Quæſtu* deduci potuiſſe non eſt obſcurum, cum *Querquus* etiam vox perantiqua à *Querquero* verbo, quo eadem Arbor ſecundum Auctores non contemnendos deſignatur *Magnum* ſonet; eademq; nupera voce Italica *Quercia*, *o Rouere* firmitatem, & robur inuoluat. Gallis autem *Roure*, *& Cheſne à quaſendo* fortaſſis obſoleto Latinorum verbo deriuet, cuius particula ſola *Quæſo* deprecatiua intacta remanſit apud omnes, licet in Lucretio legatur quoq; *Quæſit* in illo Carmine

Nam diuum pacem votis adit, & prece quæſit.

Itaut non niſi bona apud omnes, & tam præſentia, quam futura ſignificentur. Hiſpanis propterea nuncupatur *Enzina Arbol*, *Quexigo*, & *Enzina de bellotas grueſſas*. Germanis *Eit*, vel *Eychbaum Hageych*; Belgis *Roercon* ob ſaluberrimum quem excitat ignem, quod non ignoraſſe Theocritum Plinius aſſeuerat. Haud ineptam quoq; nomenclaturam Quercus à patria ſua lingua Teutonica Goropius affert; dicit itaq; nomen Quercus componi, vel ex *VVes-cout*, quo denotatur id quod à frigore defendit, vt Lignum maximè

Auctores Aduerſari. L. 5. de nat. rerum. Cluſius l. 16. c. 16

H

A ximè Querneum; vel ex *VVesthout* quasì *Questhout*, quod importat hunc sensum, videlicet Arborē Quercus ad quæuis opera cōficienda esse opportunissimā. Quercus autem Græcum ὄνομα duplex est, alterum à proprietate quadam Arboris ipsius Δρῦς à verbo δρυῶ, quod est Erumpo, pullulo, vt Hesychio placet; alterum autem σαρωνὶς à loco natali harum felicissimè fœcundo, hisq; pulcherrimè coronato secundum Plinium ex Callimacho, *sinus saronicus olim Querno nemore redimitus, vndè nomen, ità Græca antiqua appellante Quercū*; Pausanias tamē à Sarone Rege, qui post Athicū Atlepiæ Marinæ Regioni Corinthiacæ imperauit dictā vult Quercum Græcorum apud vetustiores. Sed primò omnium Hebraicè Quercus dicitur *Al-lah* à fortitudine; *Ela* etiam, *Elon*, *Allon*, & *Alla*, quæ voces venerationem, & mysteria non pauca important. Sed hic mihi haud modicum mirari contingit, quomodò intendat Goropius *al* Hebræorum, ex eo Glandem significare, quià illius Teutonica vox *heil*, qua salutem significari tradit, Glandem primitus connotat, nam sūmam suæ linguæ iactare volens antiquitatē quamplura gratis effundit; sed minore idem vsus est impropriet ate, dum *Glandis* nomen Arabicū *Bulot*, *Chullot Hulletuè* à suo *VVal-not*, quo *nux saltuū* indigitatur, corruptè proce-

Plin. l. 4. c. 5
Callim. Cyren. in Hymn. ad Iouē.
Pausan. in Corinth.
Symphor. Hort. l. 2. c. 2

B dere ostēdit, à quo etiā non aeq; benè *Balanum* Græcā dictionē, cum sensu deijcibilitatis contendit eruere. Quercus mox considerata specialiter magis, atq; particulatim plura nobis obijcit nomina, & tam simplicia, quam composita, & mixta consideranda; huiusmodiq; nomina ex confusione Quercus cum Robore magna ex parte oriri posse fatendum est. Hinc Quercus specifica à Quercu Generica, atq; à Robore Quercus duriori specie contradistincta, necnon pressius etiam pro nobiliori eiusdem speciei specie perpensa *Arbor Iouis*, Quercusq; mansuetior, placidior, clarior, Hemeris, cuius fructus cocti edules sunt, velut castaneæ, vndè Robertus Constantinus in Theophrastum, illam vocari apud Italos notauit *Ghianda Castagnola*; Arcades illam eandem Auctore Theophrasto ἡμερὶς δρῦς idest *Veriquercum* dixere, & *Dulciglandem*, cuius peculiares notas totius Arboris ità descripsit Plinius *in ipsis verò Arboribus, quæ maximā fert* (supple glādē) *Hemeris vocatur breuior, & in orbē comosa, alasq; ramorū crebrò cauata*; hāc Haly Abbas Arabs Medicus *fulusti* appellatione mallet indigitare. E cōtrà Genus Roboris generalissima sub Quercu cōsideratū, tanquā implacida, & agria Δρῦς ἄγρια, hoc est agrestis, & du-

Plin. l. 16. c. 5. & 6.
Lib. 3. c. 9.
Ἡμερὶς placidū ex vers. Gaza
ἡμερα est Dies.
Clus. rar. pl. H. l. 1. c. 13.

C rior Quercus *Roble* Aquitanicis vocari Clusius scribit, cuius fructus, tā legitimi, quàm nothi ex eâ nascentes à bonitate Quercualium placidiorum longè deficiunt, Plinio scribente, *sed & Boletos, Suillosq; gulæ nouissima irritamenta, &c. Quercus probatissimos, robur autem noxios*. Dura itaque Quercus robur .s. densa, ponderosa, ferro intractabilis, Germanis propriè dicitur *Stein Eiche*, seu Petrea Quercus, à Doctissimis prætereà Viris vocata est *Trislepra*, vel *Trislipa*, hoc est *intermissaria*, vel *trisquamia*, quia corticem inter squammas spargit, & rumpit. Nec defuere, qui Robori nomen *Haliplai* adaptarint, quià parum felix deprehendatur, respectu quam maximè Quercus propriè sumptæ, tanquam deterrimæ Roborum omnium speciei in omnibus ingratissimæ, quæ *Salsicortex* quoq; appellata est, atq, *Acardion*, hoc est omni suauitate carens, cordeque manca, & insuper fulmini obnoxia, Ædificijs inutilis, Carboneq; deterrimo. Quod spectat ad Quercus, & Roboris partes in medium nominaliter proferendas; Radices in primis altæ, nigræq; *Melandrya* dici exposcunt, quasi noctem sub tellure inuoluentes; Fructus in genere βάλανος Græcè appellatus à caducitate, vt dictum est, à Ruellio definitus, quod sit crustaceo cortice glabro, cum tenuiori pelliculâ intus, substantiam panifi-

Lib. 16. c. 8.
Trag. l. 3. de St. Hist. c. 70.
Ruell. l. 1. de nat. st. c. 86.
Theophr. l. 1. de H. stirp. c. 9.

D cio aptam immediate cōtinente, habens exterius quoddā conceptaculū Arbori mediante pediculo, adhærens illudq; nomina particulatim varia sortitur, nam capulum aliqui à capiendo, & *Canū* dictū, & *Calycē* voluere, illudq; officinæ seplasiariæ dixere *Cupulam*; Græcè ὀμφακὶς ab ὀμφή, quod est sors, & à κῖμα, id est à fuligine nūcuparunt, quià pānis atro colore tingendis aptissimum à Sophocle in Antigone præcipuè est habitum. Eadem prorsus ratione Quercus illegitimus fructus *Galla* vulgò, & communiter dictus, vel per antiphrasim in effectu, vel à leuitate summâ dicitur κηκὶς, cuius quæ minor est, & in adstrictione, necnon pro inducendo nigrore valentior ὀμφακῖτις dicitur, quæ verò maior, & inertior ὀνοκηκὶς, quasi asinina galla meruit appellari, sic aliæ hisce affines Nugæ quodammodò Naturæ variæ, atq; diuersæ, varijs, atq; diuersis nominibus indigitantur, quarum priores *Cachrya* à Plinio pilulæ inertes, & *Amenta* ab alijs vocitatæ fuere; quas turba magna subsequitur, quemadmodum *oblongæ Gallæ sessiles*, *seu squammata Galericu-*

Lib. 1. c. 11.
Paul. Ægin. l. 3. c. 42.
Plin. l. 16. c. 8.

riculata, Vmbilicata, Angulares, Vua ſublimes, Vua radicum, Racemoſa, Gemmatæ foliorum Cornuta, Radiata Echinata, Lapidoſa, Punicea, Pileiformes, Tuberculoſa, Foraminulenta, Capillata, Tomentoſa, ſeù Lanata, Pumicoſa, Nuciformes Floſculis intus refertæ mollioribus συκαμινώδεις *moroſimiles* διδυμώδεις *Veretriformes*, & *Taurile* caput Ταυροκέφαλον imitantes, ſpurietatem omnes præſeferentes, cum in dubio ſit, an Quercus ex putrilaginoſo, licèt viuo, & ſentiente verme, an ab alio improprio patre illegitima mater huiuſmodi vegetantia protulerit, quæ prouinciali antiquâ voce *Bozzacchioni*, quaſi præternaturales, & ſpuriæ protuberantiæ fuere dicta. Sed quantum ſingularia promeruere nomina ad ignominiam pſeudo fructus Quercuum recenſiti, tandem ad Gloriam peculiarium nominum amplificatorum iuridicè expoſcunt exotici veri fructus, vt Glans illa maxima à Cluſio præexcellentiſſimo Botanico obſeruata, cuius Calyx ſeſcuncialis latitudinis, & parum minoris profunditatis erat Anglicè appellata, *VVindegna de eaovv*, & apud Virginianos *Mangumenauck* Glandes item Americanæ quinque ſpecierum *Sagatemener*; *Oſamener*, *Punicbener*, *Sappumener*, *Mangumenauck* quarum primæ tres torrefactæ primum, & aquâ maceratæ dulce dant oleum per expreſſionem, immò, & panem, præcipuè tertia; reliquæ duæ cibis tantùm vilioribus inſeruiunt. Adeſt præterea Glans *Chequinquammins* Virginianorum panis, & potus, nobilibus quoq; præbens vſum. Aliorum excrementorum adſunt, & nomina leuiter ſaltem indicanda, vt Pannus arens muſcoſo villo canus, non in cortice modò, verum & è ramis depēdens cubitali magnitudine iuxtà Plinium qui σπλάγχνον à neotericis appellatur *Sphagnos* & *Bryon* à Plinio deductū à βρύω quod eſt grauo *Hypnon* Aetio *Axnec* & *Vſnec* Arabibus. Gallis *Mouſſe*. Germanis *Mooſz*. Italis *Moſco*, *herba tenerella*, quæ licet vbiq; reperiri poſſint, in Quercu tamen principaliter cōſideranda veniunt hæc omnia, tū quoad magnitudinē, tū quoad virtutē reliquis excellētiora; quod intelligi quoque debet de Viſco Arboreo additamēto omniū aliorū ἰξὸς Ariſtoteli ἰξία Theophraſto; *Hyphear* Arcadibus; *Stelides* Euboicis. Vocem autem hanc Græcam ἰξὸς à verbo græco ἴσχω deductam eſſe voluerunt eruditiſſimi viri, quod verbum ſignificat iuxtà Ponticum Virunium quamplurima ex Homero, Euripide, Apollonio, & alijs hoc eſt, Porto, Vado, Dirigo, Habeo, Cuſtodio, Teneo, Impello, Poſſideo, Seruo, Defendo, Fundo in vndis, vndè quamplurimæ Viſci Quercini virtutes in apertum prodire poſſent, non tam plantæ totius, quam fructus arte compoſiti ideſt illius glutinis, cui Poeticum epitheton *Quercus ſudoris* adaptaretur cuncta validiſſimè retinentis; quò ſpectat illud ingenioſum ſatis Goropij Vertiloquium in voce viſci ἰξία, nam inquit iſte Viſcum ex *VVios - eon* apud Germanos fieri notis ſignificantibus conſecrationem, dilatationem, vel expiationem, quibus ad Sapientis notam alluditur qua ſeipſum non modo cognoſcere oportet, ſed cæteros quoq; qui ſapiens cæleſtibus dotibus ornatus eſſe cupit. Æquum igitur eſt, vt Æquiuoca hîc Quercus, & Denominata recludantur.

ÆQVIVOCA, DENOMINATA.

Iudicium quod ex cognitione dependet nunquam metiri ſuo modulo, ac pede quidquam poterit, niſi rerum exacta præceſſerit diſtinctio; hæc autem per ſublatam æquiuocationem, denominataq; certa producta firmabitur; Omnes itaq; Denominationes vagæ Quercuum, Roborumuè, & earum partium ſcientificam ad Normam ſic redigentur; Nullum in Botanica Doctrina faceſſat Negotium Medica Glans, propriè ſuppoſitorium Chlyſteris ſuccedaneum; Glans impudica, membri virilis caput, Legitima ad naturæ munia, & ad meiendum tantum ſit parata. Glandulæ viuentium Animalium partes adipoſæ, parenchimatoſæq; viſcerum principalium ſubſternicula, vel emunctoria ſaluberrima ſunto; illas Heluonibus coctas partiatur ad libitum Apitius.

Partitur Apri Glandulas palaſtritis.

Glans militaris, Plumbum ſcilicet, quod olim Glandis ad inſtar efformatum ab Antiquis loro alligatum in Hoſtes torquebatur, iterumq; retrahebatur, in his noſtris non militet ſpeculationibus; nihilq; iiſdem officiant plumbeæ ſimiliter Baliſtarum olim Glādes, quæ & fundis tanquam miſſilia contortæ proyciebantur, de quibus Scriptores vetuſti atq; Poetæ hæc prodiderunt. *Pars eminus glande, & lapidibus pugnare, &c.*

Theatr. m. f. 156. *Gaud. Merul. l.* 3. *mirab. f.* 141. & *l.* 4. *f.* 334 *Cluſ. l.* 2. *exot. c.* 16. *n.* 21. *Jonſton. l.* 4. *Hiſt. nat. Arb. c.* 1. *artic.* 2. *Lib.* 16. *c.* 8. *L.* 12. *c.* 23. *Tetrabibli* 1. *Ser.* 1. *ſ.* 3. *Hiſt. Gener. pl. part alt. lib* 11. *c.* 59 *Ariſt.* 1. *de Gen. Anim. capite* 1. *L.* 3. *de Hiſt. pl. c.* 9. & 16 *Bauh. in Pinace l.* 9. *ſect.* 4. *In annot. M.S. Lexici græci ap. me Goropius. Gallicor. l.* 5. *in fine. Menander. in Thraſyleonte ap. Stob. Hiſt. l.* 1. *Ethic. Horat. l.* 1. *ep.* 8. *Cornelius Celſus l.* 4. *Martial. l.* 3 *ep.* 81. *Saluſt. in Iugurt. Virgil. l.* 7. *Æn. Stat.*

Pars

—Pars maxima Glandes — Liuentis spargit plumbi.
Glandibus, & tortâ Zephyros incidere fundâ.

Glandem itidem plumbeam, quam Neoterici nacti sunt, terribile non Iouis, sed Ditis potius inexorabilis fulmen, è militaribus tormentis puluere pyrio impetuosissimè actam, ad Hominum, & lapidum quoq; perniciem adinuentam literariè non pertimescamus, quam sic describit elegantissimè Spinula.

Glande nouum ex aere inuentum quam fistula mittit
Qua caruere olim secula prisca malo.

3 Poem. 2.

Cum Glande æquiuocat quoq; ferramentum illud oblongum, quo clauduntur fores in extremitate sui formam Glandis referens, Italice *Catenaccio*; item & laternarum apex Glandis nomenclaturam obtinuit; sed nec minimum hæ nos remorentur. Glandium sibi arrogãtes nomina Conchæ quædam marinæ, in Normannia, atq; Britannia ad esum expetitę, quę, nostro non innatabunt atramento. Porrò Glans Iouis Nux: Sardiana Glans Castanes; Vnguentaria Glans, vulgò *Ben delli Profumieri* suos Balanophagos, & Balanistas, idest Glandium comestores, & collectores separatim habeant. Querqueram, hoc est insignem, & magnam feruent in quibuscunq; generibus conditionem, seu attributionem Quernea, Quercea, Querconia, Quercica, Quercina, Querculana, Quercena, Querqueta, Querquetulana; item Roborea, Roburnea, Robustea, Robusta nec perperam. *Querquera consequitur febris capitisq; dolores*; Quercerella est rapax auis; Querquedula volucris amphibia; Querculus Chelydrus serpens; Syriaca Quercus frutex Rhu Opsoniorum; Quercula, trissago humilis herba non infimæ fortis; & quoniam â Quercu Querna Consilia, hoc est firma, prudentia, salubria prodiere, propterea Querceta Romæ Romulea duo in Vrbe quadrata Asylum à duobus lateribus stipantia id connotarunt. Mons Cælius maior Romæ, nunc celebris Basilica Lateranensi vocabatur olim Querquetulânus ex Tacito. *Haud fuerit absurdum tradere montem cum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis sylua frequens, fœcundusq; erat, mox Calium appellatum.* Hinc Marianus

Quercubus ac Tuscis fuerunt hîc omnia plena.

Aldrou. l. 3 de Testac c. 73.
Musaeum Vormianũ l. 3. c. 6.
Musæũ Moscardi l. 3. c. 45.
Antido. Bononien. in fab. stit. & decl.
Lucilius Fabianus Nardinus in Roma antiqua lib. 5. c. 12.

Inter XXXIV. Vrbis Portas olim quoq; numerabatur Querculana, ità dicta, quod Quercum proximam haberet ingentem, atq; feliciter ominatam; sic à Quercu Vallis Syria denominationem accepit, licet alij à Terebintho id voluerint euenisse, cui quidem contigit Philistæum Gigantem à Iessææ prolis inuictissimo iuuene Dauid. Quot autem Viri Familiæ, & Genti, Regionesq; aliæq; res Latinum Quercus, & Roboris nomen gloriosum sibi obtinuere? Quercens in primis nomen proprium fuit strenui militis, de quo Virgilius *Continuò Quercens, & pulcher Equicolus armis.*

Alius itidem Vir doctus eodem Quercentis nomine apud neotericos est insignitus, ad quem Codrus Vrceus Poeta Epigrammata scripsit, & est forsan ille, qui Iulius prænomine scripsisse fertur in Hexameronem. Sed & Quercentum nomine Ruuereios appellauit Mantuanus ad Iulium II. Pontificem eiusdem Familiæ gentilem scribens

Maxime Quercentum Princeps, & Summe Sacerdos.

Annal. l. 4.
Ruin. R. l. 3. ep. 133.
Al. ab Al. D. G. l 4. c. 16.
Plin. l. 16. c. 10.
l. 9. Æneid.
in Præcinio ad Iul. II.

nec minus Rouerellani Illustrissimam Prosapiam nomine tenus indigitauit Roboris eadem Arbor, Quercui re ipsa magis quam simplici nomine identificata; Vndè Quercetana Familia literarum gloria famigeratissima suum Iosephum Quercetanum Medicum Regis Galliarum Pharmacopoeæ Dogmaticorum restitutorem celeberrimum iactat, atq; eiusdem Gentilem Eustachium Quercetanum, qui scripsit Acroamaon in lib. Hippocr. de nat. Hom. & Scholia in Gal. de Temperam. Celebratum à Ioanne Dubrauio legimus Venceslaum à Quercu ob nonnullorum fossilium in agro proprio Sterembergensi studiosam, & elaboratam inuentionem, atq; liberalem in amicos, elargitionem, à quo Gulielmi de Quercu Theologi mentionem factam comperimus, qui Ioannis Tritenhemij de Scriptoribus Ecclesiasticis appendicem edidit; Leodogarij pariter à Quercu apparent enarrationes, & annotationes in varia Ciceronis opera typis oporinis 1553 Basileæ. Legitur & Sylua sententiarum ad Chirurgiam pertinentium Authore Matthia Naruatio *Curuaquercu* Antuerpiæ apud Theodorum Lindanum 1576. 8. Nicolaus insuper Querculus Poeta Hexasticorum Moralium libros duos edidit Parisijs typis Reginal. Calder. 1552. Certum est Roboris Arborem cum fortitudine æquiuocare, nec mirum est reperiri Ciuitatem in principio Germaniæ in finibus Tridentinorum apud

Athe-

Atheſim fluuium, quæ Roboreti nomine inſignita facilè innuere nobis videtur, quod

Bapt. Pius — *Iura patrocinij Germaniæ fortis adorat.*

Eodem nomine, & eâdem fortaſſe de causâ Venetæ ditionis oppidum Cremenſi in Diæceſi fuit donatum, cuius incolæ Roboretani dicuntur Abduam fluuium, & Cremonam Vrbĕverſus ad Orientem, vt videre eſt in topographicâ illius Regionis Tabulâ. Ità & Franciſcus Robortellius Vtinenſis Vir literatiſſimus indè cognominatus eſt. Ab Eſculo præterea Quercus, ſeù Roboris ſpecie Ciuitatis Aſculanæ nomen, quæ olim Eſculum dicebatur, deriuauit ab Eſculis ibi copioſiſſimis, vt ex antiquiſſimis ſcripturis, & illius Priuilegijs Othonis II. Imper. anno 983. Othonis III. anno 993. Henrici III. anno 1043. liquet, quorum exemplaria paucos ante annos mihi contigit videre incomparabili benignitate Illuſtriſs. & Reuerĕdiſs. Conſanguinei, & Domini mei Colendiſs. D. Petri Bargelini illius tunc Ciuitatis Gubernatoris ſapientiſſimi, &c. nunc Archiepiſcopi Thebarum, Nuncijq; Apoſtolici in Sabaudiam acceptiſſimi; ab hac Ciuitate proceſſit Io. Eſculanus de Eſculo dictus Ordinis Minorum, qui vixit Anno D. 1270. & ſcripſit Sermones de tempore lib. 1. ſermones de Sanctis lib. 1. & alia plurima; poſt quem floruit in eadem Religione Hieronymus Eſculanus ille, qui ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. & plures in Bibliorum volumina Commentarios edidit, ac tandem in ſede Petri Nicolaus IV. dictus eſt. Præter hos Eſculei cuiuſdam Aſtronomicus liber extat de Aſcenſionibus. Nec aliter Villa quædam in Agro noſtro Bononienſi iij, vel iiij. ab Vrbe diſtans lapide Farnetum à copiâ Quercuum magis ſylueſtrium, quæ Farnæ dicuntur, sũpſit appellationem; ab hiſce quoq; Arboribus cognomen traxiſſe conijcitur Cuthbertus quidam dictus *Farnenſis* in Hiberniâ natus, qui claruit anno ſalutis 687. librumq; de Vitâ Monaſticâ ſcripſit. Sed ad Roboris vocem iterum reuerſi, dicimus ipſam pro ſermone aſpero, & duro accipi quandoq; poſſe, in quem ſenſum cecinit Virgilius,

Abr. ortel. in Theatr. orb. ter. — *Strabo. Georg. l. 5.* — *Georg. l. 3.*

--- Cape ſaxa manu, cape robora Paſtor.

Idem inſuper Roboris nomen Supplicij, ac cruciatus genus quoddam Antiquis in vſu ſignificat, Robor propriè dictum, quod fortitudinem omnem à miſeris demere potens erat; hinc Plautus *At ego faciam vt pendeas, nam in Robor te totum dabo.*

Et Lucretius *Carcer & horribili de ſaxo iacta deorſum*
Verbere carnifices, Robur, Pix, lamina tæda.

In Curculione — *Lib. 3. de nat. rerum.* — *Lib. 4 Ann.*

Tacitus quoq; de illo non obticuit, *Robur*, dicens, *& ſaxa miniſtrantium*, quod Tormenti genus idem cum equuleo exiſtimabatur, in quo ſontes inſidentes miſerrimè torquebantur. Alij locum eſſe interpretantur in carcere, quem Cataſtam nominabant, conteſtum robuſtis clauſtris in duo diuidentes in Tullianum, & Robum, de quorum altero Saluſtius, *eſt locus in carcere Tullianum appellatum*, quarũ machinarum aliquot perquirentĕ curioſius illarum veſtigia noſtris etiam hiſce temporibus non laterent, vt alia quoq; multa, quemadmodum Roboraria, quæ Romæ in vſu erant, & fuere quædam Septa ex tabulis Roboreis fabrefacta, intrà quæ Animalia, tanquam in Viuario alebantur. Immò & villæ, ac Ædificia quælibet Roboraria nuncupabantur, quia Roborea ſepiebantur materiâ, antequam mœnibus cingerentur; ipſa demùm Palatia, & Turres Robora pro ſui totali agnoſcebant ſtructurâ, & compoſitione. Duriſſimo itaque, admodumq; difficili, arduoq; ad laborandum ex Robore Palatia antiquitus fuiſſe denominata non eſt qui dubitet, nam *Phala*, ſiue *Fala*, erant Turres ligneæ ab altitudine dictæ; voces enim huiuſmodi *Falantum*, ſiuè *Phalantum* Etruſcâ Linguâ Cœlum ſignificabant ab Hebraico, quod mirabile, difficile, arduum ſonat; & ideò Palatia antiquitus dicebantur *Phalantia*, quià erant veluti tot Turres ligneæ ex lignis ferè totaliter fabricata; à quibus *Falarica*, id eſt tela Miſſilia fuere denominata, quæ Andina Muſa ſic memorauit *Sed magnum ſtridens contorta Falarica venit*
--- Fulminis acta modo, &c.

Aul. Gell. noct. attic. l. 2. c. 20. — *Ex Nonio. Ianus Laurenberg. in Antiquario lit. T. ante A.* — *Vir. Æn. l. 5*

Reliquum modò eſt, vt græcas Quercuum amphibologias, partialeſq; denominationes proſequamur; dicimus itaq; omnes Arboreos fructus, generaliſſimè licèt denominatos, à græco nomine Quercus *Drycarpos* dici, & dum ij præ maturitate caſuri iam iam ſunt *Drypetes* indigitari; qui verò lignoſo putamine ad extrà teguntur intus herbaceâ mollitie præditi *Aerodryorum* nomenclatura donari, cum hac animaduerſione quod hiſce ſimpliciter non eſt vtendum in ſingulâ quaq; ſpecie fructuum nominibus abſq; differentiali, & diſtinctiuo aliquo additamento; huiuſmodi etenim voces indefinitè prolatæ

A latæ de vnicâ Quercu per quandam antonomasiam verificantur, vt *Dryites*, quasi lapis Quercualis, Quercuum scilicet figuras in seipso retinens; *Dryocolaptis* à nomine δρῦς, idest Quercus,& κολάπτω, quod est Cudo,sculpo,de Pico martio lignū Querneum terebrante.*Charadryos* similiter auis Vpupæ similis capite ad Quercum relato; & sic de cæteris omnibus rebus,vt quando Tabulatum,seù sepem ex palis principaliter Quercualibus, & Roboreis exprimimus,vtimur voce *Dryphacti*; Lignorum Artificem *Drytomum* à Quercu dictum volumus, siuè is fecet, elaboretuè tabulas nuceas, acernas, aliasue quascunq; aut de cremando tantum ligno quolibet iudicet *Geriandryus*, *Dryos Hyphear*, autem est Viscum,planta Quernea; *Dryophonon*, herba est Polypodium Quercinum, quamuis vtrumq; super varias nascatur Arbores, vt & Cicada ἀ ρυοικίτις Quercus contubernalis. *Dryope* fuit Nympha à Quercu denominata, non obstante quod in Lotum fingatur à Poetis conuersa.

Mus.Metal. Aldr.l.4.c. 1.& cap.56 Ornith.Ald T.2.l.17. cap. 11. Ol.M.T.3. p.315. Hermolaus in Diosc.l.1 cap.de Qu.

Venerat huc Dryope fatorum nescia, &c,

Ouid.lib.9. metã.fab.7.

Et idem est de *Dryadibus*,& *Hamadryadibus* omnibus apud Gentiles syluarum τῶν δρύμων, & Quercuum Genijs, quæ dicebantur *Querquetulanæ Viræ*, & Nymphæ ex Var-
B rone habente *ibi Lucus fagutalis*, *& Virarum Querquetulanarum Sacellum*. Prædicta à Dryope Dryopia apud Græcos festa,de quibus ex professo scripsit Meursius,denominata fuerunt; vt & Dryopeia, de quâ Michael Gaspar Beltranus Poeta Lusitanus;

Varr. de Analog. Beltranus 3 syluarum 2 Gracia fer. l.2.p.97.

Vnde renidentes in me Dryopeia vultus
Verterit, inque procis duxerit illa suis?

Quin & ab eâdem sumpsere nomen Dryope Oppidum,ex Stephano,circà Aemoniam; Dryopis insula ex Cycladibus vna Timâtis Pictoris Patria;atq; Dryopum Regio,Dryopis, seù Dryopiâ nuncupata, nunc Alexandria Cosmographis; sicq; Dryopes Populi Epirotici, de quibus Strabo, atq; Virgilius

Pompon. Mela lib 2. Antonin.Itiberal.met.4

Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.

item & *Drymodis* Arcadiæ Regio à mari remota Glandiferarum Arborum fœcundissima; Non alium totaliæ Vrbes, Viriq; fortes, & Docti Denominatorem admittunt quā Quercum græco sub Idiomate vetustiori; Eiusmodi est Vrbs Thraciæ *Drys*, & alia Ocnotriorum,atq;etiam Vicus quidam Lyciæ propè Arum fluuium. *Drynsa* Samos & ipsa ex similitudine vocis Quercus voluit nuncupari. *Dryas* Rex Molossorum à Quercubus
C dictus est, quem summis laudibus celebrarunt Græci vates,

Strab.Geog. l.6. 8.& 9. lib.4.Æn. Stephanus.

Namque viros nunquam vidi, talesque videbis,
Qualem Pyrithoum fortem, Regemque Dryantha;

Homeri interpres.

Drysus quoq; vir fuit Troianus memorandus à Quercu sic denominatus. Sed Denominatorum à Quercus græco nomine celeberrimi sunt Δρυΐδαι Dryidæ, seù Druidæ qui *Druydis*, seù *Druydibus* Galliæ Celticæ Populis in finibus Carnutum nomen dedere,quod hucusq; seru isse videtur eorum Metropolis,vulgò *Dreux*,latinè *Drocum*. Ij Gallorum erant Sacerdotes, & Magi, seù mauis Philosopho-Medici tantæ auctoritatis, vt publicas controuersias componere illorum munus esset. In priuatis multò magis de iure singulorum arbitrabantur, adeò vt pœnas sontibus irrogare penitus sibi arrogarent; Belli, & pacis summæ præsidentes fortunarum cuiuscunq; Domini; vt autem optimam ementirentur mentem Vestibus incedebant candidis, Calceis Ligneis, & pentagonijs vtebantur.Eò tamen temeritatis(eorū perglíscente astus malignitate)deuenerūt,vt ipsos intolerabili, & infandâ superstitione notatos Princeps ab Vrbè quoq; Roma; expulerit
D *Namq; Tiberij Cæsaris Principatus sustulit Druydas eorū, & hoc genus vatum, Medicorūq;* sed cū de Gallicis hisce Politicis excrementis nequitiæ dictum sit satis; ad Physicarum Gallarum pluriuocationem vnitati reddendam accedamus; Pro *Galla* in primis potionis vile quoddam genus habemus ex Lucilio.

Io.du Choul de varia Quercuum hist.c.7. Iul.Cæs.de Bello Gall. l.6.Plin.lib 19. cap.45 Auentinus. l.1. Annal. Boic. Pl.l.30.c.1

Quin Gallam bibere, ac rugas conducere ventri
Farre acerose, oleo decumano, pane coegit.

Satyr. 25.

Pro *Galla* item sutorium intelligitur instrumentum, quod latini *Subulam* dicunt,Itali *Lesina*,de quo Macrobius cum eleganti Scommate inducto verba fecit. *Plancus in iudicio fortè amici cum molestum testem destruere vellet, interrogauit, (quià sutorem sciebat) quo artificio se tueretur? ille vrbanè respondit* Gallam subigo: *Sutorium hoc habetur instrumentum*. Qua voce ostendens Sutor se subula victum sibi parare, ad Gallam quoq; allusit Mœuiam Mœcham, ob cuius adulterium Plancus malè audiebat. Eius

Saturnal. l.2.cap.2.

Pestis Antipharmacum venit Galla Patritia lectissima vidua Romæ in æde Diuæ Catharinæ sacra requiescens. Ibi, defuncto Coniuge, vt illibatam Castitatem seruaret, non horruit fœdari corpus vlceribus, & metum virili more pilis contegi; nec erubuit barbatam fieri ea in Vrbe, in qua non puduit Venerem caluam adorari; de ipsa propterea Marianus noster egregiè cecinit *Galla Comata Procos traxi, barbata fugaui,*
Visaque sum proprijs Barbara Patritijs. E

Ruinarum Romæ lib. 2. epigr. 37. Cresc. agric l. 9. c. 43. Carol. Ruin Anatō. equ. lib. 6. c. 34. Gorop. l. 5. Gallic. p. 72 Varro in eumenidib.

Galla præterea est leuis quidam morbus equorum in pedibus accidens; qui vulgari sermone veterinario pariter dicitur *Galla*, de quo Crescentius abundè, necnon vberrimè Carolus Ruinus Bonon. Senat. egerunt. Eodem Gallæ nomine tādem reperitur Ciuitas quædam in Media inter Zagrum Montem, & Stratonem amnem. Quoniam autem à leuitate Quercualis Gallæ, eiusq; facillimis motionibus subsultim factis originem traxit verbum *Gallare*, quod est *Bacchari*, seu insanire, in furoremq; agi iuxta illud, *nam qua volptas hic adest gallantibus? qua casta vestis?* hîc calamum ab Æquiuocis reuocare, & ad Glandiferas solidiores differentias dirigere decreui,

DIFFERENTIÆ, DESCRIPTIO. F

Plin. l. 15. c. 28. H. N. Cæsalpin. l. 2. de Arb. c. 2.

Membranaceam Pellem, Tuniceamq; duriusculam, siuè Crustam quandam propriæ fariniferæ substantiæ obductam Balani propriè, Glandesq; fructus obtinuerunt. Horum fructuum feraces Arbores varijs à se inuicem differunt specialiter modis ex earundem partium, tam essentialium, quàm integrantium inspectione, vt in figura, magnitudine, colore, sapore, duritie, &c. Nam ea quæ magis edules, maioresq; parit fructus, quæq; fronde, lignoq; gaudet minus asperis, minusq; duris Arbor sub generalissima Quercu, Quercus specialis est à Robore contradistincta, Robur autē est altera Quercus primariò sūptæ species insuauioris fructus, asperiorisq; in omnib. & per omnia materiei. Hinc duæ differentiarum classes in specialiores Quercuū, & Roborum species subdiuisibiles exurgunt. Prioris in censu reponitur primò Veriquercus ἡμερίς dicta Placida, & ἡμερίς, quasi diurna, idest luce digna, cuius Glandes ad dulcedinem accedunt, ex quibus diuites percipiuntur prouentus. Folijs ea vi- G get Betonicæ, secundum Dioscoridem, similibus, longiusculis in ambitu, mollibus incisuris diuisis, ad sideritidis herbæ figuram quadantenus accedentibus; illius lignum rubris per totum venis distinguitur, quibus Robursceni nomen à rubore fuisse antiquitus inditum notat Festus; & hanc Veriquercum in masculum, & fœminam partiri docet Aristoteles, illamq; ex contumaciore foliorum, tempore hyemis, retentione; hancq; laxioris vtpotè substantiæ, ex demissione facili eorundem foliorum dignosci; Sub duabus hisce speciebus innu neræ penè speci liores species plus, minusuè ad masculum, seu fœminam singulæ accedentes incertā quadam determinatione adnotari possent; quibus competit omnibus in statu viuendi tardissimè senescere, & in grandiori ætate fœcundiores euadere, lignoq; gaudere mortuo sub aquis incorruptibili, rimas verò contrahente, & sese contorquente, fissile sub dio; ad Fœminam porrò Quercum placidam Hispanica illa reduci fortasse posset Quercus, *Enzina* dicta, suauissimæ Glandis, quam locorum illius natalium indigenæ *Vellotam* vocant, descriptam à Ioanne du Choul, alijsquè; etsi quæ aliæ sint benignæ naturæ, vt Olympicæ illæ humiles, tenuifoliæ, microbalanæ, citò germinantes post fauonium. Dura è contrà sub Robore, quæ Drys agria dicitur, & asperior Quercus militans Arbor cæterarum Dux, & Princeps ordinis huius erit *Æsculus* Iouis Arbor lectissima-*nemorumq; Ioui quæ maxima frondet*, H

Plin. l. 16. c. 6. c. 5. Diosc. l. 4. c. 1. & c. 33. Arist. l. 1. de pl. c. 8. Io. du Choul de Qu. Var. Hist. c. 2. Pl. l. 16. c. 40. Virg. l. 6. Æn. fissile Robur scindītur.

Quæ primam antiquissimis agrestis vitæ Hominibus escam omnium facillimam exhibuit; Græcis eadem πλατύφυλλος, idest latifolia dicta primos amplitudinis Honores semper est promerita, *Æsculus in primis, quæ quantum vertice ad auras*
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.

Idem Georg. lib. 2. Bellon. l. 2. obseru. c. 9. Theop. l. 3. Hist. pl. c. 19

Eadem nunc *Velaguida* orientales apud nationes, vt obseruauit Bellonius, dicta, in fructu quoq; oui colūbini magnitudine luxuriare comperitur. Ea tandem ciuilis Felicitatis metam constituere solita Victorum Pithijs in certaminibus Præmium, seruantiumquè Ciues Romanos Coronam, vt maximæ virtutes in Æternitatem promouentur efformauit. Vndè longissimè abesse vult cognosci à deterrimā, ignobilissimāquè Roboris specie *Salsicortice* dicta, malèquè in omnibus ominatā Arbore.

Hæc

A Hæc *Halipleus* dicta in mare mergi tantum merita, à fabricis omnibus fuit semper reiecta putredinis, & læsiuarum qualitatum dites, crassi quidem caudicis, sed fungosi, atq; cauati, hæc vecordiæ typus sine corde viuens omnibus priuatur Gratijs, in hanc cælestia fulmina ignitam crebrò extingunt rabiem, dum Meteorologicis ictibus exarsionum sæpissimè peti quodammodò promeretur, ob turpem aspectum, inconditam figuram, iniquiorem crassitudinem, obscuriorem colorem, fructumq; paucissimum, paruum, breuissimi pedis, subrotundum in extremitatibus lapideum, hispido calyce circundatum, amarissimum, carbonemq; demum deterrimum. Habet quidem Esculus, tanquam roboris species, quod fronde polleat difficilis casus, quæ minimè flauescat, viuidèq; vireat, vndè frondens à Claudiano fuit nuncupata, cui folium graue, carnosum procerum, & in latetibus sinuosum, glans grandior Hymeræ in bonitate proximâ, cui Galla Querneæ similis, sed parum lenior est; Rigiditate non caret, ob syluestreitatem, cui quadrat illud lyrici dictum *Nec rigida mollior Esculo*. Materiam tamen habet, quoad vitalia illius principia temperatam, & nisi humefiat, & crebrâ alternatione siceetur incolumitate gaudet firmissimâ, in sustinendis ponderosissimis Ædificijs vtilissimâ integritate, &

B rectitudine præstans perpetuò: Si quis autem crederet Quercuum pressius acceptarum, & Roborum species verè, & realiter distinguendas non esse is adeat Vitruuium Architectorum coryphæum, & illum audiat sic præcipientem *item danda est opera, nè commisceantur asses Esculini Quernis*, illiusq; rationem reddens Gul. Philander in annot. ad Vitruuium inquit; *nam Quercus humore concepto, cum se ceperit siccare torquebitur, & rimas in pauimento faciet; Esculus autem sine vitio durat*. Roborearum tamen minus probatarum Arborum intrà latitudinem plurimæ possent obseruari differentiæ; in quibus insuperabiles durities, nodositates, multæq; imperfectiones deprehenderentur; sed quia easdem prosequi minutatim tædiosum, inutile, & ferè impossibile foret, sat sit vnam saltem innuisse, tanquam plerisq; camporum, atq; syluarum amatoribus cognitam, & est *Farna*, cuius lignum ex Vitruuio non potest ad vetustatem permanere, habetq; folia Cerro similia, longiora tamen, angustiora, duriora, & ad atrum inclinantia, quibus incisuræ sunt minus latæ, cum asperitate aliquâ in parte supernâ, accidità; persæpè defectuosus casus. De Peregrinis porrò, & Exoticis Quercubus, seu Roboribus esset habendus sermo cum suis ad prænarratas species proprijs relationibus, sed

C quià hæ, nec exactè descriptæ reperiuntur, tanquam à remotissimis regionibus, vel ex auditu solo, vel secundum particulas tantùm receptæ; aliquas propterea ex eis à Ionstono mutuatas leui delibabimus calamo, eruntq; numero sex, Quarum prima species Glans Americana ab eo dicta, in quinque specialiores subdiuiditur species, quibus omnibus parui fructus baccis similes insunt, æquè habiles ad oleum pro edulijs condiendis, ac ad siccam substantiam pro panibus pinsendis suppeditandum; Secunda est Glans Virginiana, cuius calicem à Clarissimo Clusio descriptum legimus, enormis magnitudinis, qui fructuosam substantiam siccandam, macerandam, & coquendā pro pane laudabilissimo comprehendebat; Tertia est quædam exigua Virginianorum Glās lacteum, dum aqua maceratur, succum præbens, panis, simul ac potus quoddam promptuariū. Quarta est Indica alia Glans nō parum speciosa, ossec ferè duritiei, cādida intus, exterius autem nigra, rufis tamen teniolis distincta, & ceu reticulata, cum cupulâ crassâ, durâ, lignosâ, quæ imbricata quodāmodo videtur, & denticulata. Quinta est Indica Glās quædam magna subrotunda, quam aliqui fructū Balsami vocare non sunt veriti, cortice

D flauescente, leui, crassiusculo nucleum intus rotundum, durū, scabrum, saporeq; castaneę continentem. Sexta Glans gemina rotunda Gallarū materie apparenter constans, bicorporeo calice crasso pulchrè imbricato, quę orbiculares duas mãsiones in cōcauā sui parte exhibēs duos in illis nucleos crasso ab inuicē dissitos sepimento cōseruat. De marinis tandē Quercubus duabus aliquid dicendum esse reor ad complementum omnium differentiarum, licèt altera ex his impropriissima debeat censeri; Quercus marina littoralis Saluiani primò venit consideranda, de quâ preclarissimus iste Aquatilium Animalium scriptor agit inhunc modum Thunnum scilicet Quernâ Glande saginari, quæ ad Mare nascitur, ingentemquè impendio producens fructum, copiosè generatur in terra Hispana, ingentes habet radices, tantumquè fructum affert, vt post maturitatem littora Glande referta sint, quam æstus aquarum reiectat; altera verò Quercus non ad Mare sed in Mari nascens muscis maioribus, coralloidibusuè plantis, fucis,

Ruell. de nat. stirp. l. 1. cap. 86.

Adam. Lonicer. Hist. f. 31. lit. D.

Horat. l. 5. carminum.

Plin. l. 1. cap. 20.

Lib. 7. Archit. c. 1.

Palladius l. 1. cap. 9.

Vitruu. loco suprà cit.

Lib. 4. Hist. de Arb. c. 1. artic. 2. puncto 1.


Lib. 2. exot. c. 16. n. 21.

Glandes exoticæ

De Hist. Aquat. ani. H. 36.

Strabo. lib. 3. Geogr.

Quercus Marina.
Inter Algas repoſita.



Theoph.l.4. *Hiſt.pl.c.7.* *Lib.1 rar.* *fol.c.13.* *Idē exotic.* *l.6.c.4.*

Algiſuè adſcribi quadantenus poſſet, vtpotè ſuper lapidoſam, teſtaceamuè materiem pullulans abſq;radice, cui pro fructibus glandoſa quædam tubercula inſunt; Præclariſſimus, & Doctiſſimus Carolus Cluſius Folium dicit eam habere carnoſum,tenue,& Myricæ ſimile,colorem ad purpureum accedentem, flexuoſam formam,atq;in latitudinem diffuſam, ramos breues, contortos, ſpiſſos, magnitudinem cubitali paulò altiorem, virtutemq;ad lanas mulierum inficiendas aptam;illam aliquandò collegiſſe memorat idem

Clu-

A Clusius ad mare Mediterraneum tempestatibus in littus eiectam cum Algâ, Marinisq; alijs purgamentis dum Monspelij ageret, posteà etiam circà Calpen, & Valentiam, dum Hispaniam peragraret, verum cubito minorem, durissimo ligno, cuius Rami albâ salsugine adeò conspersi erant, vt sacharo tecti viderentur; ijq; in modum foliorum Tamaricis, aut Ericæ vulgaris formati conspiciebantur, sed crassiores, interdum etiam omninò purpurascentes, nonnunquam partim albis, partim purpurascentibus ramulis constantes; nullas radices habebant Arbusculæ, sed infimâ parte plenæ erant, & plerunq; aut lapidibus, aut ostreorum testis adhærebant. De eadem Quercu Io: du Choul hæc scripsit. *Nasci Quercus in rubro mari Glandiferas certum est super lapides, atq; testas fictiles sinè radicibus, sed patellarum more adhærescentes, folio carnoso, crasso, atq; oblongo, Myricæ simili, forma cis flexuosa, atq; in latitudinem diffusior, ramis breuibus, contortis, spissis, magnitudo tota paulo sesquipede amplior; his propter colorem purpureum lana tinguntur, & ramis earum annexa pendent concha, &c.* addunt alij circà huiusce Marinæ Quercus vires, quod planta hæc oleo rosaceo, & moschato mista, si ad illinendam faciem adhibeatur, non modicè conciliatiua Gratiæ deprehendatur; Hac ideò mea scripta liniri ad ineundam apud Lectores gratiam volui, vt Quercualium Arborum rudior suaptè B naturâ cultus mox subiungendus acceptior euadat.

Descriptio Quercus Marinæ.

de Querc. var. Hist. c. 13.

CVLTVRA, ET LOCA NATALIA.

VBI amœnitatem longè superat syluestreitas in Arboribus, ibi minimum opus est adhibere culturæ; Quernea quæq; Glans cum habeat facillimè germen emittere, radicemq; iacere vbiq; itemq; crescere, vastamq; in Molem attolli, in solo quoq; macerrimo, absq; fossore, sarritoreuè paucis eget geoponicis præceptis; Tota Quercuum, & Roborum cultura eò spectat, vt artificiosa harum Plantaria, ideft syluæ Glandariæ ritè, ac rectè plantentur, in debita scilicet distantia pro captandis ad ambulacra non infœcundis, nec insalubribus vmbris; Hæ quidem Arbores vbiq; proueniunt æquè planitiei, ac Montium amantes, quæ nec saxa metuunt, in solo tamen pinguiori C magnitudinem enormem acquirunt. Itaut qui voti huiusce compos fieri desiderat, in immensum scilicet multiplicandi virorem, suibusq; alimoniam copiosiorem reddendi, ipse interra profundè submota Glandes, maioresq; maturas scrobe obruat dodrantali, sepimenta prò tenerioris ætatis custodia præparet, neq; plantulas sinat bestiarum à morsibus truncari, decorticariuè, quià deformantur, morbosamq; in ipsa iuuenta senectam incurrunt. Æsculus, vt docet Plinius mansuetiores, & minus amaricantes Glandes feret, quæ pingui solo nutrita, & custodita fuerit; at impenetrabilis densitatis respuet tellurē, in planitie præcipuè, quæ aquis non minus, quam aeri sit imperuia vndè Quercus nullas admittit, quemadmodum est Tractus ille saxeus Veronensis agri à Campegiana Musa descriptus —*Verona tenet, quæ saxea campo*
Plana videt: cereri non apta, aut vitibus vllis,
Arboribusuè, auido pecori data pascua tantum.

Quod si accidat plantis adhuc tenellis transplantationis necessitas, illæ ante veris aduentum, in februario scilicet mense transferri debebunt; quibus pastinationes erunt in causa, vt syluestreitatis aliqualiter obliuiscantur, nec rigidos mores retineant, nunquam D tamen poterunt Arbores istæ culta plantaria in Aruis feriatis inhabitare, vitesq; feliciter, & fructuosè sustinere, quià radicationem aliarum Plantarum omnium impediunt, malisque compluuijs subditas herbas vitiant, miserasque vites compellunt obscuris nimis compedibus vinci. Ea est ligni Quernei cum alijs diuersi generis congenita insociabilitas, vt vix inducar ad credendum, quod Ruellius non contemnendus, immo valdè cōmendandus Botanicus tradit de Quercu, quæ per inoculationem Pyra protulit, etiāsi pyra insita fuerint sylnestria minus improportionata Quercui, insitioq; breui admodum durauerit tempore. Poetarum verè reor esse figmenta, & argumentationes ab impossibili ductas, vt in Horatij carminibus obseruare licet

—*Aurea dura* —*Mala ferant Quercus*
—*Rubicunda benignè*
Corna Vepres, & pruna ferant, & Quercus, & Ilex.

Ruell. de nat. stirp. l. 1. c. 76. & c. 83.
Plin. l. 16. c. 31.
Theophr. in Hist. pl. l. 1. c. 9.
Bened. Campegius Bon. l. 9. Italidis
Theoph. l. 2 H. pl. c. 3. idem l. 3. c. 4.
l. 1. de nat. stirp. c. 22.
Horat.

Minus difficile, ne dicam impoſſibile, fortaſſis experti ſunt Geoponici, quod vlmis inſeratur Quercus, quam quod Quercui Vlmus inſigatur, *Glandemq́; ſues fregere ſub Vlmis*, nam Vlmi ligni obſequentius eſt Querneo, & quia Vlmus felicius, atq; efficacius ab imo progerminat, atq; ſtolones viuaciſſimos emittit è terra, è contra verò Quercus multò libentius in ſublimi ſeſe diffundit, atq; altum per aera valentiores promittit ramos. Glandium aſt collectarum cura non erit extrà negotium Quercus Culturæ, nam Glãdes, quibus Bouillum Pecus hyemali tempore alitur non ſiccæ, ſed humentes potius in vſum deduci debent, iuxtà Virgilianum illud,

Vuidus hiberna venit de Glande menalcas.

Ratio huius eſt, quia ſicca Glans in ventribus boum nimis turget, atq; ſtipticitate ſua ibi contumaciſſimam parit obſtructionem, quæ ipſis animalibus ſæpè ſæpius intulit necem; Glandem ideò docuit M. Cato pro pabulo Boum debere in aquam conijci prius quam illis offeratur. Nam aqua maximum, & vniuerſaliſſimum eſt correctiuum, cum impreſſiones omniũ facillimè ſuſcipiat corporum, auxilioq; maximè ignis extrahat qualitates quaſcunq; omnimodam ad medelam, quare innocua bubus Glans, aqua mediante, fieri poterit; nec mirum eſt, ſi radices, aliæuè partes Arborum, & herbarum (vt cortices carnoſi, atq; teneri turiones) deleteria, ſaltem, ingratiſſimauè qualitate non deteſtandæ, ab aquæ puræ, & viuacis decoctione adeò corrigantur, vt in panes probè nutrientes, atq; non inſuaues cædem tunſæ, adiuncto farinæ pauxillo, pinſi, & coqui valeant; quemadmodum nos experti ſumus cum Eryngij radicibus, quæ corticem craſſum, carnoſum, album, inodorum, ad inſipidum potius, quam ad aliquem ſaporem inſignem accedentem, habent, ità vt in panes vt ſupra redactæ, ſimilaceos omninò referrent. Quoniam autem omnium naſcentium mater eſt Aqua, atq; per Aquam, & Panem naturæ ſatiſfit, hinc ſermo Culturæ Quercuum, (cui aqua pro fine panificij conſequendo quam maximè opitulatur) tractatum Fœcunditatis, & Prolificationis adnexum habere non recuſat. Quidquid autem ſit, Glandes à natura deſtinatæ ſunt pinguefaciendis, ac fœcundandis ſuibus vicenorum, aliquando fœtuum, non verò bubus, quos potius reddunt ſcabioſos, ita ut Quercuum educatio non hos, ſed illos reſpicere ſemper æquiſſimũ erit; Hinc ideò non ineptè cadet Querneæ fœcunditatis Dendrologica Tractatio.

Virg. Georg. l. 1. — *Virgil. Ecl. 10.* — *Bacc. de Thermis l. 1. c. 1.* — *S. Aug. ſup. Geneſ. ad lit. c. 2.* — *Cato de Re ruſt. n. 54.*

E F G

FOECVNDITAS, Et Prolificatio.

Formoſos quis neget eſſe Querneos fructus, multitudine quoq; & copia ſuſpiciendos? ij, ſi de veris, & legitimis loquamur, cortice læui, & ſplendido, figuræ conicæ in punctum, ſeu centrum ſupremum deſinentis, cum pulchrè tornata hemicyclari concaua, & conuexa baſi ipſos circundante, opulentam quamuis matris indicent ſubſtantiam, quia caducitatem habent adnexam deplorabiles ſunt.

Donum forma breue eſt.

huc Nemeſianus alluſit; itemq; Vates Pelignus

—— Formam populabitur ætas,
Et placidus rugis vultus aratus erit.

Cadunt facillimè glandes, viuaciq; deperdito colore rugas, intimius quoq; contrahunt tabeſcentes. Nimia equidem nimis nocet Quercui fertilitas, atq; prolificatio, quę mille nothos, & illegitimos promouendo fœtus Vitæ Theſaurum ſæpiſſimè exhaurit. Hanc ſecundariam Quercus Prolem è Cœlo demiſſam ſuperſtitioſius exiſtimabant Antiqui, in illaq; Pſeudonuminum ſuorum præſentiam venerabantur. Inter horum, vt ità loquar, innumerabilitatem numerare datur in primis, & agnoſcere Globulos illos ex aquoſitate pumicoſos intus, & ceù ſpongioſos, quamuis ad extrà lęuigatos antequam prorſus ſicceſcant plurimarum quidem formarum, & magnitudinum, quorum genus dicitur κηκὶς, ideſt Galla fructus Quercus; vt in figura ſequenti.

Olymp. Nemeſ. Ecl. 11 — *Ouid. de Medic. faciei* — *Plin. ſenior l. 18.* — *Io. Goropius Becanus in Gallic. c. 5.* — *Dioſcor. l. 1. c. 146.* — *Theophr. de H. pl. l. 1. & 3. c. 8.*

H

Quer-

Quercus cum Triplici, seù Quadruplici
Genere Fructus illegitimi, ideſt cum totidem Gallarum paruarum
ſpeciebus, quas nos vocauimus Gallulam Tribuloidem,
Gallulam Rotundam, cum longo petiolo, atq;
etiam breui, & Gallulam Foliaceam.



Ramulus Cocci Piſcatorum,
Ex Horto D. Bartholomæi Zuccardi olim Clariſſimo
Aldrouando miſſus.



Et cum ſit incertum ex quânam Plantâ proueniant Piſcatorum Cocci, ſeù Baccæ, Cocculæ Elephantinæ dictæ, & Gallæ etiam Orientales quibuſdam, quæ narcoticam quandã vim habent, & Piſcibus omninò noxiam: videtur dicendum poſſibile, & rationabile eſſe Cocculas haſce ſpeciem Gallarum alicuius Quercus in Oriente induiſſe, atq; ex Quercubus extractas ad nos pro Piſcium capturâ mitti, ex Arbore propoſitâ fortaſſis excerpta.



1 Coccum Piſcatorium coniunctum ex pluribus.
2 Coccum Piſcatorium aliud. Idem apertum. Idemque cum appendice.
3 Coccum Piſcatorium aliud tuberculatum, & ſinuoſum.
4 Coccum Piſcatorium aliud cum cupula.
5 Coccum Piſcatorium cum pediculo.

Gallarum quidem Genus ſupremum in duo ſubalterna Genera diuidit Theophraſtus in Albam ſcilicet, & nigram Gallam; totidem Dioſcorides vnà cum Ægineta cognouit; quarum alteram leuem, maiuſculam, perforatam, flauam, laxam, ſecundum etiam Galeni placita, fecerunt, alteram verò minus leuem, paruam, omphacitem, rugoſam, imperforatam, tuberculatam, & compactam prodiderunt. Plura his Plinio viſa ſunt eſſe, C nam quatuor ipſe, quaternam magnitudinem duarum prædictarum conſiderando, enumerauit. Quibus omnibus hæc naturaliter adſcripſit euenire, vt ſole de Geminis exeunte nocturnis tantum erumpant horis, creſcant, coloremq; de die in diem de albicante in vireſcentem, & ſucceſſiuè in obſcuriorem mutent. Contenderunt alij Gallas ſumpta denominatione à Patrijs diuerſis, ab iiſdem quoq; in viribus diſcrepantes fieri, cum alibi valentiores, alibi magis inertes naſcantur, haſq; Onocididas, ideſt Aſininas, illas verò Cicidas ſolidiores non ſolum, ſed in fullonia officina præſtantiores, atrum colorem per bellè inducentes; Præſtantiſſima ſed Galla Cocci nomine inſignita, Piſcatoribus non ſolum ad capturam Piſcium, ſed ad colorem venuſtiorem ſuper quaſcunque alias pannis conciliandum mirificè inſeruit; cuius mentionem viſus eſt feciſſe Dioſcorides inquiens: *naſcitur quoque in Cilicia è Quercubus Cochlearum exilium ſimilitudine, quod illius Regionis mulieres ore legunt, & Coccum vocitant*. Hunc tamen Coccum à Cocco baphico tinctorio nobiliſſimo maximè differre viri doctiſſimi adnotarunt; Huiuſmodi Quercus Ramuli delineatam figuram, quam in Muſæo publico inuenimus, cum varijs Cocci Pi- D ſcatorij graphicis imaginibus iam exhibuimus; Cæterum Gallas omnes, & quaſcunq; ſiquis Quercualia, ſeu Roborea excrementa vocaret, & purgamenta, ille appoſitiſſimè loqueretur; nutritiua facultas, atq; Generatiua ambæ valenter agentes in copioſam alimentalem materiam, & ſeminalem, & quodammodò laſciuientes tam varios, & inſolentes pariunt effectus; Hinc datur intueri Veretriformes Gallas, Tuberoſas, & Tuberculatas, ſeu Puſtulatas, (quæ à noſtris ruſticis non omninò ineptè vocantur *Paucucchi*, quaſi Puſtulati Cocci, nam *Panus* Galeno, & Celſo in Medicina ſignificat Puſtulam) Fungoſas, Capitatas, Seſſiles, Galericulatas, Anguloſas, Cornutas, Radiatas, Echinatas, Pileiformes, Foraminulentas, Capillatas, Lanatas, Squammatas, ſeu Folioſas, Aquoſas gemmeas, tam folijs infixas, quam Ribeſij modo pendentes à ramis, Vmbiculatas, Coronatas, Grandes, Minimas, Balanomorphas, Radicales; alias informes magis adnaſcentias, & facultatis formatricis conatuum aliorum rudimenta quædam, vt Pu-

Theoph. l. 3. H. pl. c. 6. Dioſ. l. 1. de Med. Mat. c. 148. Ægin. l. 7. Gal. l. 7. de Simpl. Med. facult. Pl. l. 24. c. 4. Gualth. Rhyff. in Dioſc. Sophocles in Antig. Dioſc. l. 4. c. 43. Gal. lib. 3. Art. Celſ. lib. 5. c. 28.

Theophr. l. 31. Hist. pl. c. 5. Pumicosæ Apophyades, Lapidositates, Melleaginesq; è caudicibus verno tempore destillantes, à quibus longe differt ros mellens è cælo cadens super folia coactus, quia hic dulcissimus est, illæ verò nauseabundè gustabiles; eiusdem tamen coactiuæ virtutis effectus Roborum, seù Quercuum duriorum peculiarem esse virtutem cogendi aetrium mel tradidit Theophrastus;vndè poterunt quoq;Arbores eædem melligenum exudare succũ,iuxtà id quod Q. Curtius est attestatus,in Hircaniâ.f.reperiri Arbores omninò Quercum referentes, quæ copioso melle scatent antè Auroram ipsam, nam aduenienteSole dulcis ille languescit, & euanescit humor, quò spectat illud Virgilij, *L. 3. de H. pl. c. 9.* E

Ecloga 4. *Et dura Quercus sudabunt roscida mella.*

Bodeus in Theoph. de H. pl. l. 3. c. 8 Ad Gallarum naturam proximè accedunt fungi;à Doctissimis propterea Viris obseruatæ sunt quædam pilulæ in Quercubus nascentes, quæ Gallas, & Fungos inter constitutæ videbantur, idest mediam quandam obtinentes naturam, tùm formæ, tùm substantiæ fungosæ, atq; Gallaceæ; inter fungos varij sunt gradus, vndè quidam magis, quidam minùs formosi, atq; etiam vtiles, omnium tamen infimi tenuissimi sunt, qui muscum sapiunt, vel pulmonarium, vel capillarem, Cypriæ licèt veneris in delicijs capitalibus habeantur. Fungum Agaricum Quercinum Allobrogicum exquirunt medici pro benigniori pituitę purgatione.Fungum Quercinum Boletiformem heluones auent, vt egregia conditura edulium parent nobilissimum, vndè non immeritò vocati sunt à Cicerone Fungi omnes Heluolæ, ab Heluonibus ita conditi, vt nihil possit esse suauius; interq; hos omnes, qui solidiores sunt Fungi citrà callositatem, meliores quoq; censentur, vt Hepar Quercinum, vt est Fungus Quercinus carnosæ substantiæ crassus, & maculosus, & castanei coloris à rusticis nostris *Zetula* nuncupatus esui perquam gratissimus; quæ species Fungorum satis notæ hìc non dantur depictæ, sed tantum duæ aliæ species minores, & rariores *Pl. l. 16. c. 8 Theoph. H. pl. l. 3. c. 9. Pet. Andr. Matthiolus ex Brasau. Cicero ep. ad Fab. Gal.* F

Fungus Quercinus alter



Fungus Quercinus Polonicus Moukourk, seù Muscicida,enecās muscas lacte madefactus, dum accurrentes muscæ illum lethaliter lingunt. G



Et quoniam Fungorum, quatenus hi Plantæ sunt imperfectæ, Historiam non atteximus, quam ad infimum, & postremum Botanologicorum librorum locum ablegamus, vbi quamplurimas, atque mirabiles Fungorum formas,magnitudines, atq; substantias innumeris qualitatibus refertas erit videre, Arboreis simpliciter fœtibus in hoc genere indicatis contenti erimus.

Plantæ verò Quercuum Alumnæ, etsi non possint dici omninò fructus, cum non sint proprijssimæ Quercuum, nec ab intimis originentur Arborum visceribus, cum sementem habeant pro matre propriam, merentur tamen filiæ Quercuum adoptiuæ haberi, cum

A cum ab hisce denominationem sumant, & in suo genere optimitatem obtineant, vndè ἰξία Viscum Quercinum super Quercus nascens, ex semine ex ventre ἰξάδος egesto, sic descriptum à Virgilio,

> *Quale solet syluis brumali frigore viscum*
> *Fronde virere noua, quod non sua seminat Arbos,*
> *Et croceo fœtu teretes circundare truncos.*

Quercinum prorsus dicitur, quia Arbuscula cubitalis est Baccifera albis, rubris, vel racemosis granis maximarum Virtutũ, vt suo loco dicitur, ab eruditioribus dicta Dryos Hypear; apudq; Indos tam Peruuanos, quam Brasilienses à nostrate longe diuersa est, folijsq; multò maioribus prædita. Polypodium tandem Quercinum, & Chamædrym, hoc est Querculam, seù Trissaginem herbas, quæ in alijs quoq; Arboribus nascuntur, & ibi crescunt, licet non adeò Virtuosæ Quercuum incolas dicerem potius, quam proles, quià perfectè viuunt perfectæ suis cum radicibus extrà Quercum, & intrà tellurem, & ideò sat Quercubus erit progenuisse præter genuinas Glandes tot Gallarum, atq; Fungorum species, & ex alieno semine parturijsse Viscum ad hoc vt fœcundissimæ dici possint;
B ex quibus omnibus rebus permoti ij, qui circà rerum similitudines philosophantur, affirmarunt se deprehendisse Quercum totam ad fœcunditatem, tum in viris, tum in mulieribus facere; Arbor enim hæc maxima nascendi auiditatè naturaliter prædita ad omnem naturalitatem propagandam mirè conducere iure merito cognoscitur. Et quoniam facillimos incidit hæc Arbor in excessus, atq; defectus, & sic morbi quam plures in eâdem succedere solent, de his consequenter erit agendum,

Athæneus, lib. 9. Æn. lib. 6. Symphor. Hort. 1. 26. cap. 22. Dodon. Pemp. 6. lib. 4. c. 3. Bellon. obs. l. 2. c. 83. Camerar. epit. p. 556. Ionston. l. 4. c. 1. pun. 3. Io: Bapt. Porta. Plut. gram. l. 6. c. 12.

MORBI, REMEDIA.

Frequentes patitur Abortus, monstraq; sæpius parit ipsamet Quercus, quæ cæteros ferè omnes cum reliquis Arboribus cõmunes morbos experta, eos maximopere curandos exquirit, vtpotè non modicè graues, quemadmodũ sunt Scabies, Culices, Vermiculationes, tam internæ, quam externę, Siderationes, Vredines, Sfacelli, Strãgulatus, Tabes, Distorsiones, Tumores, Lachrimationes, Dislocationes, Contorsio-
C nes, Carbunculationes, Procidentiæ, Vlcera caua, & disepulotica, Cruditates, &c. Qui omnes morbi, eorumq; singuli, si Arborem senem, gibbosamq; apprehenderint, lethales existimantur, nam cum inter efficaciora sint remedia transportationes ad tractus Cœli, Terræque salubriores, siue etiam insignes amputationes membrorum, certum est, quod hæc solum à iuuenculâ admitti possunt Arbore. Quercuum, & Roborum Vermes in primis ex putredinoso calore geniti *Termites* dicuntur, atq; etiam *Cossi*, deindè *Cusi*, vndè Hispani, voce à latinâ parum detortâ, *Gusanos* illos vocarunt, omnes vel ferro, vel medicaměto mactandos. Non desunt alia præternaturalibus à causis prouenientia in Quercubus Animalia, vt Iuli multipedes, Erucæ, Tabani, atq; etiam Serpentes, quos Plinius memorat his verbis, *sic quadam ex imbre generantur in terrâ, quadam & in ligno. Nec enim Cossi tantum in eo, sed etiam Tabani ex eo nascuntur, & alia vbicunq; humor est nimius: sicut intrà hominem tineæ tricennum pedum, aliquandò & plurium longitudine.* Huiusmodi Vermes, & præcipuè *Cossi* notissimi erant antiquitus, ad quos debellandos Agricultores rusticis armabantur instrumentis, & propterea valdè memorati, itaut ru-
D gosi corporis homines ad similitudinem cutis horum animalculorum *Cossi* vocarẽtur ad ignominiam. Sed & ad Gloriam denominata fuit ab ijsdem Familia Romana *Cossutiorum*, vel *Cossutianorum*, ex quâ fuit *Cossutia* Vxor Iulij Cæsaris, vt Suetonius testatur in eius Vitâ. Vermiculus item Esculi Galba dictus *Galba* inter Romanos nomen intulit, Magna quidem res est paruos istius modi vermiculos tantâ pollere vi, & efficaciâ, vt ingentes, tempore licet longo, sternant Arbores; vndè Musæ selectiores in admirationem adductæ sic cecinerunt.

> *Arbore quid maius, tinea quid inanius armis?*
> *Et tamen hæc summas tantula vertit opes.*

Cancris atrabilarijs Querneis, qui sæpè tumentes in internis partibus, occultè supplantant Arboream vitam, nulla potest applicari Medicina; nam veluti docet praxis medica, in Hominibus ij curati citius interimunt. Gangreæ autem manifestiores in principio

Theoph. l. 5. H. pl. c. 10. Symphor. Hort. l. 13. c. 1. & sequ. Plin. l. 17. c. 12. Io: Laurembergin Antiquar. l. c. Plin. l. 11. c. 33. Gorop. Gallic. l. 5. cap. 1. Bald. Cabel. Epig. select. Gal. de Atra bile c. 4.

Curt. Symphor. Hort. l. 13. c. 8. cipio sunt curabiles, cum membrorum mortificatio viuificis medicaminibus subleuari potest, vel ea fit in partibus carnosis, vel membranosis, vel neruosis, quæ & nisi probè recidantur, & nitidæ reddantur, nunquam coalescunt, vbi Animalcula concipiuntur adhuc Xylophthora ligniperda, quemadmodum in Animalibus intrà vlcera verminosa reddita solet accidere, illaq; inter Corabos numerari possunt. Has in tractando curationes Botano-chirurgus ab omnibus abstinere debet oleosis, tanquam vitæ Arboreæ Venenis, & præcipuè Querneæ, sed nitrosa potius, sulphurea, sicca, amaraq; humentia in vsum deducere. Quapropter non solum ad prædicta mala, sed ad formicas quoq; infestissimam Arborum luem, optimum erit decoctum Tithymali cuiuscũq; generis, quod cauernis, & porositatibus lignorum copiosè instillatũ Animalcula perimit, & malignam qualitatem euincit. Nec interim prætermittendum est Aristotelis remedium ex puluere origani, & sulphuris insperfum, ad formicarum reliquias totaliter extirpandas per optimum, & ad Araneas, quæ ab Arboribus Quercuum, & Roborum sentiunt seminificè fœcundari, ibiq; vt aiebat Philosophus, *pariunt vermiculos primum paruos ouis propter figura orbiculatam speciem, nam & rotundi, iam indè à primo ortu proueniunt, incubant, & triduò peragunt.* Quod spectat ad morbos in malâ conformatione, magnitudinis adauctæ, hoc dubio procul asseri potest, quod omnes Quercuum productiones, quæ ex animalculis putredinosis primò conceptis prodiere, vel quę ab excrementorum superfluitatibus concretę concepêre vermem aliquem morbosæ, debent censeri, & curatione indigent; inter quas illæ præcipuæ excrescentiæ erunt, quæ inutiles immò damnosæ in Arbore apparebunt, vt illæ Pilulæ sessiles, quæ interius circà recessus alarum in trunco obseruantur, pediculo carentes, & in meditullio cauæ, superficie versicolori, maculis luteis, & nigris variegatæ, quandoq; etiam rubescentes circà vmbilicum, exiguoq; foramine interpunctæ, vndè Ips aliquis, vel Ipes fuerit egressus, de quâ Pilulâ Theophrastus clarè videtur esse locutus, vbi de Robore verba faciens, inquit. *Inq; Ramorum alis Pilulam aliam gignit graecè, σφαίριον sinè pediculo Κωδίωνχ..., id est concauo sessile.* Additq; quod apertæ istæ pilulæ nigræ sunt, & putres; in illisq; amaram inanitatem reperiri obseruauit Plinius, quæ inanitas solum adest, dum siccescunt eædem pilulæ, cum anteà putrilago nigra totam concauitatem occuparet. Hisce affines sunt Fungi plurium formarum, & magnitudinum, atq; etiam Muscositates, vt in Schematibus subsequentibus,

Aristoteles 5. de Hist. Anim. c. 32 & c. 19.

Petr. Bellon de Neglecta stirp. cult. c 10.

l. 4. de H. Animal. c. 8.

Arist. l. 5. de Hist. Animal. c. 27.

De Hist. Pl. l. 3. c. 8.

Lib. 16. c. 7. & 8.

Cœterum Arboreum Hepar male affectum, atq; etiã Viscera semicorrupta indicant Fungi omnes pendentes à materiâ glutinosæ pituitę secundum Plinium *Lib. 22. capite 23.* & nunquam optimi alimenti esse poterunt, sed vel pessimi, vel ancipitis, quorum expetitæ comestionis mirabatur Plinius, dum scripsit: *Quæ voluptas tanta ancipitis cibi è quos tutius est ne attingere quidem*, quod & aduertebat Galenus *lib. 2. de alimentis. Item de Euchim. & Cacoch. lib. & de Atten. vict. lib.*

Aliqui ex Nosomychis, id est Morbosis Fungis prædictis.


1. 2. 3. Sunt veluti Cochlearia quædam, in quibus Natura ludere visa est, materiam aliquam intrinsecè magis, quàm extrinsecè colligens superfluam, sed semper putrilaginosam, cum qualitate aliquâ prauâ coniunctam.

4. Fungus Arboreus ad escam igneam parandam idoneus, ex ligneâ rariore, & minus durâ substantiâ, quæ mollescat, & minimè frangatur.

Galē l. 7. de simpl. med. fac.

5. Fungus colore chermesino pulcherrimo adnatus ligno, quem caloris excessus πυρᾶτας intemperatissimum declarat, & fortè perniciosum.


Omnes



Omnes hæ Fungorum variæ, atq; diuersæ constitutiones, tum quo ad figuram, tum quo ad colorem, atq; ad substantiam, vel omninò putrilagineam, & puluerulentam prauam intus, vel carnosam laudabilis conditionis, aut demum lignosam inutilem in omnibus ferè oriri possunt Arboribus, verum in Quercu, & Robore ob naturam harum Arborum valdè communem cum sæpissimè obseruentur, ijsdem primariò adscribi poterunt Arboribus; Illorum itaq; delineationes hic afferẽdas iure meritò existimauimus; reseruando particulares nonnullos Fungos, qui alicuius sunt Arboris speciei proprij, quos in particularium illarum Arborum Historijs collocabimus.

Fungorum hîc inter variorum icones addam ſpecies,ſeù formas duas à me,dum aliæ E imprimerentur,obſeruatas Domi meæ, natas ſubterranea in Cella ex Roborei Ligni albumine circa nodum, & propè terram ſub alijs combuſtibilibus lignis locato, reflexum quoddam, debileq; lumen è remota ſatis ferrea feneſtra horizontali recipiente, candi-

Fungus Anguinus.






Fungus Gallipes.

dos


A dos ambos, solidos, nulliusq; prorsus odoris, non omninò tamē insipidos, quorū alterum *Anguinum* vocaui, alterum verò *Gallipedem*; Quod si Botanicis licuit *Alectorolophum* Herbam, hoc est *Christam Galli*, & herbam *Ornithopodium*, idest *Auis pedem*, à similitudine partium Animalium nominare, non erit inconueniens ab Angue, & à Pede Galli hos Fungos appellasse, & de ijs hac allusione ad cæteros Aldrouandæos libros, & præcipuè de Auibus, & Serpentibus, cecinisse.

Anguibus, atq; Auibus quid ni componere plantas
Anguini hi Fungi, Gallipedesq; petant?

Alij sequuntur insolentioris formæ Fungi Quernei, vel Roborei.



1. Fungus Arboreus mollis carnosus, Diglottis dictus, colore rubro.
2. Fungus Geminus coniunctus, folijs veluti Quercinis amplis ab altera parte ornatus; multisq; lineis vtrinquè insignitus.
3. Fungus rotundus cum radice figuram calicis, vel napi referens.
4. 5. Fungus in Assere Quercino Nauis natus, Pezites dictus, pronè, & supinè depictus.
6. 7. Fungus forma spatulę in ligno Quercino Nauis genitus, supinè, & pronè delineatus.



Fungi ſpecies conferta, quæ adnaſcitur Arboribus, præſertim Radici, *Famiola* vulgò dicitur, dum eſt parua, quià multitudinẽ refert, & dum maior fit, dicitur *Ragagna*; Germanis Auricula leporis. Hi à multis tutiores cæteris exiſtimantur, quia non veniunt à materia Eterogenea ignota, quamuis Poeta Venuſinus cæteris Pratenſes prætulerit *pratenſibus optima Fungis-natura eſt*. Animaduertit Plinius fungos, qui in coquendo duriores fiunt, eſſe noxios. Pyra tamen, & Acetum ſunt ijs contraria, & veluti eorum Alexipharmaca.

Lib.2.ſerm.
l.22.c.23.

Fungus, qui vulgò dicitur Lingua Canis.

Fungus alius colore Chermeſino, fortè deleterius: Albidiores quià Fungi in genere ſunt cæteris omnibus tutiores iuxtà Ouidium colligendi *Fungos colligit albos*.

Plin. l.22. c.23.

Fungi ſpecies, quæ vulgò dicitur *Orchsella*, ſeù *Orcella* ideſt *Auris*. Sed dentium potius imaginem repræſentat.

Lib.4.Faſt.


Fun-

Fungus Ventilabri figuram habens.



Huiuſmodi formarum inſolentiorum Fungos artificiatas, vel naturales varias referendo res, dici poteſt à copia pendere excrementorum alimentalis Arboreæ ſubſtantiæ variè coctorum, ſeù putreſcere incipientium cum varijs caloris, & humidi gradibus, nam qui ſubtiliores, & longiores ſunt plus caloris, & aereitatis obtinuiſſe, qui verò craſſiores ſunt plus eſſe terrenos eos conſtabit.

Fungus Arboreus Tricornis.




Fun-

Fungus Arboreus in quo ſunt Rictus, ſeù Effigies Animalium.
In noſtro Muſæo Aldrou.



Li-

Lichen Arboreus, ſeù Impetigo Morbus, & Mentagra quædam, atq;



Pulmonaria Arborea Fungoſa, quæ eſt morbus quidam cutaneus in mala conformatione magnitudinis auctæ exitio facultatis alteratricis, & excrementorum copia. Poſſet quoq; dici Pulmoniâ laborare Arbor illa, in qua hæc Pulmonis apparet figura. Hunc affectum præcisè vocarẽ nimiam Arborum Hirſutiem, & piloſitatem complicatam ad ſimilitudinem plicæ polonicæ in hominibus; curatur autem hîc morbus abradendo, & abſtergendo peroptimè cutem Arboream, atq; ramos ſublucando ad vmbram remouendam, ſoliſq; radios captandos. Muſcoſo de Genere Pulmonariam hanc Khuenius in Zodiaco Med. carmine proſecutus eſt.

Muſcus

A *Muscus in Arboribus quoque Pulmonaria serpit,*
Pulmonum à formâ vulgato hoc nomine dicta,
Licheni similis, sed latior, aridiorque
Inferiore sui pallescens parte, virensque
Exteriore, notis, maculisque aspersa quibusdam,
Repit in vmbrosis syluis, &c.

Lib. 5.

Multæ insuper in Quercubus protuberantiæ, & callosæ duritiei, & ceû Tophi arthritici obseruantur sub cute, & in ipsius carnis interstitijs, hiq; tumores adeò duri euadunt aliquandò, vt lapides æmulentur, alij videntur viscera, & cutim perforare, quemadmodum ij, qui Claui nomine notantur, quorum euratio, si discrasia fit totalis in Arbore, impossibilis erit, si verò partialis solum difficillima sequetur propter immodicum à statu naturali partis illius, vel vnicæ recessum. Hinc ad vires medicas Quercuum perscrutandas inuitamur.

B VIRES, ET VSVS In Medicina.

ADstringens, Glutinansq; Facultas Quercubus omnibus inest, quâ mediante sanguinem fluentem sistere valent hæ Arbores, & ad immoderatas quascunq; humorum excretiones suas mirificè opponunt tenniores membranas, quas lignum amplectitur, & cortex, similiterq; corium fructus, & eductio, celeberrimumq; illud Vnguen ingrediuntur constrictiuũ, quod Comitissæ vnguentum nuncupatur Gulielmi Varignanæ Bononiensis medici vetusti inuẽtum. Folia itidem præclaras sanè prærogatiuas in sanandis quampluribus obtinent malis. Vnieum ex illis linguæ superpositum contrà stomachi ardorem mirificè operatur; imò quia nil aliud imbecillum, & flaccidum stomachum æq; roborat indefectu Glandis, ac Querna folia, sunt, qui Glande non expectatâ ijsdem adhuc recentibus ad eundem finem quotannis aliquot veris diebus vtantur, quo facto confidunt se toto anno validis ventriculi viribus nixos, nullo C morbo à recto sanitatis statu posse depelli. Eadem adhuc tenella, & rubescentia vino decocta, & gargarizata dentium dolores sedant, & insessibus adstringentibus addita saluberrima sunt, ex quibus aqua elicita faucium inflammationes dysenterias, omnesſanguinis fluxus mirificè curat; ex ijsdem folijs recentioribus contusis emplastrum cum vino calente rupturis, & vulneribus superpositum sanationem efficit, quod Galenus ipse experimento certissimo comprobauit. Prædictas præter Virtutes habent folia Quercina vim alexitericam venena propulsandi, vtpotè quæ serpentes attactu solo perimant iuxtà Democritum; hinc eruditus ille cecinit

Dioscor. l. 1. c. 121.

In Praxi med. tract. 16. c. 4.

Gorop. in Gallic. l. 5. p. 137.

Constant. Agric. l. 13. cap. 9.

Gaudent. Merul. mir. f. 347.

Toxica decoctum Quercus innoxia reddit,
Ex tepido tantum si tibi lacte detur.
Laxa valet firmis astringere corpora vinclis,
Nectere vel succo vulnera magna suo.
Attamen & flatus generat, capitisquè dolorem,
Sed redimit paruum commoditate malum.

Iodochus Harchiusin enchiridio med. simpl.

D Farina rursus vel foliorum, vel corticum, vel calycum efficax est remedium ad sordida vlcera, & chironia, & omnem oris, gingiuarum, dentiumq; putredinem nihil æquè curat. Quibusuis alui, & ventris fluxibus quælibet Arboris pars medetur. Roboris Corticem aduersus venena potentissimum esse remedium nonnulli auctores tradunt. Gemmæ illæ Herbaceę, quæ folijs Quercuum innascuntur in Maio collectæ, & in vitro suspensæ contrà solem aquam dabunt, vt docet Crollius, quæ ad hernias, & rupturas inunctione mirabili curandas confert; idemq; operari asseuerat quæcunq; tubercula ramis tenerioribus Quercuum adnascentia, quæ tam recentia, quàm sicca, & in puluerem redacta Pesti feliciter opponuntur. Aqua item quæ in annosarum Quercuum cauitatibus collecta stagnat singulari habenda est pro remedio ad scabiem, omnesquè impetigines, lichenasquè, & tam in Hominibus, quàm in Pecoribus expertissima. Aqua insuper ex Quercuum antiquiorum partibus plerisq; destillata in Maio Mense,

Designat. int. rerum.

Tragus l. 3. cap. 72.

dum

Dorſtenius in Botanico dum vigent intimæ humiditates fluxum quemcunque, ſiuè album, ſiuè purulentum, ſiuè ſanguineum emendat, grumoſquè ſanguineos per contuſionem collectos exprimit foras, atq; propellit, idemq; præſtare dicitur aqua per alembicum è Glandibus ipſis deſtillata, & propterea prodeſt vtraq; iſtarum aquarum immundo, & putreſcenti Iecinori, Remedium q; affert Phthiſi incipienti; Puncturæ ſimiliter lateris magno eſt iuuamento; vlcerata ſanat inteſtina; contrà calculum lumborum, & veſicæ conducit; linteolis, applicita membro alicui inflammato valenter refrigerat; antiqua demum erurum vlcera lotionibus ſanat iteratis. Glandes ipſæ ſolitariè acceptæ quoquo modo ſumantur, venenis reſiſtunt, lumbricos necant, & expellunt, vrinam cient, calculum frangunt, & maximè puluis earum, flatus quamuis tantiſper excitent, ſtranguriæ medentur; fluxus ſiſtunt muliebres; cortexq; earum particulariter in aquâ, & aceto decoctus, & emplaſtratus igni ſacro medetur; earumq; capula, ſeu calix græcè *κυπαλίς* adſtringit valenter, & dentes commotos in vini rubri decocto per collutionem firmat. Prædictas Quercuum vires hoc carmine Durantes expreſſit *Io. du Choul de Qu. var. hiſt.*

In Herbario lit. Q.

> *Deſiccat Quercus renum, minuitquè Lapillos,*
> *Aſtringit, cohibetquè vteri muliebria, & alba*
> *Profluuia, & pollet contraq́; venena, febreſq́;*
> *Peſtiferas: ſiſtit iecoris fluxuſq́;, leuatquè*
> *Ventriculi ardores, ſcabieiquè vlcera ſanat:*
> *Sanguini & eiecto, dyſentericiſquè medetur,*
> *Caliaciſq́; ſimul: Glandes genitalia ſanant*
> *Vlcera, & vrinam emittunt, profuntquè veneno*
> *Morſibus infectis: ſimul inflammataquè mulcent.*

Oſuald. croll. de ſig. rer. nat. Partes tamen Quercuum ſimilitudines rerum varias gerentes peculiariter valent ad præſignatos tollendos morbos, vt Radix ſerpentiformis, quæ lacte decocta, vel in ſubſtantiâ exti inſecè adhibita ſerpentum ictibus venenoſis ſuccurrit; ita etiam Glandes Genitalium morbos curandos reſpiciunt, immò capita ſerpentum dum æmulantur, capitalia eorundem vulnera innocua reddunt; hinc Tragus Botanicus præclarus docuit eos, qui à venenatis animantibus, aut ſerpentibus morſi, vel icti fuerint, ſiuè etiam venenum illorum quomodocunq; hauſerint vel cantharidas ſumpſerint, itaut ſanguinem mingant docuit inquam bibere Glandes in puluerem redactas, vt ſanentur, nam hoc remedium venena expugnat, & tollit, tam per vrinam eam protrudendo, quàm per alios modos expulſionis commodiores. Vltimas Quercuum reliquias ſi quis ſectetur carbones ſcilicet, atq; cinerem, vires medicas non modicas in illis inueniet; nã carbo querneus cum melle tritus carbunculum curare egregiè dicitur, eiuſdem quoquè crematæ Quercus optimos cineres a chymicis ductu Plinij obſeruatos in Salem virtuoſiſſimum coire certum eſt, nam apud Plinium legimus *Quercus optima, vt quæ per ſe cinere ſyncero vim ſalis reddat.* Ex eo itaq; concinnari poterunt optima, & efficaciſſima remedia corroborantia partes intimas noſtri corporis, & illas per expreſſionem quandam ab infarctu maligno liberantia; remanent modò remedia conſideranda, quæ petuntur ex Galla, Viſco, Polypodio, alijſq; ſimilibus conſiderabilioribus adnaſcentijs; vndè primò veniunt inſpiciendæ Gallæ, quæ cum æquali pondere lini ſeminis dolores ceruicis ſedant ex Plinio, quoniam ſecundum Dioſcoridem hæ debeant dupliciter coſiderari, earum quoq; vires medicæ duplicem inſpectionem requirunt, ſic enim Dioſcorides ſcribit. *Omphacitis parua quidem, ſed tuberoſa, ſolida, & nullo foramine peruia. altera plana, leuis, perforata; eligi debet omphacitis, quæ efficacior eſt, & vtriſq; vis vehementer adſtringens; trita excreſcentias in carne, fluxiones gingiuarum, & vuæ, atq; oris exulcerationem cohibent; nucleus cauernis dentium inditus dolorem ſedat, crematæ carbonibus donec igne flagrent, & vino, aut aceto, aut acidamuria extinctæ ſanguinem ſupprimunt. Decoctum quibus inſidere expedit efficax eſt contra vuluas procidentes, fluxionesq́;. Capillos denigrant aceto, aut aquâ maceratæ. Diſentericis, caliaciſq́; cum vino, aut aquâ trita conuenienter illinuntur, aut bibuntur, opſonijs addi debent, aut integræ in aquâ percoqui, in quâ nonnihil ex coquendum eſt, quod his affectibus conferat; in ſumma his vtendum ad aſtringenda, aut ſiccanda quæ opus ſunt.* Lignum mox Viſci Plantæ in Quercubus naſcentis decantatiſſimum ingentibus, atq; copioſis præditum eſt virtutibus; nam ſimpliciter collo geſtatum & digitis circundatum contra morbi Herculei

de ſtirp. Hiſt. l. 3. c. 70.

Lib. 31. c. 7.

L. 20. c. 20.

L. 1. c. 123.

A lei venenatas auras, & prostrationes verior est Hercules Alexicacus; ab eius tamen Glutine fructus maximè cauendum est, ne os intret, quia maximopere exitialis cordi, capitiquè nocens deprehenderetur, vt Nicander præmonuit his verbis

In Alexipharmacis.

Sic miserè afflictus vix tandem ducere presso
— Ore potest animam

Sed illi tantum extrinsecus vsurpato fidi potest, cum humores ex alto extrahat, digerat, discutiat, Phymataque, auctore Dioscoride, parotidas, & cœteros abscessus cum resinâ, & cerâ ad maturitatem perducat; cumq; Thure vlcera vetera, & malignos abscessus molliat, lyenemq; cum Gagate lapide, aut calce, ei super impositum minuat; ligni autē eiusdem Visci Quercini substantia in aquâ vitæ bibitâ pellit febres, & apoplexiam, aut vertiginem, & corporis tumores; cumq; Hepaticis simplicibus sumpta præseruat à leprâ; eius puluis super strumas cum resinâ, cerâ, & Galbano discutit pustulas, pannosq; omnis generis diluit; cuius virtutes Iodochus Harchius hisce versibus egregiè compendiauit.

In Enchir. Med.

Discutit, emollit, trahit, & tubercula quaquè
B *Maturat, moles indè lienis abit.*
Sic fœdâ scabie, & leprâ, & lentigine corpus
Fœdatum, nitidâ contegit indè cute.
Quod legis è Quercu morbum curare caducum
Viribus occultis creditur esse potens.

Sequitur consideranda δρυόπτερις, id est Filix Quernea, polypodium dicta, de quâ herba dicendum venit in re medica eam esse, quæ ad plures morbos sanandos à medicis, atq; pharmacopæis præscribitur, atq; paratur, & præcipuè ad affectus melancholicos, & ad morbum comitialem; saporem ipsa præfert parum dulcem, cum subamaricie tamen, austeritateq; aliquâ, necnon aromaticitate linguam, licèt ignauiter, feriente; calefacit, atq; siccat, primas quoad qualitates in ordine secundo, facultateq; potitur humores crassos, lentos, viscidosq; tergendi, digerendi, siccandi, necnon atram bilem, & pituitam detrahendi, verum imbecilliter; & ideò cum alijs miscetur medicamentis, iuxtà methodi medendi præscripta, cum illa indigeat magis adiuuantibus, quam corrigentibus; ex huius herbæ radice fit principaliter syrupus de Polipodio solutiuus in nostro C Antidotario Bononiensi nouissimo descriptus, ingrediturq; partialiter nobiliora composita, vt Catharticum Imperiale, Diacassiam, Diacatholicon, Diasenam, Decoctionem Epithimi Mesue, &c. Polipodio proximâ accedit Chamedrys, seù Quercula, ex quâ fit Syrupus non infimæ efficaciæ, ad menstrua prouocanda, obstructiones reserandas, internaq; viscera confortanda descriptus in Antidotario nostro Bononiensi nouissimo. Muscus tandem Quercinus, primò exilior, & albicans Cosmeticæ Medicinæ ad pulueres cyprios componendos inseruit, refrigerat, & adstringit, digerit, somnum inducit, roborat ventres, præcauet abortum; Lychenas efficaciter currat; pulmones refrigerat, adstringit, digerit, siccat, abstergit, vulnera glutinat, valet ad tabem, pectoris, & pulmonis vlcera, & sputa cruenta. Ad vulnera, & pudendorum vlcera, & ad vtrunq; muliebre profluuium; dysenteriam quoque, & biliosos vomitus tollit; cœtera lubenter prætermittimus, nè tædio nimio afficiantur Lectores, & quià nimis ampla est Quercuum tractatio, vsum tamen illarum in cibis peruetustum, & omninò antiquatum, quoad Homines saltem, ne in tantâ copiâ defectus vllus appareat, breuissimè D proferemus.

Diosc. lib. 4 c. 188.

Pag. 264. & 265. Antid. B. p. 10. 25. 30. 57.

Pag. 238.

Auctor stir. Silesiac.

VSVS IN CIBIS.

COmmunissimum Antiquissimarum Gentium victum fuisse Glandes constat apud omnes; cum enim Panis adhuc vsus ignotus esset

Mortales primum ructabant pectore Glandes,

In C. Mario pag. 195.

Et propterea Plutarchus dicebat Quercum inter Arbores syluestres fructus copiâ, & bonitate præstantissimam. Illa tamen, vbi meliorem, & sapidiorem naturam sortiebatur, fiebat acceptior; & hinc M. Varro, referente Aulo Gellio in Satyrâ, quæ περὶ ἐδεσμάτων inscribitur, inter exquisitos multarum Gentium fructus Glandem Ibericam posuit.

Lusi-

Luſitani vetuſtiores, vt tradit Strabo, & ij, qui Montani erant, vel poſt inuentas fruges, ob annonæ penuriam duabus anni partibus Quernâ veſcebantur ſuaui Glande, ex qua deſiccata, & mola ſubacta farinam in Panis vſum recondebant ad Ver, & Hyemem tranſigendam; Glande quoq; Allobij Sarmatiæ Populi non incommodè victitabant, id referente in Stromatis Clemente. Glãdes ob id multarum Gentium opes fuiſſe Plinius adnotauit; eæq; nonnullas apud Nationes adeò gratæ ſunt guſtui, vt bellaria Cereris, quia dulces (quo pacto vina dulcia Bellaria Bacchi dici poſſunt) appellabantur. Plurimum quidem nutriunt Glandes, quamuis ægrè digerantur frigidæ in primo gradu, & ſiccæ in tertio, ſi Elluchaſem Arabo ſcriptori credimus, quarum temperiei correctionẽ coctio, & ſaccharum inducunt. Glandiũ autẽ cibus in genere licèt, moderatiſſimam ad ſpeciem redactus belluinam operatur nimis fortem nutritionem, ruſticoſq; admittit ſolùm comeſtores; ad aſperiores quippè labores perferendos artus indurat, viſceraq; ferrea ferè reddit. Huc ſpectare videtur illud Apollineum ad Lacedęmones oraculum, quo Glandiphagi Arcades inuicti pronunciabantur

Strabo l. 3. Geogr. — Symphor. H.l.1.c.7. — Lib.16.c.5. & 6. — Ex Aulo Gellio, & Macrobio. — Tacuino 4. Domo.19. — Galenus lib. de Cibis boni, & mali ſucci.

Glande ſatur multâ obſiſtet tibi plurimus Arcas
Noſtra tuis non ſunt contraria Numina cœptis.

Quibus Populis adeò placuerunt Glandes in eſum, vt ſoli dicantur inter Græcos

Frugibus inuentis auſi defendere Glandes.

Multa quidem ſunt Animalia, quæ Glandem auidiſſimè expoſcunt, atque ſectantur, quâ mirè pingueſcunt, & in genere Auium Picæ cognominatæ Glandariæ, quæ Glandes ſtudioſè colligunt, terræq; recōdunt, & obruunt more formicarũ. Ipſis quoq; cõtuſis à noſtratibus Indicæ Gallinæ, ſeù mauis Gallopauones nuncupare, libentiſſimè ſaginantur. Minores vlterius inter Quadrupedes Gliribus, Sciuriſq; adeò placent, vt in Arborum cauernulis, & vbi proprias incolunt ſolitarias, & taciturnas ſedes horrea ſua ditantes, habeant quo famẽ rodant dum cætera torpent. Aquatilia ſed inter Animalia Glande de Piſcis veſcitur Thynnus auidiſſimè, atq; enormiter pingueſcit. Inter tamen cuncta, quæ Glande pro cibo delectantur Animantia, illa ſunt dubio procul præferenda, quæ magis terrena ſunt; En Roboreis inhiantem quàm maximè folijs Capram, quæ dum fructus minimè carpere poteſt, poſtquam Arbores denudauit, arentia lambit ſaxa

Theophr. l. 2. c. 24. de Cauſis Plãtarum. — Strabo l. 3. Geogr.

— Sine frondibus Arbor
Nuda riget, lambunt arentia ſaxa Capellæ.

Gaud. Merula l.3. mirab. f. 160.

En ſues, qui ſuas eſſe Glandes prætendunt, quas iugi grunnitu ab alijs repetere videntur brutis; ipſos Glandibus fęliciſſimè creſcentes huiuſmodi cibo videmus, amplo, & quadrato corpore, ventre promiſſo, clunibus vaſtis, craſſæ, & glanduloſæ ceruicis, roſtris breuibus, & reſupinis, carneq; ſolidâ, quæ ad murtata farcimina, apud nos Bononienſes, vbi famigeratiſſima ſunt *Mortadelle* dicta, exquiſitiſſima, & perfectiſſima eſt, vtpotè ſuauiſſima, temperatiſſimaq; & ad epulãdum propriè à naturâ nobis donata, vt rectè M. Varro diſcurrebat; vndè nos quoque noſtris diebus Glande veſci non male diceremur, dum eiuſmodi Animalium Glandeâ ſubſtantiâ ſaginatorum, tam ſapidè veſcimur carnibus. Glãs adeò proportionata eſt ſuaptè natura ſuibus nutriẽdis, vt nunquã illis nocua, vel minima ex parte fuerit comperta, ſicuti è contrà Bouillo generi perniciem attuliſſe quandoq; fuit obſeruata, & eâ præſertim tẽpeſtate autumnali valdè inæquali, & Glandes, antequam matureſcant ſyderante, rubiginoſiſq; morboſitatibus inficiente; Geoponicorum ob id prudentiſſimus M. Cato Cibaria Bubus indicens ſingulis Iugis in Hyemem Glandis quidem modios 240. ſeruari iubebat, ſed cum ijs dimidium Lupinorum ſimul cum Glande in aquâ maceratorum, nè inconuenientia ſequantur, quæ nos paucis abhinc annis in agro noſtro Bonon. obſeruauimus, dum horum Animalium glande Hyemali impræparatâ, vitioſâque paſtorum, pleraque ex improuisò moriebatur, in quorum ventribus exenteratorum plurima glans indigeſta turgens, & germinans reperta fuit; Fuerat enim maxima eo anno copia Glandium, ſed prauæ diſpoſitionis, cui præceſſerat fœni, palearumq; non modica caritas, vnde ruſtici cogebantur ex abundantioribus Fructibus alere Boues; qui tamen natiuam temperiem in illis ob ſtupefacientes ruminationis motum extinxerant, cum quo vitam quoq; ademerunt; Suaderem ergò vt ſuibus Glandes relinquerentur, illiſq; ſolis ſeruandos eſſe huiuſmodi Fructus villici crederent; Nimis enim diſcrepant Bouinæ, & Suillæ carnes temperamento: nam illæ ſunt frigidæ in primo, & ſiccæ in ſecundo gradu, hæ verò è contrà calidæ

Remb. Dodon. Pempt. 6.l.4.c.2. — Colum. l.7. c.9. — Creſc. l.9.c. 77. — Plin. l.15. c.29. — M. Varro l.2 de re ruſtic. capite 4. — Comm. 4. l. de rat. vict. in al. c.102 — Cato de re ruſt. n.60. & n.54. — Ann. 1657 inſolẽs Boum, & Vaccarũ interitus ex Glãde comeſtâ

A dæ in primò,& ficcæ in fecundò, & propterea infociabiles, vndè piaculum grande committunt fubdoli falfamentarij, qui melancholicas, & terreas carnes fimul cum teneris, mollibufq; pinfunt, nam hæ aromaticitate exiccatiua adiu̇cta ambrofium fiunt edulium, illæ verò nec digna duris mefforum ilijs euadunt cibaria; Ad Myrtum itaq; fauore fuillarum Glandium canat fyncerior quilibet falfamentarius, & fuillorum Farciminum fabricator, vt fummis, & Principibus viris haud in gloriè feruire poffit. Sic & ipfe merebitur de fuis mercibus ceciniffe Martialem.

Qui Palatina caperet conuiuia Menfa,
Ambrofiafque dapes, &c.

Et quià fublimium Virorum dapes ad gelida nos reuocant Ganeæ pocula Græcis, & Romanis olim familiaria, quæ nunc communiffima funt; Sciendum eft, niues in fubterraneis foffis conditas, & in feram feruandas æftatem, non alio melius tutandas effe contrà liquabilitatem remedio, quam querneis frondibus copiosè fuperpofitis, cuius rei tribuunt inuentum Alexandro illi Magno Imperatori, qui nonnifi magna, tam animi, quam corporis viribus voluebat. Querneis tandè Arboribus meliora quæq; ratione ciB bi vndequaq; fuauiffimi ab ipfis prodeuntis debemus; nam in vaftiffimis vfq; Hercyniæ fyluæ tractibus hæ Arbores, quas feptentrionales fæuiffimæ non terrent Vrfæ, maximè rigentes mellificarum Apum in officinas innumerabiles, atq; tutiffimas fe totas vertunt, de quibus cum Hefiodo fic concludere poffumus.

His multum victum tellus fert montibus altis
Quernus apex Glandes, medium dat Robur Apum vim.

Immò cum Plinio, qui fcripfit, *Robur fert Boletos, fuilloſq́ gula nouiſſima irritamenta, qua circa radices gignuntur; fert & mella, &c.* Hæc mihi dant animum, vt varij Quercuum vfus explicandi dulce melos haud ineptè fapiant.

Hucufq; ex vnâ pendentia munera causâ
Vidimus; à variâ confpicienda manent.

VSVS VARII.

C Militaris virtus, cum cæteris præftet, tanquam ftudiorum omnium etiam forenfium tutamen, atque præfidium, fortibus, & nō ignobilibus inftrumentis vti femper confueuit; Vndè Triumphales currus quernei, apud Antiquos Iouis Infignibus, & fceptro exornabātur. Bellicæ quoq; Turres ambulatoriæ, quarū Temonem Hefiodus vocabat δρῦς ἔλυμα, & alia Martis machinamēta tā oppugnatoria, quā defenfiua firmiffimis Axibus, & Trabibus Roboreis componebantur, Victoribus captarum Vrbium, & Arcium perpetuo Quercus ligno fimulacra in immortale decus eorundem erigebantur; fic quoq; vnum præ cunctis Querneum ftipitem ad Trophea de Hoftibus victis, & fuperatis erigenda, fpolijs induendum pretiofis perquirebant generofi olim milites; cuius rei meminit Virgilius;

Ingentem Quercum decifis vndiq́ ramis
Conftituit tumulo: fulgentiaq́ induit Arma.

Ex Robore Phalanta, hoc eft Palatia fiebant antiquitus in tota, & integra orditura non folum, fed in tabulatis, tectiq; fcandulati contextu fchidiarum Roborearum; ex eodem D ligno fiebant Portæ, feneftræ, & Hercij, ideft Portæ pendulæ, & recidentes, feu Catarrhactæ à verbo græco καταῤῥίπτω, quod eft proijcio, vulgò *Saracinefche*, de quibus Cæfar in comm. Ab his Iupiter Herceus dicebatur, quoniam intrà Domos, intraq; fepta ceù penetrale Numen colebatur. Tanta eft Roboris fortitudo, vt igni egregiè refiftat, alijfq; elementorum iniurijs. Robora fumus probat robuftiffima, quia videmus fudes roboreas fuper caminos ignis ardētis tranfuerfaliter pofitos, fuftinentefq; Ahenos bullientes diù durare, vndè Virgilius cecinit:

Et fufpenfa focis exploret robora fumus.

Idem Roboris lignum fluuiatiles, atq; lacuftres ad naues pangendas vtiliffimum eft. Hinc apud Reufnerum.

Fundatura rates, innataq́ rupibus altis
Educat arboreum Robora denfa nemus.

Q Quer-

Ellue elim. Tac. San. 14. Emin. Car. din. de furno lib. de cōferu. fan. cap. 42. Hip. l. 2. de rat. vic. & l. 3. de alim. Platina de Hon. volup. & valet. li. 4. & l. 6. Lib. 8. epig. 39. Mizald. me morab. cēt. 4. nu. 76. Io. Gorop. Becan. in Gallicis lib. 5. pag. 318. Lib. 16. c. 8.

Cicer. pro Mur. Plin. lib. 7. c. 56. Ammian. l. 23. Veget. lib. 4. cap 14. & cap. 19. 21. 22. 23. 11. Aen. Lucanus 3. Belli Ciu. Georg. 1. Plin. l. 16. c. 40. Reufn. in Pom.

Querneam ſimiliter Carinam commodiſſimè,& feliciter ſubiectam experiuntur Nauicularij. Alexander Cornelius, vt auctor eſt Plinius, Arborem, ex quâ facta fuit nauis Argo, quâ Iaſon cum Græciæ Heroibus in Colchum Inſulam vectus fuit, Eonem appellauit, Robori viſcum ferenti ſimilem, quæ nec aquâ, nec igni poterat corrumpi. Vt autem idem ſuccedat de Robore, aut Quercu in noſtrorum temporum nauibus, non ſunt confundenda,ſimulq;iungenda diuerſarum ſpecierum Quernearum ligna;vtQuernea propriiſſimè dicta, & Eſculina Roborea iuxtà Doctrinam Vitruuij, atq; Palladij, & vt durabiliora ſint, non in Vere, ſed in Brumâ cædi debent decreſcente Lunâ, alioquin putreſcent citò, atq; contorquebuntur. In vſus porrò non tam Belli, quàm pacis, æquè apta volunt haberi Robur, & Quercus, quamuis Roboris aliqua ſpecies nimium ſylueſtris extremam propter ſcabritiem, & quaſi lapidoſitatem blandâ,& miti ſit intractabilis arte. Domeſtica igitur vtenſilia domeſticis ſibi parabant è Quercubus plures, minus etiam rudium ſeculorum Populi non ad pulchritudinem quidem ſimpliciter, ſed ad perennitatem. Lacones namq; inter alios proprias è Robore menſas volebant. Ruſticana ſedilia ex Quercu fieri ceperunt poſtquam ex Quercubus ipſis propè fontes aquarum exempla quædam monſtrauit Natura tranſuerſalibus in ſtipitibus nymphas inuitaus ad ibi delicioſè ſedendum. *Et poſita fontana loco ſtant Numina Nymphæ*

Quâ virides præbent enata ſedilia Quercus

Vt cecinit Theocritus; moxq; etiam iiſdem ſedilibus addi cepere pelles, dum ruſticorum turbæ bucolicis carminibus manſuefieri ſtuduerunt ex eodem Theocrito.

Illinc ergò canas, illinc age carmine certes

Bucolico, pelleſq; tuas, Quercuſquè teneto.

Huiuſmodi tranſitum ab agreſti vitâ, ad ciuilem, ſociabilemq; magis indicare volentes antiqui Grecorum in nouis ſolebant ſpõſalibus eum morem obſeruare, quem diximus,vbi ſcilicet.Puer,quidã dum ſponſa ad viri domum traduceretur Spinis,& Glande Querneâ obſitus, caniſtrum panibus onuſtum deferebat, ſponſæq; præcedens paſſim clamitabat, *effugi malum, inueni bonum*; nam quantò ſuauior eſt panis triticeus ipsâ Glande, tantò commodius eſt ſedile tectum pelle,tanquam puluiuari quodam mollius reddito ipſo ſimplici duriſſimo ligno Quercus. Circà Quercuum ligna credendum eſt primos inſudaſſe materiarios fabros, vt omnis generis inſtrumenta œconomica conficerent. Inueniuntur calices ex Quercuum radicibus apud Athenæum memorati,qui à Thericleo excellentiſſimo ſculptore fabrefacti erant. *Calicem nuper è Melandryo factum Thericleũ in temulentorum manibus frequentem*. Hæc illius ſunt verba. E lignis Quercus Inſtrumenta vitæ,neciſq; fuerunt eruta ſemper. Hinc Dolia habemus Quercea pro vinis continendis excluſiua dolorum,lætitiâ,& hilaritate plena. Illinc fontibus Rotæ parantur *Atque nouis tormenta modis rota Querna praaltis,&c.*

Vndè eruditus ille appoſitiſſimè ſcripſit *Et vitæ, & mortis munera Quercus obit.*

Nihil eſt in hac vaſtâ Quercus, ſeù Roboris Arbore, quod vſus non faciat ad vtiliſſimós. Iis certè, qui Quercus creſcere permiſerunt vmbræ æſtiuæ gratiſſimæ debentur, ceù *—Gratas pecori facturis Quercubus vmbras*

Gallam ipſa Quercus ſuppeditat pro Atramẽto ſcriptorio,& pro Arte fullonia ad Sapientiam ipſam delineandam per chartas, atq; ad modeſtiam pingendam ſuper lanas. Querneum corticem coriarij cordi habent, eoq; alacriter vtuntur ad conciliandam pellibus diſpoſitionem quandam, quâ mediante colores illæ feliciter recipiunt, & ſpecioſitatem ex cuticulæ corrugatione concipiunt.Cinerem inſuper Querneum ad multa valere ſciant omnes tam nobiles, quàm agreſtes viri, poſtquam ligno eiuſdem Arboris vſto familiarem ad ignem valdè conferentem ſanitati fuerint vſi à Sibyllinis oraculis moniti. *—De Quercetis lignum ſcindetur ad ignem*

Ex eoq; ſalem, iuxtà Marci Varronis præcepta, in alterius ſalis penuriâ conficiant; eoq; itidem inſpergant frumenta contrà cariem, vt perdurent; illudq; murium cauernis indant, vt noxia,& infeſta illa morti dedant Animalcula, Veterinarijs tandem, & Bubulcis ea quernea relinquantur ligna, quæ in trabibus, & Aſſeribus fortitudinem craſſitiei parem habeant ad Præſepia fabricandum,& Trabales machinas, quibus mediantibus ſoleæ ferreæ boum pedibus inducuntur, de quibus Columella verba fecit *ſed & machina fabricanda eſt, quâ clauſa iumenta, Boueſq; curentur,&c. Roboreis accibus compingitur ſolum.* Sed iam nos vocant Hiſtoriæ Querneæ Honores, vt ad Virtutum Præmia facilior aditus præparetur,

HISTO-

Calcagn. de re naut.
Lib. 16. c. 39.
Archit. l. 7. cap. 1.
De re ruſt. l. 1. cap. 9.
Io. du Choul de Qu. var. hiſt. c. 1.
Pl. l. 16. c. 20.
Theocritus eidyl. 1.
Idem eidyl. 5.
Alex. ab Al. D. G. l. 2. c. 5
Dipnoſoph.
Bap. M. T. 2 p. 215.
Scaliger. poet. c. 187.
Theocr. eydil. 7.
Theophr. H. Plant. l. 4. c. 7.
Pl. l. 16. c. 7.
Tragus de St. Hiſt. l. 3. capite 70.
Gaudentius Merula l. 4. de mirab. fol. 327.
Ex Sympho riã. de Hortor. Hiſt.
Columella l. 6. c. 19.

A

HISTORICA.

GLande Querna vetustissimi temporis Homines victitasse verissimum habetur apud omnes, nam illi *Glandiferas inter curabant corpora Quercus* Qui sub Mundi initijs, & rudimento rudes, atq; inculti incognitas fruges & inexploratas diu habuere, & ideò quernâ Glande, ac fructibus, quos passim natura, è terrâ produceret victitabant in speluncis habitantes, vel tecta Syluarum incolentes, & maximè Quercuum, tanquam frequentissimam Arborem, & inter primas germinantē. Ob id Arcades Antiquissimi Gentium, queis communes erant huiusmodi mores, cœperunt denominari Balanophagi, seù Glandiphagi. Refert ideò Pausanias Pelasgum (qui Luco Quercubus quamplurimis olim consito, post Neptuni templum ad Montem Alesium, nomen Pelasgi fecit) cum in Arcadiâ regnare cœpisset, primùm nudos nactum homines, eos tuguria extruere ad sese à pluuiâ, & frigore defendendos docuisse, & simul tunicas è suillis corijs conficere ostendisse, quos ab herbis simpliciter nudis auertendo ad Glandium fructus nutrimenti melioris gustandos incitauit, quo in more eò vsq; steterunt, quo Arcas Rex Nictimi filius Regnū illud suscepit, & lætiora adhuc vitæ documenta à Triptolemo Eleusine Celei filio acquisiuit, frumentum scilicet non solùm serendi, sed & panis modum, & vsum conficiendi. Cùm tam vtiles igitur forent Quercus, nil mirum, quod Themistocles ex Neocle natus Atheniensis, cui propria Virtus, patriâ etiam inuitâ, quæ plurimum illi debebat, Imperium apud Persas parauit, se ipsum Quercubus comparabat; quoniam illis ad protectionem indigent mortales viatores, si fortè pluuia ingruat in itinere, tegmen ramorum eius expetentes: quod si cælum sit serenum, eam omnes vellicant, deq; illâ quodpiam detrahere student, siuè corticis, siuè ramorum; sic esse de seipso suos apud Ciues diuersis sub temporibus: nam aliquando gratiam apud suos maximam inuenit, dum Olympiaco in conuentu, totius Græciæ oculos in se conuertit, & primus Piræum, qui portus Athenarum erat quadringentarum capax nauium, muroq; millium duorum Ciuitati coniungebatur, munijt, naualiq; postmodum prælio Persas apud Salaminem deuicit; aliquando verò ingratitudinem nactus est, vt eum à Patria, quàm tot beneficijs auctam reddiderat, suæ gloriæ inuidente, factus est exul, & coactus exteros adire, qui de illius Virtute bene mereri studuerunt, inter quos Xerses, à quo perbenignè receptus, in Ducem Exercitus maximi aduersus Athenienses creatus non idcircò voluit de Patria sibi ingrata vindictam sumere, sed vt extremum fidelitatis in illam simul, & in Regem optimè de se meritum specimen præberet, vbi Patriæ suæ ingentis cladis periculum imminere vidit, tauri sanguinem hauriendo se interimere non dubitauit. Præter victum tamen & tectum, quos naturaliter suppeditabant corporibus ipsæ Quercus, superstitiosè quoq; Animas tegebant, alebant, vt Numen, & Aræ cæcæ Gentilitatis efficerentur. Has ideò pro suis cœlitibus obtenebrata Ethnicorum ingenia solas appetere videbantur, & venerabiliter frequentare, & absque discursu discurrere. Eò vsq; peruenit hæc in easdem superstitiosa credulitas, vt hæc vel doctissimos quoq; illorum temporum illaquearet. Hinc est quod Socrates per Quercum, tanquam per Numen quoddam religiosissimū deierare consuescebat; Præterea apud Græcos in more positum erat, vt cum Sponsa ad viri domum traduceretur, puer canistrum panibus onustum deferens, sponsæque præcedens passim clamitando ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον, id est *effugi malum, inueni bonum*, spinis, & Querna Glande coronabatur. Dū etenim patrios lares deserebat noua nupta post frugales mores, auctiorem fortunam in Domo Coniugis expectabat, quam Quercini fructus à puero gestati ex illorum ficto Numine forent declaraturi; hinc est, quod non nisi ad Quercum respiciebant primitus homines in Numinum nominibus implorandis, vsq; ad Romanorum primorum tempora. *Et si à Numâ* (Tertullianus habet) *conscripta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris, aut templis res diuina apud Romanos constabat:* nam Numa Pompilius Hebræorum secutus morem Simulacra Deorum vetuit. *Numa verò* (tradit Clemens Alexandrinus) *Romanorum Rex Pythagoricus quidem erat, ex Moyse verò aditus prohibuit humanam, aut animalem formam Deo à Romanis tribui.* Gallorum vetustissimi propterea, totiesq; celebrati Sacerdotes, & Philosophi Druydæ

B C D

Hip. de vet. med.
Lucr. de nat. r.
Franc. Mar. Grap. de part. ad. l. 1
Ruell. l. 1. cap. 10.
Pauf. in Arcad.
Ælianus.
Sabellicus. lib. 6.
Al. ab Al. D. G. l. 2. c. 5
Tertul. in Apologe. 25
Clem. Alex. in strom. l. 1
Et Plutarc. in Numa ac Plin. l. 34. c. 4. & l. 16. capite 44.

ſubter ipſas Quercus ſua Ioui Sacrificia peragebant, epulaſq; parabant, tauros immolantes, poſtquam aureâ falce ex celſiſſimâ, & veluti Dijs proximiori Quercu, veſte candidâ induti demeſſuiſſent querneos aliquot ramos, quibus ſeſe, & victimas ſolemniter exornabant. Boiorum fortè ob id antiquiores Herculi Victori Bellorum Præſidi Quercus dedicabant, optimè conſcij eundem in Ponto iuxtà Heracleam duas Quercus plantaſſe (vt id pariter ex Plinio habemus) illi chariſſimas. Hinc Theodo Rex Boius Lucum, & Montem Reginoburgium Danubio imminentem ipſi Alcidi conſecrauit, vbi ſacra peragi more maiorum præcepit; ea ſylua poſteà Monachis Aymerani conceſſa tandem fuit, dum ſcilicet Boij Religionem Chriſtianam amplexi in Templa, inq; Cœnobia commutarunt huiuſmodi Quercuum loca; eodemq; ferè pacto crediderim Luco querneo, & Monti Ciuitati noſtræ Bononiæ imminenti, qui nunc dicitur S. Michaelis in Nemore, quippè Oliuetanorum in Monachorum cœnobio longè clariſſimus eſt, olim euenire potuiſſe, cum Galli Boij ijdem per quadringentos fermè annos ſuam hîc Bononiæ, ſcilicet Bojoniæ tunc nuncupatæ, generoſiſſimè retinuerat; eò etenim loci Herculi ſacrificantes ſuo, nobiliſſimam noſtris poſteà præbuerit Chriſticolis anſam Bellatorum illi fortiſſimo, fortiorem adhuc, & verè Diuum pijſſimè ſubſtituere, Diuum nempè Michaelem Archangelum.

Auent. l. 3. Annal. Boic. Elias Schedius de Diſ. Germ. Syngr. 2. capite 124.

Auent. Annal. Boic. l. cit.

Cui Princeps Erebi cum Phlegethonte ſubeſt.

Barbaræ tunc temporis gentium in religione maximè cœcutientium Aræ, minimâ tamen luce crepuſculorum ad inſtar clariſſimam lucem fidei Orthodoxæ diuinabant; ità enim diſponebantur Aræ, vt in earum medio Quercus ſacerrima omnium, ſecundum ipſos, & ampliſſima ſurgeret figuræ triangularis Myſterijs impreſſa, ſiue id Herculi Trinoctio tribueretur, ſiuè ad Iouis triſidum fulmen alluderetur; ibi aliqua ſanctiſſimæ Triadis ſemper adorandæ adumbratis in cæremonijs illis figura, quibus ijdem inſtinctu alicuius fortè Genij melioris ſic procedebant. Pulcherrimam, & omnium in Luco ſpecioſiſſimam eligebant Druydæ Arborem, & duobus illius exertis hinc indè ramis, truncoq; medio, ſeu ſtipiti ſuperiori alligatis in trina coniunctione, ibi hanc vocem *Tau* ſcribebant, idem repetentes in binis ramorum prædictorum ſuper trunco eodem exordijs, in dextero autem ramo hanc vocem volebant inſcriptam *Heſus*; in medio ſtipite *To Tharamis*, & in ſiniſtro ramorum *To Belenos*, ex quâ re Sanctiſſima, & Indiuidua Trinitas vnius Dei, triumq; Perſonarum deſcribebatur. De Marſyliâ Vrbè loquens Lucanus huiuſmodi poeticè indigitauit Aras hoc pacto.

Peucerus l. de diuinat. Tacit. l. 1. Annal.

Lucan. lib. 3. Pharſal.

Lucus erat longo nunquam viduatus ab æuo
Obſcurum cingens connexis aera ramis,
Et gelidas altè ſummotis ſolibus vmbras.
Iſtum ruricolæ Panes, nemorumquè potentes
Syluani, Nymphæquè tenent, ſed Barbara ritu
Sacra Deum, ſtructæ ſacris feralibus Aræ, &c.
Non illum cultu Populi propiore frequentant, &c.

Tantam vlterius ſibi antiquitus conciliauit Quercus venerationem, vt Auguri ex illâ coronato, anteq; aciem incedenti ab hoſtibus parceretur, nec in illum, vtpotè virum ſanctum, tela mitterentur. Sic & pauca erant ſacrificiorum genera, in quibus aliquo pacto, vel mediatè, vel immediatè Quercus non intercederet. In ſacris Fratrum Arualium, in quibus Ambaruales victimæ pro frugum, & vini vbertate Cereri, & Baccho mactabantur, hoſtias eaſdem, dum ter circum arua (vnde nomen adeptæ ſunt) priuſquam ſacrificatæ occumberent, ducerentur, multi ſequebantur clamantes, è quibus vnus in hoc magis inſtructus ſeligebatur, qui ſolemni cum ſaltatione Numinum illorum (carmine compoſito) laudes decantaret. Hic verò ad illud munus nunquam ſe accingebat, niſi prius Querno ſibi diademate caput obduxiſſet, ac ſi ſuauius cantantem illum, magiſq; probum, ideoq; Dijs chariorem, & publici voti plenius compotem ſertum illud efficere potuiſſet. Tempore etiam nondum adultæ Chriſtiani Orbis Reipublicæ tanti facti ſunt Fructus Quercini, vt Galla ex Inſulâ quadam Perſici Maris digna propter ſui tunc temporis aut raritatem, aut admirabilem magnitudinem habita ſit, vt ab Imperatore Conſtantino pientiſſimo, & ſacratiſſimo, dono mitteretur ad D. Petri Baſilicam in Vrbe. Habemus pariter ex iſtis Arboribus inſignes aliquot memorias, de quibus Sacrorum Voluminum paginæ nonnulla ad Hiſtoriam pertinentia continent. Inter has ani-

Al. ab Al. D G. l. 3. c. 12.

Onuphr. Panuin.

A animaduertenda venit Quercus, apud quam Saul viros tres (quod futurum in rei testimonium Samuel prædixerat) obuios habuit. Isaias quoq; Propheta iussu Manasse Regis (cuius à D. Hieronymo Auus fuisse perhibetur) ferrâ geminas in partes dissectus, sepulturam inuenit sub Quercu Rogel iuxtà transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex Iacob obstruxerat puluere. Præterea Quercus Absalonem Dauidi patri rebellem suis ramis appensum retinuit tribus lanceis transfigendum in pœnam perfidiæ, & parricidij tentati, vt pateret quod aduersus maximos peccatores, vel ipsæ quoq; creaturæ insensibiles obarmari nouerunt. Nec tunc solummodò ad puniendum capitale delictum, licet accidentaliter, Quercus interuenit, sed successiuis etiam temporibus apud plerosquè Gentilium eodem munere, iudicibus sic statuentibus functa est. Deijciebantur enim ex Robore, quando non de saxo, qui grauioribus obnoxij criminibus capite mulctandi censerentur. Sed si ex Robore scelerum pœna decerpebatur, ex eodem quoquè virtuti præmium statui consueuit. E Robore nanquè rudes ad libertatem militibus emeritis, & gladiatoribus iam ætate confectis donandam excerpebantur; dum etenim rudem, seu B fustem illum roboreum, quo fortassis pluries decertarant (teste Lampridio) publicè ab Lanistâ, idest gladiatorum magistro, auctore Prætore accipiebant, ij tunc spectatæ conditionis efficiebantur, vnde Lyricus.

Reg. 10. *Auctor Terra Sanctæ f. 141.* *Arg. in Isa. & 2. Par. 33.* *Al. ab Al. D. G. l. 3. c. 5.* *Adricom. num. 225.*

Spectatum satis, & donatum iam rude quæris
Mecænas iterum me antiquo includere ludo.

Hor. l. 1. Epist.

Et Cicero, *tam bonus gladiator, tam cito rudem accepisti?* Quare non absurdum esse asserere, quod homines tunc temporis ad huiusmodi Arbores cogitationem dirigentes, qui probi essent ad virtutem magis allicerentur, qui verò mali deterrerentur, quia *Philipp. 5.*

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Sed si qui simplici Quercino fuste donabatur tantò meliorem facere conditionem suã credebatur, quantò asperiores in bello tulerat labores, quid dicendum posteà de ijs, ante quorum ædes Quercus integras in vrbibus regio permissu plantatas videre erat? Hæ certè totius populi admirationem simul, & obsequium Domino suo cõciliare valebant. Inter eos, qui primitus hoc priuilegio gauisi sunt, is fuit Augustus Imperator, qui Palatinæ C nomen Quercui procerissimæ antè suarum ædium fores in aera se se tollenti voluit imponi, gloriosissimo inscriptæ titulo OB CIVES SERVATOS, vnde Sulmonensis Sireni præberetur ansa perbellè canendi.

Causa superposita scripto testata corona
Seruatos Ciues indicat huius ope.
Et Iouis hæc, dixi, Domus est, quod vt ipse putarem
Augurium moniti Querna corona dabat.

Trist. libro 3. el. 1.

Cum vtiq; maximam nobilitatis notam hac ratione præseferre crederentur Quercus, factum posteà fuit, vt mos huiusmodi dudum in minori Britanniâ vigeret, vbi Quercus, quas in Ciuitate studiosè alebant, nonnisi ante nobilium ædes poterant detineri, nam ideò nobilitatis indices, & testimonium erant irrefragabile, adeò vt qui Quercubus priuaretur, omni etiam spoliaretur dignitate, & existimatione vitâ longe chariore, quia in illis apparebat Generis vetustas, & præclara etiam dignoscebantur nomina, ita vt supplicium ignominiosum esset illis priuari. Aliæ aliâ de causâ Quercus famosæ traduntur. Fuit enim Arpinatum vastissima Quercus Mariana dicta, ad cuius vmbram Cicero tam D commodissimè disputari posse censebat, vt in illius propterea laudem Poema exposuerit elegantissimum. Superiore pariter ætate quædam Quercus apud Bituricеs in nemore Tronsae adeò vasta per omnes dimensiones visa est, vt illius portentosa magnitudo Franciscum Galliarum Regem Christianissimum permouerit ad eam crebris palis circunuallari iubendum, & ipse quandocunq; venaturus illac trãsiret, eiusdem contubernio valdè delectabatur. Alia similiter Quercus altissima in Luco Martis in Ponti finibus apud Colchidem Regionem erat, in cuius summitate suspensum vellus aureum teste Apollonio Rhodio videbatur. Habemus etiam identidem Quercubus nedum numen attributum esse, sed & ipsas numinibus consecratas, nam sicuti Esculum Sacrauere Ioui, sic & Quercum Pani dicatam fuisse à Garete Fluuio Stadijs decem refert Pausanias in Arcadicis. Illud autem quod ad Dodonam Vrbem attinet Quercuale non est prætereundum, vt poëtè historicum, & haud ineptì parergi locum hic occupaturum. Iuxtà

ergo Dodonem Chaoniæ Vrbem Iouis Quercualis nemus diù celeberrimum fuit, in quo templum & fons aderant eiusdem Numinis in tutelâ, eidemq; ambo facrata, cuius fontis, & si frigidissimæ aquæ, vino tamen erant ardentiores, nam faces extinctas è directo positas procul accendebant. Ibi etiam duæ Columbæ suprà binas Quercus residere dicebantur, quæ responsa dabant, & quarum altera Delphos transuolauit ad templum scilicet Apollinis: altera verò Ammonij Iouis fanum in Africâ petijt; sed re vera Columbas illas duas nil aliud fuisse crederem, quam fatidicas Fœminas, quæ linguâ Thessalâ futura prædicentes Columbæ deorum dicerentur, quæ ad alia loca postmodū secesserint, vt plures fallere possent gentes Dæmonum astibus heù nimium dementatas. Nec piget hîc aliquid de Quercu, quæ perpetuo foliorum honore decorabatur, in medium ex Plinio adijcere. *In Thurino agro, vbi Sybaris fuit* (sic ille fatur) *ex ipsa Vrbe prospiciebatur Quercus vna nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans; idq; mirum est Græcis auctoribus proditum apud nos postea sileri; nam locorum tanta vis est, vt circa Memphim Ægypti, & in Elephantine Thebaidis nulli Arbori decidant, nè vitibus quidem*. His tamen omnibus elegantia non cedunt, quæ ad historicam Quercuum, & eruditam lucubrationem concernentia tradit Goropius. Morem antiquissimum in Gallia adhuc perdurantem, originemq; à druydis trahentem huiuscemodi (scribit ille) obseruari. Discurrunt Iuuenes ipso anni exordio per vicos ostiatim vociferantes *Auguy l'an neuf:* voxq; *Guy* priscæ Gallorum Druydarum vocis vestigium, cum significet viscum, hoc intendunt vociferatores.

Ad viscum Druydæ; Druydæ clamare solebant.

Ad viscum, ad rem scilicet sacram, ad viscum, hoc est ad doctrinas & capescendas, & disseminādas, cum Druydæ ipsi antiquissimi nil visco sacratius baberent, & cum illorū proprium esset populis doctrinas propalare. Idem vidētur omnes replicare quotannis, & innuere Gymnasiarchæ in studiorū instauratione, dū orationes haberi iubent incitatorias, & excitatorias ad bonarum literarum studia. Sic nos Bononienses in nostris institutis melioribus, & consuetudinibus habemus, in ijs præsertim, quæ à Carolo Magno restituta, & restaurata fuerunt; qui verè Magnus Imperator ergà tenuioris fortunæ discipulos studiosissimos, & sapientiam probè adeptos hæc verba non semel protulit. *Vos quidem mei virtute estote filioli pientissimi, qui nostro imperio grauiter defuncti estis, vestra erunt Sacerdotia locupletissima, & Pontificatus maximi. Ego vos in aulam adscisco, ex vobis Senatores cooptabo, vos in album Prætorum, & Patrum curiam adlegam.* Contrà verò in Nobilium liberos à studijs abhorrentes literarum hæc verba fulminabat. *At vos comatuli, & delicatuli freti opibus, & splendore parentum, nostram Maiestatem spreuistis: vitia, otia, luxum, & inertiam bonis literis, & virtuti, contemptu decreti nostri prætulistis. Deum ergò immortalem testor, nihil penitus commodi, honorisq; à me ad vos prouenturum; quinimmò edam in vos exempla, nisi resipueritis, & negligentiam diligentia expiaueritis*. Præter propter notarunt aliqui neoterici obseruatores rerum, & Vrbium, quod huc pertinere videtur, apud Belgas lignum Quercinum in vsu esse, vt aquæ inijciatur, ibiq; per annum integrum, vt duritiem, gratiamq; coloris acquirat. Sed amplissimum, & nobilissimum, longèq; gloriosū Armamentarium nauale Venetum, quod illi Populi lingua genuina vocant *Arsenale*, Querna diu probata vult aquis mergentibus ligna pro nauium fabricis probatissimarum, & inculpabilium. Eàdem penè de causâ, nempè quià ex madefactione robustius fit lignum Querneum, permoti fuere nedum nostri recentissimæ ætatis artifices, sed vetustissimi quoq; ad seligendas scandulas, hoc est asserculos, seù laminas ex ligno vt plurimum Quercino, seù roburno omniū aptissimas ad tecta construenda, vt factum fuit apud Romanos per septuaginta, & quadringentos annos. Accipiebant isti spissiorem Roboris medullam, quæ atrum ab aliquibus dicitur, & cor, ex hacq; materiâ scandulas secabant. Has scandulas Italico sermone melius exprimere non possemus, quam per nomen ab illarum Artificibus, & Fabricantibus eisdem propriè impositum, *Lambrecchie* videlicet, quasi ligna, quæ lambit imber super tegulas decurrens. Duas adhuc historiolas in lepidam huiusce tituli coronamētū afferre non tædebit, vtpotè quæ nonnihil fortassis notabilis præseferunt. Athletæ altera nimis audacem; altera pastorem, ambos à Quercubus, licet diuersimodè morti expositos exhibebit. Milo Crotoniates pugil, & luctator, alioqui celeberrimus, cum proprijs nimium fideret viribus, quibus aliàs maximè pollere cognitus est, dum in olym-

Marginal notes: *Pompon. Mela. lib. 2.* — *Herodotus.* — *L. 16. c. 21.* — *Gallicorum lib. 5. p. 127* — *Gherardacius in hist. Bonon. libr. 1. anno 777* — *Auentinus l. 4. Annal. Boiorum.*

Margin letters: E F G H

A olympico certamine taurum ictu nudæ dexteræ occidisse fertur. & infatigatus illum per stadij spatium humeris baiulasse, totumq; eodem die absumpsisse; is hiantem pariter Quercum omninò scindere posse sibimet persuadebat: quod opus aggressus, & vi, quâ potuit maiore discissas partes aliquantum quidem se mouit, sed hæ violentissimo impetu ab illius nixu laboriosissimo in ipso cessationis instanti se liberarunt, eodemq; tempore Milonis manus hinc inde conatu deficiente constrictas arctissimè illaquearunt, à quibus lignis lethalibus sibi catenis, cum sese extricare, & liberare minimè potuisset, à feris dilaniatus tantæ audaciæ pœnam effugere non potuit, vndè Satyricus

----- Viribus ille
Confisus perijt, admirandisq́; Lacertis. — Iuuen. Sat. 10.

Ab hac expeditos nos ad se vocat Amyntas pastor quidã, qui (vt referũt historicè nõnulli Scriptores) nimium solicitus in saginandis suis porcis, ascendit Arborem glandiũ pondere curuatam, ex quâ nimiâ sui ponderositate cadentes glandes, cadendo secutus in terram decidit præcipitanter, & simul cum ramis fractis membra propria miserabilissimè frangi moriendo persensit. Illius verò pater irâ simul, & pietate concitus exci-
B sam eam Arborem in rogum extruxit, vt vrendo corpore filij pœnas illa daret, ac si capax futura esset supplicij Arbor, quæ culpæ capax esse minimè potuit. Hunc casum Bilbilicus Vates his verbis expressit elegantissimè.

Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas, — L. 11 ep. 42
Et gaudet formâ, luxuriâquè gregis.
Cedentes oneri ramos, syluamquè fluentem
Vicit, concessas ipse secutus opes.
Triste nemus dira vetuit superesse rapina,
Damnauitquè rogis noxia ligna Pater.

Historias Clio canit inclita similiter veras, admirabiles autem Citharœdus Apollo in Quercus præduro pulset ligno à falsitate plurimum abhorrens, atq; à fictionibus, illam Tzetzis non admittens de Lynceo secundum Pindarum videntem per truncum Querneum, æquè ac per specillum quoddam

Lynceus autem oculatissimus omnium cum esset hominum,
C *Conspicatus in cauâ Quercu Castorem, & Pollucem.*

Ionst. in Thaumatogr. Admir. de meteor. cap. 10. Chil. 2. numer. 48.

MIRABILIA.

MVlta in Quercuum, & Robotum Arboribus habentur admiratione dignissima; Magnitudinem scilicet, Ætatem, Vires, & Accidentia varia earundem Arborum si inspectemus. Magnitudo in primis immensa Quercuum ingentem captat admirationem, quemadmodum illa fuit, quæ Campum Martium occupabat olim palis in Orbem vallata, sub quâ Federico III. Imperatori anno 1472. epulum fuit datum, aliæq; quarum in Historicis aliquæ sunt memoratæ. Tam Vastæ reperiuntur Arbores huiusmodi Septentrionalibus in Regionibus, vt videantur quodammodò inuidere maioribus eleuationibus Poli suas altitudines. Ibi vt recenset Plinius Querneas est videre Arbores, quæ *suffossæ fluctibus, aut propulsa flatibus vastas amplexu radicum insulas secum auferunt, atq; ità librata stantes nauigant ingentium ramorum armamentis; sæpè*
D *territis classibus nostris, eum velut industriâ fluctibus agerentur in proras stantium noctu, inopesque remedij illa, prælium aduersus Arbores inirent.* Quercus Libani montis altissimi Phœnicis in Syriâ, & termini Aquilonaris terræ promissionis, vt proceritate, ita & odore admirabiles erant. Illarum etenim Muscus suaueolens magno apud mercatores in pretio habebatur, ex quo puluis ille Cyprius dictus, tanquam gratiarum insigne ornamentum, conficiebatur, caput corroborans, blandum inducens soporem, & nimias omnes fluxiones compescens. Sylua Hercinia vastissima in partes præcipuè quinque distributa, quæ dicuntur Bacenis, Semana, Martiana, Gabreta, & Boemica, Quercus alit, quæ ferrâ dissectæ Camelati panni vndosi formam affabrè effictam, seù delineatam exhibent, ex quarum Tabulatis Thalami ornantur, quæ an sint Tigrina, vel Panterina ligna antiquorũ ambigi potest. Non est equidẽ nouũ Quercus mille propter varietates dici posse pulcherrimas, nam tot species monstrosorum Fructuũ parit, vt ipsam defatigare

ap. Metho. cap. 159. Lib. 16. c. 1.

gare

gare videatur admirationem, illud autem monſtroſiſſimum apparet, quod ſola Quercuum vmbra adeò ſit ſalutaris, vt ſonticas aliarum Arborum vmbras corrigat, malorumque ab his introductorum excludat viuentium è corporibus congeriem; nam à fide digniſſimis viris accepimus quendam ruſticum noſtris hiſce temporibus fuiſſe, qui ſub vmbrâ Nucis dormiens paralyſim crurum, & lumborum contraxerat, & ſub vmbrâ Quercus poſt aliquod tempus ſoporatus, à reſolutione prædictâ liber euaſit, à vi fortaſſis neruorum admirabiliter confortatiuâ, quod de feliciori, & veriori Quercu intelligendum eſt, non autem de illâ ſpecie gratijs deſtituta, & fulminibus obnoxiâ, cuius non ſolum carbo, mortua ſcilicet vmbra, ſed viuens quoq; foliorum obſcuritas inutilis eſt. Suprà magnitudinem, & vires Quercuum Productiſſima Ætas mirabilis exiſtit, hæc decuplo longior Phœnicis, licet Fabuloſi, ætate creditur.

Vir. in app.

Multiplicat nouies Phœnix reparabilis Ales,
Quam vos perpetuò decies præuertitis æuo
Nymphæ Hamadryades, quarum longiſſima vita eſt.
Hi cohibent fines viuacia fata animantûm.

Ab hac prolixitate vitæ non abhorret Sacræ Scripturæ interpretum teſtimonium, dū apud hos legimus Quercum illam, ſub quâ Patriarcha Abraham hoſpitatus eſt Dominū in Valle Mambre ſex ſtadijs ab Hebron diſtante, vſq; ad Conſtantini tempora vixiſſe: quæ, ſecundum Nouarinum, Hoſpitalitatem, & munificentiam ſignificat, vt è contrà Quercus Baſan peccaſitatem denotat, quia ſub illa duo Porcorum millia Chriſti Domini Noſtri permiſſu in mare præcipitata ſunt. Aldenburgenſes Vandali vetuſtiſſimas inter Quercus ſacratas numini cuidam ſuo *Prone* dicto aliquas habebant, in quibus longiſſimæ notatæ conſpiciebantur ætates. Quercus item duas in Ponto circà Heracleam ab Hercule ſatas plura ſecula ſuperaſſe ſcribit Plinius, itaut Quercubus incredibilia penè accidere poſſe credendum ſit; non erit propterea difficilis cognitu verſio virtualis ipſius Quercûs in ſalem maximè ſolubilem; ex ſalis quadam Fodinâ in Tranſiluaniâ habetur de medio ſale exciſum fuiſſe ingens Robur trabi ſimile, tantaq; duritie, vt nè ferro quidem cederet, ſed idem extrà fodinam extractum paulò poſt in cinerem velut abijſſe, nam totum illud lignum in ſeipſo toto ſalem conceperat, retenta figura & accidentibus ligni ſuperficialibus intrà ſalis ſphæram, extrà quam totum etiam in ſalis ſolubilitatem fuit reſolutum. Metamorphoſes certè plures ſubit Quercus, & patitur inſignes admodum. Theophraſtus ait in eâ Lauri Plantam viuere, quæ ceù Daphnidrys quædam à Poetis prædicari poſſet. Supremū videtur admirabilitatis attingere id, quod referunt Albertus, & Io. Baptiſta Porta de Quercu in Vitem mutabili. Inquit enim hic: in Terrâ AlumniâRamulos Quercinos, ſi terræ pangatur, tranſmutari in Vites bonum vinum ferentes, & aliquando præciſas Arbores veteres in vincas degenerare; ſed quod non ex manentibus quibuſuis ſurculis fiant Vites, ſed ijs putreſcentibus, cum natura terræ mixtis tantum illi abeant in Vitis naturam. Plinius quoq; tradit in Coo. Inſula ex diuerſarum Arborum floribus, & præcipuè Quercus in terram decuſſis vermiculos generari, qui terreno halitu calidiuſculo, & præuia putredine aliqua animati, fiunt Bombyces, qui ſtamina pro veſtibus fabricandis producunt; vnde illa Vidæ Cremonēſis Poetæ adm. eruditi obſeruatio de folijs Quercuum tenellis, quæ ſuccedaneæ ſint Celſi frondium pro Bombycibus alendis, eſt valdè conſona intimis rerum proprietatibus, & relationibus virtutum ſecretiorum. Felicitatis quandam eſſe ſpeciem hæc mirabilia nouiſſe compertum cuilibet eſſe poteſt rerum noſcendarum curioſo; ſed Horatiani illius dicti minimè oblitus idem ſciat veriorem in legibus obſeruatis regnare Beatitatem; per Leges igitur veri, *Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur.*
vnde Querneas audire Leges te prǽpares Lector.

Oleaſtr. in C.18. Gen. 2. Chriſt. Adricom. in Theat. Terræ Sanc. Tr. Manaſſe, 2. n. 23. Tom. 1. Adag. ſacr. adag. 857. num. 784. excurſu 134. Alb. Cranz. l. 4. Vandal. c. 22. Plin. l. 16. c. 44. Theoph. l. 2. H. pl. c. 23. Porta Mag. nat. l. 3. c. 2. L. 11. c. 23. de Bombyce. Horatius. Ouid. l. 6. Faſt.

LEGALIA.

Plato de Regno. Plut. in cõuin. 7. Phil. Plin. l. 16.

LEgem eſſe veritatis inuentionem nos docuit Plato, vndè Ciuilia iura naturæ moribus conformia eſſe debent, alioquin violari poſſunt; illam ideò XII. Tabularum Legem obſeruabiliſſimam eſſe crederem, quæ naturæ ad normam lata fuit. GLANDEM IN ALIENVM FVNDVM PROCIDENTEM COLLIGERE FAS

A FAS ESTO, nisi enim quis volens proiecerit rem propriam, atq; neglexerit, derelicquerit; non est priuandus illius Dominio; illiq; Prætoris rectè accessit edictum, quo sanciebatur, vt tertio quoq; die quisq; Glandem propriam, quæ in alterius fundum cecidisset, legere, & asportare indè posset, AIT PRÆTOR GLANDEM, QVÆ EX ILLIVS AGRO IN TVVM CADIT, QVO MINVS ILLI TERTIO QVOQVE DIE LEGERE, AVFERREQ; LICEAT, VIM FIERI VETO; eiusdem Legis meminit Iulianus I.C. qua quis tenebatur ei, cuius Glans in suo fundo ab Pecore immisso depasta fuisset. Vt autem nemini fiat iniuria, damnumuè inferatur, Alia xij Tabularum Lex furtiuam Arborum cæsionem districtè vetabat; SI TIBI FVRTIM ARBORES CÆSÆ SINT AGITO; & alia manifestam, & apertam earundem Arborum cæsionem iubebat, ad vmbram scilicet vicino agro noxiam submouendam, atq; subdolam radicum in agrum vicinum immissionem excludendam. SI IN AGRVM ALTERIVS ARBOR IMPENDEAT VSQVE AD XV. PEDES A' TERRA ALTIVS COERCITO: ET NE VMBRA ARBORIS VICINO PRÆDIO NOCEAT XV. PEDES ALTIVS RAMOS ARBORIS CIRCVMCIDITO. Huic similem legē inter Statuta nostræ Ciuitatis Bononiēsis antiqui nostri Progenitores posuerunt; quâ iustissimè iubebant nè alere quis posset propè cultos agros, & præcipuè frumentarios, atq; vineta, syluestres, nimisq; vastas Arbores, quemadmodum sunt Robora, & Quercus, tanquam priuatum non solùm, sed publicum fertilitatis Bonum deuastantes, & propterea seruandam esse trium perticarum distantiam sub pœnâ XL. Solidorum Bononiensium (qui totidem modernæ Libræ existimari possunt) præter earundem Arborum remotionem. Statutum tamen hoc nostrum Bononiense, quià non erat de illis Arboribus intelligendum, quæ seriem Terminorum, & Limitum componunt Decumanorum, abijt ob hoc in desuetudinem, & sic Quercus amplissimæ, Populiquè procerrimæ permissæ vbiq; fuere, stante illarum maximâ vtilitate pro alendis pecoribus, seù pecudibus, atq; pro Ædificijs, respiciendo fortassis ad Legem illam Antiquorū Romanorū, quę dicta est Lex Peducea de Terminis, quæ iubebat Terminos imponi, vbi non essent; Lexq; Alliena, quæ Terminos decumanos intactos volebat; itemque Lex Fabia de Terminis LIMITES DECVMANI VT FIANT, TERMINIQ; STATVANTVR CVRATO, hiq; termini maximè visibiles erant Arbores, præter ipsos lapides. *Iuxtà L. 1. 2. 3. ff. de Termino mo. & L. 1. C. de accusat. ap. Paul. libro. 5. sent. titulo 22.* Terminorum horum officium publico intererat esse patens, & manifestum, nam distinctio agrorum, qui decimam partem frugum domino debebánt, necessaria videbatur internosci per Terminos hosce decumanos dictos antiquissimis vsq; à Temporibus Mosseticis, cum decimarum pendendarum initium in Israeliticâ Republicâ originē habuerit. Nec alia de causâ dicere possumus prædictum Bononiēse Statutum à multis iā seculis desijsse practicari, vt notat Glossa eiusdem sub his verbis *asserunt practici nunquam fuisse obseruatum hoc statutum, licet pluries fuerit intentatum, & per totum comitatum videmus contrarium obseruari, aliàs totus comitatus turbaretur*, nisi quià publica vtilitas iam viguit, & viget habendi Arbores ingentes, & præcipuè Quercus Terminales pro ædificijs subterraneis, vt sunt Molendini varij, & Filatoria serica, quamplurima in nostra Ciuitate; & propterea Statutum illud practicabile solum remāsit de Arboribus magnis auferendis circà domos, & Areas *in Rubr. de imped. Ar. toll.* Vbi à Glossa variæ afferuntur Doctrinæ in illius confirmationem, & præcipuè super verbo D *Plantata* tali pacto. *Hoc idem est, de Iure communi speciali fauore fructuum, & Arearum, vt est casus in L. F. §. Fi. C. de seruit. & aqua, vbi prohibetur ædificari altius, vel alio modo versari, vt idoneum ventum, necessarium ad triturationem infringat. Ang. in L. Imperatores, ff. de seruit. vrba. prædiorum. Ias. in L. ex hoc iure col. 2. de Iustitiâ, & iure.*

Sed quià loco non solùm, sed tempori valde prospiciendum est in naturalibus Legibus, atq; in sequentes Leges Arboreæ maximè considerandæ sunt ciuilibus, nam si datur tenellis in fœtibus Animalium fascinum oculorum pollutè intuentium,

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Quod quidem maximè nocet vitalibus principijs, nimium de facili extinguendis, vti stigmata quoq; altius impressa in ijsdem pueris, quæ suprà ætatem turpissimè, & damnosissimè crescunt, vt gibbositates, mutilationesquè, ità in re plantariâ accidere tenendum est; & ideò Leges Coloniæ de Syluis iustissimè cauerunt, nè in Agro Surculario Capræ

Iabol. Caius I.C. de verb. sign. Vlp. I.C. sub tit. de gl. leg. L. X. ff.

Stat. Ciu. Vol. 2. l. 4. Rubr. de Fl. Rou. & Querc. non retin. &c.

Num. 18. Leuit. 14. 26. 27. Deuteron. 14. 18. 26 Litt. C.

Virgil. Ecl. 3.

Capræ pascantur, nam quas stirpes semel arroserint Capræ, eas quasi veneno infectas relinquunt lethali, quo plantæ perduntur vlcere subsecuto; maximam propterea ab Agris ipsis Auctoritatem Vrbanæ cæpere Leges, quemadmodum Lex illa celebris in Esculeto, idest loco Roboribus pleno, à Quinto Hortensio Dictatore lata; ipse enim cũ Plebs secessisset in Ianiculum tantæ Auctoritatis, & ponderis eam fecit, vt quod ea iussisset omnes Quirites tenerent. Apud Indos habetur ex Diodori testimonio capitale fuisse Agricolas ipsos lædere, nam cum ipsis omnes fructus terreni pessundantur, qui fructus sunt humanæ libertatis, & innocentissimarum opum Ærarium felicissimum, & ideò nulla vnquam fuit Lex, quæ vsum illorum œconomicum, vt habetur ex Licinia Lege, coercuerit: multæ tamẽ fuere Leges varias apud Nationes, à quibus fructuum suam bonitatem nundum assecutorũ persecutores damnati sunt vtpotè, qui tempora ab Agricolis dicta pro collectione fructuum audent temerare. *Omnia Tempus habent,*

Ceu Heresb l.2. de re ru. p.397. Plin. l.16. c.10. Histor. lib. 2. cap. 10. Aul. Gell. l.2. c.24.

Sed tamen & Quernas Glandes tunc stringere tempus, &c.

Glandes etenim Autumnali tempore medio, & non ante legendas esse præcipiunt Geoponici, ad quos respicientes Ciuiles Legislatores fructuum acerborum collectionem, & venditionem vtilissimè prohibuere. Et Colonus Custos Agri tenetur seruare fructus super Arboribus ipsis, vsq; ad perfectam maturitatem, quia non solùm colere, debet, sed diligentissimè custodire Domini fundum, & quidquid in eò tenetur de damno dato ab inimico suo, etiamsi sine propria culpâ processerit inimicitia, non tamen tenetur de damno illato ab inimico vicini *L. si merces §. culpa. cum Glo. & Bart. ff. locati, & in L. in his in prin: ff. so. ma. per Bart. & Doct. post. Glo.* vt autem æquius obstringatur ad prædicta Colonus potest prohibere intrantem in agro *L. Diuus ff. de seru. rusti. prad.* & potest expellere pecora de fundo, & includere pro emendatione damni, non autem occidere *L. Quintus ad L. Aquil. L. Qui seruandorum ff. de præscript. ver.* potestq; fructus, quosquis surripuit auferre per *nota. in L. ait Prætor §. si Debitorem ff. de his, quæ in frau. credit.* amplius potest capere damnum dantem, vt testibus cognoscẽdum ostendat *L. capite quinto ff. de Adult.* atque ad Iudicem ducere furem eundem fructuum *L. interdum §. qui furem ff. de fur.* etsi fur sese defenderit, acriterq; offenderit colonum, tunc potest impunè occidi: nam legitimè certantem pœna effugit, Præmiaq; sequuntur, Hinc coronæ debentur ijs, qui nobiliora ex proposito ineunt certamina; De huiusmodi ergò Querneis pro humanâ comparandâ Gloriâ Pretijs Coronarum nunc agamus.

Virg. Georg. libro 1. Stat. Ciu. Bon. l.6. sub Rub. de acerbis fruct. non vendendis.

VSVS IN CORONIS.

Quamuis in genere Coronarum Palma Arbor, sibi suprà cæteras Arbores Palmam præripere videatur, cùm ipsa victoria Palmaris appelletur, corona tamen Quernea πολίτικος στέφανος, dicta, hoc est ciuica, plurimi semper est habita, quæ non ex aliâ Arbore, quàm Quernâ, teste Seruio, fiebat, tũ quia vbiq; in promptu militantibus sit hæc Arbor, tum quia Ioui vrbis Tutori sacra erat, vndè meritò seruanti ciuem is honor confertur, tum etiam quia vita primitus in hac Arbore consistebat, cui murales, vallares, & rostratæ libenter cessere, quinimmò Palmares vires à virore Quercus initia non solùm, sed & incrementa sumpsisse videntur, dum non alio meliore auspicio, quàm Quernei coronamenti in castris victoriæ à militibus pararentur.

Mos erat in veterum castris, vt tempora Quercu
Velaret validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit morti subducere ciuem.

Quod vt Symbolicè significaret Paradinus, Ciuicam eiusce modi coronam ex Querceis folijs, ac fastigijs textam adduxit cum lemmate SERVATI GRATIA CIVIS. Nec gloriosiori Gloriâ ipsa ornari poterat amictu, quam Querneo, cuius auctor primus Prometheus perhibetur

Gloria vestitâ spolijs donabere Quercu.

Primos certè promerebantur honores, qui ciuicam Coronam sudoribus proprijs sibi adsciuissent, nam nullo natalium habito respectu, infimiorum quoque, ijs ius competebat in ludorum spectaculis sedendi apud Senatum: Antiqui Sacerdotes sacris in Ambarua-

Balbus de coron. c.13. Plut. in Sympos. Apul. Asinur. Plut. in C. Mar. pag. 195. Claud. in lau. Stilic. paneg. 3. Claud. Parad. symbol Heroic. 172 Claudianus in Ruf. l. 2.

A rualibus corona Quernea redimiti, non alia de causa incedebant, nisi quià salus ciuium, in agrorum vbere prouentu magna ex parte consistere credebatur, & ideò messis optimæ in auspicatissimam expectationem religiosè assumebantur, iuxtà illud

--- Nequè ante --- Falcem maturis quisquam suppon at aristis,
Quam Cereri tortâ redimitus tempora Quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat. — Virg. Georg. l. 1.

Hiscè Querneis coronis propitia sibi Numina sua reddere credebant Ethnici. Querneam ideò coronam singulis annis Mineruæ Domitianus Imperator offerebat, quâ Bonas Artes, quæ populi sunt felicitas, in Vrbem aduocare, ibiq; conseruare sperabat, & Romanam veluti alloquens Iuuentum Ouidianum illud non semel replicare videbatur.

Disce bonas artes, moneo, Romana Iuuentus. — Ouid. l. 1. de arte Aman.

Corona Quernea, vel etiam Esculea Iupiter coronari solitus erat, dum illi nectaris oblatio fieret, vt nil illi deesse ad suauitatem indicaretur. Luna quoq; sub Hecates, & Triuiæ nomine dicebatur *Sacra Triuia coronata Quercubus plurimis*, vt canebat Sophocles in Rhizotomis. Eadem corona inferis pariter Dijs offerri cousuescebat ob diuitias, quæ ab ima tellure, in quâ radices altius iaciunt Quercus, quæruntur, & quæ ad ciuilem adipiscendam felicitatem non modicum conferunt. Aræ insuper in sacrificijs antiquorum coronabantur Quercu, & non solum apud Græcos, sed apud Germanos, & Celtas. Quarè Apollonius *Circum autem folijs coronantes Quernis iam sacrum curabant* scribebat. Heroum prætereà, Imperatorumq; Statuæ summo hoc Querneæ coronæ decore, & ornamento non fraudabantur, & idcircò Cæsarianis in ædibus suspensum cernebatur bonorabile buiuscemodi sertum, idemque curialibus in sellis collocabatur, vt Iudices ciuium saluti in ad niniftranda Iustitia studerent; coronæ quippè similes apud veteres erant veluti ἀναθήματα, seù testamina, & ostentationes pietatis, aut gratitudinis; & quorum Numinum antè pedes hæc serta ponebant, eorum tutelam, & auxilium exorare simul, & implorare videbantur, vnde fuit qui cecinit,

[Margin: Idem 8. met. fab. 4. — B — Al. ab Al. d. G. lib. 4. c. 17. — Apol. Rhod. l. Argonau.]

Vt caput in magnis vbi non est tangere signis
Ponitur hic imos antè corona pedes. — Propertius.

In quorum Numinum similitudinem Princeps identidem sibi postes Quercu, ac si terrestris Deus esset, coronari videbat, quemadmodum & Octauium Augustum his honoribus non caruisse fatetur Nasonis Musa.

[Margin: Arist. in Polit. — C]

Causa superposita scripto testata corona
Seruatos Ciues indicat huius ope.

Præmia tandem virtutis in quocunq; genere generosa erant ex Quercu coronæ. Quapropter Esculo, quæ media est inter Quercum, & Robur, in Pythijs qui vicissent coronabantur, & ex Quercu sertum præclaris citharœdis adiudicabant Imperatores, qnia curis hi miscere sciebant hilaritatem ad ciuium conseruationem directam. Eodem quoque coronamento conuiuis vti licebat, vtpotè qui maximam ciuilis felicitatis partem in lætè viuendo consistere, illamq; conuiuendo hospitibus communicare credebant, sicuti lauream pariter Querneam Capitolinis in certaminibns, fortitudinis eximiæ promotoribus dum viuerent, erogabant: hinc exclamabat admirabundus Martialis.

O cui Tarpeias licuit contingere Quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas! — Li. 9. Epig. 14.

Eandem, immò fortiorem ob causam, Heroicos Poetas Quernea corona donatos Romæ fuisse inuenio; optimus enim Poeta canendo, non quidem vt aliqui fuste digni carpendo ———— *quin etiam lex,*
Pœnaquè lata malo, qua nollet carmine quemquam
Describi: vertere modum formidine fustis
Ad benè dicendum. — Horat. l. 2. epist. ad Augustum.

[Margin: D]

Mores ciuium, atq; ingenium ad beatitatem ciuilem consequendam facillimè, & suauissimè componit, quia

Aut prodesse volunt, aut delectare Poetæ,
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ. — Horat. in art. Poet.

Huic honori quam maximo inhiabant Romani ciues quicunquè famæ sitientes essent, tantamq; prærogatiuam sibi diuinitus quoq; impetrare sacris suis institutis nitebantur, cuius rei nos certiores reddit Iuuenalis.

Cum

Cum farre, & vino Ianum, Vestamq́, rogabas,
An Capitolinam deberet Pollio Quercum
Sperare, & fidibus promittere quid faceret plus.

Attamen à tantis sperandis honoribus arcebantur omninò detractores, & maligni, quemadmodum Lyricus apertè testatur.

Horat. l. 1. serm. sat. 4.

——— absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos,
Qui captat risus hominum, famamq́, dicacis:
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Melliflua debet esse Poesis: eos propterea, *quorum os maledictione, & amaritudine plenum est* auersatur; lepor innocuus, humanus, & mitis, cuncta operatur in mortalibus bona, vt rectè sentiebat Græcus ille Poeta.

D. Paul. ad Rom. 3.

Euripid. in Hippol.

Quam pulchra vbiquè res papa est modestia?
Quæ Gloriam bonam inter mortales parit.

Veri itaquè ciuium liberatores, non autem alterius personæ, ne regalis quidem corona quernea, quæ signum erat Imperatorium, gloriosè donabantur. Eam autem assumenti Senatus assurgebat, & ei locus Senatori proximus concedebatur, ipseque, necnon Pater illius, & Auus publicis ab oneribus liberabantur. Ciuis autem Romanus, qui seruatus erat, propriam liberationem publicè testari debebat, immò suum liberatorem proprijs manibus coronare tenebatur, vt breuiter Polybius his verbis testatur. *Seruatos cogunt, nisi id spontè faciant, seruatorem coronare; colit verò hunc seruatus per omnem vitam, tanquam parentem, omnia sua exhibens, vt genitori: omnium enim virtutum mater gratitudo: contrà ingratis omnia insunt vitia.*

Polyb. de milit. Rom.

In bellicis alias certaminibus illi, qui Romanum Ciuem hoc pacto seruaret, in folio Quercus aurea corona incisa consueuit identidem à Consule, vel illius vices in exercitu gerente donari. Inter eos, qui Ciuicam promeriti coronam insigni hoc fuere diademate coronati, Marcus Coriolanus eminet, sic dictus à Carcolis Volscorum oppido capto; hic contrà Tarquinium militans, ob ciuem seruatum valuit sibi.

H. Balb. de Coron. c. 69 Plutarc. in vitâ Marci Coriolani. Boeth. de consolat.

Cingere frondenti victricia tempora Quercu.

Ciuica item corona dignus existimatus fuit Cicero, quia Catilinam expulit, sicque M. Cicero filius, Aurelius Valerius Probus, M. Sergius, M. Capitolinus, quam eandem modestè nimium seruato Patre Scipio recusauit. Ciuicis coronis 14. donatus fuit Sicinus dentatus, & totidem Achilles Romanus; vnica tantum Rufus Heluius, sex verò accepit Manlius Capitolinus, qui decimum septimum ætatis suæ vix attingens annum, bona ex hostibus spolia ferens, primus muralem quoq; accepit. Ea non caruit Publius Decius Pater Trib. Pl. necnon L. Q. Cincinnatus Dictator, eo quod Minutium Consulem contrà Volscos, & Sabinos bellum gerentem, & iam in Algido obsessum liberasset; item Publius Decius Samnitico in bello ab exercitu quernea fuit corona decoratus. Iulius Cæsar expugnatis Mytilenis, coronam ciuicam iure meritò consecutus fuit; & Aurelius Augustus apud Bizantium Ciuicas duas in bellicæ virtutis geminatæ testimonium suscepit. Excelsis demum virtutibus excelsiora quæcunq; promittebat hæc corona, vndè meritissimè scripsit Ouidius.

Augurium moniti querna corona dabat.

Præterquamquod in nuptijs Atheniensium ad indicandum sponsos plurimum Patriæ benemerentes esse, dum sobolis procreandæ studium nauaturi, futurum erat, vt Vrbem ciuibus augerent, quernis glandibus pueri coronabantur. Præclaris aucti titulis in Publicum prodire cum valeant Quercuum frondibus legitimè Coronati nobiliora tantæ Arboris epitheta à se ipsis non aliena noscant, eaq; hic legenda suscipiant.

EPI-

A

EPITHETA.

QVercus,& Robur Arbores non ordinariã præ magnitudine *aduersa*,& *ingentes* cunctis videri, diciq;poſſunt, vtpotè quæ viſum terminant quaquauerſum ſpectatæ, ibiq; propterea vel quieſcere, vel nouos inire labores cuiq; campeſtribus inuoluto negotijs eſt opus, vt Æneæ Romanorum accidit progenitori, qui arma ſub *aduersã* Quercu locata ſumpſit ſibi cœlitus allata, vt Rutulos,mediantibus illis,vinceret, atq; debellaret, nam Venus nato fauens, quæ Vulcania manu fabrefacta tulit *Arma, ſub* ADVERSA *poſuit radiantia Quercu.* *Virg. lib. 8. Æn.*

Et ipſa Cytherea,cum Dea pulchritudinis eſſet, & ideò Gratiæ nomine non indigna, non malè fuiſſet in cauſâ vt ab aliquo tunc illud, quod poſteà Claudianus ſcripſit, præcaneretur. *Ipſa ſub* INGENTI *requieſcit Gratia Quercu.*

B Hinc iure merito plaudendum eſt Lucano qui dixit *ſublimem*,vtpotè *proceram* Quercum genericè ſumptam,vbi protulit.

Qualis frugifero Quercus SVBLIMIS *in agro.* *l. 1. Pharſ.*

Quod perpendens Codrus Vrceus nil mirum,quod in ſententiam venerit *altam* hanc Arborem cognominandi,ſcribens. *Hic quoq; tum ludos Quercu ſpectauit ab* ALTA. *in Epigr.*

Hoc idem multos antè annos ſenſerat Virgilius, vbi *aerij* epitheton illis adiecit,canens. AERIÆ *Quercus, aut conifera Cypariſſi.* *3. Æn.*

Nec hinc diſcrepabat Pamphilus Saxus ARDVAM Dryn vocando, vt quæ *Sublimi vertice nutat,intonſaq; cœlo* tantum *cacumina ſuſtollit*, quantum ex Sophocle βαθύρριζος, ſcilicet *infixis telluri radicibus hæres*, dum ſcripſit. *Soph. Trag.*

ARDVA *robuſtis Quercus radicibus hærens.*

Et hæc ὑψιπετήλου, *altè frondentis*, ac ὑψικόμου, ideſt *alticoma* roborat adiectum ex illo Homerico carmine Οὔτ' ἄνεμος τόσσος γε περὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν. *Il. ξ.*

Et idem eſt, ac ſi *celſiverticem* vocaſſet, vt cum alibi cecinit.

Ἕστασαν, ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ΥΨΙΚΑΡΗΝΟΙ. *Il. μ.*

C Quibus ſe ſe pari pacto ſubſcribit Carmelitarum decus eximium Baptiſta Mantuanus, hæc habens, dum ſuperlatiuè de Quercubus loquitur.

Quantas & Quercus longis ALTISSIMA *ramis.*

Ad cuius imitationem *celſiſſima* appoſitum nos Quercubus ſubrogabimus,nil, vel parum diſſentientes à Virgilio *Magni* cognomentum his Arboribus adſcribente.

Sicubi MAGNA *Iouis antiquo robore Quercus*
Ingentes tendat ramos. *3. Georg.*

Nam & τανυήν, ſcilicet *extenſam*, atq; porrectam epigrammata Græca declarant

Κλῶνες ἀπηόρεις τανάης δρυὸς εὔσκιον ὕψος. *Epigr. l. 1.*

Vnde patet,quod præter celſitudinem,*vaſtitas* etiam propoſitis tribuitur Arboribus, quare ſequendum eſſe Naſonem *patulas*, ideòq; *denſas* indigitantem Quercus, cenſerem. Habet ille. *Et quæ deciderant* PATVLA *Iouis Arbore glandes,* *Metam. l. 1.*

Vnde glandes *Decidua* declarantur. Ita Theocriti interpres

Sed neque DECIDVÆ *glandes Orimalidas æquant.*
Illis nam fragilis teſta eſt, hæ melli-comantes.

D Et id maximè, cum parum diſſimilibus inſigniantur Epithetis à ſuper allato Baptiſta Mantuano, *frondentes*, & *ramoſas*, quaſi *latas*, & *comantes*, ac *vmbriferas*, *lataq; brachia tendentes*, ſic illas perhibente. *Cingere* FRONDENTI *victricia tempora Quercu.* *Eidyll. 5.*

& alibi *Nudaque* RAMOSÆ *tendebant brachia Quercus.*

Vtpotè de quibus ad leniẽdos Solis ardores nimis homini noxios ab eodem Vate iam ſcriptum erat. *MOTA ciet Quercus lenem* FRONDOSA *ſuſurrum.* *Ei. 2.*

Quem in ſenſum Theocriti Interpres *Pinibus intereà iacuiſſes ſæpè ſub altis*
Aut GRATAS *pecori facturis Quercubus vmbras.* *Epi. Gr. l. 4.*

Sed his non poſſent cognominibus exornari πολλαστρέφομοι *multum in agris commorantes*, vt Græca me docent Epigrammata, *multos*, quoq; *ſeruarentur in annos*, vt *longæuitatem* acquirerent, & ὠγύγια, ſeu *priſca* iuremerito Phocyllidi vocarentur. *Ouid. 13. Met.*

Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλων.

Boiard. Ecl. 6. Quam ad rem Boiardus *Sed procul ad VETERIS videor mihi compita Quercus ---Cernere equos, equitesque* E

Pont. 1. Amor. VETEREM ast allo insensu quam simplicis ætatis pronunciauit Iuuenalis his verbis *veteris fastidia Quercus.*

Hinc à Pontano canitur parœmiacè. *Durior ANNOS A Quercu, fallacior vndis.*

Cant. 2. St. 86. Quod epitheton Italicus Vates Mauritius in suo Thaboris Poemate illis impertitur.

Horrida Selua d' ogni parte folta

Di Querce ANNOSE, e di pungenti spine.

Virg. de obitu Mecen. Audiendus igitur est attentè latinus Homerus VMBRANTES eàpropter, aut *Vmbrosas* easdem appellans, dum propter Mecœnatis obitum dolens, pro suæ mœstitiæ solamine, subter habitare & audire,

Maluit VMBROSAM Quercum, Nymphasque canentes.

Quamobrem *Nymphæa*, seu *Sponsalis* à nymphis subter illam canentibus, aut illam incolētibus, vt Ethnicis creditū est, à Tryphiodoro dici promeruit, vbi de Quercubus in Idâ resonantibus habet, Ἑδρεια νυμφαίων ἅμα δρυσὶ δόκτυς Ἴδη.

Lib. 1. Καλὴ enim, idest *pulcra*, & τηλεθάωσα *Longe virescens*, Homero: Καλλίκομος *pulericoma* Dionysio; Εὐπέταλος *pulcrifolia* Nonno: nec non Εὐπρέμνος *pulcro stipite decora* in Græcis vocatur Epigrammatibus, Arborem quocircà, quam *Iouis amicam* dixerat Claudianus, F

l. 2. de rapt. Pros. ARBOR AMICA IOVIS, *tumulos tectura Cupressus.*

Pier. Val. Hierog. l. 51 Nonnisi magniloquis cumulandam Epithetis iudicare præter rem non erit, ideòque non immeritò *Ciuium seruatrix officiosa.*

Ep. Græc l. 1 Lucanus *Seruati Ciuis referentem præmia Quercum.*

Lucan. l. 1. *Benignaquè Populorum altrix*, ac eadem innuetur esse IEPH, seu SACRA, & ideò *grata Ioui*, cum hæc quoq; videatur Andreas Alciatus his carminibus expressisse.

Alc. Embl. 200. GLANDE ALVIT VETERES, *sola nunc proficit vmbra,*

Sic quoquè, sic Arbos OFFICIOSA IOVIS.

Eruditissimè quoquè, nec non comptissimè simul Andreas alter, Alciato si non in iuridicis, in philosophicis tamen longè superior; inq; politioribus par literis, Marianus Bononiensis in suis Ruinarum Romæ Epigrammatibus Epitheton idem Quercus explicuit. *Italiam Querna similem procedere frondi,* G

A. Marian. l. 2. Statuar. Rom. Epig. 137. *Atquè hominis cruri composuère parem.*

Crus tamen hoc poterat pede proculcare superbos,

Atquè triumphali cingere fronde caput.

Strata tamen iacet, vt folium IOVIS ARBORE *lapsum,*

Crusquè catenatâ compede vincla quatit.

Cuius Mariani suprà modum, & vltrà limites magnorum quoq; virorum doctissimi, atq; synceriſſimi, mihiq; per quinquaginta fermè annos amicissimi laudes vno verbo, velut Mœonidis Iliadem nucis intrà putamen perstringere si liceat, eundem veri Bononiensis Idæam velut, & exemplar dicā. Et vtinā illius omnes discipuli, immò etiam simpliciter amici, tam ciues, quam exteri, Bononiensis personam agere didicerint, seù si quis est ex illis, qui aliorum vorandæ inhiet famæ, resipiscat tandem, nec propriam interim in æternum proscindat, atq, dilaceret, pessimèq; audientem efficiat, deterior suibus ipsis generi suo tandem parcentibus, & quibus Quercus non debet esse penitus *grata*, licet conciuis noster Felsineus Baptista Pius scripserit H

Populus alta comas, suibus GRATISSIMA *Quercus.*

Epig. Græc. l. 3. Quippè quæ in hominum primariò gratiam sinceram creata sit, & propterea quamuis *σκληρὴ*, nempè *solida*, seù *dura*, præ tamen *cauitatibus*, quibus nonnunquam excipere potest apes apta nata ad esse quoq; pro nobis *mellisferam*, seù *melligenam*, aut *melligeram*

Virg. in Bucol. Ecl. 4. *Et DVRÆ Quercus sudabunt roscida mella.*

Ouid. lib. 3. Eleg. *Pomaquè, & in Quercu mella reperta* CAVA.

αὐβώτης Vberrimo quadrupedum istorum prouentu noster ager Bononiensis scatet, optimos in suo genere porcos alens, carnem pro Muratis Farciminibus perfectissimam progignentes, sed non vt literariam Rempublicam morsibus lædant. Dæmoniacos similiter grūnitus edere non habent Quercus vlterius, vt olim quæ *Dodonæis* in saltibus Epirotico Ioui sacris fortitæ fuere natalia, cum

Cesse-

A *Cesserit inuentis* DODONIA *Quercus aristis.* — Claud.

Quæ si tunc ab eorundem saltuum accolis, & si *sensu carentes, fatidica* tamen, *primariæq́; oraculorum antrices*, & *loquaces*, atq; *præsaga* credebantur, quippè quod ex eis columbæ reddebant oracula, quemadmodum cecinit ille — Sil.l.3 1.

Esculus, atque HABITÆ *Graijs* ORACVLA *Quercus.* — Virg.Georg. l.2.

hoc non aliundè proueniebat, quam ex nimio spirituum immundorum astu sic fallente gentes illas, quæ vocari tunc poterant

Agmina FATIDICAM *frustrà iactantia Quercum:* — Claud. de bel.Get.

quæ gentes, vt in superstitiosa fidem habentes, sic & præstigiarum expertissimæ gloriarentur,

Nec nemoris tantum vinxisse CARENTIA SENSV
Robora, sed caso monitu Iouis augure lauo
ARBORE PRÆSAGA TABVLAS *animasse* LOQVACES. — Id. ibid. in principio.

Imò & *Loquentes*, Mantuano accinente — Mantuan.

B —— *Dodoneasque Columbas,* — Agelar. l.1.
Qua hospitibus responsa ferant Quercusque LOQVENTES.

Identidem etiam Quercus vocabant antiqui vel ENTHEAS, vel SACRATAS, & hoc duplici duntaxat, vt ego credam de causâ, vel quia nimirum has numen acquirere superstitiosè credebant, dum cælo tangerentur, — Orph.Argo. l.6 f.42.

De cælo TACTAS *memini prædicere Quercus.* — Virg.Ecl.1

vel quia Dijs propter altitudinem propiores ridiculè putabant, quamobrem Deorum dignissimo, nempè Ioui dicatas volebant, vnde est quod ARBVTA SACRA *Syluæ* rectà per antonomasiam denotant has Arbores.

SACRA IOVI *Quercus de Semine Dodonao.* — Ouid.7Met.

Quâ de re per Socratem erat IVRATA, æquè ac si dixisset

QVERCVS ALVMNA VADI, *fas & mihi spernere Phœbum.* — Sta.7Theb.

Sed hæ si ἐρήμαιαι *solitaria* λάσιαι *hirsuta*, & *densa, rigidaque* sunt. — ex Callimacho.

Tum verò in numerum Faunosquè, ferasquè videres
Ludere, tum RIGIDAS *motare cacumina Quercus.* — Theoc. εἰδ. Virg. Ecl.6.

C Item & *aspera*, apud lepidissimum Ælium Iulium Crottum Cremon.

Aquilex Priapus iste de Quercu ASPERA
Modò excauatus, & dolatus in........ — Crottus floralior. Spicileg.29.

non deberent istis superstitionibus esse *peruia*, sed tantum cuneis, quibus SCISSILES, FISSILES, SECTILESQ; fieri consueuerunt, quandoquidem

Fraxineaquè trabes, cuneis & FISSILE Robur. —— *Scinditur.* — Vir. 6. Æn.

Quâ methodo plures in partes secari valentes, nedū esse QVADRIFIDÆ cōspiciuntur

Quadrifidam Quercum cuneis, vt fortè coactis —— *Scindebat.* — Id.6. Æn.

sed & *Multifida* MVLTIFIDAM *Quercum flagranti lumine obumbrat.* — Stat.l.10.

Concederem quidem SERVANTES illas appellari posse, sed hoc non admodum lato modo, scilicet tegendo *seruantes* hominem ab imbribus, fulciendo, domos à ruinis, calefaciendo viros à frigore, & alijs huiusmodi significatis, non autem amplissimo sensu acceptæ, quoniam id absurdissimum foret. Ita πολύγλωσσοι, nempè MVLTILINGVES à Sophocle, necnon & *Aurita* solum fictè dicentur ab Horatio. — Sopho. Trach.

—— AVRITAS *fidibus canoris* —— *Ducere Quercus.* — l.1.Carm. od.7.

D & Hermicus Caiadus Lusitanus Poeta non proletarius,

Dum canis AVRITAS *Quercus agitasse cacumen.* — Eclog.1.

Alias etenim aures habere non possunt, nisi quas poetica mens illis effingat. Fructuositatem Arboris istiusmodi perpendentes nonnulli eam dixere *glandiferam*,

GLANDIFERAS *inter curabant corpora Quercus.* — Lucr.l.1. de N.R.

Sed quia hoc extenditur duntaxat ad prolationem sui fructus legitimi, cum *duris curuatur*, vel *turgescit glandibus*,

Desijt hinc Populis glandes dare TVRGIDA *Quercus* — Quintian.

contrà monitum illud CONCVSSAQ; *famem in syluis satiabere Quercu.* — Virg.1.Geo.

Καρποτρόφος enim, atque φερέσβιος, *fructu* nimirum *alens*, & *ferens vitam* antiquitus extitit, Lycophrone, & Orpheo canentibus: illo, Καρποτρόφος δρῦς, ἀγριάς τ' ἐρνεθαλής. Isto Καλά, τά τ' εἰάδυος ἐσὶ φερέσβιυ. Transibimus ideò ad libentius approbandum — in Argon.

eas esse FRVGIFERAS eò quod id intelligatur de singulis commodis ab his Arboribus Homini prouenientibus, de quibus nunquam dici possit quod illis dolus superueniat visci sequacis, E

Val.Flacc. l.6. *Illa dolis, viscoque super correpta* SEQVACI.

Nec quod vanitates affectent operationes nihili pendẽtes, & veluti GALLÆ LEVES, edant Gallas quam plures, iuxtà illud *ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt.* *Ierem.c.2.*

Loca quoq; cognomenta Quercubus peperere, vnde ab Alpibus ALPINÆ, & MARATHONIÆ, seù MARATHONIDES à Marathone Campo, siuè Syluâ Atticæ dictæ fuerunt.

Stat.l.12. *Vt verò aequoreus Quercum Marathonida Theseus* --- *Extulit.*

Hier. Salinas Hispanus epigr.1. inter var. Poet. ab Vbaldin.coll. pag.60. Sic & CHAONIDES, atq; CHAONIÆ propter Chaoniam Epiri Prouinciam, in qua tam copiosè Quercus proueniebant, vt per *Arbores Chaonias*, Quercus antonomasticè intelligerentur.

Vmbra loco venit, non CHAONIS *abfuit* ARBOR. Item

In te CHAONIÆ *mouerunt carmina Quercus.*

Quod & Glandibus pariter applicatum legitur; vndè Sal. F

CHAONIAM *canitis natam Iouis Arbore Glandem.*

Ouid.9 Met. *Claudian.* Ab eâdem Syluâ, quæ Dodona vocabatur, DODONÆÆ, siuè DODONIDIS adiecta sumpsit hæc Arbor, quare Vates habent

Id.Claud. DODONÆA *suo mouet auram vertice Quercus,*

Sil.l.7. & *Implet fatidicæ* DODONIDA *munere Quercum.*

Epigr.Gr. l.3. Dictæ quoq; mons Græciæ, vbi frequens est Quercus, *Dictaam* cognominari voluit; fuit enim qui cecinit Οἰκῶ Δικταίαισιν ὑπὸ δρυσίν, οὐκ ἐνὶ δάφνῃ.

Mons item ossæ Thessalicus, vt his Arboribus abundè scatens, noluit non concurrere ad illas cognominandas. Mouit itaq; Valerium Flaccum ad sic canendum

Fleuit vbi OSSÆÆ *captaret Frigora Quercus.*

Quod epitheton vbi aliter absque diphthongo in penultimâ scriberetur, eisdem Quercubus non illepidè pariter conueniret, sed in illo sensu tantum, quo ad OSSEAM, & SYLVESTREM, ac *Validam* illarum duritiem alluderetur, quæ in causâ fuit, vt Milo Crotoniensis moreretur *Pl.l.18.*

Codr. Vrc. *Dum* VALIDAM *manibus tentauit scindere Quercum.* G

Quod non accidisset si Quercus ea fuisset vel *Decidua*, vt illa, de quâ scribit Ouidius l. 8.metam. *Contremuit, gemitumq́ dedit* DECIDVA *Quercus.*

vel *putricana*, vt erat illa, cuius mentionem habet Conradus

PVTRICAVAM *Syluis attollant Robora Quercum*

Iliad.λ. vel ἀζαλέη, nempè *sitta*, vt ex Homero

Πολλὰς δὲ δρῦς ΑΖΑΛΕΑΣ, πολλὰς δέ τε πεύκας.

Faust. vel saltem præ longæuitate, *cariosa*; *Qualiter & longâ Quercus* CARIOSA *senectâ.*

Sed si tunc *Mortis ministra* visa fuit Quercus, aliàs quoq; *vita, decorisq́ larga donatrix* effecta est, cùm scilicet ad ciuiles, innocuosq́; mores, & gloriosos honores innuendos, vel satius afferendos, placidè, gratissimèq; *virens*, ex Theocriti Interprete

Quà VIRIDES *prabent enata sedilia Quercus.*

ειδυλλ. α. & cacuminibus *Tenera*, summis etiam virtute præditorum hominum capitibus in coronas adnecti perpessa est, & ex eâ Laureati sunt ij, de quibus intelligebat Maro canens

At qui vmbrata gerunt CIVILI *tempora Quercu.* H

6.Æn. qui & ipse quoq; --- TORTA *redimitus tempora Quercu.*

in seipso expertus est quod ad aliorum gloriam scribebat. Idem argumentum pertractabat Mantuanus in hæc prorumpens *Atq; caput mecum* TENERA *circundare Quercu.*

T.3.c.168. Idcircò non nisi NOBILIS, & GLORIOSA vocari debebat, tum quià tali pacto cæteros decorabat, cum quia & ipsa spolijs de hostibus reportatis ab eo, qui quondam

NODOSAQ; *ruit condensa in pralia Quercu.*

in nobilis trophæi testamentum insigniebatur ex Musâ Claudiani in Ruff. l.2.

Si latior adsit --- *Gloria*, VESTITA SPOLIIS *donabere Quercu.*

Adijciatur quod illud magis nobile creditur, quod est antiquius; & si

Quercus ante data, Cereris quam semina nobis. Virg. in Eulic.

Quis negabit illis appositissimè cognomen *antiqui* non conuenire? Quis proptereà iam dudum *cognitas* Quercus non asseret? *Escu-*

A *Esculus, aut proauis ab origine* COGNITA *Quercus.* — *Sil. l. 5.*

Quis sereniſſimum olim vbi natum ducem Franciſcum Mariam non laudabit, dum Quercubus ad maiorem illarum gloriam FERETRII cognomentum in aureis ſuis monetis addixit? Is ſiue ad Iouem Feretrium alluſerit, ſeu ſe pacem laturum ſuis populis ſic indigitare voluerit ſpolia de hoſtibus ferendo, quauis id fecerit intentione, ſemper celebrari meretur.

Robora verò ſi quis contradiſtinguet à Quercubus, is illorum nimiâ tantum grauitate mouebitur —— *cuneiſq; gemit* GRAVE *Robur adactis,* — *Stat. Arg.*
cum alioquin ea ſint eiuſdem generis ac Quercus, vt omiſſis cęteris auctoritatibus patet ex illo Mantuani, —— *de Robore* QVERNO *texitur.* — *Parth. 2.*
Hæc grauitas cum illius Arboris materiei difficultate, & ſylueſtreitate.

Robora Palladij decorant SYLVESTRIA *rami.* — *Pallad. Rutil.*

quæ durities impẽſior eſt in Roboribus mõtanis, quam in alijs, vnde *montana* perbellè dicuntur. *Robora dum* MONTES, *dum mollia pabula* (ſupple tamen amabunt) *Campi.* — *Oui. in Ibyn.* B Non parum ſibi videtur impenetrabilitatis, & inexpugnabilitatis adſciſcere. — *& Theophr. l. 3. de H. Pl. c. 4.* Melius in mõtibus naſci Robur tradit.

Celtiber infundens operi IMPENETRABILE *Robur.* Mantuanus habet.

Et *Fraxinus, atquè ſitu* NON EXPVGNABILE *Robur.*

Sed ab his ſuis prærogatiuis parum defendi videntur Robora, nam quantumuis propter *grandæuitatem firma*, & *nodoſa.*

Mos ſubitum nemus, atque ANNOSO *Robore lucus*

Tot circum FIRMO *ſylua ſe Robore tollunt,* — *Stat. 6.*

Robore NODOSO, *praduraquè tempora fregit.* — *Sil. l. 3. in fine.*

Nihil fermè ſibi proficere nouerunt, quin metallis non ſint PERVIA, nam perſæpè

Robora Dalmatico lucent SATIATA METALLO. — *Lucan. l. 1.*

Quibus quantò pretioſioribus, tantò quoquè facilius Arces quæcunquè, licet alioquin inſuperabiles aditum heù nimis aliquando turpem concedunt, nec prodeſt ſi ad illarum cuſtodiam *Roboribus* DVRIS *ianua fulta riget.* — *Ouid. 12. Met.* — *Stat.*

Capitur quoquè Robur, nec rarò, pro ligno, & duritie, vt cum legimus. — *Ouid. lib. 1. Eleg.*

Inſitus iam FRAXINEVM *demiſerat haſta — Robur.* — *Stat. l. 7.*

C in quo ſenſu ſumptum melius ædificijs conuenire videtur, quam ignis abſumptioni breuiſſimæ. —— *Sunt Robora nobis.* — *Theocrit. εἰδυλ. 11.*

Sunt Quercus FOMENTA *futuro protinus* IGNI.

At in quouis accipiantur ſenſu ſemper *bona* ſunt, quippè quæ humanis vtilitatibus promouendis nata. Caprarius ideò Comatas apud Theocritum, ad aduerſarium Laconos cæteris omiſſis dicit. *Non veniam; ſunt hic patula BONA Robora Quercus.* — *Eidyll. 5.*
Pateſcant igitur hìc Quercuum Hieroglyphica, Symbola, Emblemata virtutes egregiè promouentia.

HIEROGLYPHICA, SYMBOLA, Emblemata.

D INtrepidi ſpecimen Animi, & inuincibilis Virtutis Hieroglyphicum repręſentari à Quercu illud perſuadere poteſt, quia hæc Arbor ab immanibus concuſſa procellis NON IDEO MINVS DVRA comperitur à furentibus impetita ventis SEMPER IMMOTA MANET, terræque firmiſſimè adhæret, quæ proprijs fidens viribus nulli violentiæ cedit; Eademq; diuturnitatis imaginem nobis ob oculos ponit, dum ipſius incorrupta materies ad ædium perennitatem facit, lapidibus minimè cedens, ſiuè ſub terra iaceat, ſiuè ſublimi ſub tecto columnariter erigatur, vbi quamplura ſæcula durando ſuperat ſemper fortis, & vegeta. Haud abſimili ratione agreſtem Hominum feritatem illam, qua Gentes primæuæ priuſquam ciuiles inſtituerentur ſocietates detinebantur, præferre poteſt Quercus, quæ huius non omninò oblita conditionis graſſatoribus quandoq; concedit latibula caua, & obſcura in penitioribus ſyluarum receſſibus; nihilominus videri vult etiam Perſeuerantiæ ſymbolum, quæ à perſecutoribus egregiè perficitur, cum à vitijs procatarticarum cauſarum illa minimè poſſit infici, aut ab incurſio-

Perciuall. in Inſig. Co. Caroli de Ruu. p. 263. Piſcinellus l. 9. c. 29. Mũdi Symbolici. Pier. Valer. l. 51. Hierogl.

ſionibus labefactari; nam quò magis irritantur, & quatiuntur Quercus eò validiores radicibus obſirmatis euadunt, vt Senecæ fert ſententia ſapiens, *Non eſt Arbor ſolida, nec fortis, niſi in quam frequens ictus incurſat*, inquit ille: cui adſtipulatus eruditiſſimus Lipſius hæc verba præciſè protulit, *vt Arbores ventis agitata altius radices agunt, ſic boni viri in virtute magis comprehendunt*. Altiſſima Quercus, tanquam Iouis ſignum, & Hieroglyphicum apud Celtas præcipuè celebratum interpretationem ſubit prænobilem, & generoſiorem, vnde liberalis, & minimè emendicatæ Beneficentiæ Typus habebatur, dum fructus copioſiſſimos à ſe emittens Regiam munificentiam pluere videtur; namquè *nil negat ex ſe ſe, vel non poſcentibus offert*. Paupertatem porrò dici poteſt repellere, qui Glandes excutit è Quercu, dumq; illas pluribus Animalibus parat ab illis non mediocre lucrum expectat, hinc frugiferam Quercum vitæ non modicum auxiliari, & liberaliſſimam eſſe multis hieroglyphicis oſtenditur argumentis: Hæc Arbor montes, atq; planitiem æquè feliciter inhabitans noſtris valet mentibus inſinuare fortis viri eſſe virtutes vbiq; omnium in vtilitatem animosè proferre. Eadem Arbor ſtillicidia demittens ponderoſiſſima illum oſtendit hominem, qui ſi multum in ſe recipit, multum etiam à ſe deijcit, alijſq; non auarè diſpenſat, illa namq; copioſiorem reliquis Arboribus imbrem è Sudo recipiens, plus etiã illius depluit, & ferè nihil ſibi retinet, ita vt PLENIS VENIENS E NVBIBVS HVMOR ſubiecta quæq; madefaciat abundanter. Sic igitur conſtituta Quercus Humens, fructibus, & frondibus onuſta Hominem ſymbolicè deſignat decora corporis, & animi diſpoſitione præditum, hoc eſt Diuitem, Pulchrum, Liberalem, cunctis Gratum, Amabilem, Benefacientem, qui veram Sapientiam, hoc eſt fructuoſiorem Doctrinam, vnà cum Politioris literaturæ lætiſſima ſpecie adiuncta ſectatur, & qui omne Bonitatis punctum ferre nouit, dum miſcet vtile dulci. Sed frondes ſolitariè acceptæ tanquam quid inane, ſiuè etiam aquoſis gallulis refertæ, inutili velut ſuperfluitate tumentes debilitatem, atq; leuitatem ſymbolicè referunt, Hominemq; nullius valoris, & verè Bullam arguunt *ſectantem leuia*, cui *nerui deficiunt, animiſquè*, à quo differt quammaximè vir ille, qui iuſtiſſimè tenax propoſiti non mediocri in alios Beneficentiâ ſemper enitet, Diuinorum Præceptorum Cuſtos, & Obſeruator acerrimus. Hunc Emblematica deſcriptio perbellè videtur exprimere Quercus, in quâ nidificet Aquila, quæ nimirum ſolidiſſima, & excelſa affectans, ſecuriſſimum Iuſto promittit patrocinium, quod in Republica pro bono publico tuendo eſt neceſſarium, vt doctiſſimus ille declamabat Orator, *ij ſedulò tuendi ſunt, quibus perditis, & tibi ſedulò pereundum eſt*. Hunc Iuſti Arborem non fatigabit Elephas, grauiſſima beſtia, nec ab huius Barro terribili terrebitur, aut cõtemiſcet illius inuictus Caudex. Sublimis huiuſce Quercus Faſces, atq; Coronæ nõ ab alia, quam à Meritorum manu carpentur; nam veriſſimum eſt, quod NON ALIVNDE FASCES; nec alia, quam laborum mercede acquiruntur Honores, DII LABORIBVS OMNIA VENDVNT; Pulcherrimum Fidei, & Virtutum cæterarum Aurum duris non niſi laboribus pretium inuenit.

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Vix dari poteſt Quercus Hieroglyphicum, quod non ſit Glorioſum, celebriſque Palmæ ditiſſimum. Quercus itaq; Ciuium refert Seruatorem ob Querneam Coronam Ciuicam dictam, quæ innumeris potior vna Triumphis habebatur. Quercualis item Ramus, ſeu Bacillus in formam ſceptri cum folijs aliquot adaptatis Imperij Firmitatem, & Robur, quo Plutarchus Oſyrim longè, lateq; imperitantem repræſentari ait, emblematicè, cui ſuperſcriptum ſit PROSPECTVS LIBER, in quo ſceptro ſuperior pars tanquam Mundi oculus habetur, foliaq; hinc indè hærentia orbis partes ſubiectas, atque prouincias ſub Telluris, ſiuè Rheæ, vel Iſidis figura ſignificant. Quercus item per ſe Principatum, ſecundum Aruſpicum Doctrinam oſtendebat, quemadmodum Flauiana Quercus in Flauiorum ſuburbano Marti dicata, quæ per tres Veſpatiæ partus ſingulos repentè ramos emittens Natorum fata futura, & vnius ex illis Imperium viſa eſt pullulaſſe; è contrà verò exareſcens Principatus Neronis nouiſſimo anno cælitus icta fulmine ſummas Imperio calamitates denunciare valuit. Sic Dodonidum Quercuum naturam in hoc vtraq; viſa eſt participare, quod clariſſima, licèt muta, eueniendorum ediderit miracula. Nec ſilendum eſt hîc Dodoneas has Quercus quum reſponſa darent ſymbolum quoddam fuiſſe doctorum Virorum, quorum eſt Eruditionum Oracula fundere. Sic & ſacros

Orato-

Marginal notes: Lib. cur. bo. viris c. 4. — Lib. de Cõſtantia. — Alex. ab Alex. D. G. l. 4. c. 12. — Claudian. l. 1. in Eutrop — Plin. l. 17. cap. 12. — Martial. l. 6. epigr. — Baſilius Magnus de Gerit. ſcript. l. Euoluẽdis. — Iob. c. 13. — Gorop. Hier. l. 8. p. 130. — Horat. in ap — Hier. Ruſcel. in inſ. M. A. Landriani. — Demoſth. 1. Olynth. — Oppian. l 3. — Claudian. de Sepuchro ſpec. — Heſiodus in Heraclide, & in Iphigenia. — Ouid. l. 1. triſt. — Pier. Valer. Hierogl. lib. 51. — Macrob. Saturnal. l. 1. c. 21. — P. Valer. Hier. l. 51.

E F G H

A Oratores indè significatos emblematicè voluit Neotericus ille, qui scitè admodum Xauerium peregrinum pede pari,& impari descripsit; Vbi enim refert Sanctum Virum cum opportunitatem Suggesti humilis camporum planities, & solitudo negarent ad Commorinum Trauancoris Oræ promotorium occursantium cacumina Arborum, vndè Diuina semina longè, latèq; iactaret, ascendere consueuisse; de huiusmodi eius Pulpito canit *Dum viridi staret Quercus Dodonia trunco.*

Hieron. Bard. Embl. 58.

Visa est fatidicâ carmina fronde loqui.
Secta silet: scopulis ni fortè allisa reclamet
Præda procellosis, ludibriumquè Notis.
Hæc tua vera magis Populis Oracula fudit,
Dum viruit latis Arbor opaca comis
Casa renarranti rerum decora alta tuarum
Seruiet in laudes officiosa tuas.

Ast Oleæ circumplexa Quercus delinitam Iram, Pacemq; firmatam præfigurat. Verùm admista Lauro firmam tutelam, tutissimamq; custodiam rerum omnium symbolicè importat, cum enim in periculis ipsis fortitudine opus sit, & patientiâ, vt rectè Seneca discurrebat, ideo Quercus antè Postes domorum erat fidissima custos, Laurusq; præsidium itidem in domibus, atq; munimen agnoscebatur, vndè illa Poetica Laurus inauguratio *Pone domi Lauros*. Et propterea mos practicabatur olim auspicatissimus in Postibus Imperialium domorum singulis noui anni Kalendis Querneam coronam duas inter Laurus ponendi; cui Sulmonensis Vates in hunc modum accinuit

B

Seneca de fortitud.

Iuuenalis

Augeat Imperium Nostri Ducis augeat annos.
Protegat, & nostras Querna corona fores.

Ouid. in fastis.

Sed & illi Coronæ solebant hæc addi verba VOT. X. vel XX. pro complemento omnium desideriorum habita, cum denarius numerus in se contineat omnia, vtpotè completiuus, & perfectiuus omnis numerationis, tot veluti specierum, atque virtutum excrescentium promptuarium ditissimum; de quo numero metricis numeris sic est locutus Ouidius *Semper ad vsque decem numero crescente venitur.*
Principium spatijs sumitur indè nouis.

Alex. ab Alex. D. G. l. 4. c. 12.

Bong. de Myst. num. signif.

C Prædictos viuidiores reddebat significatus Quercus Animantibus sensu præditis associata; vndè si Capram coronasset, vel complexus fuisset Querneus Torques, tunc Quercus significabat Principem valdè prouidum, qui omnium salutem promoueret, Iouemq; Seruatorem referret, cui secundum aliquos Capra eadem per Amalteâ illius nutricê dicata censebatur. Augebatur porrò Coronæ huiuscè optima inauguratio cum capite Tauri, & Cornucopia, quià tunc ad cœlestia, diuinaq; Principis in obsequium ascendebatur; & rerum omnium abundantia, & fertilitas à Dijs, quibus proximi sunt Principes expectabatur. Mentis insuper, atq; rationis optimus Status, eleuatioq; generosa ad Virtutum comprehensionem felicissimam per coronam Querneam equo, qui est rationis symbolum super positam indicabatur. Hinc vitiorum intrepidus debellator equo rationis insidens ipsum constantissimè fatigat ad aureum Gloriæ, atque Honoris Præmium, cui distichon illud bellissimè applicatur.

Ouid. in fast.

Erizz. ap. Comm. Symbol. Ant. Ricc.

Ficinus in Conuiu. Pl. c. 14.

Ipsa fatigat equum, sparsaque ex ordine Querna
Stringit fronde comam fingens, auroque coronat.

D Arbor eadem Quercus maximè viuax, mortisq; quodammodo nescia, dum recisa resurgit, & ad indefinitam producitur ætatem, altèq; radices figit, & saxa penetrat, immò & concipit, nil imperuium reperiens vitæ vias vbiq; patefacit. Ad hanc pronæ Manus inclinatæ, atq; directæ internos, & latentes explicant sensus pios, atq; mites, qui præmiorum expectationem pro multiplicibus operibus bonis important, & præcipuè sub his verbis, PROPTER FINEM; nam cum manus ipsæ sint instrumentum instrumẽtorum, & dirigantur à rectâ ratione in opera bona se extendunt remunerationem expectantia, sicq; his benè agentibus meliora semper sperare licet,

Plin. l. 16. c. 6.

Aristot. l. 8. Animal.

--Qui vmbrata gerunt ciuilia tempora Quercu.

Virg. Æn. l. 7.

Heroica sanè Virtus non vnicam solùm, sed potius trinam promeretur coronam, quare trium Coronarum Hieroglyphicum Quercus nempè, Palmæ, atq; Oleæ, cum inscriptione adnexa, HIS CORONARI, AVT MORI. fortitudinis in summo gradu, mansuetudini iunctæ, cum tenacissimo mortis potius perpetiendæ, quam peccatum patran-

trandi proposito gloriosum conatum, ex quo fit, vt virum huiusmodi modo coronatum non magè metuant, quam reuereantur omnes, tantæq; sit saluberrimum illius exemplū efficaciæ, vt plurimi, eo conspecto, sanari valeant vitiosi. Quod alio hoc Hieroglyphico Quercus cum innascente visco, & his adiunctis verbis proponitur RARA IVVANT, cui etiam Distichon sequens applicuit Camerarius.

Diogen. l. 1.

Ioachim. Camer. Embl. n. 12.

Robore ab annoso viscum sanare caducos,
Quod valet, est Christi vera figura Dei.

De eoq; solum intelligi poterit hocce syntagma, qui opera misericordiæ semper exercere intendit, omnesq; actiones in Proximi vtilitatem dirigit, omniaque bona auxilio Diuino mediante perficit; nam visci Planta potentissimas, easq; perquam mirabiles habet in medicina Vires, dum miserabilissimum sanat caducum morbum Herculeum dictum, quia difficillimæ, & penè impossibilis est curationis, & Herculem fortissimum Quernea claua instructum, & armatum, vt aduertit Beccanus, curantem requirit, cuius sanatio è Cœlo potius, quam è terris prouenire creditur, ex speciali Dei gratia gratis data, & paucis concessa; quas omnes conditiones videtur eadem visci Planta egregiè indicare; adeout religiosissimum esse remedium, omnia sanās illius crediderint lignum Antiqui apud Plinium, ità loquentem *est autem id rarum admodum inuentu, & repertum magna Religione petitur, omnia sanans*. Vlterius à superpositis quià Hieroglyphicis sequentia non discrepabunt, Ponatur Quercus in medio trunco diuisa, quæ viminibus sit colligata, cum hisce verbis NE RVMPERER, & Disticho.

In Gallicis.

l. 16. c. 44.

Ioach. Camer. Embl. 16.

Consilio moderato Animos, frænato furentes,
Vt rigidas Quercus vimina lenta solent.

Nam exemplum pandet æquabilitatis lenissimæ quidem, sed inuictæ, quæ valeat superbæ feueritatis, asperæq; contradictionis fracturas componere, atq; discordias valdè diffidentes vnire, ac vinculis gratissimæ comitatis ad moderationem concordem reducere: Auream mox felicitatem illius ad instar, quæ in primæua Mundi vigebat ætate plenè commonstrant binæ Arbores amplexatæ simul, Quercus scilicet, atq; Palma, vtpotè, quæ ambæ liberalissimè ferant fructus, qui ad cibum, potum, atq; vestitum faciunt, nam istis PLVRA SPERARE NEFAS. Impossibile siquidem est plura componere simul tam Corporis, quam Animi Bona abijsdem Arboribus indigitata; Habentem dein inculpatè Bona immo ijsdem rectè vtentem ad inamissibilitatem, vtq; Quercus edocet virum propria stabilitate, amplissimarumq; radicum crassitie, ac firmitudine, dum solo profundissimè implanrata, vllo vnquam tempore nequit euelli, hac cum inscriptione ex Lucano SVO SE ROBORE FIRMAT, vel PONDERE FIXA SVO sic scribente *validis radicibus hærens pondere fixa suo*. Patitur tamen Quercus Ramis exui, vt bellicis induta spolijs Virtute, & maximè fortitudinis, & Iustitiæ præditum virum Gloriosissimis augeat triumphis, quod innuisse videtur Valerius Flaccus de spoliorum eiusmodi erectione canens.

Camill. camill. impr. diu.

Plutarc. de fortit. Alex.

Lib. 1.

l. 3. Argon.

Quin etiam truncas nemorum, effigiesque virorum
RITE LOCAT *Quercus, simulataque subligat arma.*

Et hinc eruditissimi Emblematis materiam sumpsit clarissimus Kreihing comprobaturus, quod sunt VANAE SINE VIRIBVS IRAE, de armato siquidē eiusmodi trunco cecinit,

Truncus Armatus mina inanes embl. 122.

Loricà, & Galeà, clypeoq; indutus, & ense
Militis effigiem TRVNCVS INANIS habet,
Et per sæua velut facturus vulnera cædem
Obuia futilibus fassinat ora minis,
Ast habet haud vllas non ficta ad prælia vires,
Stat laruа, & motu, vita, animoq; caret.
Sæpius illa licet decies, deciesq; minetur,
Iamq; tuum credas velle ferire caput.
Nil tamen efficiet, pendent sinè sensibus arma,
Omnis, qui possit lædere, metus abest:
Quicunque adueniens iras ridebit inanes,
Et pueri imbellis detrahet arma manus.
Nempè & sunt frustrà, & vana sine viribus ira,
Terrent inualida pectora nulla mina,

Cui

A *Cui vis exigua est, sapienter comprimit iram,*
Et vi qua careant abstinet ille minis.
Sit licet Alcidæ, fractus contemnitur arcus
Haud faciunt vllum fulmina rupta metum.

Nempè tales sunt ventorum iræ contrà firmissimè radicatas Arbores Querneas, ex quibus emblematicè adductis FIRMISSIMA CONVELLI NON POSSE patebit. Quemadmodum ostendit Alciatus, cum sub hoc titulo Quercum attulit ingentem furentibus pariter hinc indè ventis impetitam, nec ideò cedentem, sed valido suo pondere resistentem, vt applauderet Carolo Quinto Optimo, & Fortissimo Imperatori, cum Turcas repulit ab Austrasiæ Viennâ, subscripto posthac Hexastico. *Alciat. Embl. 42.*

Oceanus quamuis fluctus Pater excitet omnes,
Danubiumq́, Amnem barbare Turca bibas.
Non tamen irrumpes perfracto limite: Cæsar
Dum Charlus Populis bellica signa dabit,
B *Sic sacra Quercus firmis radicibus astant,*
Sicca licet venti concutiant folia.

Nec dissimilis erat sensus eius, qui emblematicè de Quercu pariter à ventis agitatâ cecinit *Stat vidua Quercus lato honore frondium,* *Hadr. I. Embl. 28.*
Quas rapido Boreas decussit asper turbine
Princeps auitum sana cui resixerit
Imperium Nemesis, tuetur is gentis decus.

Hinc & exprimitur Mens immota manens, non solùm circumnoluentibus annis, sed contrà quascunq; aduersitates fortior euadens, & animosior, ad cœlestia tamen semper intendendo. Quod & obseruauit Camerarius symbolico eodem corpore exhibito, cum elogiolo ad Quercum sic à Ventis inaniter percussam SEMPER IMMOTA; cuius sensum apprimè quoq; distichon hoc declarat. *Seneca ep. 2*

Ventorum aduersis solidatur flatibus Arbor. *Embl. 17.*
A Cruce, & à Precibus Mens pia Robur habet.

Quam sententiam Diuus Chrysostomus clarissimè sic explicauit: *Vt Arbores, quæ radices altius miserint, quamuis summum ventorum excipiant impetum, non frangi, aut euelli possunt; sic orationes, quas Animus pius Deo reddiderit super quam tutò affixa efferunt sese in excelsum, nulloq; peruertuntur aggressu cogitationum;* Quapropter, quæ contrà turbinum rabiem seipsam sua vi seruat Arbor, Seruatori dicari voluit Ioui; Seruatorumq; omnium ciuicum Iubar haberi; hinc idem Alciatus. *Homil. 73. in Genes.* C *Embl. 199.*

Grata Ioui est Quercus, qui nos seruatque, fouetque.
Seruanti Ciuem Querna corona datur.

Eadem quoq; de re Iulius Cæsar Scaliger in suâ Farragine de Quercus Viuesianæ dedicatione scriptum reliquit. *In Farrag. epigr. 88.*

Cui Cœlum, cui terra parens, tetraque parentis
Parent fœcundo viscera plena sinu.
Hac tibi pro veteri vita mortalis honore,
Et quod seruato fert sibi ciue decus.
Qui das, qui seruas vitam bone Iupiter idem,
Et vita, & mortis munera Quercus obit.

D Hæc tamen omnia citrà temeritatis notam in Homine operante intelligenda sunt, nam alia est naturalis fortitudo, alia, ac longè diuersa, est moralis, quià quæ timiditatis, hæc & audaciæ omninò expers, excessus omnes, atq; defectus vitare debet. Præstò igitur erit semifissa Quercus cum humano in fissura lacerto ex allusione ad Milonis historiam symbolicè docens vitandam esse omnem, & quamcunq; præsumptionem; sic enim temerarium Milonis ausum, & Mortem describit doctissimus Kreihing, saluberrimum illud Hominibus insinuaturus Præceptum. *Embl. 99.*

MAIVS NIL VIRIBVS AVDE.

Ille Crotoniades famâ notissimus olim,
Per stadium potuit qui Milo ferre bouem.
Robore præfidens, maioraquè viribus ausus
Est auidis factus præda dolenda lupis

Fis-

Fissuram grandis validâ deiecta securi
Forsitan in patulo Quercus habebat agro.
Hanc manibus stolidè cupidus diffindere nudis
Pro cuneo in rimam misit vtranquè Milo,
Nescia sed rumpi, manibusquè potentior Arbos,
Dum partes coeunt, brachia capta tenet
Is frustrà obluctans dum sese exoluere tentat.
Sub Ioue desertus fit miser esca Lupis.
Noscere quemq; suas, res est pulcherrima, vires,
Successusquè; vltrà qui facit, ille caret.

E

Magnam insuper Animæ cæcitatem Graphicum Trabis oculo admotæ patefacit argumentum; illa etenim mens cœca est Hominis, qui malefacta sua grandia sub oculis ipsis cernere non vult, & minimas aliorum festucas defectuum seuerè iudicat; ad quos sceleftos dicta sunt Euangelij verba. *Quid vides Festucam in oculo fratris tui, & Trabem in oculo tuo non vides? Eijce primum Trabem de oculo tuo, & tunc prospicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.* At hanc Animæ lippitudinem vnicum potest sanare Collyrium. Hanc spiritus cæcitatem vnicus valet tollere splendor, sola nimirum consideratio, quod nos Mysticè tanquam Arbores in hac viuentium syluâ

Diui Matthæi 7. D. Lucæ 6.

F

NON SEMPER VIREBIMVS.

quandoquidem — *tacitis cuncti exarescimus annis.*

Quod vt exhiberet, & doctissimo comprobaret Emblemate Clarissimus Kreiling antedictus, Ethico-politicam suam Chelm ità pulsauit

Embl. 157.

Stat vetus arescens vegeta inter ROBORA QVERCVS
Deciduis ramis, & propè calua comis.
Quin ramorum artus subtus, defectaquè succo
Multa ad radices arida membra iacent.
Ipsa & perpaucas retinens in culmine frondes
Parte sui exiguâ, cætera sicca, viret.
Ast ingens fuerat ramis ingentibus Arbor,
Maior in vmbrosis, nec stetit vlla iugis.
Grata olim æstiuum pecori depellere Solem,
Frondequè sub densâ condere Luscinias.
At nunc exesam paulatim longa vetustas
Opprimit, atque animâ deficiente necat.
Sic omnes tacitis pedetentim occumbimus annis,
Inque necem occulto tendimus vsque gradu.
Quin iuuenes abeunt lento cum tempore vires,
Semper & ex nobis mors sua lucra capit.
Quid vegetis igitur stolidi confidimus annis?
Et frustrà serò querimus esse senes?
Omnibus (ah miseri) veterascimus vsque diebus,
Atque senes fieri cogimur ante diem.
Nec formosa iuuat, Venerique æquata venustas,
Nec vis, nec pietas, ingenijquè vigor.
Tendimus, & trahimur, sponte, inuitiq; monemur,
Et properant iuuenes ad seniora dies.
Quin veluti limâ vires raduntur, & anni,
Nec, quod præteriens abstulit hora, redit.
Nil stabile in mūdo est, morimur quoq; quādo viuemus.
Omnis VT ARESCENS DENIQ; QVERCVS *Homo est.*

G

H

Sed probos Hominum mores extollere, prauosq; corripere sensus eorundem mysticis, atq; moralibus fortius vrgeamus considerationibus.

MYSTI-

A

MYSTICA, MORALIA.

Fortitudinem à Quercu mysticè repræsentari propheticum illud nos docet effatum *Fortis ipse quasi Quercus*; quia neruis non solùm, & ossibus ligneæ suæ carni Arbor hæc nititur solidissimis, sed radices in Tartara quodammodò mittens, nullam timet mundanam, infernalemq; potestatem, vt à nullâ diuelli, conteriuè omninò possit aduersâ vi. Humanam referre quoq; potest vitam Quercus, virtutibus omnibus exornatam, quod veteribus non displicuisse Sapientibus Goropius Doctissimus Vir asserit. *Credimus* (scribit ille) *Quercum Tesseram eius muneris præferre, quo nullum maius à Ioue nobis dari posse veteres omnes existimarunt*, &c. *Quercus ergò sit vita, siuè liberationis à morte signum, quàm qui à solus Iupiter præstare potest Ioui fuit à priscis consecrata*.

Amos. 2.

Io. Gorop. in Gallicis l. 5. *p.* 13c.

Et quià profundissima Quercus eadem radicatio fortissimum robur Arboris indicat, & hoc etiam superbiæ symbolum esse posset; ideò bonis fortunæ, quæ superbiam in nobis, vt plurimum causant fidendum non esse, nostræ considerationi obtulit natura in hac Arbore, nam, vt ait ille

B

Sacra Ioui Quercus firmis radicibus hæret,
Huic tamen arentes decutit aura comas.

Cum identidem à confœderato ventorum impetu in partes quandoq; fracta deijciatur, hinc maius humilitatis sequendæ motiuum nobis est desumendum. Ad rem moralissimè admodum præclarus ille Lusitanus seriò ludebat.

Reusn. in Pomar. Poet

Fidere fortunæ nolit Mortalis, & vndè
Vectus ad alta memor, vitam sic temperet omnē,
Ne subitâ inuadant inopinum clade procellæ,
Nam plerunquè vides antiquo Robore Quercū
Viribus arctoi pronam succumbere venti,
Quamuis illa altè radices egerit olim,
Et luctata diù victrix certamine longo
Persistens patrio tendens sua brachia cælo.

Hermicus Caiada ecl. 8.

C

At illa Quercus duritiez, asperitasq; ligni, & illius in specie, quæ contrahitur, maiorq; fit in eâdem Arbore sita in loco, quo radij solis non pertingunt; inexorabilitatem, seù indomabilem feritatem illius Hominis designat, qui à Sole Iustitiæ auersus, durissimæ ceruicis euadit, nec alios quam impietatis fructus edit, qui flagitiosæ solum obscœnitatis ad pompam Glandem refert spurcissimam.

Foliorum mox casus, è Quercuum corpore, & ramis, stipitibusquè si tempore fiat debito, & secundum Naturæ leges eueniat; Hominē suâ sorte contentum, & minimè tenacem, & nequaquam superbientem admonet, vt liberè, libenterq; mundi contemnat delicias, & necessarijs solùm ad vitam prorsus acquiescat; alioquin desidioso sub titulo internorum bonorum spoliationem incurret irreparabilem, luctuosaq; lethi præda fiet. Magna, & condensa Quercus Diuinam Iustitiam edocet esse timendam propter Quercum, cui appensus remansit Absalon iusto Dei iudicio interfectus, vt sacræ perhibent literæ; *Dumq; adhuc palpitaret hærens in Quercu cucurrerunt decem Iuuenes Armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum*; Filijs enim perditis, inobedientibus, & in proprios Genitores horribiliter sæuis mors celeri appropinquat gradu, ijdemquè Diuina non possunt effugere effata. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, vt sis longæuus super terram*. Laudabiles secundum naturam fructus omnes non nisi vitalitatem efficiūt. Arcadicę ideò Quercus fructuosissimæ morali hominum Palato delicias veriores optimorum præceptorum dispensant; Glabricies namque, & læuitas fructus, atque continentis capsulæ scabrities, virum designant prudentem, atq; perfectum, qui pœnitentiæ aliquantum asperæ in capsulâ, temporalem propter macerationem lætus interius, & hilaris ob spiritualem consolationem, cum bona conuersatione, & cum actionum constantia existens, felicitate fruitur, quæ virtutibus ipsis debetur. Et ideò Quercus à Iustis Hominibus possessæ dici possunt Diuini Honoris, atq; veræ Consolationis effectrices, quemadmodum Quercus conuallis (Illustris idest Querceti, propè quem locum Abraham secessum quærens primam Aram Deo erexit, & vbi Iacob illius Nepos ex Mesopotamiâ rediens Aram quoq; ædificauit; quæ propositio veritatem nacta est apud omnes

D

D. Chrisost. mus de pœnitentiâ

2. Reg. c. 8.

Exod. 20

Berchor. in reduct. Moral. l. 12 *cap.* 130.

Genes. c. 12

omnes gentes, vndè inter Græcos Hesiodus ità disserebat, Deos videlicet Iustis concedere, vt eorum Quercus in altioribus ramis glandes ferant, in medijs autem apes recipiant; sicuti à contrariò Quercus simpliciter fœcunda, procera, fortisq; ad ipsas minimè relata virtutes, sed præcisè, atq; disiunctim considerata, & ad nullos vsus directa, diuitias temporales, atq; profanam, & secularem doctrinam indicat, in illisq; peruersa iudicia, impietates, atq; scelera, in quæ de facili potest illius possessor incurrere: Illa eadem est potius dicenda Quercus Basan, hoc est ignominiæ, & Idolorum, longèq; differt à Quercu Tabor, quæ terrena despiciendo, cœlestia tantùm desiderat, ob idq; internę claritatis lumen acquirit, & à Quercu Mambre, hoc est *sublimitatis*, habitus virtutis. Quam clarè, quamq; perspicuè nos instruit Quercus illa, sub quâ Iacob Patriarcha Israeliticus inaures propriæ familiæ abscondit! quià non absimili ratione cogitationes omnes inanes nobis profundissimè sunt sepeliendæ, simulq; obliuioni tradendæ mundanarum rerum illecebræ, vndè habeamus aures audiendi, hoc est legibus, & Principibus obtemperandi. Ità felicissimè considerare nobis dabitur cum Angelo Iehouè, qui Gedeoni Lucum Baal destructuro signum victoriæ in vellere dedit sub Quercu Ophræ, hoc est sub Arbore salutiferâ veri Iouis, quæ nil aliud est, quàm Crux Sanctissima Seruatoris nostri Iesu Christi Filij Dei; ipsa namq; certissimum est Præsidium, dulceq; Decus Fidelibus, vnicumq; Laborantibus Labarum: & hanc Sanctissimam Crucem ex Querneo ligno fuisse fabrefactam, & consequenter Quercum fuisse Arborem vitæ, euidentissimis rationibus eruditissimi comprobarunt, demonstraueruntq; Viri, vt Doctissimus Lipsius, Clarissimusq; Frat. Ang. Rocca Camers Episcopus Tagastensis, percelebris item Iacobus Bossus, & Alphonsos Ciacconus omnes ex professo scribentes de Cruce, alijq; innumeri, qui oculari mediante inspectione particularum Ligni Sanctissimæ Crucis, affirmant illud Querneum dignosci. Quibus ego quoq; subscribam, cum hac Arbore nulla magis obuia fuerit in Iudæâ. Quo fit, vt tot Quercus, & Querceta in sacris celebrata legamus. Addatur lignum hoc fixuræ aptissimum esse, quippe quod solidum, vndè Roboris nomen quoq; promeruit. Insuper vix quicquam materiale durabilius est Quercu, cuius lignum annorum centurias incorruptum durat. Ita sunt Sanctissimæ Crucis fragmenta, quæ hodie visuntur à carie, & teredine immunia. Propterea Quernum lignum grauissimum est. Hoc quoq; euincitur de Sanctissimâ Cruce, cui ferendæ humanas Christi vires non sufficisse ex eo cognoscimus, quod illi adiutorem quæsiuerunt. Hinc Abraham sub Quercu Mamre vitulum offerens, mysticè nos monet, vt sub Cruce Animam nostram Deo offeramus. Hinc Iosue sub Quercu, quæ erat in sanctuario Domini deposuisse lapidem fœderis cum Deo initi, vt populus maneret in cultu Dei, & verâ religione, significabit sub Cruce Christi initum esse fœdus ęternum inter D. O. M. & Ecclesiam de perpetuò seruandâ Christianâ Religione. Hinc prætereà discere possumus in nouâ lege veram, & omnium optimam, diuinissimamquè frugem inuentam, seù potius Christianorum cunctis gratis concessam, quam nobis fructificat Euangelium; vbi vetus illa Lex a Mose Iudaico Populo proposita Quercuum vmbram, & Glandes in victum priscis concessas symbolicè relatas habere potest. Audiamus quantâ elegantiâ, & pietate id expresserit Claudius Minos hoc epigrammate.

Glande Patres aluit Quercus, Fagusq; vetustos:
Sed modò non cibus est, proficit vmbra tamen.
Glandibus antiquis tantum fuit vsa vetustas:
Frugibus inuentis vtimur; at quid id est?
Tradidit in sacro quacunque Volumine Moses,
Glans erat, & veterum pabula prisca patrum.
At largitor opum fruges inuenit IESVS:
Et mistâ paleâ plurima grana dedit.
Vmbra licet nobis lex sit vetus, atque Propheta;
Sed noua Lex CHRISTI verior esto cibus.

Immò concludi potest infallibiliter non posse ab alio melius, & Præceptore, & Libro Virtutes omnes addisci, quã ab integrâ Quercu, & illius sigillatim perspectis partibus; ad cuius studiosa obsequia, pergratosq; ad amores nos benignissimè inuitant eiusdem viuę Veritatis verba: *venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Vndè bona quæcunq; præsagire haud inaniter poterimus, & ità de Præsagijs Quercuum sermonem instituemus

PRÆSA-

Berchor. red. Moral. l. 2. c. 130. Serm. 2. Is. 44. Lauret. in syl. Alleg. in V. Qu. Genes. c. 13. & 35. D. Matth. capit. 13. Iudic. 6.

Quercus Arbor Vita. Alph. Ciacc. lib. de sign. S. Cruc. cap. 30. Iust. Lips. De Cruce l. 3. c. 13. Fr. Ang. Rocca de para. Crucis c. 12. DeTriump. & gloriosa Cruce lib. 1. capite 6. Ios. c. 24. g.

Goropius in Gallicis l. 5. sapius D. Hier. in Psal. 55. D. Matth. cap. 55.

E F G H

A

PRÆSAGIA.

OPulentiam finè Virtute suspectam semper habuerunt,& despexerunt,Sapientes, omnes, illamquè noxium vicinum appellauit Sappho. Vitiorum nutricem decantauit Propertius. *Tu vitijs Hominum crudelia pabula prabes.* Infelicitatem esse deprædicauit Euripides; illam odio, inuidiæ,& opprobrijs obnoxiam omniumq; perniciosissimam malorum Philemon obseruauit;

Quid faciant leges vbi sola pecunia regnat? addidit Arbiter ille.

Fructibus onusta Quercus, & veluti ditissima,nisi Virtutem egregiè ramificandi, & se se versus Cœlum hilariter erigendi ostenderit, ab eâ poterit plurium malorum Præsagium heù nimis elici, non enim respondēt vltima primis; primus in Cœlum viror exijt, deinde fructus, quorum consensus erit felicissimus, & omniquaque gratissimus, de quo dici poterit, *Telluri iussit Deus, vt daret alma virorem,*

B

En Cœlum repetit terrens vndè venit.

Illeque coronarum amplam pergignet materiem Querneam; idcircò coronam cunctis saluberrimam Romani edixerunt Imperatores, vitæque tàm naturalis,quam ciuilis tutelam, & robur indicantem, & ceù stabile bonum facientem secreto quodam influxu, occultâque causalitate mirabili. Rerum insuper naturalium obseruatores accurati, seduliq; peruestigatores nos docuerunt Quercum, de cuius fructibus exeant vermiculi præsagire fertilitatem anni, abundantiamque rerum variarum generatarum ex veterum corruptione,itaut productiones feliciter promoueantur, & euocētur in lucem: Quercum verò, super cuius fructus plurimæ volitent muscæ aliundè surgentes, Bella quoq; futura denunciare posse obseruatum est; muscæ etenim omnia infestant, molestæq; suaptè naturâ sunt: haud aliter etiam Quercum,de cuius fructibus Araneæ multę filis pendentes,telasq; contexentes multipliciter appareant,mortalitatem minari ex malignâ putredine ortam senserunt alij, de quibus araneis venenosam quoquopacto naturam habentibus dici potest quod *nent nocitura necem.*

C

Quercus Galla in Arbore diù permanens si putrescat, vermemq; generet, vt tradit Albertus Magnus, & in sui medio eundem gerat, futuram hyemem asperiorem prænunciat, & è contrà leuem, si vermis prædictus marginem fructus occupauerit. Item si in altioribus Quercus ramis eruca telas contexuerit leuior hyems expectatur; at si in inferioribus idem præstiterit, rigorosior eadem pars anni frigidissima præparatur. Hæ Gallæ debent ad huiusmodi præsagia eruenda,dum sunt integræ,rumpi; nam cum perforatæ sunt, iam animal indè exijt. Si musca volat, bellum timendum est; si repit vermiculus, annonæ penuria prædicitur; si currit araneus, pestilentia portenditur: His tamen ominibus fides qualis qualis adhibeatur; valent enim ad coniecturas duntaxat suppeditandum vniuersalissimas, atq; latissimas è distātissimis dispositionibus dependentes;nam cum syndrome causarū tam remotarum,quā proximarū attingat effectū,non possunt hîc rutà prædici, nisi cognitis, atq; perspectis quā plurimis, & penè inobseruabilibus rebus.

Præsagium anni glandiferi aliqui desumunt ab annis,in quibus permissa est caro singulis mensibus, ideſt vbi Pascha Resurrectionis in Mensem cadit Martium à XXII. die vsq; ad XXXI. vel in Mensem Aprilis à die XVII. vsq; ad VI. Kal.Maij iuxtà versiculos vulgatos. *Pascha bis vndenam Martis non praeuenit vnquam,*

D

Vicenam vt qintam post nec Aprilis abit.

Tunc enim Æquinoctium habet Synodum luminarium valdè proximam, quæ non parum conducit ad productionem huiusmodi fructuum. Sed,vt diximus modò, & alias etiam protestati sumus,Præsagia huiusmodi habenda sunt tāquam machinas inanes,maculasq; nubium nobis aliquando repræsentantium aereas bellorum figuras, monstrorumq; effigies Chimæricas; & sicuti non est metuendum ab huiusmodi cœli signis, ità in illis non est sperandum. Vnusquisq; enim ità operetur, vt cum Bonis arctò semper fœdere iungatur, & à prauis diffideat perpetuò; sic quoq; fugit, quæ nocitura sibi sentit Natura,& profutura sectatur, dum cernimus illam Arboribus nunc sympathicam, nunc antipathicam dedisse motionem,de quibus affectionibus mox aliquid est dicendum.

Apud Pindari Scholiasten in 4. Pythiorum. Propert 3.7 Euripides In Atemena Ap. Stob. Hom.95. Petr. Arb. in Sat.

Æn. Vicus de Numismatib. l. 2. c.10.n.107

Quomodo bellum, seu pestē indiget Quercus *VVittēberg. inf.sup noc.*

Volater. l. 26. comm. Vrban. in Philologia. Symphor. Hort. l. 26. c. 11.

In Præfat. l.2. de rapt. Proſ.

SYMPATHIA, ET ANTIPATHIA.

E

Quercus quomodo amica, & quomodo inimica Pini.

QVercus cum Pino Arbore non parua eſt amicitia iuxtà illud Claudiani.

Et comitem Quercum Pinus amica trahit.

Sed hoc in viuētibus truncis,atq; in radicibus,reſpectu forſan alimētoſæ ambarum facultatis,non autem in emortuis lignis eſt intelligendum;nam vtriuſq; illarum ligna conglutinati minimè valent, nec in operibus materiariorum vniri, quemadmodum experientiâ patet edocente Pineum rarum, & leue Querneæ ſpiſſitudini ponderoſæ coaptari minimè poſſe. Nec minus cum Frumento Quercus in alibilitate communicat, vel eandem amicè ſymbolizat, vt ita loquar, cum ambæ hæ plantæ ad panificium ſingulæ in propriâ claſſe principaliter concurrant, in quarum amicitiæ naturalis teſſeram adduci poſſet, prodigioſum licet exemplum, de ſpicis in noſtro Bononienſi agro ſuper Quercubus antiquitus enatis, vt iam in titulo de Prodigijs in Prolegomenis tetigimus; quo portentoſo ſpectaculo Quercus ſe Cereri verè gratiſſimas oſtenderunt, dignaſq; vt earum frondibus conuiuarum inter epulas capita coronarentur, vtq; proprijs cineribus frumentacea grana à puluere putredinoſo vindicarent, nobiliſſimamquè tritici ſubſtantiam integram, incoruptamque ſeruarent. Sic & Quercinum, ac Vitigineum lignum ſe inuicem amant, vnde fit etiam quod cinis Quercicus Vitem à rubigine præſeruare potis eſt, eidemque ægrotanti pari pacto mederi. Nec ambo hæc ligna tantummodò diliguntur ad inuicem, ſed inter iſtarum Arborum fructus, non paruipendendam notum eſt intercedere ſympathiam, illamq; fortè radicaliter, ſimilemque relationi, quæ potum inter, ac cibum contingit; tradunt enim vineam plantaturo Querneam glandem contuſam propaginum, & plantarum vitiginearum locis imponi debere ad meliorem Vitium radicationem, atque ad vini exinde colligendi bonitatem, ac conſeruationem. Conueniunt pariter Quercus, & Lotus Arbores ſimilitudine forſan denſitatis ſubſtantiæ, ſi non coloris; vel occultæ alicuius qualitatis, quâ mediante morbis quoque permultis opitulari, paſſiuèque ad alia quamplurima ſe poſſunt æqualiter habere. Et hæc licet aquarum perennium amantiſſima videatur, ideoq; carinis nauium cariſſima exiſtat, naueſque vel in terram ſubducendas, vel in altum iactandas imperterritas reddat & infractas, ea nihilominus telluris conſortium, vtpotè ſibi perutile, ac maximoperè neceſſarium haud quaquam reſpuit, magiſque ſe vtriuſq; iſtarum, aquæ ſcilicet, ac telluris, quàm aeris amicam interminabili penè ſuâ longæuitate fatetur, nam terrenis operibus obruta, maximam immortalitatis partem durabili ſuâ perennitate conſequi per autopſiam perhibetur. Apes ſimiliter, & mella magnam habent cum glandiferis hiſce Arboribus conuenientiam, Theophraſto ſic de Robore ſcribente. *Fera hæc Arbos habetur plurimarum. Sin autem, auctore Heſiodo, mel la, apeſquè ferat, magis quoquè illud confirmatur. Ergà naſcitur & hic mellens humor cælo cadens, nec alijs magis inſidens frondibus.* Et cum mel aerium huiuſmodi ſuper Quercus, & Robora congelaſcens cœleſte donum à Virgilio nuncupetur.

Protinus aerij mellis cæleſtia dona —Exequar.

Arbores ita Quercus, & Roboris erunt iuremeritò Iouis Arbores enunciandæ, ſcilicet, vt magis teneat quod ad rem diximus in illarum Epithetis; nam & Iupiter Milichius, vt ab Apibus enutritus, vocabatur ab antiquis. Sed quo libentius & apes, & mella, telluremque & lymphas, ac Bacchum, & Cererem in commercium excipit Quercus, eo intenſiori odio Mineruam, & Serpentes, aliaque permulta proſequitur. Huiuſce rei veritas elucescit ex eo, quod vbi Olea iuxtà Quercum plantata ſit, illa continuo vitalitate deſtituitur, & areſcit; ac adeò pertinaciter diſſident hæ Plantæ, vt ſi altera alterius tangat ramos, iſti curueſcere, alioquè inclinare, & reſilire obſeruentur; quinimmò Quercus etiam exciſa, dudumque emortua, inque oliuetum deportata, vel inter Oliuæ radices immiſſa, Plantas enecat, & areſcere cogit. Vnde Ioannes Khuenius in ſuo Zodiaco Medicinæ Antipathicam hanc vim carminibus hiſce expreſſit.

Nonnè Iouis tantum cum Palladis Arbore fertur
Exercere odium, vt ſi proxima ſtet Iouis Arbos

Pal-

Margin notes: Cũ Frumẽ. to cõuenit. Quercubus ſupernatæ Spicæ. — *Gaud. Merul. de mirabil. l. 4. f. 337.* — *Id. lb. f. 335* — Quercus amica Vitis. — *Georg. Sabin. in Ouid. met. f. 9. l. 9.* — Quercus amica Loti. — *Mizald. memorab. centur. 8 n. 84. & ex Africano in Geoponicis.* — Quarum a quarum fit amans. — *Feſt. Pomp. & Theoph. l. 5. c. 8.* — Aeris inimica, & telluris amās. — Apes diligit. *l. 3. c. 9.* — *Georg. l. 4. in princ.* — *Natal. Comes. Mythol. l. 2. c. 1.* — *Miz. memo. cēt. 7. n. 93.* — Eſt Oleæ infeſta. — *Gaud. Merul. mirab. l. 4. f. 301.* — *Colum. l. 5. c. 8.* — *Lib. 1.*

F

G

H

A *Palladia fugiens inimicam arescat, & eius*
Interimant miseram radicum germina Quercum?

Nucem quoq; Iuglandem odit hæc Arbor, & ab hac viciſſim noxiè respicitur, quanquam asserant alij (fabulentur nec ne parum mea refert) Iuglandem senescentem in Quercum mutari. Eadem, vt se quàm maximè alexipharmacam ostendat, nedum fructibus hoc multifariam comprobat, sed & folijs, quibus ad internecionem serpentes cōducit super eosdem coniectis, adeò antipathicè illis aduersatur. Quercus demum Pastinacæ Marinæ aculeo tacta exiccatur, & emarcescit, teste Nicandro in Therlacis, & Aetio; sed quod mirabilius est, ex tali ictu sanari hominem prius percussum auctores ijdem prodidere: *Narrant quidam* (sic scribit Aetius) *si quis caudam Pastinacæ, quæ ictum intulit, auferat, & in Arborem, maximè Quercum suspendat, & figat, ipsam quidem Arborem arescere, ægrum autem sanari.* Quod si verum sit, hinc magis Sympathiæ vis, Antipathiæq; elucesceret. Sed quid portendant naturales hæ conuenientiæ, vel contrarietates in Quercubus breuiter ostendamus.

Iuglandem despicit. *Gaud. Merul. l. 4. de mirab. fol.* 307. Serpentes enecat. *Cōstāt. Cæs. l. 12. de Agricult. c. 8. & l. 15. c. 1.* Pastinacā marinam odit. *l. 13. c. 37.*

B

PORTENTA, ET PRODIGIA.

Portentosa certè Auis, pessimiq; vt plurimum ominis perhibetur Picus Martius Quercuum incola Græcis Δρυοκόλαψ, nempe Robori secus, cuius augurium sinistrum ab Antiquorum superstitione fuit semper habitum, vnde Lyricus,

Tequè nec læuus vetet ire Picus

& Plautus *Impetritum, inauguratum est quouis admittunt aues —— Picus, &c.*

ideòq; in auspicijs magni, & diri cognominibus à Plinio meruit insigniri. Sed quamuis vbiq; fermè locorum penniger iste penes Æthnicos latam hariolādi protulerit ansam, non alibi tamen celebriorem in augurijs venisse crederem, quàm apud Latinos, à quibus in magnâ semper habitus est veneratione, cum Romulum, & Remum Romanorum (dixerim) Patriarchas auxilio lupæ dudum aluisse crederetur, vndè promanatum quoq; sentiebant quod tam libenter sub eodem cælo Lupus, & Picus frequentes versari conC spicerentur. Ille in capite Prætoris Iura reddentis deprehensus, & occisus futurum excidium auguratus fuit. Sed nihilominus mala non semper hæc auis ominari consueuit, quin identidem ad bona pariter portendenda conscendere non valuerit; Legimus enim quod in vexillis Sabinorum insidens felix augurium fecit. Eiusdem pariter ominis faustissimi fuit Aquila post rapta de Galbæ manibus Auo sacrificantis exta sublimem in Quercum volans, quippè quæ tanti sacrificuli portentosè denotauit Imperium. Nec minus prodigiator, & portentosus est in Quercu serpens Dryinus Δρύινος χέλυδρος, longitudine duorum cubitorum, aut circiter, & obeso corpore, squamis asperrimis, colore subatro, nec non & odore fœdiſſimo, de quo Nicander.

—— grauis itquè à corpore fætor,
Qualem dant madida corij præsegmina sordes,
Quas tereti radunt ab equino tergore ferro.

Aldr. Ornithol. T. 1. l. 12. c. 30. Picus mali ominis. *Hor. lib. 3. Car. od. 27. In Asin. act. 2. Scen. 1. Pl. l. 10. cap. 18. Alex. ab Al. d. g. l. 5. c. 13* Picus quādo boni augurij *Id. l. 5. c. 25. D. G.* Aquila *Iac. Greuinus de Venenis l. 1. c. 19*

Is radicibus Quercuum inhærens, circà præsertim Hellespontum, & ibi tantum ad insidias viuens, proditorio veneno supergradientis plantas pedum verè supplantat, dum illas cute priuat, & dolosè simul, ac dolorosè nimis excoriat; quod veneni genus per reD flexionem quandam, & multiplicatiuam sui ipsius communicationem in manus medici curantis pedes alterius excoriati sensim extenditur, ibiq; latè spatians illas excarnificat: has tamen Quercuum pestes fugare docet Virgilius,

Galbaneoque agitare graues nidore chelydros.

vt simul arceantur sæua, portentosaq; ab eisdem inferenda symptomata.

—— torpensquè veternus
Ingruit, & crebris acti singultibus ægri
Nunc similem felli vomitum, nunc sanguinolentum
Eijciunt.

Dryinus serpens *Aldr. Hist. Serp. & Drac. l. 1. c. 14. tit. 4.* *Georg. l. 3.* *Nicand. in Theriac.*

Arbor eadem tam feri Serpentis licet innocens, & inuoluntaria mater, vbi fulmine cælitus impeteretur, ac si tam lethale venenum non alio, quam superno fuisset igne consumendum, nonnisi mala poterat Imperio portendere, præterquam quod sceptrum

Querneum nouissimo Neronis anno de Augusti manibus excussum Imperium Cæsaribus abrogatum diuinitus indicauit. Nec extrà Quercus semper euenere prodigia, quin & ipsæ quoq; prodigij nonnunquam loco sumi respuerint. Siquidem portentosas, & prodigiosas Quercicarum earundem Arborum vastitates in Hercyniâ syluâ tradit Plinius, quæ cum historiæ fidem quamlibet superent, portenta meritissimè debent in suo genere nuncupari. Sic inquit ille: *In eâdem septentrionali plagâ Hercyniæ silua Roborum vastitas intacta æuis, & congenita Mundo, prope immortali sorte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura, constat attolli colles occursantium inter se radicum repercussu; aut vbi secuta tellus non sit, arcus ad ramos vsque, & ipsos inter se rixantes curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittant.* Sed hæc licet fidem transcendere videantur, non ideò tantum admirabilitatis sibi conciliant, quantum terroris incutit prodigium illud, quod Dæmonibus mediantibus accidit miserabilissimo Publio Romano militibus in Græciâ contrà regem Antiochum imperanti. Hic insaniâ correptus, quâ vaticinabatur futura, Quercum conscendens militum multitudini concionatus est in hunc modum. *Mihi quidem Quirites, cæteriq; milites, conuenit vt à lupo ruso magno vorer hodie, &c.* & paulò post accessit lupus, quem cum vidisset Publius, de Quercu descendit, & Supinus concidit; Lupus autem eum laniauit, & videntibus omnibus absumpsit; cumq; præter caput omnia vorasset, montem petijt; Porrò turbâ conuenien-te, reliquiasq; tollere, ac vti leges iubebant sepelire volente, caput humi iacens hoc carmen diabolico præstigio pronunciauit.

Lib. 16. c. 2. Quercus immanissimæ proceritatis.

Phlegon. Trallianus de Mirabilibus pag. 84. 85.

Publij Romani mors qualis.

Non continge caput nostrum: fas non sinit illos,
Quos animo infenso Iouis odit filia Pallas,
Contrectare caput sacrum, &c.

Quod cum audijsset multitudo, non leuiter perturbata Fanum posuerunt Apollini Lycio, siuè Lupino, Aramq; eo loco, vbi caput iacebat; tum nauibus conscensis, domum quisq; suam nauigarunt: cæterum euenerunt omnia, quæ à Publio fuerant prædicta. Euentuum autem tum bonorum, tum malorum, & tam præteritorum, quàm futurorũ Quercualia signa publicè notata iam censeantur; De Insignibus Familiarũ, & Schematibus modò Sermonem habere non incongruum erit, vt Virtutis in laudem cedant, vitiorumq; in opprobrium habeantur, atq; non minus feliciter captentur bona, quàm euitentur mala.

INSIGNIA.

Vetustatis, fortitudinisq; simul insigne nobilissimum cum habeantur apud omnes Quercus, & Robur; quæ ex his Arboribus insignia conflata erunt, quarumuis Vniuersitatum, seu Familiarum nobiles prærogatiuas, & glorias indigitabunt. Ità Cantabri patriæ fortitudinis Monumentũ Robur, siuè magnâ cum Glandibus Quercum in suæ Ciuitatis (quam Biscayam recentiores appellant) phrenoschema erexerunt. Sunt etenim (vt libro de Titulis Philippi Austrij scriptum reliquit Iacobus Maynoldus Galleratus) *populi* efferi, & nullam olim esse vitam sinè armis existimantes. Ideò Romanis diutissimè restiterunt, vel ipso Lyrico rem attestante, dum nuncupat *Cantabrum indoctum iuga ferre nostra.*

Gaspar Bòbacius in l. inscr. l'Araldo c. 1. & 2.

Et si tandem in Romanorum seruitutem ab Cæsare Augusto redacti sunt, id non nisi difficillimè admodum, & serò factum est, eodem Vate scribente

Cantaber serâ domitus catenâ.

Sed si non nisi integra Quercus istis placuit, non defuerunt quoq; Populi, quibus pars tantum suffecit. Barcinonenses quippe nodosa quatuor Ramalia seriatim disposita pro patritio sui Comitatus stemmate voluerunt. Scribit Cassaneus insigne Augustudunensium Druydum famigeratissimorum olim toto orbe sapientum, & regna regentium, fuisse Ramum visci Quercini cum anguium complicatorum nexu sub eodem ligno collocato, cui distichon sequens ille pro titulo perappositè adiunxit.

Iac. Maynol. l. de tit. Phil Aust.

Cassan. Catal. Glor. Mund. p. 1. concl. 58.

Druydæ.

Quærimus in (sic ille scribit) *omnes Druydis insignia casus.*
Anguinum visco relligione subest.

Sed vt omittamus minus propriè sumpta insignia, vt ardentem Moysis Rubum, Virga n

A gam florentem Iesse; Semidecorticatas virgas virentes in canalibus Iacob, & alia huiuscemodi, ad nostra conuolemus secula, dicamusq; Familiam Roboream Sixti IV. Iulijq; II. Sanctissimorum Pontificum Tiaris illustrioribus, Vrbiniq; Ducatu Serenissimo decoratam, & præcipuè Francisci Mariæ secundi nominis istius Ducis toties celebrati, nec satis vnquam laudati vltimò imperantis, in æternitatem gloriosissimè armatam Robur aureum ramis hinc indè circumplexum, coronis velut Heroicis onustum erexisse. Quamplures alij cognominis huiusce de Robore, seu Ruuere percelebres inueniuntur. Iulianus, atque Dominicus, necnon & Christophorus tres amplissimi ab eodem Sanctissimo simul, & Sapientissimo Pontifice Sixto IV. varijs peculiarium quorumlibet illorum virtutum in præmium temporibus sacrâ purpurâ donari promeruerunt. Eisdem dignitate pariter, & cognomine famigeratissimi fulserunt sub Paulo II. Franciscus de Ruuere, duoq; Iulij, alter sub Leone X. & alter sub Paulo III. aliusq; Iulius Feltrius itidem de Ruuere sub Gregorio XIII. singuliq; Robore in phrenoschematibus muniti maxima semper ingenuæ nobilitatis specimina præbuere, nec tantum splendoris eisdem magnum tantæ familiæ nomen elargitum est, quantum propria quoruncunquè merita

Gen. 30. *Comp. Hist. Co. Laschi p. 405.* Familia de Ruuere. *Petra sancta de Tess. Gentil. pag. 510.*

B sibi consciuerunt. Robur idem in obsequium Ghisiorum Montium Sydere fulgentissimo coronatorum iterum pullulauit in Vaticano præcelsi simul ingrediens Stemmata Sãctissimi Alexandri Septimi Ghisij Optimi, Maximiq; nũc regnãtis Pontificis, quę per duo fortè secula obtinuit sibi familiaria. Cuius me certiorem reddit rci Poema quoddam latinis carminibus exaratum cum hac inscriptione *Suburbanum Augustini Ghisij à Ruuere.* Per Aloysium Palladium descriptum, & impressum Romæ per Iacobum Mazochium anno 1512. in quartâ folij formâ. Familia Rouerella, (cuius gentis fuit Bartholomæus Cardinalis creatus à Pio II.) cum suo virenti antiquissimo Robore in stemmate, dominabatur anno salutis 920. Comitatui *Rigoiestien*, siuè *Easfie* in inferiori Germaniâ cum multis subiectis oppidis, & castris in loco perappositè Roboribus abundanti. A' folijs Quercus Foliani antiquissimi, & nobilissimi Regienses dicti sunt, eaq; folia gerunt in insignibus; hi castrum Querzolæ Anno Domini 1252. condiderunt, è cuius Familiæ stipite gloriosè prodijt Carolus Folianus Berna bouis Mediolani Ducis Gener, & Ottoboni Tertij Parmæ Domini Socer, præcipuis Italiæ Familijs sanguine, & amicitiâ

Sansonin. pag. 100. Chisij Rouerelli. *Id. Sanson. nobil. fam. Ital. f. 390.* Foliani *Id. f. 356.*

C coniunctissimus. Tres Glandes Roboreas Pontificias Bentiuoli Bononienses, & ij, qui Ioanne II. Bentiuolo Ciuitatis diù Principe extorri facto, antiquissimos non deseruere lares, gestant in insignibus, quæ submotâ serrâ, loco Imperialis Aquilæ superstant flammis de nouo assumptis. Sic familias diuidere oculatissimus ille Pontifex Iulius II. optimè nouit, vt Ecclesiasticum solidissimè firmaret Imperium; sic alias quoq; tunc temporis gentes partim extollere, partimq; deprimere in Ramis earundem familiarum parum concordibus sciuit, vt Ciuitatem non multum imminueret, vtq; magnâ ex parte declinaret inuidiam, odiumq; subigeret, & ne nomini cuiquam infensus esse videretur qui solam inobedientiam debellare constituerat. Iulij Tertij P.O.M. Prosapia de Monte nuncupata duas Querneas coronas in gentilitio stemmate gestat; non vnam equidem, sed plures illius sanctissimi viri merita præstolabantur coronas. Petramellaria diù Gallos inter nobilissimis clara stemmatibus à ducentis fermè annis Bononiensis effecta, & in Senatorium ordinem modò cooptata, Quercum, montes, & apes pro phrenoschemate gerit; sat sit dixisse, quod montes, idest excelsa, & gloriosa quærit, & adamat mellifica Quercus. Verum enim verò quomodocunq; sit

Bentiuoli *Bombacius in Aral. c. 9* Iulij III. de Monte Stemma *Hist. Põtif.* Petra Mellaria gens.

D ... — *Robora Numinis instar*
Barbarici nostra feriant impune bipennes.

Claudian. in Paneg. Stil.

Nos ad id valeat animare Familia de Sfondratis Mediolanensis (cuius alibi quoquè nonnulla tetigimus) nobilis, & peruetusta, atq; etiam Cremonensis, quæ Gregorium XIV. Pontificem Optimum Maximum Orbi concessit anno Domini 1535. ad Summi Apostolatus apicem euectum anno salutis 1590. nam duas hæc Quercus nedum impunè, sed & gloriosissimè quoq; de politicâ syluâ, meritorum bipennibus sublatas in Insigni perinsignes efferebat, & eius speciei, quæ in hyeme sine fronde virentes, validissimos ventorum impetus, niualiaq; pondera grauiora facile sustinent. Italia exeuntibus, & alia Gentium Phrenoschemata ad hanc rem opportuna scrutantibus, Magnæ Britaniæ Regnũ duas exhibet familias nobilissimas, Amadeiorum videlicet, & Plymoutheorum, quorum sublimes tesseras gentilitias ex Iouis Arbore rami tres argentei, glandium

Sfondrata nobilitas *Aφυλλος sine frondibus* Sfrondatus *per metathesim.* Sfondratus

feraces excepti venuſtiſſimè obumbrant; & præter hos, glandes quoq; tres aureas in Breteuilleorum Inſignibus eſt conſpicere. Stemma non diſſimile traditur eſſe Gebuilerorum in Germaniâ, ſed ſuas iſti Glandes Querneas gratioſè referunt acceptas à Maximiliano Cæſare; quod quidem factum gratitudinis ergò explicuit Hieronymus Gebuilerus Argentoratenſis in libro ab ſe compoſito, & edito epitomes Regij, & vetuſtiſſimi Sacræ Cæſareæ, & Catholicæ Maieſtatis D. Ferdinandi Hungariæ, ac Bohemiæ Regis, omniumq; Archiducum Auſtriæ, & Auſpurgenſium Comitum, &c. impreſſoq; Haganoæ ap. Io. Secerium 1520. in 4.

Gebuileri.

Hoc nos inſigni donauit Maximilianus
Cæſar Virtutis cultor, & Ingenij.
Huic igitur grates acturi, Stemma vetuſtum
Illius hoc libro ſcripſimus, ac Sobolem.

Sed difficillimum certè foret, licet æquè pulcherrimum, perſcrutari originem horum Inſignium, cauſam ſcilicet propter quam Arbores iſtæ v. g. Quercus, & Robur, vel earum partes ad huiuſmodi fuerint officium aſſumptæ in erectione, vel in transmigratione Familiarum, aut in earundem exaltatione: vera etenim Inſignia Reales Ideæ quædam eſſe debent ex vnâ, vel pluribus figuris, cuiuſcunque ſubſtantiæ, vel accidentis, tam ſimpliciter, quàm mixtim conflatæ in ſcuto collectæ cum aptitudine aliquâ ſuprà determinatum colorem, atq; in ſpatio proportionato, quod Campus vulgò dicitur; ſuntq; hæc inſignia, ſeu ſtemmata vulgò Arma, vel Nationalia, vel Officialia, ſiuè Socialia, Perſonalia, & Gentilitia, à genere nempè, Munere, Societate, Perſonâ, Familiâuè dependentia, quemadmodum doctè, atq; fundatè diſcurrit præclariſſimus Gaſpar Bombacius noſter benemeritiſſimus Ciuis Nobilis Bononienſis. Sed quàm benè, quàmq; propriè, atq; eruditè cauſas aperuit Quercualis ſtemmatis Sereniſſimi Franciſci Mariæ Feltrij Vrbinatium Ducis Sebaſtianus Regulus Amœniorum literarum in Archigymnaſio Bononienſi olim Profeſſor Epigrammate ſequenti:

Gaſp. Bombac. in Araldo.

In Comm. l. 1. Æn. Virg.

Feltria cur geſtet Domus hoc inſigne requiris?
Non temerè eſt: cauſam percipe multiplicem.
Aurea Saturni veteris dum Regna manebant,
Scis, hae vna cibus gentibus Arbor erat.
Indicat hæc igitur, proles quâ FELTRIA regnat,
Æquanda hac priſcis ſecula temporibus.
Præterea priſcum ſolita eſt de more Quiritum,
Ciuem ob ſeruatum Querna corona dari.
Hac ergò apta DVCI eſt, ciues, Patriamq; tuenti:
Auguſtas ſtabat, ceu prius antè fores.
Deniq; quod fortis nitens radicibus altis,
Præcipitis rabiem deſpicit illa Noti:
Quodq; illi præ eſt DEVS is, qui præſidet idem
Regibus; & Forti, & Principe digna Viro eſt.

Roſſelettę quoq; Familię inter Gallos nō incelebris Inſignia per duplicē cōſtitui Quercum, eiuſdem gentis Poëta Claudius Roſſelettus abundè teſtatum reliquit, vbi memoratis doctis viris Paulo *Querneo*, & Vincentio *Belloquerneo* cecinit.

Lib. Epigr. Prope finē. & 150. & 295. & 327.

Si tibi tranſuerſum laqueare Inſignia pandunt;
Si picta è latere eſt QVERCVS vtroque duplex.
Semileoquè duplex folijs ſi quinque ſuperſit:
Dic Roſſelleta Stemmata priſca Domus.

Inſignium benè cognitorum è Methodo crediderim ego viam ſterni ad obſcuriora quæque dilucidanda Ænigmata. Hinc Querneis inſignibus Ænigmata Quernea cernes, mi Lector, appoſita, quæ patienter luſtrari à te rogo.

ÆNIGMA-

ÆNIGMATA.

ABstrusissimum Ænigma, decantatissimumq; illud Paradoxon, non Oedipodioniæ, sed Bononiensis Sphingos, cœcum quidem, & huc vsq; inexplicitum forsan, sese offert hic enodandum scabro de Cortice Quercus.

Athenæus l.6.& 14.

D. M.
AELIA LELIA CRISPIS
NEC VIR, NEC MVLIER, NEC ANDROGYNA,
NEC PVELLA, NEC IVVENIS, NEC ANVS,
NEC CASTA, NEC MERETRIX, NEC PVDICA,
SED OMNIA.
SVBLATA NEQVE FAME, NEQVE FERRO, NEQVE VENENO,
SED OMNIBVS.
NEC COELO, NEC TERRIS, NEC AQVIS,
SED VBIQVE IACET.
LVCIVS AGATHO PRISCVS
NEC MARITVS, NEC AMATOR, NEC NECESSARIVS,
NEQ; MOERENS, NEQ; GAVDENS, NEQ; FLENS
HANC NEQ; MOLEM, NEQ; PYRAMIDEM NEQ; SEPVLCRVM,
SED OMNIA
SCIT, ET NESCIT CVI POSVERIT.

Quod sic carmine vertit Georgius Remus Iuris Consultus

Nec vir, nec mulier fuit ÆLIA LELIA CRISPIS,
Non Herma, & Veneris proles, verum OMNIA; porrò
Non Anus, aut Vxor, Iuuenisuè, Incastauè (nimirum)
OMNIA enim fuerat simul, & semel: Hæc neq; ferro
Est sublata, fameuè, venenouè: OMNIBVS illis
(Heu) perijt; nec aquis, neq; terris, nec iacet Astris
Condita, sed quacunquè; locis nempè OMNIBVS illa est,
Non molem, non Pyramidem, non putre sepulcrum
(Narro vera, odi mendacia) at OMNIA, eiquè
Nescio quis struxit non mærens, sed neq; gaudens,
OMNIA quippè simul. Nodus num Gordius hic est?

Mihi tamen Querneus hic Griphus adæquatissimâ, & perquam facili declaratione resoluitur, relictisq; aliorum omnium interpretationibus à Clarissimo Liceto maiori ex parte relatis, nimirum Aquæ pluuiæ; Niobes in saxum conuersæ; Animæ rationalis; Materiæ primæ; Platonicæ Ideæ; Eunuchi; Lapidis Philosophorũ; Trium defunctorum, Amoris; Generationis, Amicitiæ, & Priuationis; Temporis, & Vmbræ; necnon Cannabis integræ culturæ, dico *Aeliam, Leliam, Crispim* ex Hamadryadibus vnam fuisse Casaraltulanam, id est Quercui in suburbano agro Bononiensi applicitam, seu inclusam, quæ mollissima simul, & asperrima apparens iam à bis mille forsitan annis inconstantissimos Protei io morem tenens vultus *Lucij Agathonis Prisci* Ciuis tunc Bononiensis Amores ex chao certè, id est confusione Agathoniâ, secundum Platonem, elicitos anxijs curis, & solicitudinibus impleuit; quæ Nympha pessimam propriæ Querneæ Arboris passa sortem ab eodem Lucio, nec Marito, nec Amatore constanti, nec Necessario, neq; Mœrente, neq; Gaudente, neq; Flente monumentum huiusmodi ambagibus plenum reportauit; quas quidem ambages, materialis & ipsa singularis Arbor, cui Nympha insederat altè (dicta propterea αἰπὺ ἐν δύα, καὶ τῆς δρυός, id est *simul cum Quercu*) connotabat, vtpotè quæ sinuoso, crispantiq; folio semi deciduo, à cæterisq; variè qualificatis, & constitutis Arboreis membris Botanicum sexum, dein placiditatem Dryos Himeris, hoc est Veriquercus, siuè rigiditatem Dryosagriæ, hoc est Roborei stipitis sui reliquerat obseruatoribus in ancipiti. Cenotaphium porrò istud, Romana vigerent dum tempora fuisse erectum, Romana vel ipsa nomina, puræq; Romanæ Phrases, Characterum necnon Romanorum concinnitates docent, sed seculorum subinde nascen-

O. M.

Plato in cõuiu.

Boccat. de Geneal. D. l.7.c.14.

Io. du Choul de Qu.V.H. c.2.

nascentium varias propter vicissitudines durioribus agitatum fuisse fortunis illud idem liquidò habemus, cuiusmodi fuisse fertur alicuius innominati hominis auarities sæuissima philosophicum ab hoc lapide lapidem deprædari credens, quæ ipsum primò perfregit; atq; ipsa longissima dierum, & annorum inuida edacitas nulli parcens etiam immarcessibili rei perennitates deuorans omnes, quæ literas magnâ ex parte consumpsit, excesitq;, vndè restaurationem emendicare non semel coactus à loci primæ suæ fundationis Dominis aliquam etiam passus est idem lapis literarum variationem; prædictæ tamen antiquitati non parum fauet Saturnia Iuno loci eiusdem Genius, cum proxima Ciuitatis antiquissima Porta, quâ illuc tendebatur *Iunonia* dicta fuit, post corrupto vocabulo *Gonoenia*, quæ hodiernæ portæ Vrbis adauctæ, Mascarella dictæ respondet. Inscriptio Autographi succedanea, quæ ibidem modò legitur, est ea, quam suprà posuimus, à quâ non discordat Ioannis Turrij excerptum antè annos 90. exemplar, de quo sic ille scripsit *Bononiâ, Portâ Mascarellâ egredientibus, primò ab Vrbe lapide offert sese villula Marci Antonij de Volta patritij Bononiensis, in quâ tuum illud reperitur Epitaphium, cuius quidem vetustatem litera in marmore nonnulla diuturnitate temporis, situquè, & quasi quadam rubigine corrosa facillimè per se indicare possunt*. Sepulcrale huiusmodi monumentum *Ælia, Lelia, Crispis* à *Lucio Agathone Prisco* positum fuit in Hortis suburbanis antiquissimum iuxtà morem erigendi *casam, aramq; altam*, quem morem innuit Strabo de Cyri Sepulcro loquens. Hic Cyri sepulturam (Alexandrum intelligens) in Hortis vidit, turrim non sanè magnam, Arborum densitate occultam, à parte inferiore solidam, superiore tecto, & sacello exornatum, quod peranguftum aditum habebat, in quo græcum Epitaphium inscriptum memorat, quod sic olim ex *Aristobulo*, & *Onesicrito* reddebat Laurentius Legatus.

Io. Ant. Bum. in l. antiqu. antiq. Bonon. Alidos. in instruct. rer. Bonon. Turr. in ep. ad Ric. vitù Villa dicitur illa Casaralta. Strabo l. 5. Georg.

Rex Asiæ, Vir, Cyrus eram, qui Perside Regnum
constitui: tumulum nè, precor, inuideas.
Venator, iaculator, eques penè omnia feci.
Hoc vnum haud feci, non potuisse mori.

Libell. Traductor. è Græc.

Ad Æliam Leliam Crispim reuertor, dicoq; illam fuisse nostri subiectum Quernei Ænigmatici cippi, quę omnia, sed per illusionem, *Lucio Agatoni Prisco* videbatur, & nihi verè realiter materialiter erat. Nemini dubium est quod Ethnicorum illis temporibus terrestres Dæmoniaci spiritus, heù nimis frequenter varijs intimè adhęrescebant vocaliter rebus: à quibus miserrimi tunc homines variò, atq; multiplici spectrorum genere decipiebantur. *Sunt enim* (vt grauissimus habet Scriptor Martinus del Rio) *Dæmonum, vt varia operationes, atq; libidines, sic varia genera; omnes quidem immundi, & mali, hominibusq; sunt infesti &c. reliqui cæteris minus furiosi, ac perturbati demorari cum hominibus in obscuro delectantur, &c. inter quos Dryades, & Hammadryades nominantur, &c. & sæpè visi sunt in species mulierum, aliquando choriz antes, aliquando capillos more fœminarum explicantes, nonnunquam verò cum hominibus loquentes, & varias ludificationes exercentes, & hoc genus non conuenit cum maleficis habere commercium. His fabula antiquorum accommodari possunt*. Hæc, & alia plura ille. Sed vt fallere magis possent maligni, & vafri Spiritus illi varijs hominum velut nominibus appellitari, Physicisq; à causalitatibus, vt varios ab hominibus extorquerent affectus, affici volebant; hinc Nympharum Arborearum variæ sicuti species, atq; figuræ apparentes, sic varia nomina efficta fuere, vt legere est apud Poetas, & præcipuè Virgilium.

Laurent. Beyerl. in Th. V. H. T. 3. E. p. 303. Martinus del Rio disquis. magic. lib. 2. sect. 2

— Niueo conspecta Peloris amictu,
Puniceoquè sinu Xantho, exertisquè papillis
Nisea, longâquè comâ spectabilis Atte,
Atteque, Opisquè, Orinthiaquè, Thespioquè,
Et niueis Galatea genis, Arctusa lacertis
Idem; at blanda Hyale non lumina torquet
A puero, &c.

C. Lepidius ap. Plin. de Arb. vocalib. Virg. 4. Georg. & 6. Æn. Portan. l. 2. de Stellis

Sic Arboribus Numen inesse credentes Veterum superstitiosiores ab earundem cęsione stultè abstinebant. Hinc Heri mandata detrectasse scribuntur serui illi, de quibus Sambucus Esculo collocuta mentionem habet apud C. Erasmum Michaelium Lætum.

Hic herus insano similis, ceù percitus æstro
Intumuit, famulosque iubet succidere sacrum

Ouid. l. 1. & 3. de Arte. Lib. 3. Colloq. moral. 2

Ro-

A *Robur, & in nostros decernit atrocia ramos.*
At verò ista diu suspendit turba periclum,
Horrescitque animis, refugitque capescere iussa:
Quod veterum famâ radicibus abdita nostris
Numina sint, habitentque imis sociata medullis,
Nec violare Deas, aut pellere sedibus audent.

Sed loci possessor minus superstitiosè procedens,

—vbi cunctantes horrescere dura ministros
Vidit, in hac raptâ prorupit verba securi:
Sine Dij hîc habitant, seu subsunt numina truncos
Iam prostrata solum frondente cacumine tanget,
Nec mora præcipiti me falce inuadit, & altam
Sternit humi Sobolem, nosque à radice reuellit.

Hinc quoq; congaudere, & contristari ad prosperos, vel infelices propriæ Arboris B inhabitatæ euentus patet ostentasse Hamadryades; quod pariter, & clarius ex Callimacho liquet. *Callimac. in Hymn. in Delum*

Lætantur Nymphæ cum Quercus irrigat imber,
Cum frondes cecidêre, gemunt.

Miris insuper illecebris blandiri studebant *Foliati* spiritus hi nequam, vulgò *Folletti*, agricultoribus ipsis, ex quibus aliquot etiam diligere, & deperire videbantur, quemadmodum Nympha, quam Maro ludentem, seu lasciuientem introducit. *Virg. ecl. 3. Palam.*

Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad Salices, & se cupit ante videri.

Et è contrà execrabantur diris Arborum vastatores modis, velut Hamadryas, quæ Parebij parentem fatali deprecata, & conuiciata est carmine, ex Apollonio. *Apollon. l. 2 Argonaut.*

Illa quidem supplex pertristi voce rogauit
Ne Quercum altricem, cui vixerat ipsa coæua
Caderet in Trunco, Nymphamq; in Stirpe necaret.
Spreuit at hanc demens, primâ ferus ille iuuentâ.
C *Funestos tum Nympha verò prædicere casus,*
Pignoribusq; suis, &c.

Et ea similiter, quæ in Thessalum Erisicthonem Cerealis nemoris violatorem vehementer inuecta est, vt inferius habemus in fabulis. Aliquãdo etiam factum est re verâ ex Dei optimi maximi iudicio imperscrutabili iubente, vt maligni hi spiritus Arbores, quas obsederant inuiti deserere, atque disijcere coacti fuerint; vt in Historiâ quâdam ab Alexandro relatâ casus, qui Lucanis in montibus Regni Neapolitani accidit, clarissimè apparet, *mox dæmonem* (inquit ille) *& diram illam speciem, Diuino audito verbo, stridore querulo, & vi maximâ, quantum dici potest, ita è conspectu abijsse dixit, vt imminentem Quercum ingenti impetu colliserit, & perfractis ramis, funditùs euerterit.* *Ouid. l. 4. Metam. fab. 11.* *Alex. ab Al. D. Gen. l. 4. c. 19.*

Hinc facilè persuaderi possumus, arbitror, vnam ex Hamadryadibus hisce fuisse *Æliam Leliam Crispim* Casaralulanam Bononiensem Nympham, ex eo fortè sic appellatam, quod velox, eloquens, & crispo crine, vel etiam crepidata spectaretur, cuiusmodi fortè sunt Chlamydatæ, & Crepidatæ Statuæ, quæ in Capitolio visuntur, cum αἰωλῶ sit polio, concutio, moueo, & λαλιὰ loquelam sonet, & κρηπὶς sit crepida, quæ calcea- D menti quoddam genus erat Apollinem consulentium proprium. Cuius Nymphæ *Ælia* scilicet *Lelia Crispis* vesanos amores inter blanditias, & minas memorabilem ad Quercus perfractæ, cæsæ, venenatæ, vstæq; casum extinctos ingeniosè describere volens *Lucius Agatho Priscus* præscriptum condidit incertissimæ Amasiæ, cum Epigraphe tumulum imaginarij amoris, atq; mœroris haud ignobile simulacrum, cui & Ædiculam, cæcâ, immo impiâ suffragante superstitione, Aramq; altulam addere ad aliquam saltem numinis crediti præsentiam statuit. Haud nouum herclè tunc temporis erat Nymphis ab huiusmodi Querquetulano esse cessantibus Quercus sacrare, & monumenta, statuas, ædesq; erigere, vbi iniustissima iusta soluentes ijsdem sacrificabatur; vt de Græcis Aris Rhodius inquiebat in hoc proposito. *Rhod. lib. 2. Argonaut.*

— illic ereximus autem
Aram Sublimem soluentes iusta.

Quod

Petrus Apianus, & Bart. Amātius. In libro inscr. Sacrosāčta vetustatis, &c.

Quod nobis quoque solidissimè confirmant antiquissimè scripti Lapides. E

BATINIAE
PRISCILLAE
NYMPHIS
SACRVM.

Nec quod Quercus Nymphis dicarent, improbatum sinit Benedictus Accoltus Cardinalis, apud quem legimus

Accolt. l. 1. Epigr. 72.

Hanc Quercum Nymphis propriam dat habere Philamon,
Et sacrat purâ Lilia pura manu.
Venatu assiduo fessum quod Pana canendo
Permulsit, sancti numinis auctus ope.
Quem si notâ iterum recubantem inueris vmbrâ,
O quæcunque sacro hoc vertice Nympha lates:
Tunc non flore modò, & pictis celebrabere sertis,
Sed tenera agrestes imbuet agna focos.
Spumantesque dabit pateras, lactisque, merique,
Sufficiens blandis plena canistra rosis. F

Nec nouum itidem, insolensuè erat temporibus illis veteribus Ænigmatica monumentaria elogia marmore condere, de quibus plurima leguntur exempla, quorum tria tantummodò breuissimè afferentur.

D. M.

Lib. Sacrosš. vetust.

VERVEX, ET PVERI, PVER VNVS, SPONSA, MARITVS
CVLTELLO, LYMPHA, FVNE, DOLORE CADIT.
ESSE PVTAS MARMOR? LATET HIC CVM CASTORE POLLVX.
MVNVS OLORINO DE IOVE LEDA DEDIT.

Aliud.

HOC AVIA, HOC NEPTIS, NATA, ET MATERQVE, SORORQVE
FRATER, VIR, CONIVX, FILIVS, ATQVE PATER.
MARMORE CONTEGIMVR, TOT IN VNO CONDITA? DICIS,
NE CREDAS, SOLVM CORPORA TRINA SVMVS. G

Aliud.

Apuleius in Dem. Socr.

VIXI QVOD VOLVI, VOLVI QVOD FATA VOLEBANT,
NEC MIHI VITA BREVIS, NEC MIHI LONGA FVIT.

Sic itaq; potuit ænigmaticè procedere noster Lucius, tenebricosamq; amasiam in lucem dubiam euocare, de quâ omnia dicere poterat, & id præcipuè quod Anonymus quidam male olim viuens, maleq; mortuus de seipso loquebatur in sepulcro.

HIC SITVS EST QVI NEC VIXIT, NEC MORTVVS OLIM EST;
NAM MORS VIVA ILLI MORTVA VITA FVIT.

Gouschel l. 1. Elocut. Sac. Script. Ex Schedis P. Stephanonij à Iusto Riqu. report. M.S.

Et quia mors, Diabolus, atq; sepulcrum in sacris literis sunt synonima, ideò Puteolani cuiusdā vetustissimi lapidis sensum in hoc nostro Ænigmate verificatum inuenimus.

AERIOS, TERRESTRES, AQVATICOSQVE CAMPOS INFICIENS,
NEC COELO, NEC TERRIS, NEC AQVIS, SED VBIQVE IACET.

& tali pacto poterat huiusmodi Ænigma, Ænigmate alio super inducto explicari, supposito quod Quercus, à quâ recesserat Hamadryas pro cadauere acceptâ ipsâ sepulcrali pyramidi, & Casæ, Aræq; altulæ substruendæ, & erigendæ materiam suppedita- H rit.

HOC EST SEPVLCRVM INTVS CADAVER NON HABENS:
HOC EST CADAVER SEPVLCRVM EXTRA NON HABENS;
SED CADAVER IDEM EST, AC SEPVLCRVM SIBI.

Historicam hanc Ænigmatis iam exposito modò conditi veritatem monumentum quoddam antiquissimum nostris in hisce partibus repertum confirmat, ex quo apparet per quam dilucidè apud nos fuisse familiam Agathoniam, quæ post Lucij nostri notissimum tunc factum prænomen à Quercu prædicta lucrari quodammodo potuerit.

Mutinæ modò reperitur.

CLODIA PLAVTILLA
SIBI, ET
QVERCONIO AGATHONI,

MA-

A

MARITO OPTIMO,
ET LVCIFERÆ LIB.
IN FR. P. XX. IN AG. P. XX.

Sat. 215.

Quin & Quercum hæc Familia pro Symbolo habuisse videtur, cum in vtroque scripti monumenti latere sculpta videatur Quercus monumentaria quodammodò in acutũ desinens. Et propterea nulla videtur coniecturæ cæptæ relinqui hæsitatio, quin possimus asserere Lucium Agathonem Priscium Quercualis Nymphæ Æliæ, &c. fuisse amatorem, &c. In hac eadem Quercus Polygraphiâ aliud nobis sese offert enodandum Ænigma, nimirum Δρῦς Μαινὰς *Quercus Bacchatur*; quasi quod ipsa Quercus Bacchi velut Antistes Mænadum in modum furens huc, illucq; feratur, cum tamen profundissimè fixa solo immobilitatis compositum videatur sedamen; feras ipsa potius impetentes in seipsam sustinet. *Allusère feræ, cui substitit aduena Quercus.*

Stat. lib. 2. Theb.

Meræ sunt fabulæ temerariæ Auritas facere Quercus, idest auditu præditas, & gressibus ductiles *Vndè vocalem temerè insecuta*
Orphea sylua.
B
Blandum, & auritas fidibus canoris
Ducere Quercus.

Calphurn. Poeta Siculus Ecloga 4. cum cõm. Diom. Guidal. Bonon. Horat. l. 1. carm.

Ænigmatici huiusce paradoxi Palæphatus græcus, sed veridicus scriptor veram proferet declarationẽ, latibula scilicet patefaciet, & inuolucra explicabit hoc pacto. *Falsus quoq; de Orphæo sermo vulgatur, quod scilicet eum citharizantem quadrupedes, aues, atq; Arbores sequerentur. Id autem mihi tale quicpiam fuisse videtur. Quod Bacchæ furentes fæminæ erant, quæ in Pieriâ Ouium pascuâ dilaniabant, aliaq; plura mala violenter perpetrabant Quanè cum ad montana loca se recepissent, pluret sibi diet se continuerunt, vbi cum diutius permanerent: ciues sibi iam ipsis, suisq; mulieribus, ac filiabus mali aliquid ab eis timentes, qui Orpheum accirent mittunt, illumq; rogant, vt aliquid excogitando machinari velit, vt quoquomodo posset furentes fæminas è montibus deduceret; qui quidem Orpheus cum Bacchi sacra solemnia ordinauisset, Cithara sono bacchantes illas demulcens è montibus secum deduxit, ferulas quidem primùm habentet, sed quæ eum è montibus descenderent, diuersarum Arborum ramum secum gerebant. Quod spectaculum videntibus hominibus incredibilem admirationem afferebat. Nam primò aspectu illo* C *deducta ab eis è montibus ligna Arbores, quæ re verâ descenderent esse videbantur. Quamobrem qui talia perspicerent, ita secum dicere consueuerant Orpheus Citharam pulsans ex monte syluam ad se ducit, atq; ex hoc tantum fabula ipsa composita fuit.*

Lib. de non creden. fabulos. narration. interp. à Philippo Phasianino Bonon.

Tertium tandem Ænigma erit de Quercu, mundum elementarem repræsentante in cælesti quodammodo Viridario plantata, vbi Sol, & Luna duo veluti flores circumferuntur; illud verò ogdoastico italico sequenti sic exaratur.

Io. Franc. Straparola.

Dentro vn giardin di vaghi fiori adorno
Corre vn fior rosso, & vna bianca Rosa,
Nè si stancano mai notte, nè giorno,
E splende, e luce sopra ogn'altra cosa;
Dodici rami cinge d'ogn' intorno,
Vna gran QVERCIA, che nel mezzo posa,
E d'ogni ramo grande, e grosso ch'hà
Quattro sole, e non più ghiande ei dà.

D Ænigmatibus quoniam imposturas adnectere rebus propositis videntur ij, qui aliorum ingenia cupiunt reddere alacriora, de Imposturis Quercuum mox agetur, vt literarijs hisce delicijs grauiores ad speculationes inuitentur animi.

IMPOSTVRÆ.

QVERCVS lignum, quod sub terris, vel aquis naturalem duritiem quoquo pacto ingeminauit Impostoribus ansam præbuit ipsum arte denigratum pro Ebeno diuendendi, quemadmodum non semel euenisse Venetijs audiuimus; illud certè sic concinnatum, ementito colore atro, & læuigatum, oculos alioquin oculatos facillimè decipere potest, quemadmodum est ligni frustum, figura pyrami-

Lignum Querc. ebenum mentitur.

ramidali in Musæo publico asseruatum, à Io. Baptista Folilcero Lucensi quondam dono missum Præexcellentissimo, dum viueret, nostro Aldrouando. In Musco pariter Quercino, qui Sphacos, seù Phacos, & Bryon dicitur, pro pulueribus odoratis, cyprijs dictis parandis, imposturam faciunt sordidiores lucriones, assumendo quemcunque muscum album, seù etiam albi ligni teredinosum puluerem, & alia, quæ quidem omni carent intentione vtili, respectu capitis huiusmodi pulueris inspersione roborandi, plurimumq; confortandi. Fungos insuper albos Quercuum caudicibus inhærentes, verumq; Lariceum Agaricum simulantes, imposturarum fuisse materiem egomet obseruaui, qui vicenis circiter abhinc annis, Agyrtam quendam in Officinâ cuiusdam Pharmacopæi ad Crucem Sanctorum, dum officio Protomedicatus fungerer, saccum plenum huiusmodi Pseudo Agarico eidem Pharmacopolæ pro vero Agarico venundare intendentem, in actu venditionis inueni, statimq; damnatâ ad latrinas eâdem infami merce, tanquam inutili, & ad purgandum, vt veri Agarici proprium est, ineptâ, quod ex figurâ desormi, & variâ, insulsoq; sapore, dicto citius deprehendi, ambosq; contrahentes seuerè obiurgaui, debitasq; pœnas illis, vt res exposcebat, comminatus fui. Querneum quoq; lignum, præcipuèq; baculos rotundos tornatos ex eâdem Arbore Quercus confectos, mentiri faciunt Ilicem Arcuarij, grauiori pretio rem contracturi cum colore à calce mutuato, & splendore per læuigationem inducto. Visco similiter Quercino, necnon & Polypodio pariter Quercino supponunt identidem impostores adulterinè plantas alibi natas, idest, vel super alias Arbores, vel super lapides, nam tunc vel inefficaces sunt, vel noxiæ; & malè feriati nimis inauspicatò substituunt *Quid pro Quo*. Tantam innuisse fraudem, illamq; deuitandi normam præscripsisse videntur Antiqui Sapientes, & Poetarum primores, illi viscum iuremeritò vocantes Dryos Hyphear, & isti Quercus sudorem, cum alibi, quàm in Quercu viscum non sit quærendum, illud scilicet, quod in Quercu tantum, nec in alijs Arboribus enatum à Gallorum Druydibus pro re sacerrimâ fuit habitum, ad fœcunditatem faciens, nec non Alexipharmacum valentissimum. Coccus vlterius, qui teste Dioscoride, penes Cilices ex Quercubus eruitur, an Coccum Ilicis infectorium iustè comitari, cum eoq; stare possit in operationibus artis fulloniæ, vel in iisdem Tinctorum officinis illius vice substitui, nec nè, diligenter aduertant ij, quorum huiusmodi res interesse potest; idem de Gallâ coloris atri simul cum calchanto effectrice, num scilicet Galla nostrarum Regionum æquiparari possit aliquo pacto Gallę Orientali, & Septentrionalis quoq; mundi plagæ dicendum venit; & cum Galla Hemeris Quercus inter alias Quercuum Gallas optima sit, & pro corijs perficiendis aptissima, Plinio auctorizante, cauendum est quoq; circà istam, nè fallaciæ suboriantur, Certè Quercus verior, scilicet Hemeris habet nigredinem suaptè naturâ, & quasi primariò generare, nam & pulcherrima extat auctoritas Eminentissimi Cardinalis Vitalis de Furno Episcopi Albanensis, sub Paschali secundo Pontifice Maximo, qui fuit Archiater, & Medicus excellentissimus, in suo volumine de tuendâ prosperâ valetudine, his verbis expressa. *Quercus nigredinem generat; nam in eius folys pomum quoddam nascitur, cuius succus super ferri laminam, seu cultelli expressus, statim nigrescit sicut incaustum. De corticibus Quercus in aquâ coctis fit aqua nigerrima ad tingendum pelles, & ligna, sicut tinguntur in Lasurio. Illi etiam, qui Corni lignum operantur, tali cum incausto partem ligni, vel vasis nigram faciunt quomodo volunt.* Non incongruè propterea Melandryj nomen sibi Quercus adepta est; virtus enim huiusmodi nigrificandi, vt ità loquar, id effecit: sed Somnia blando nigrore leuia huc aduolent.

Io. Choul. de Qu. V. H. cap. 5.
Muscum Querc. alijs multis adulterari.
Fungi albi Quercini Agaricum simulant.
Pl. & Matthiol. ac. Io. du Choul.
Lignum Quercus nonnũquã Ilignum simulat.
Visco, & Polyp. Qu. aliæ plantę supponuntur fraudol.
Io. Goropius Becan. Gallicor. lib. 5.
Lib. 4. c. 43
Coccus Ilignus ex Qu. cocc. potest adulterari.
Cauendũ ne Galla nostras, & peregrina simul alterentur.
L. 16. c. 6.
Veri querc. nigrorem generat.
Cap. 283.

INSOMNIA.

Sylua, nempè Quercualis locus in Somnis apparens tristitiam, & animi perturbationem significat; nam Syluæ tanquam *densa ferarum tecta*, dum dormientium obijciuntur imaginationi, sic illam afficiunt, vt ijdem sibi videantur

Arboribus clausi circum, atque horrentibus vmbris.

Sub huiusmodi Somnijs indispositionis cuiusdam corporalis initia detegi possunt, cui mœrores, & infortunia de facili succedant, ita vt quacunq; leui quoq; de causâ durè vapulet seruus, &c. Seruis itaq; Syluę somniatæ plagas denunciant, & eò maximè quià

Virg. 6. Æn.
Id. Æn. 3.
Quercetũ somniatum quid portędat.

virgæ

A virgæ de sylvis ad mancipia plectenda cæduntur. Mala pariter important folia Quercuum, quando ab Arbore iam delapsa somniata fuerint; humidis enim, ac frigidis humoribus somniantem scatere denunciant. Et si deciduæ Glandes inter dormiendum similiter apparuerint, hæ varios humores, ac eterogeneos, à quibus corpus exagitetur, exiccetur q; superabundantes indicabunt. Sed hæ in infaustitate suâ faustissima sunt Insomnia, quippè quæ malas corporis affectiones indigitando, necessitatem illis obuiandi suadent. Querneam verò Coronam aliter, quàm suprà caput gestare qui somniauerit sinistrum aliquid semper, & præter ordinem rerum euenturum sibi timere poterit, quoniam coronæ sedes non est alia, quàm caput ipsum. Esculum è contrà sublimem, elatamq; per somnum, & se sursum inspicere mouentem, honoris erit præludium, conditionisq; præsentis augumentum, atq; fortunarum elationem, sublimioremq; famam significare valebit. Quòd si rami disrumpi videantur, damna proindè, substantiæq; deperditio designabuntur; sin autem fructus copiosi somniatam exornent Arborem, ita quoq; lucrorum spes non frustranda concipi poterit. Viriditas foliorum apparens similiter in Arbore saturâ, nec obsoleti coloris, hoc est dilutâ, flauitiemq; referente, hæc B hilaritatem innuit, & iucunditatem; vice versâ foliorum eorundem siccitas, & color qualis in Autumno cernitur ante casum ipsorum, substantiæ diminutionem, imminentesq; portendit iacturas. Quercus in somnis plantare ducentibus vxorem optimum est præsagium, nam liberos procreabunt; mulier enim agrum in hoc sensu refert, in quâ plantantur liberi, ceù stipites in aruo. Robora somniando virentia, sublimiaque simul videre, sanitatem præsignat secundum Hippocratis Doctrinam, & corpus rectè se habere, omnesq; circuitus, & exhibitiones ciborum, ac secretiones integras ostendit esse. Sterilem è contrà somniare plantam, humani feminis corruptionem arguit; tunc enim non rigatur optimâ cerebrum humiditate, quali perfunditur in somno placidissimo, & in somnijs earum rerum, quæ iuxtà naturæ leges optimè constitutæ erunt, quemadmodum vegetabilia maiora, vt glandiferæ Arbores in esse perfectissimo; *Somnus* (docebat Ægineta) *animalium facultatum quies est, bonâ humiditate cerebrum rigante contingens*. Et quamuis Somnium, vt tradit Aristoteles *non sit opinantis, neque intelligentis passio, sed neque sentientis simpliciter*, attamen est imaginatio à sensu proficiscens interno, præter voluntatem, Phantasma motum. Nil tamen peccabunt oculi, si C Animus oculis imperabit. Sic post quietem vigilans naturalia quæq; obseruet Quercuũ Dendrosophus, & multum, rectèq; didicisse cognoscet; non quidem vt sitiens æger, qui somnians bibit, sed dùm euigilauerit lassus adhuc sitit, quia hîc inuitatur experrectus, non dormiens, ad obseruandum.

Valesf. de Sacra Phil. c. 30.

Folia, glandesque de Querc. decidêtes somniatæ quid sibi velint.

Coronã ex Querc. alibi, quam in capite gestare quid indicet.

Querc. elegãs somni. quid signif.

Quid eius folia virentia, quiduè senescẽtia, si somnient. designent.

Io. Bap. Porta Physiog. l. 1. c. 10.

Arbores in somnis plãtare quid, &c.

l. de Insom.

l. 1. de re medica cap. de somno.

l. de somnijs Publius.

OBSERVATIONES.

CErtum est in sylvis inter Spelæa Ferarum innumera posse Animalia obseruari, quæ alibi non tam facilè oboriuntur, & crescunt ob hominum frequentiam nimium illis infensam, nam quæq; offendit Venator non modò exterminat fugando, sed enecat, & abolet feriendo. Syluæ itaq; cum ex Quercubus, & Roboribus persæpè constent, hinc in Robore, & Quercu plura possunt Animalia genita obseruari, quorum quidem nonnulla ex minoribus, quæ aliorum obseruationes fortassis iam effugere, D hîc describentur. In primis ergò occurrunt Obseruationes Culicum volantum, & Ipum, deindè Muscarum, seù fuciformium alatorum, Aranearum, necnon etiam Formicarum, hæcq; Animatia omnia, vel ex varijs, atq; diuersis onocicidibus, seù pilulis roboreis Asininis, quæ pseudo gallarum sunt species, erumpunt, vel ex ligno earundem Arborum nascuntur, aut aliò illuc appellunt. Propter varios putredinum gradus in humore excrementitio Roborum variè concreto, postquam ad Arboris extima fuit, qui humor à virtute internâ protrusus, vel ab externâ Solis, & Stellarum ductus prædictis dedit Animalibus, aut originem integram, vel saltem conseruationem. Obseruaui aliquando in vetustis Roboribus formicarum quasdam insolentes species, quæ foramina, & habitaculuncula diuersarum figurarum cum suis Myrmecijs, hoc est nidulamentis verrucosis sibi fabricauerant, in quibus admirabilis structura paruis illis forcipibus oris scalpellis veluti duobus excauata speciem dabat Domorum, Viarum, Pagorum, & Vrbium

Virg. egl. 10


Symphor. Hor. l. 4. c. 1.

Cornel. Celsus de re medica l. 5. c. 28.

Aldrou. l. 5. de' insectis cap. 1.

bium, quæ sub legibus Naturæ iustissimis regerentur, interque huiusmodi formicas illæ, quæ in minori corporis mole colorem obscuriorem præferebant reliquis ferociores erant; in illis nidulamentis multas exuuias videre erat, quæ siuè Senectas ad modum Serpentum proiectas vocare velimus, siuè Chrysalidas, hoc est spolia nuper natarum earundem formicarum, nil refert. Obseruaui quoq; in quodam folio Quercus in petrosis nemoribus peramplo, & ad modum papiracei cuculli conuoluto Araneam fœminam nigerrimam ventre exactè rotundo acini, seù graui vuæ nigræ simillimo, rictu minimo, breuissimisq; pedibus stabulantem, quam cum indè retraxissem, ferro perfodi, & statim prodiere innumeri Araneoli huc illuc, veluti minimæ formicæ rotundiusculæ discurrentes, & tunc magna me cepit admiratio, quæ etiam nunc durat, quomodò possit esse, vt perfectè efformata sic Animalia in ventre gestauerit prægnans illa Aranea, cum, aut ouipara debuisset esse, aut saltem vermipara, informem scilicet fœturam vermium instar sese mouentem exclusura. Insectorum Animalium reptilium, volantumque è genere non pauca vidi varijs temporibus è Quercubus prodeuntia, quæ transmutationem vnius speciei in aliam fortassis subibant. Ex illis tamen duas tantum in medium afferre hîc libet; alteram quarum in Autumno anni 1662. D. Petrus Martyr Malcontentus Bononiensis herbariæ rei studiosissimus reperit in mediocris Quercus trunco montano agri Bononiensis; ea namq; erat excrescentia quædam tuberosa, & cœcum veluti vespetum plurimas cellulas continens, in quibus alata insecta conceptum, viuificationem, formationem, & interitum habuere, inter naturæ mirabilia opera reponenda. Tuber hocce, nisi cædatur, fœtus occidit, quare Cæsaris allusio Quercui Arborum primæ conuenire videtur, quam Disticho sequenti exponere volui.

Aligeros edit cæso de Tubere fœtus
Quercus, vt Arboreum viuat ad Imperium.



Secunda verò inuenta fuit à me ipso sub initium Autumni 1664. in meo oppido suburbano accliui in petroso quodam specu, mecumq; erat studiosus Adolescens egregiâ apud me literis operam nauatus D. Laurentius de Legatis Cremonensis. Ea fuit Vua Quercina radicalis inuentu rarissima, & eius fortè conditionis, quæ nusquam anteà visa fuerit, quia istius affinis quidem imaginem, & descriptionem attulit Gaspar Bauhinus primus, vt asserit ipse, licet Matthiolus eiusdem simplicissimam fecerit mentionem, qui Vernalem, & Æstiuam eam dixit intus candidam, & exterius purpuream; & Ioannes Bauhinus eandem vocauerit Vuam Antipodagricam ex Solenandro. Sed nostra est Autumnalis, non Vernalis, colore fusco, tàm intus, quàm extrà, & minimè candido, nec purpureo. Addo, quod hæc nostra Animalium feracissima est, cum vnumquodq; granum illius Araneam ala-

G. B. Pinac. sect. 4. tit. V. Q. num. 15. I. B. H. Vniu. pl. T. 1. l. 7. c. 1.

A alatam conceperit, & excluserit, foramine rotundo, & non ità exiguo ab eodem Animali excitato, vnde granum illud excauatum ossis cerasorum semine vacui pei bellè referret imaginem, cuius rei nullam prædicti Scriptores mentionem faciunt; nobilissimam hanc Quercus proprietatem in sequens Schema relatam modò liceat contemplari.



De quâ, ad Virtutem eius Antipodagricam alludentes, hæc lusimus.

Hac, qua tam magnum Podagris fert Vua leuamen,
Nascitur ad Quercus, persicturque pedes.
Quid, nisi nos doceat tumidum calcare Lyaum,
Ne valeat Podagros reddere mente Viros?

Tertia, & Quarta sunt nouissimæ doctissimorum Virorum Obseruationes mihi per Epistolas cõmunicatæ, quas ideò de verbo ad verbum hic inserere operæ pretium erit.

Fungus Quernus Vermiculatus.

Obseruatio Excellentissimi Petri Nati Philosophi, & Medici Florentini. Mihi O. M. missa Anno Domini 1665.

Partus, quos à reliquis, vel perfectioribus Natura abstulit animantibus, vnico duntaxat vegetanti retribuit animato; huic enim & sui similis generatio, & quouis tempore multiplex datur dissimilium fœtura formarum, quod præ alys vni Quercui liberalius impertiri solertissimi rerum naturalium Indagatores benè norunt. Quercus eternim, præter Glandem sui generis fructum, fert Mora, Veretra, Gallas, ac Pilulas multifarias, & plures quàm Veteres non inuenerunt, & in his miro Naturæ opificio vermes gignuntur, culicesque; itidem lapillos pumiceos, vuas tam circò radices sub terrâ, quàm circà Arboris ramos, Muscum, Viscum, Panos, Fungos, quos inter postremos vnius tantum meminisse modò libeat, quem & si rarâ spectabilem formâ, palatoq; expetendum Maiores nostri, vel animaduersum neglexerunt, vel incompertum reticuere. Fungus Autumno visitur annosis Quercuum caudicibus adhærere interdum, qui nullis nixus radicibus ex basi prædurâ, callosâ, ac ferè triunciali sensim exterius protuberans in Hemisphærium paulatim conglobatur, nam auersâ, quà truncum respicit, parte in planam sternitur superficiem, tumentis, ac veteris crumenæ imitamento si resupinatum adspexeris; huius crassitudinem, & peripheriam viriles manus in condylos contracta, rectàq; coniuncta dimetantur; altitudinem quincuncem adæquat, ad pondus sesquilibre grandescit; caro non Querceam Altricis duritiem adepta, sed intus niuei particeps candoris, forinsecus melleo splendore rufescens, lac, mellaq; suxisse videtur, & vulgaris, maiorisq; Persica æmula, eandem sortitur spongiosæ habitudinis mollitiem, odorem consimilem, non dispar temperamentum; hinc gustata non insuauis, optata inter epulas estur innoxia. Glandem superna facie tota facessit in apophyses, candidas, rectas, vnciales, inexputabiles, & æquabili altitudine cohærentes, fragmentis Vermiculorum ex massa venalium (quæ Fungo nomen indiderunt) oppidò pares; exterius rarò circum cirrata, rubiginoso vndiquè rufatur capillitio Ascaridibus omninò persimili. Cæterum obliquè in taleolis dissecta exiguè foraminosa, aliter, multiformiter loculata dignoscitur, & Parentis Robore animata, viuax, & impunis diutissimè præseruatur.

De successiuâ Generatione, seù Transformatione Animalculorum variorum in Pilulis Querneis accuratior obseruatio Doctissimi Io. Dominici Cassini Primarij Astronomi, &c.

Clarissimo Viro

OVIDIO MONTALBANO

Iurisconsulto, Medico, Philosopho, Mathematicarumque, & Moralis Philosophiæ in Bononiensi Archigymnasio Professori emerito.

Io. D. Cassinus S. P. D.

Qvam familiaribus collocutionibus aliquandò retuli obseruatam mihi sæpius naturalem Animalium generationem in Arboribus non casu ex putri, sed ordinatâ naturæ lege, paratis certâ structurâ organis, cubilibusque, non secus ac in Ani-

ma-

A *nimalium corporibus; exigis vt scripto etiam tradam, tuisq; subijciam oculis. Parebo igitur, simulq; occasionem, quâ in huiusmodi obseruationem incidi, lubens aperiam. Cum sub Illustrissimo Gasparo Carpineo Commissario Apostolico ad Clanis negotia palustris huius Amnis obseruarem incommoda, accidit vt cum nobili, ornatissimoq; Viro D. Hercule Butrigario, qui se mihi Bononiâ comitē humanissimè adiunxerat, Montem mediâ assurgentem planitie, vt inde quasi editâ è speculâ longè, latèq; campos prospectarem, conscenderemus. Ibi enata Quercus Tubera multa, seu Globos ramusculis hærentes, ceù Poma ostentabant, mespilorum magnitudine, & figurâ, cum Corona vestigio, quorum internam constitutionem expendere mentem subijt. Cultro igitur corticem circumsecans, globumq; interius minimè durum aperiens, in eius centro, ad quod à circumferentiâ rufa ordinantur Fibra, Ouum inueni album Pisi minoris figurâ, & magnitudine. Hunc igitur cultri acie leuiter aperiens, inueni tenui putamine includere vermiculum album rugosum, & ita in se euolutum, vt capite caudam ferè contingeret, & gibbosam fœtus in vtero constitutionem imitaretur. Ouum huiusmodi in omni Tubere (multa enim idcircò aperui) constantissimè comperi. Verum in quibusdam Vermis loco Muscam reperi hærentibus ad tergum alis, quæ*

B *tamen aperto Ouo explicabantur, Apumq; alas fulgore quodam imitabantur, vndè intuli Vermem in Muscam transformari, non secus ac bombyx in papilionem, in quo etiam continuatâ sectione confirmatus sum. Sed & in quibusdam Oua multa seminis papaueris magnitudine, colore alba, è Muscâ enata deprehendi. Quaq; Oua fœtum excludere alijs sectionibus reperi. Formiculas namq; Ouis prodire, quæ primum paucæ, dilutoque colore, deinde crescerent, nigrescerentq; & matrem depascerent; hac enim omnia distinctè in alijs, alysq; globis perspexi. Tandem Formicas perforato Tubere in apertum prodijsse, Arboremq; acTerram percurrere animaduerti. Multa itaq; aperta sunt Tubera antiquiora foramine traiecta, in quibus ni liam, præter Oui disrupti pneamen, locumq; rotundum, quem impleuerat repertum est. Vnde constitit generationes huiusmodi, & metamorphoses in omni Tubere generis eiusdem Querno contingere, easque non accidentales, sed naturales, nō secus ac in vtero Tuberis quippe peculiaris organizatio est ex cortice, carne fibrosâ, fibris ad centrum tendentibus, & Ouo in medio locato consistens. In quo non plures, sed vnus enascitur Vermis, eodemq; semper progressu in alia Animalia transformatur. Ex tam multis autem vnum reperi, & Illustrissimo Carpinio ostendendum reportaui, cortice tectum*

C *Arboreo, intusq; consistens ligno tanta duritiei, vt scindi cultro non posset, & verus nodus arboreus videretur. Hunc vbi securi non per centrum aperui, ne sectione inclusum laderetur animal, Ouum in eius medio reperi cortice ligno adhærente, & in eo Vermem inuolutum, non secus ac in cæteris, cum certè ibi nihil esse quod putrescere potuisse videretur. Vnum etiam animaduerti, in quo Volucrum quarundam ingenium liceret admirari. Volucris quippe rostro ad centrum vsque effossus globus quidam indicabat vermem hunc Volucrum generi innotescere, & eundem sibi escam multo labore perquirere.*

Hæc vbi D. Vincentio Viuiano Serenissimi Ducis Mathematico obseruata retuli, audiui etiam experiment a eiusmodi pridem à Serenissimâ Celsitudine suâ iam facta. Deinde & Animalium eiusmodi in Quercubus genitorum mentionem factam reperi à Matthiolo in Dioscoride suo, nihil tamen de metamorphosi referente. Exinde & aliorum Animalium in plantis alijs, eorumq; loculis certis obseruaui, mihiq; probabilitatem quandam exinde habere visum est eorum, quæ referuntur de Arboribus quibusdam in Scotiâ Volucres Fructibus excludentibus.

D *Harum productionum causas, quas meditatus sum, hîc non refero; eæ enim sunt vt altius ex non vulgaris Philosophiæ principijs sint petendæ. Vale vir Eruditissime, & in Syluas tuas literarium cœtum admitte.*

Multæ sunt Gallarum, seù Pilularum Quercualium species, varias formas, atq; figuras, necnon magnitudines præseferentes, quæ à Neotericis Botanicis describuntur. Ego illas tantummodò proponam, quas obseruaui, & quarum nonnullæ à nemine hucusque sunt allatæ, omnesq; puto dici posse Gallas monstrosas, quæ suos *Ipes*, seù *Scnipes* de genere putredinalium vermiculorum, & culicum, in centro gerunt, quibus Pater Auster, Mater verò Humiditas excrementitia alimento in Quercubus exuberans, in quam Virtus formatrix se se exercuit quodammodo, iuxtà dispositionem patientis, & varia, quasi ludēdo effinxit. Primò occurrūt mihi Gallulæ, seù Pilulæ Balanomorphea,

Scnipes Scnibij dicūtur vulgari Idiomate Homunciones inepti. Vocab. Bon. lit. S. p. 211.

quæ glandes abortiuæ videntur eſſe,tempore veris præmaturo,& acerbo quodammodò E productæ. Adeſt deinde Leucouocicis Quercina racemifera florens, in quâ natura ipſa volumini cuidam albiſſimo, & molliſſimo Goſſipij ad inſtar adiunxit,& ceù conglobauit racemos Vuæ Quercinæ ramoſæ pendētis cum ſuis floribus, quā ego ſic delineari curaui ex Quercu exiſtimans illam exijſſe plenâ perfectiſſimorum in ſuo eſſe liquorum.

Leuconocicis Quercina racemifera florens.



S.Paul.l.2. Corinth. 9.

Fructificat, floretq́, ſimul fidiſsima Quercus,
Nonne datorem hilarem diligit ipſe Deus?

Galla alia ſe ſe offert Campanulæ effigie, vel cyathi, & melius fortaſſis Tribulorum, in quibus rudimenta foliorum alarum ad inſtar apparent, vt in figurâ ſuperius in Prolegomenis poſita pagina 163. ſub numero 3. rubricâ Fœcunditatis,& Prolificationis Arborum.

Exhibetur prætereà Galla Aculeata, ſeù Armata, tota hiſpida, & inæqualis, aſperitatibuſq; plena, quæ Glandem imperfectam circundare, & inuoluere ſolet; in illâ multas appendices ità diſpoſitas eſt videre, vt criſtam Galli æmulentur.

1



2



Hercyniam ſyluam vaſtiſſimam, quæ in Baconim, Semanam,Marzianam,Gabretam, & Boemiticam partita,Quercus alere ferunt, quarum materies diffecta maculas oſtendit vndoſi camelati panni ad inſtar, cuius generis exiſtimari fortaſſe poterit lignū quoddam dictum *Anſcot*,inter Quercus relatum à pręclariſſimo noſtro Aldrouando,in quibuſdam ob-

A

Anscot Quercus species.



obseruationibus suis M.S. sub titulo *Ligni Anscot, & Bormo*, sibi missum ab Amico, quod ex Angliâ receperat, cuius vsum dicebat esse præcipuũ apud nobiliores Septentrionales, Anglos, & Belgas ornandi, & vestiendi suos Thalamos in ædibus interioribus, non solùm ob ligni eiusdem speciositatem, sed contrà tineas, atq; teredines impassibilitatem. Color ligni ad luteum vergit, similitudinemq; præsefert quandam cum ligno Cornicapræ, in quo est luteus color magis intensus, & splendidus, quià lignum Anscot tendit magis ad colorem ligni Nucis recentis antequàm oleum senserit, & maculæ ipsius Anscot obscuriores sunt in medio, sed in marginibus lucidiusculæ, venasque, sed transuersales subtiliores quã reliquæ partes ligni. De hoc ligno apud antiquos nulla inuenitur facta mentio pro materiâ Tabularum ad mensas componendas, inter quas pretiosissimæ habebantur illæ, quæ ex Cedro, Cupressu, Ebenoq; constabant. Acernæ item in pretio erant, & apud Ægyptios Perseæ æstimabantur; omnesq; alias superabat materias radix Arboris Trogetes, idest Thiæ Plinianæ, quâ nihil crispius ad opera pretiosiora poterat inueniri; cui successere in Germaniâ Fraxineæ radices, quæ varias, & incursantes venas, quas ibi vulgus *Madratas* appellat, valdè spectabiles habent; sed sicuti Laconibus ex Robore fiebant, irà possibile est, quod ex Quercus specie aliquâ prodierit huiusmodi lignum, cuius delineationem cum titulo simpliciter Anscot Quercus species, & nullâ aliâ inscriptione inuenimus, vndè hæc illi adijcienda verba, quæ potuimus accõmodatiora necessarium duximus, hinc indè petita, & præcipuè ex Symphor. Hort. l. 18. cap. 5. Plinio, &c. Sed Tygrinas, & Panterinas maculas in lignis nos Bononienses minimè emendicamus, peregrinis ab Arboribus cum Oleas, & Nuces Iuglandes habeamus, in quarum Arborum lignis sectis maculæ innumeris variatæ modis, & figuratæ, ceù quædam artificiosæ picturæ emergunt, & mirabilem se dant in conspectum. Hinc absit

Ex T. 21. obs. 886.

C

Pl. l. 16. c. 6

D

--- Fama loquax, quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.

PRO-

PROVERBIA.

FRequentius Quercuum, Roborumuè Attributum cum sit Durities, dum duras inter Arbores istæ durissimæ sunt; hinc etiam maior Prouerbiorum ad eas spectantium copia desumitur. Ità QVERNA CONSILIA fuerunt olim in Prouerbio, & sunt ea, quæ firmis rationibus ad bonum nos inducunt. Hæc nobis consilia stabilitate suâ Quercus insinuare videtur, quasi arcano quodam sermone stabiliter Deo seruiēdum prædicent. Quid enim vnquam proficiet in Lege Domini, qui stabilis non est? Nihil profectò, cum in dies in ipsâ non progredi, sit recedere. Hinc diligentiùs corripiendi sunt, qui moralia hæc Quercuum documenta non intelligentes, in viâ Virtutum delassantur, & ab eâ deflectunt, inaniter quodammodò, & temerariè iactantes ἄλις δρυός, hoc est SAT QVERCVS, ac si dicerent se Querneam satis seruasse probis in moribus firmitatem. E contrà qui miram hanc Quercuum Doctrinam perceperunt, nunquam satis laudandos se reddiderunt. Sit in exemplò Mellifluus Doctor, qui QVERCVVM verè DISCIPVLVS tunc dici promeruit, cum humano quouis absq; præceptore didicit in solitudine, quæ ab alijs diuturno, & non intermisso labore in Vrbibus, & famigeratissimis sub Professoribus percipi nequeunt. Nec obijciatur quod NON IAM QVERCVS LOQVATVR ad hoc vt docere possit, & sibi discipulos instituere. Dicam enim quod, superstitiosis DODONÆ RESPONSIS apprimè detestatis, id innocenti Natura docet idiomate, quod nec humana facundia valet exprimere. Sic quod physicè nequit, ethicè absoluit. Hoc pacto Sapientiæ mel in Quercubus est reperire. Sic gaudet Natura, vt quidquid admirandâ naturalium proprietatum linguâ nostram ad vtilitatem cæteris in creaturis ipsa fatur, ad actum à nobis traducatur. Ex aduerso dolet vbi quod dicit perfectionem in suis effectibus, in nostram imperfectionem conuertimus. Sic Homines agant, vbi durissimam Quercuum naturam moribus induunt intractabilibus, quasi EX QVERCV, AVT LAPIDE NVTRITI forent; Ita pariter operantur qui non humana, sed lapidea iactant viscera, misericordiâ expertes, vt non nutriti tantùm, sed, E' QVERCVBVS NATI videantur. Nam (præterquam quod id in hominem obscurum genere quadret) prouerbiali quadam hyperbole nutritus is, vel natus ex lapide, seu Quercu dicitur, qui miseros fouere, pauperesq; nutrire negat, vt de diuite illo epulone Nazianzenus habet.

Cic. ad Att. — *Nouar. T. 2. Adag. 3076 n. 2154.* — *Rhenatus Choppinus in Elog. D. Bernardi.* — *D. Greg. Orat. 38. id. 11. in Iulian.* — *Nouar. Adag. 337.* — *Monos. l. 7. p. 345.* — *Albertatius epitom. Adag. 435.* — *In Iamb. carm. 23.*

Æquè, quis enim hoc ferat
Vel mente præditus

Haud solum, nanque nutrijt
Me QVERCVS, AVT LAPIS.

Quod non tantùm ex inclinatione naturali, corporisq; temperamento procedit, sed ex prauâ, quod peius est, nonnunquam emanat consuetudine, sub quâ, velut incultâ sub tellure, mores senticescere coguntur. Sic Hector Achillem alloquebatur, tanquam sibi nimis trucem, & inflexibilem ὡς γεγονώς τοι ἐκ δρυός, καὶ πέτρης. Mitius itaq; cum pauperibus, & infelicibus agendum est, vt NON A' QVERCV, NEC A' PETRA videamur oriundi. Primam horum dictorum originem ex sequentibus Ioannis Tzetzæ carminibus Politicis ad verbum è Græco traductis est obseruare.

Chiliad. 9. n. 288.

Antiqui simplicissimi existentes hominum
A QVERCVBVS, atq; PETRIS existimabant ESSE NATOS,
Omnes quot quot ante ipsos erant in hominum genere,
Quemadmodum Homerus Hectorem dicentem inducit hac
Ad Achillem non opus &, quæ EX QVERCV, ATQ; PETRA
Dicere me, vt dicunt Virgines, atque Iuuenes,
Carmina autem sic se habent, si rectè dicantur:
Non enim sanè est A' QVERCV, NEQVE A' PETRA
Vt fabulantur Virgo, atque ephebus.

Quod desumptum videtur ex Homero canente.

Hom. Od. T.

οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Vulgò autem apud nos hoc Prouerbium sonat *Non siamo nati d'vn Zocco*; quod si cōtingeret intelligi per ordinem ad intellectiuam alicuius potentiam, posset hanc subire interpretationem, scilicet illum non esse crassioris illius Mineruæ, quam stipites metapho-

A phoricè denotant, & ideo EX QVERCV EFFICTVM minimè dici debere, ficut nec ANNOSA DVRIOREM QVERCV, quod in eos iactatur, qui duriſſimæ ſunt ceruicis vel ad intelligendum, vel ad quidpiam aliud agendum, vt illi ſenes inexorabiles, à quibus parum eſt ſperandum gratiarum. Vtcunq; tamen ſit, ad deſignandam ſenum iſtorum pertinaciam non facile flexibilem, non poteſt illud efferri, ſcilicet CVRRERE QVERCVS; nam difficile quidem eſt duram ſenis obſtinati flectere mentem, ſed non impoſſibile, vt eſt quod *currant Quercus*, quod non niſi pro impoſſibili re prouerbialiter dicebatur antiquitus, canente Petrarchâ.

Ouid. l. 13. metam.

—— dum currere Quercus,
Saxaquè mota ſono, blandoſq; videbimus Vrſos,

L. 3. ep.

Sed quantumuis ſint difficilia negotia non eſt deſperandus illorum exitus, multo labore comparandus; MVLTIS enim ICTIBVS DEIICITVR QVERCVS. Et ideò conſiderandum eſt, quod VIRTVS IN ARDVIS magis emicat. Nam ſi magna eſt reſiſtentia Quercus in cæſione, brachium debet eſſe maioris actiuitatis ad cædendum, vndè Pamphilus canebat.

B *Ardua robuſtis Quercus radicibus hærens,*
Extollit ramos quà ſuper aſtra ſuos.
Ictibus immodicis valida percuſſa ſecuris
Eruta frondoſum ponit & ipſa caput.

Imo aliquandò compertum eſt, quod illa negotia, quæ primâ facie montes difficultatum præſeferebant, ad feruorem amplectentis maximâ cum facilitate peracta ſunt, & ſic QVOD IN FORTISSIMAM QVERCVM CREDEBATVR EVASVRVM, VIX IN TENERRIMVM VIMEN COALVIT. Et ſi de fortunâ tolerandâ ſermo haberetur, cum illa non minus ad extollendum ſit inſtabilis, quàm ad deprimendum, non admodum duraturas illius vices animaduertimus dicendo NON SEMPER VENTIS AGITANTVR QVERCVS, pro quo noſtrates habent *la fortuna non ſtà ſempre doue ſi pone*, nempè *Quò ſiſtit, non ſemper habet fortuna manere.*

S.Petr. l.6. epiſt. 47.

Quarè finis quoq; malorum expectandus eſt; nam —— *Dabit Deus his quoq; finem.*

Extat de hoc pulcher apud Lyricum locus huiuſmodi, quum ad Valgium ſcriberet.

C *Non ſemper imbres nubibus hiſpidos*
Manant in agros, aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſquè; nec Armenys in oris
Amice Valgi, ſtat glacies iners
Menſes per omnes, AVT AQVILONIBVS
QVERCETA GARGANI LABORANT,
Et folÿs viduantur Orni.

Horat. l. 2. carm. od. 9.

Nec inuenuſtius idem probat feſtiuiſſimus Poeta Cremonenſis Ælius Iulius Crottus, vbi Caſus vires memorans, ſi Potentes identidem deprimi animaduertit, Humiles quoque extolli obſeruat,

Vt ſternunt veteres Ornos, & Robora dura
Terribilis Boreas, Terribiliſquè Notus
Alteruter dum ſerpit humi mox dulcibus auris,
Et turgent viola, tollit & Hybla comas;
D *Sic Regum fortuna domos, ſic proterit Aurum,*
Sic humilem ex humili tollit in aſtra iugo.

Crottus 3. Stromat. 3.

Non magis ergò proſperæ fidendum eſt fortunæ, quàm aduerſæ illudendum. Vtq; in illâ temperandum eſt; ſic & in iſtâ Animi robore vtendum. Sed eò facilius conculcabimus fortunæ tyrannidem, ſi Lynceis prudentiæ oculis vtemur. Sicut enim Lynceus ex Pindaro, vel PER TRVNCVM QVERNVM INTVERI poterat, aut intrà terræ viſcera oculis penetrabat, adeò acuto pollebat viſu, Ità nos omnia, tametſi aliàs imperceptibilia proſpiciemus, aut ſaltem ſi repentinæ ingruent calamitates, æquiſſimè ferentur *O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!*

Io.Tzetz. Chil. 2. num. 48. Monoſ. l. 1. Euſtach. in odyſſ. M.

Miſeri qui hoc iter non obeunt, & aliquid ſine fine petentes, vel identidem ab eodem mutuò poſtulantes hoc dicto ablegantur ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, ſcilicet aliam Quercum excute; & ad ipſorum quemuis meritò dici poteſt QVERCVM DOLAS, nimirum duram

Aug. Monoſ l. 6. n. 111. & l. 7. pag. 339.

duram suſcepiſſet prouinciam, pro quo vulgus noſter dicit TV HAI PRESO A' PIGLIAR QVERCIVOLI. Sic ROBORA DOLANTES FABROS imitantur, cum ſibimetipſis malum inferendo PROPRIIS HASTAM CRVRIBVS ALLIDVNT. Et ità ſpe fruſtrati, Plautinum illud repetere coguntur, quod nempè THESAVRVS CARBONES ERANT, in eos frequentatum, qui indè affliguntur, vndè bona ſperabant, non aliter ac qui theſaurum inueniſſe credens, in carbones incidit. Quinimò ſe habent vt QVERCVS CVRVA, NVNQVAM RECTA, è malis in bonos nunquam ſe commutantes. Tales ſunt qui ſapere nolentes, verificatum faciunt, quod E' QVOVIS LIGNO SEMPER ALIQVID CVRVVM FIERI POTEST, è bonis in malos, imò è malis in peſſimos degenerando. Nec his abſimiles ſunt, qui Patrimonia ſua epulati non nouerunt quàm melius illis fuiſſet GALLAM BIBERE (hæc enim quià valentiſſimè adſtringentis eſt naturæ, intimas ventriculi tunicas, nè admodum eſuriatur conſtringit, vt & Lucilius oſtendit canens

Ioſeph. Albertat. epitom. Adag. 139. 233. 1286. 410. Benedict. Curt. Orat. l. 26. c. 12. Sat. 25.

> *Quin Gallam bibere, ac rugas conducere ventri*
> *Farre aceroſo, oleo decumano, pane coegit.*

Hoc eſt parcius viuere, ventremq; coarctare, nè tot dulijs infarcinatus, vitam illis abbreuiaret, & longè prius ad extremum paupertatis duceret, vndè aut nunquam, aut tantum ABORTV QVERCVS AD GLANDES, hoc eſt longiſſimo tempore interiecto æs alienum ſoluunt, Danthes hoc vtens Prouerbio dicebat

DAL NASCER DELLA QVERCIA, AL FAR LA GHIANDA,

Et ea, quæ longo fiunt tempore intelligebat, Arbor enim longæua, vt Quercus eſt, tardè quoq; ſuccreſcit, & prolixas habet ætates; imò licet MVTETVR IN ANNOS, hoc tantum fit, vt rerum viciſcitudo, annuarumq; operationum reditus deſignetur; ſicut enim ex folijs Arboreis alia generantur, & alia deijciuntur, ſic & generatio carnis, alia finitur, & alia ſubnaſcitur. Huc forſan alludit dictum illud paræmiacum Plutarchi QVERCVS FVNEBRIS, quaſi continuis prædictis viciſſitudinibus hæc Arborea corpora nobis in mentem noſtra funera adducant. Eiuſmodi eſt QVERCVS SVSPENDIO ELIGENDA, quòd & efferri ſolet, cum quid rarum admodum contingens, deſperationem inducit, vt *quando* (ſic Adagium hoc exponit Albertatius) *aduerſus Viros doctiſſimos ſcribere etiam mulierculæ præſumunt*, quæ tunc verè in Syluam ligna ferre dicerentur, ſiuè *lumen Soli mutuare*, doctiſſimos veluti docere volentes. Poteſt tamen & illud intelligi de fatalibus calamitatibus, quas ſibi Priæſenſes imprecabantur, cum enixius aliquid ſe facturos iurabant το περι δρυν σκοτος dicentes, hoc eſt PER TENEBRAS, QVÆ APVD QVERCVM, intelligentes malos illos dæmones, qui ſub Quercubus homines varijs ſpectris fallebant, & tunc maximè noxios ſe reddebant, cum quis in peſſimas Quercuum Nymphas peccaſſet. Imò in illos Quercus identidem euertebant, vndè natum videtur quod interdum dicunt, qui poſt clamores ad verbera in aliquem deueniunt, nempè POST FOLIA IN TE CADENT ARBORES, indè HASTAS ABIICIVNT, nempè cauſæ diffidentes contentionem relinquunt. Aliàs verò optimi ſenſus nobis inſinuabant Græci paræmiam STVLTVM ESSE INVENTIS FRVGIBVS GLANDE VESCI, dum in nuptijs circumire iubebant puerum ſpinis, glandibuſq; coronatum, ciſtamq; panibus plenam manu geſtantem, qui diceret *effugi malum, & inueni bonum*. Cererem ideò in Deam ſibi adſciuerunt, quià à glandibus ad bonas fruges humanum genus reuocauit. Quod moraliter exponens Ioannes Ortelius Cycnocomæus ad eos tranſtulit, qui ſcriptis mediantibus animos à vitijs ad virtutes trahunt. Quod cum præſtiterit Nicolaus Reuſnerus Reorinus longè multijugus Poeta, & I. C. ac Ethicus, de illo cecinit

Epit. Adag. 1342. & 630. Adagio 1090. Cic. pro Muret. Albertat. ad. 512 In Epigr. ad Embl. Reuſ.

> *Si Diuos æquant, nocua qui pabula glandis*
> *Corporibus mutant vtiliore cibo:*
> *Dic, a naturà menti qui pabula promit*
> *Virtutum, poterit nonne referre Deos?*

Ex hoc ideò, quod Græcia relictis glandibus malum effugiſſe diceret, ortum videtur, quod ex vberrimo glandium prouentu, ſimplicior ruſticorum populus, quaſi præſagire contendit multas eodem anno futuras calamitates, dicens ANNO GHIANDOSO, ANNO CANCROSO, nimirum

Monoſ. l. 8. p. 376. & 380.

> *Glande frequens annus permulta incommoda profert.*

Imò

A Imò talem glandium copiam auspicantur etiam hoc homœoteleuto SE OGNI MESE MANGIA CARNE, OGNI STERPO METTE GHIANDE, & hoc, si liceat, sic inuertam,

Glande ferax tunc omnis erit radixque, frutexque,
Carnem vbi lex nullis mensibus esse vetet.

Quod ipsi lato sensu, animoq; simplici dicunt, quemadmodum etiam proferunt QVANDO GENNAIO FA POLVERE, IL GRANO SI FA DA ROVERE, nempè *tanta subsequitur Frumenti copia sereno præcedente Ianuario, vt vel ipsa Robora illud producere videantur.* Non secus ac aliàs in agro nostro Bononiensi euenisse tradidimus inter Prolegomena, §. de Prodigijs. Nec longè abest illud aliud QVANDO SI SEMINA NELLA POLVERE, BISOGNA FARE I GRANAI DI ROVERE. Vt enim sustinere possint vberrimam Frumenti copiam, quæ à puluereo sationis tempore simplici eidem rusticorum popello portendi videtur, requiritur vt firmissimis Roboribus horrea construantur, vnde fuit, qui cecinit,

Puluereo si quando seres Octobre, memento
B *Horrea de duro Robore facta pares.*

Rusticas huiusmodi obseruationes etiam Virgilius innuit Georgicorum primo scribens *Humida solstitia, atque hyemes optate serenas*
Agricolæ: hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager; nullo tantum se Mæsia cultu,
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.

A Roborea pariter duritie desumitur Adagium IN ROBORE ACCVMBERE, quod in illos torquebatur, qui duri forent in omnibus, quemadmodum de Spartiatis Cicero pro Murena intellexit. Cum verò super istas Arbores peculiari quodam naturæ priuilegio perfectissimum viscum proueniat, in cuius comparatione quodlibet aliud viscum spurium videtur, ideò non piguit aliqua scitu non indigna prouerbia de hac materia hîc adducere. Et quia notissimum est à Turdis eiusdem herbæ semina deglutita super Arbores prædictas egeri, quæ ad perfectiorem nascendi actum per earundem auium calorem innatum reducta, facilius, & vigorosius, quàm quouis alio pacto sata, C producuntur. *Oenadem* (inquit Athenæus) *si visci semen comederit, super quacunq; Arbore aluum exonerauerit, nasci Viscum*; hinc vt notemus eos, qui sibimet ipsis malum ignoranter intentant, dicimus cum Græco Κιχλα χέζει αυτῆ κακον, nempè TVRDVS SIBI MORTEM CACAT. Eâdem re dicitur & hoc apud nos admodum vsitatum TANTO È ITO L'AVGELLO IN TRESCA, SIN CH'EGLI È DATO NEL VISCHIO. *Incidit in viscum tandem, quod circuit ales.*
Et enunciatur quando quis circà suum periculum adeò incautus est, vt in illos facillimè laqueos incidat, à quibus penè impossibile sit liberari, vt innuit hoc aliud Adagium SE VNA VOLTA SI DA NEL VISCHIO, NON BASTA TVTTO L'OGLIO DI RIVIERA A TRAR DALLA PANIA,

Si semel in Viscum inciditur, non quidquid oliui est
Viscato illæsum subtrahit à calamo.

Nimirum semel amissa libertas difficillimè restituitur, eo pacto quo totum oleum, quod è Ligustico littore ad nos aduehitur nequit auem aliquam tenacissimo captam visco illæsam liberare, maximè cum de illo visco intelligimus, de quo hæc alia eulgatur D parœmia QVESTO VISCHIO NON HA PAVRA DELL'ACQVAZZONE,

Humiditate nequit Viscum hoc dissoluier vllâ.

Quod etiam posset enunciari de extremis periculis, ad quæ euitandum nulla patet via. Illum prætereà taxaturi, qui ex vnico labore duplicem accipit mercedem, vel vnica merce duos illaqueat emptores, dicere solemus PIGLIA DVE TORDI AD VNA PANIA *Vult vno geminos calamo comprehendere Turdos.*
Quod fieri nequit, vbi hoc aliud enunciandum venit LA PANIA NON TENNE; *Dolus* nempè *non successit*, siuè *Insidiæ euanuerunt*, & contingit cum è Visco diffugiunt aues, quando scilicet ij, quibus insidiæ tenduntur, se falli non permittunt, nec vt vulgò dicitur RIMANGONO ALLA PANIA, *Visco*, scilicet *non illaqueantur*, siuè, vt elegantius protulit Apuleius, non *adhærent inter Orci cancros*. Nec post hæc prætereundum censeo Diogenis elegantissimum dictum ab eruditissimo Poetâ Neoterico, quàm egregiè

Pl. lib. 18. c. 38.

Lib. 9. Dipnosoph.

Nouar. T. 2. Adag.

Monosf. l. 7. n. 21. & l. 3. n. 130. & ib. pag. 338. & 346.

l. 6. metam.

giè relatum de fœmina verè inter orci cancros adhærescente, cum se suâ sponte Quercui suspendisset. E

Ioseph. Bapt epigr. cent. 2. ep. 14.

Fœmina de Quercu laqueo suspensa tenaci est,
Hirta comas, oculos turgida, nigra genas.
Hanc videt exosam Cynicus, cui dolia tectum
Dolia per fluxos non peritura dies.
Lætatur, mussatque labris: ô fructibus istis
Qualibet in terris Arbor onusta foret.

Productis iam Prouerbijs ad Fabulas enarrandas conuersio fiat, non vt fallantur Lectores, & ijs fortunæ insidiosæ munera offerantur, sed vt oppositorum magis elucescat veritas præceptorum, tam Physicæ, quam Ethicæ disciplinæ.

Seneca. ep. 7

FABVLÆ, ET APOLOGI.

Fabulas non semper esse inutiles fallacias ad illudendum tempori, atque ad suffurandum serijs rebus substantiale robur, sed fieri quandoq; sapientioris intellectualis Gustus sapidissimum edulium est in comperto. Scitus est Apologus, in quo dialogizantes Fœmina, & Quercus introducuntur ad docendum nos, quod congruentia in omnibus negotijs ex comparatione multorum ad inuicem, & non ex solitaria vnius tantum rei consideratione habenda est. Arbitrium multorum in aliquâ re, quę ex seipsâ improprijssima esset, facit vsum, & pulchrum, & amabilem; hacquè eâdem ratione quod iustum anteà fuerat ex accidentium aliquot variatione iniustum euadit, atq; è contrà. Ideoq; Quercum quandam, sub quâ Mulier colligebat glandes hanc allocutam sic fuisse aptissimè finxere nonnulli prudentissimi viri. *Homines, ô fœmina, an Porcos fructibus impinguabis meis?* cui Mulier *procul dubio Porcos*, respondit. At illa subiunxit: *Ergò cibus quondam Hominum factus est sagina Porcorum?* Ad quam sagax fœmina replicauit responsum. *Hand immeritò; vt enim viri lac verecundantur sugere maternum, quod tamen auidè suxerunt infantes, sic mundus adultus factus suas, quibus vti solebat in infantiâ dedignatus glandes porcis reliquit, in cuius rei testimonium Vesica nunc etiam pueri ludunt suillâ, mundo congaudentes quod infantilem superarit ætatem.* Quapropter ex suauissimâ Io. Aloysij Picinardi musâ Quercus in hæc conqueritur F G

Manerba in Sylu. moral.

Aurea Saturni terras dum secla bearent,
Paui glande viros Arbor amica Iouis.
Mutarunt mea fata vices: nunc pabula cogor
Ferre Feris, olim pascere sueta viros.

In Iride Poet. sub colore epigr.

Sic & ex his fructibus in porcorum cibum cedentibus apologi pulcherrimi materiam collegit Laurentius Abstemius denotaturus amplas hæreditates hæredum dolori facilè finem imponere. *Porcellus* (scribit ille) *mortem parentum ingenti clamore deflebat. Sed quum lectis testamenti tabulis, magnum glandis aceruum, multosq; farina modios sibi relictos cognouisset, obticuit. Rogatus cur non amplius fleret* FARINA *inquit*, ET GLANDES OS MIHI OCCLVSERVNT. Non in hæc prorumpere potuissent ij, ad quos de amissâ Quercu cecinit illustris Poeta Claudius Rosseletus I. C. & Patritius Lugdunensis, alludens ad mortem Guilielmi à Quercu, hunc in modum. H

Epigr. 192.

Iupiter, inuento Cereali munere, dixit
Setosos tantum Glans (volo) pascat apros.
Tunc mensas onerare Deûm, tunc carnibus escis.
Tunc poterat dapibus sus onerare virûm.
Iam macie affecti secum vix crura reponunt:
Postquam priuatos contigit esse epulis.
Nam cicurum omne genus, necnon genus omne ferarum,
Setigero inuadunt dona tributa gregi.
Ergò ad ius properate citi: ius quærite porci,
Si modò ius quoque vos nullus habere neget.
At male sors cecidit: nec iam spes vlla fruendi:
Quercum etenim Superûm corripuère foci:

Que-

A *Quare alias epulas; non hac tibi cenuenit esca,*
Porce: sibi hanc legit curia ......

Sed ab his ad alia; siquidem, vt cum Erasmio Michaelio Læto canam:

Sanit in inulsos Nemesis iustissima porcos.

Lib.3. Colloq. moral.

Nec cibos tantum, sed incunabula, immò & originariam generationem Hominibus dedisse Quercus commenti sunt prisci, fingendo scilicet Homines primos ex Quercubus natos sine Patre fuisse. Cuius prorsus tenoris alia prius inter Græcos conficta fuit de duobus fratribus, qui à memorabilissimâ Quercu Regnum iam adulti facti retulere. His quoque non absimilem fabulosam aliam narratiunculam Græci subdidere huiusmodi. *Philonomia* cum venaretur, in Martem incidit, à quo compressa, duos stato tempore peperit filios, qnos Nyctimi Patris metu in Erymanthum proiecit; sed illi à Dijs seruati, ad cauam quandam Quercum delati sunt, vbi Lupa suum habebat Lustrum, quos ipsa videns, proprios abiecit catellos in Flumen, & infantes lactandos suscepit, quos Telephus Pater conspicatus excepit, & vt proprios educauit, alterum appellando Lycastrum, aliumq; Parrhasinm, illiq; tandem Quercus auxilio Arcadiæ Regnum occupa-

Tzetz. Chil. 9. n. 286. & carm. 88. Plutarch.

B uerunt. Sed possibili seruato, seù concesso, per quandam concedatur similitudinem, quod causalitatis ratio occasioni tribui nominaliter saltem possit. Nec prætermittendum est, quod lepidum inter Æsopi, seù potius Hesiodi lepidissima figmenta lepidissimè rem nostram concernere videtur. Subfuratus (ab eodem refertur) caseum coruus, cum illo in altam conuolauit Quercum; Vulpecula verò dum illum, conspexit caseum concupiscens, hoc eundem astu lucrari constituit. Laudare impensè cœpit coruum, & nitorem illius pennarum extollere, addens se nil aliud in illo desiderare, nisi cantum, & melos dignum tantâ speciositate, quem propterea rogabat enixè, vt exaudiri pateretur, & canere vellet aliquantisper, promittens se diu celebraturam ipsum, & tanquam vero Iouis Aliti summos impetraturam ab Hominibus honores; quâ tactus altè coruus adulatione, clamitare maiori, quo potuit conatu cœpit, & sic aperto, nil prudenter rostro, delapsoq; caseo, vulpes eo potita est, & coruum irridens, dixit eidem cum caseo, mentem quoq; deesse. Apologeticam hanc narrationem sic iambicis exaratam penes eundem Fabulatorem est videre

D *Insedit olim Coruus altè Quercui*
Rostro capaci casei frustum tenens,
Quem vafra blando aggressa sic vulpes dele est;
Quàm pulchram auem, quàm splendidè cultam intueor, &c.

Sed parum esset hæc calamo prosequi, nisi recenseretur, quod & ipse Ouidius fabulatorum elegantissimus ad hanc rem Monumentis mandauit in doctissimo suo mirabilium Transformationum volumine. Senem namque Philemonem in Quercum, & eius coætaneam coniugem Baucim in Tiliam Arbores hoc pacto conuersos lepidissimè narrat. Cum enim Iupiter, atque Mercurius humanâ specie susceptâ Phrygiam peragrarent, & ad quoddam illius oppidum peruenissent, illicq; ostiatim quæritatum hospitium non inuenissent, à Philemone tandem, & Baucide humanissimè excepti, eorundemquè simplicissimis, ac rusticanis cibis satiati fuere. Verum Cœlites illi potentiam suam, gratumq; animum ostensuri, pios hospites seuocando, humilemq; ipsorum casam in Templum commune sibi asciscendo, cum inhospitalium eorum intereà paganorum totum oppidum aquarum diluuio mersum, in fœtidissimum stagnum conuerteretur, coniu-

Lib.8. metam. fab. 7. 8. 9.

C gesq; id petentes in sacrati loci Antistites cooptarunt, sic tamen, vt vitali periodo longissimè protractâ memoratas in Arbores eodem vterq; momento commutaretur. Quod sic expressit Poeta, quem adeant, qui ditissimam pauperrimi quidem, sed humanissimi laris descriptionem cuperent.

Veta fides sequitur; templi tutela fuere
Donec vita data est: annis, æuoquè soluti
Ante gradus Templi cum starent fortè, locique
Narrarent casus, frendere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frendere Philemon.
Iamq; super geminos crescente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta, valequè
O coniux, dixere simul, simul abdita texit
Ora Frutex, &c.

At quemadmodum hîc Quercus dicta reddidiſſe deſcribitur, ſic & tunc locuta fingitur Eſculus, cum ab ſene quodam interrogata *cur tantum radice deſcenderet in terram, quantum corpore emineret in aere*. Illa verò pulchrum hominibus documentum relicturam reſpondiſſe perbibetur: *Si non altâ, ſaltem hac ratione, vt homines tantum mensis radice deſcendant in terram mortis cogitatione, quantum corpore eminent, ſpe longioris vitæ.* Sed aliter fabulatus eſt Lamplacenus; Arcas (tradit ille) Ioue genitus, cum ſiluam quandam vnà cum Caliſto Matre venationis gratiâ pererraret, vnam ex Hamadryadibus Nymphis, cui Prophelea Numen erat, offendit. Hæc cum ſuppliciter exorans, vt ſibi in vltimâ quadam vitæ neceſſitate ſuccurrere vellet, obtinuit ab eodem, vt eius vitalem Quercum à cuiuſdam fluuij voracitate ſuâpte operâ, manuquè defenderet, quo præſtito, ipſa ob gratitudinem cum eo congredi voluit, & ibì geminam prolem, Elatum nempè, & Aphidantem, peperit. Ex eodem item Lampſaceno ſimilem aliam habemus. Quod Rhœcus quidam nomine, genere Cnidius ſpecioſam quandam Quercum ab imminenti caſus periculo aggeſtâ ſubtrahens terrâ, & id rogatu Nymphæ illius eiuſdem Quercus Hamadryadis, ab hac, ſeruatam ob vitam reportauit, vt quidquid vellet, peteret libens, accepturus citiſſimè; & cum ille congreſſum peteret, hunc illa conceſſit, & Apem ſe miſſuram pro temporis inditio ſpopondit. Confixerunt alij fabellam alteram, cum pulchram quandam Quercum Paræbij parens eſſet detruncaturus, Nympham Hamadryadem ei apparuiſſe, quæ lachrymabunda, gemenſquè eum ſuppliciter rogabat, vt Arbori parcere vellet; ſed ille inexorabilis, & crudelis Arborem reſecauit; vndè læſæ humanitatis pœnas in propriâ etiam ſobole poſtmodum ipſe luit; tunc enim temporis *Comitabantur fatalia carmina Quercus.*

Manerb. Sylu. Moral narrat. 31. Charon. Lãpſacen. Hiſt.

Virgil. in Bucol.

Quam ad rem veridicos edituræ cantus Parcę Quercuũ indigenæ deſcribuntur à Catullo in Argonauticis

Cum intereà infirmos quatientes corpora motus
Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus.
His corpus tremulum complectens vndiquè Quercus
Candida purpureis ramis incinxerat ora.

Non abſimilem Eriſichtonis fabulam recitauit Ouidius. Ille nanquè fuit Theſſalus quidam impius, qui dum Nemus quoddam Cereri dicatum ſuccideret, è Quercu pulcherrima, in quâ Nympha latebat, minaces perſenſit voces, quibus dira quoque mala ſucceſſere, famis ſcilicet à Cerere immiſſæ, & infamis filiarum eiuſdem proſtitutionis.

Ouid. lib. 8. metã. fab. 8.

Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur, & Lucos ferro temeraſſe vetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo Robore Quercus, &c.
Contremuit, gemitumquè dedit Dodonia Quercus,
Et pariter frondes, pariter palleſcere Glandes
Cœpere, ac longè pallorem ducere rami.
Editus è medio ſonus eſt cum Robore talis:
Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno,
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia lethi, &c.

Hinc ſaltem dicere licebit non licere, nec vmbratiliter ingratum eſſe, ſiuè crudelem, cum ex naturæ legibus Homo Humanitatem debeat exercere, vt quod ſibi nollet fieri, alteri nè inferat, ſicque nemo inuitus è proprio deturbandus eſt loco, alioquin turbator, in ſe concitat iras omnes, atque vindictas cuiuſque conſeruatricis intelligentiæ naturaliter vbique vigentis, dum omnis in vltionem impij armatur creatura. Videamus interim quomodò ſyluarum de Nymphis fabulatus fuerit Hyginus. Has ille refert vt Iunonis iram declinarent, Iouem ſuppliciter imploraſſe, vt illis auxilio eſſe dignaretur, nè quæ ſuffitus, & libamina in Dodonidis ſyluæ ſacris miniſtrabant Ioui, indigno alicui damnaretur ſupplicio. Is periculi miſeratus earum, in cœlum eaſdem inter ſtellas collocauit, & de fixarum numero eſſe voluit, vt luce ſaltem inuiolabili ſtellarum Principi famularentur: ex quo fit euidens in Phyſicis, & in Politicis hæc propoſitio, Obſequio parari amicos, famamq; bonam, immo & opes acquiri.

Hyg. fab.

Al. ab. Al. D. G. l. 6. c. 2.

His addemus, quod ridiculũ ad rem fingit Lucianus. Ipſe in concauo Lunæ ſe cõmētus ait inter illos populos, & Solares bellũ olim interceſſiſſe, atq; inter alios in Solarium auxi-

A auxilium occurriſſe populos *Cynobalanos*, quos Canem ſtellam habitare, & *non humanis, ſed caninis vultibus ſuper alatas glandes pugnare* tradit. E contrà Lunarium auxilia ſupplebant *Equobalani*, & *Struthiobalani, qui dicebantur aduentare ex his, quæ ſuprà Cappadociam ſunt, ſtellis*. Quorum poſtremos ſummâ cum veritate Lucianus ſcribit ſe non vidiſſe, vt & reliqua deliria huiuſmodi, commentitiaq; ſomnia mentis ægræ. Sed præter meram fictionem, hîc moralis alicuius ſenſus vllam haud anſam percipio. Satius erit ideò ad Æſopum confugere, qui cum fabellæ ſuauitate conſiliorum vtilitatem ſemper admiſcet. Vt enim ſuadeat nihil vnquam hoſtibus permittendum, quo nos lædere valeant, ad rem noſtram apologeticè quidem, ſed perlepidè ſcribens, dum optima inſtrumentorum manubria ex Querneâ materiâ fieri non ignorat, inducit Ruſticum, qui cum nihil cædere poſſet emanubriatâ ſecuri, Querneum vt ipſi capulum præſtaretur contiguam Syluam rogauit. Quo obtento, ſecurim inſtructam in eundem lucum armauit, Arbores omnes ad vnam excidendo. Quo facti pendente, Sylua exclamabat, ſe ſibi excidium molitam eſſe, Ruſtici illius capulo ſecurim armando. Rem hanc ingenioſè admodum metro demandauit Anonymus quidam, cuius extant apud me Elegia-

B ci tres libri Fabularum Æſopiarum (nil enim de Auieno ambigimus, licet in eodem argumento, eodem ſtylo verſatus fuerit) paraphraſtici. Eius ideò texturam adducere placuit.

Ver. H. l. 1. pag. 114. in princ.

Lib. impr. Bonon. ap. Platonem de Bened. 1486. 4.

Quo teneatur eget, nihil auſa ſecare ſecuris.
Armet eam Lucus, vir rogat; ille fauet;
Vir nemus impugnat, laſſans in cæde ſecurim,
Arboris omne genus vna ruina trahit.
Lucus ait: pereo; mihimet ſum cauſa pericli.
Me necat ex dono ruſtica dextra meo.
Vndè perire queas, hoſtem munire caueto.
Qui dat, quo pereat, quem iuuat, hoſte perit.

In cuius rei exemplo eſſe poſſunt Aiax, & Hector ſatis noti. Similem in modum fabulatus C. Eraſmius Michaelius Lætus in ſuo Colloquiorum Moralium Poemate, vt doceat *Bona eſſe plura, quàm Mala*, Nucem cum Quercu colloquentem inducit, & illi de ſuis conquerenti calamitatibus cum à propriâ naturâ, tum ab hominibus, & cœlo

D dependentibus, hanc ita reſpondentẽ, & eiuſmodi querelarum cauſas lætitiæ magis, quã mœroris materiẽ eſſe demonſtrantẽ, & proprios vſus ediſſerẽtem, ſic hiſtoricè deſcripſit.

Lib. 1. Colloq. 4.

Quer. *Multa ſuper damno quereris, ſuper æthere multa,*
Et ſuper Arboribus, tum quæ tu aduerſa putabas,
Omnia non vano complecti iure videris,
Nec penitus veris oratio mæſta repugnat, &c.
Si quid fata boni noſtris aſpergere vitis,
Si felix aliquid poterint tribuiſſe videri:
Id cælo munus referas. IOVE LÆTA SECVNDO
ACCIPIMVS: dextrâ cuius mihi Robora primum
Vt data ſunt, aliquos ita nunc ſeruantur in vſus,
Atque habet excelſas fors non vaniſſima Quercus.
Aſt alios alia acta monent, &c.

Et poſt multa hinc indè vberrimè propoſita extrà rem noſtram, & ſoluta

C *—— Hoc condita fine viremus,*
Simus vt humanæ gratiſſima munera genti.
Seù nos ſtare locis igitur, fructuquè beato
Seruire, & tumido libeat ſubmittere ventri
Pabula; ſeu libro rigidas inferre ſecures,
Et reſecare comas, ramoſquè reuellere mens ſit:
Nil nos herclè mali patimur: pars vna vorantes
Pauerit igniculos, flammaſquè accendat edaces.
Pars in tecta ſubit, fulcriſquè impacta ſuperbis
Anguſtos variâ ſuſtentat mole penates,
Compingitquè domum, & laquearia celſa moratur.
Vt nihil egregij referam ſtudiumquè, manuſquè

Artificis, varios qui nos aptarit in vsus,
Dolandòquè nouis æquarit Robora formis.
Scamna, Thori, Mensæ, porrecta Sedilia, Postes,
Scrinia, Cista, Sudes, Tabulata, Orchestra, Columna,
Et quæ præterea sunt ordinis huius, ab ipsis
In cætus veniunt, & magna Palatia syluis, &c.

E

Nimirum in tot, tamq; varios, & egregios vsus requiri nobilitat magis, quàm minùs insignes efficiat Arbores, quippè de rusticis ciuiles faciat, de rudibus artificio eruditas. Quod ad homines translatum docet identidem ea non esse mala, quæ vt mala concipiuntur, & è contrà ea sæpe, ac sæpius vt bona desiderari, quæ non nisi noxia subinde sunt. Vndè Laurentius Legatus habuit quo amicam quondam exercuerit Musam

Lib. 1. Eleg. 7.

Sic miseri querimur plerunquè, & nulla querela,
Sed mage lætitiæ causa perennis adest.
Quandoquidem noui, quod quæ Mala credimus esse,
Sæpius hac eadem constitit esse Bona.
Hinc fit vt interdum quæ sunt nocitura petamus
Cælitus, & rarò quæ Bona vera forent.
Sic petit ille Boni deceptus imagine gazas,
Nescit & ob gazas quot periere suas.
Hic laudes tantum, & vanos exoptat honores,
Tendere sed nebulis retia vana cupit.
Hic Regnum, is Natos, longam petit ille senectam,
Sæpius at voti compos hic, ille dolet, &c.

F

Tutius ergo consilium est in omnibus Menti Diuinæ se conformare, vt non nisi tuta cupiantur. Quod & nobis insinuat idem Legatus, Elegiam claudens

Loco cit.

Aut ideò mea vota tuis conformia redde
Summe Pater, vel me non sine velle mala.
Namquè ita, si ad priscam cupio remeare salutem,
Id tantum cupiam, quod tua vota velint.
Hinc quoq; dum tantum quæ sunt tibi grata requiram,
Semper adimplebis tu mea vota Deus.

G

Et præter illum, Esculus quoque apud eundem Michaelium nouo apologo id inculcare videtur, dum cum Sambuco sermonem habens, hæc loqui canitur.

Lib. 3. Colloq. Moral. 2.

Vt placeat quodcunque Dijs, ita sensibus illud
Posse putes placuisse meis. Ego nostra sacraui
Omnia cælicolis, supero sum cura Tonanti.
Is mihi quodcunquè vita est, & fata gubernet.

Et prius eundem in sensum sermocinata, & dotes suas cælitus accepisse confessa protulerat: *Nos etiam cum non turbantia flamina vellant,*
Dicimur esse Iouis magni tutela, facessat
Hanc Cælo quisquis vitam custode negarit
Ducier, aut celsas non mitti ex æthere frondes, &c.

Et ideò exordita cecinerat.

Hic sinat excelsis me ludere frondibus: alto
Intereà Phœbus dum voluitur acer Olympo,
Et simul inactos dispensant Astra calores.
Cui non flammiferi volupe est nitidissima Solis
Lumina, & æthereo properantis in orbe cursi?
Hunc equidem Cælo ingratum, & sine sensibus esse
Dixeris, ac nullâ rerum virtute moueri, &c.

H

Quod in bonam Esculi fortunam Sambucus refundens contrà retulerat.

Lætos læta iuuant, & te quia prospera cingunt,
Altius insurgis, ramosque euoluere certas.
Nos contrà tristes, & cassa Solibus vmbra
Excipiunt, varijque grauant, subeuntque dolores,
Et mihi multiplices peperit Rhamnusia luctus.

Suc-

A Succisa etenim, & igni damnata fuerat ob mendacem roboris iactantiam, vt vel insensata doceret. *Mendacis esse dura lingua præmia.*

Idcircò fabulas, quæ nos boni aliquid docent, hîc obseruandas inseruimus, & quâ parte falsæ sunt, & fallaces, hîc sugillatas, Superstitionibus proximas voluimus, vt *fallacia alia aliam trudat.* *Terent. in Andriâ.*

SVPERSTITIONES.

Dolum sibi præstruere solita semper fuit improbitas; Hinc Ethnicorum fictæ religionis impietas tot superstitiosos commenta est errores: Errarunt quam maximè antiqui syluarum vocales falsissimas ad vocantes vmbras; *Habita Graijs oracula Quercus.* Dum Lucos ex solis Quercetis principio constantes, Ioui consecrarunt propterea quod in Arcadiâ Rheæ parienti Iouem vmbraculo fuerint. Nam *Al. ab Al. D. G. l. 6. c. 2.*

—Quercusque dicata Tonanti, —Brachia protendens, lato tegit arua Galero. *Virg. G.*

B Seù quod hanc Arborem omnium primam, & omnium altissimè radices agere barbitrarentur, quandoquidem, vt habet Reusnerus in Pomario Poetico. *Iustul. Spolet. de Croci cult.*

Parua fuit quondam, sed nunc se tollit in auras,
Effusasque comas Chaonis Arbor habet.

Nec ab ijs nisi certa æternorum suppliciorum recipiebant responsa, quo factum est, vt ijs quoq; temporibus non defuerint viri prudentissimi, valdeq; ingeniosi, qui nefaria hæc figmenta deprehenderent, & meritò sugillarent, vt facundissimus Demosthenes, qui Oraculi voces genio, & voluntati Regis accomodari dicebat, & veluti ad illius nutum, & Imperium responsa quantumuis ambigua aptari. Plutarchus etiam Philosophus de falsitate oraculorum librum edidit doctissimum, & sapientissimum. Idem quoq; sensit eloquentissimus Arpinas, qui Delphici oraculi in Pyrrho Rege falsitatem detexit, & deceptiones propalauit. A Dæmoniacis Arborum earundem fragoribus, atq; ab earundem falsorum Numinum nefarijs Pseudo-sacerdotibus illudi minimè poterat Sapientum istorum obesse Intellectibus. Ad illas ablegabantur tantummodò rudiores de dubijs

C casibus incertiora suscepturi responsa, quemadmodum illud Ennij *Cur Quercus Ioui sacra suprà.*

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

& hoc quoque simile *Ibis, redibis non morieris in bello.*

Non autem sapientiora verè capita, & prudentissima. Suffecerat illis Alexandrum Epiri Regem ab eodem oraculo Dodonæo fuisse admonitum vt Pandosiam Vrbem, Acheruntiumq; amnem sibi infausta vitaret. Vocales illæ Quercus (vt quæ ad Dodonam celeberrimam Molossidis in Epiro Ciuitatem nemori Quercino proximam, vbi conuulsæ Quercus interrogationibus, vel supplicibus ipsis dubia semper responsa dabat) non alijs linguis, quàm Dæmonum humani generis hostium infensissimorum loquebantur. Eæ responsa daturæ, ab ijsdem Dæmonibus expacto pessimarum gentium cum ijs inito certo quodam modo procedebant, vt Arbores illæ sese comouerent, & vocem articulatam, ac sonoram ad rhythmum virgæ pulsati aeris à statuâ quadam ibidem Religiosè de illarum gentium more locatâ edebant, & hoc in Festis quibusdam Græcorum, quæ Δαιδαλα vocabant, & septimo quouis anno, aut etiam citius tali ritu celebrabantur. Lucus vetustissimarum, & maximarum Quercuum eligebatur, qui erat in Bœotia, & illuc Po- *Ennius.* *Δαιδαλα Græcorũ festa quomodo celebrarent.*

D puli, præsertim Platæenses, conueniebant, elixarum carnium frusta exponentes, & corуos ab illis diligentius arcentes; nam si auium istarum quædam frustum aliquod furripuisset, quam in Arborem auolaret sedulò obseruabatur, & ex illâ materies cædebatur, ex quâ signum, vel statua effingebatur ad responsa prædicta, Δαίδαλον illam appellantes. *Pausan. in Bœot.*

Vnde Plato. *Τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ —Βλέπειν ἀγάλματ'.* *Plato Comicus in*

Id est *Dicas moueri cuncta sanè Dædala, & —Videre Simulacra,* *Decipiente*

Nec minus anili, immo nefariâ superstitione tenebantur Antiquorum illi, qui cauæ, & fungosæ, crassiorisq; corticis Quercui parcentes, eam summâ veneratione prosequebantur, itâ vt, vel in sacris illam adurere, vel adolere nefas esset, & hoc, nedum quod infausti crederetur ominis, sed etiam quià vetustiores, & duriores huiusmodi Quercus ligna ferrent simulacris suorum numinum fabricandis aptissima; quo enim durabiliora, sic & eò venerabiliora ligna pariter habebantur. Hac ratione Cedrinum Apollinis simu- *Io. Meurs. l. 2. Gr. fer. pag. 75.* *Al. ab Al. D. G. l. 4. c. 17.* *Pl. l. 13. c. 5.*

mulacrum in eius Delubro Romæ, & aliud Iouis ex ligno Vitis vetuſtiſſimæ in Vrbe Populoniâ in pretio ducebantur, quæ tamen ligna ad Quercus ætatem cunctis grandiorem prouehi fortè nunquam potuerunt. Hinc æquè prudens fuit, atq; ad hæc opportunum Platonis ſuper ſtatuis Numinum fabrefaciundis conſilium. Is ex Arborum lignis, & maximè durabilioribus, vt eſt Quercinum, eaſdem conflandas eſſe præcipiebat, minimèq; ex Auro, vel Argento, tanquam rebus Inuidiæ non parumper obnoxijs, ſub terrâq; infelici, atq; infœcundâ prouenientibus. E Quercu pariter primum in Delo Inſulâ Apollini, & Indigenæ Palladi Simulacra ſuprà memoratum Eriſicthonem dedicaſſe, Lucinæq; ſculptam aliam ſimilem Iconem erectam fuiſſe habemus ex Euſebio. Neptunales quoq; Ludi, totq; Choreæ, ſaltationes, & aliæ quamplures ethnicorum impiæ cæremoniæ Arbores, & præcipuè Quernas requirebant. Eiuſcemodi erant & Dryopia Sacra quædam profana, quæ in honorem Dryopis Apollinis filiæ ab Athenienſibus, ex Pauſaniæ teſtimonio peragebantur. Ex delibratis illarum Quercuum Ramis impiorum Delubrorum apud eoſdem ſuperſtitiones erutæ videntur. Delubrum (inquit Feſtus) dicebant fuſtem delibratum, hoc eſt decorticatum, quem venerabantur pro Deo. Præcipuam autem fuiſſe eam Arborem circà Ammonis Delubrum, quæ in Deſertis Libyæ conſtituta fuit Plinius teſtatur. Inter Antiquorum Simulacra, & profana Vota marmoream quandam Tabulam Romæ fuiſſe deſcriptam obſeruamus ex Grutero, in quâ Syluanus inter Quercum, & calamum altera manu falcem putatoriam tenens, & altera Ramum cum Cybelæis pomis, ideſt Nucibus Pineis, à dextris ad Altare tibicen canebat adſtantibus duobus alijs, quorum alter canem loro alligatum detinebat: à ſiniſtris item duo alij adſtabant, quorum alter vas quoddam ferens ſuper caput retrò ambabus manibus ſuſtentabat, aliuſq; tandem porcam tergus vittatam ducebat. Inſcriptio inferius hæc erat SACRVM SANCTO SYLVANO. AVG. VOTO SVSC. EX VIS. Ad hanc Superſtitionũ congeriem accedit ſciendum ab antiquis dudum cõſtituta fuiſſe in lucis Sepulcra ob Quercus, quas vndequaq; virẽtes ſub Liberatorum titulo colebant, & eâdem cum fide ſepulcralibus in lapidibus deſignabant; cuius rei fidem facit inſcriptio ſequens Diuione Sequanorum Anno Domini 1598. reperta, quamuè correxit, ſiuè interpretatus eſt Iuſtus Ricquius anno ſalutis 1628. dum literarum humaniorum in eminenti Suggeſtu Bononiæ profeſſor eſſet.

Symphor. Hort. lib. 4. c. 11. *Theophr. l. 5. H. pl. c. 8.* *Meurſ. l. 2. Gr. fer. pag. 97.* *Io. Tzetz. Chil. 9. aſ. 178.* *Lib. 13. & lib. 6. c. 29.* *In manuſc. apud me.*

ΜΙΘΡΗϹ ΕΝ ΟΡΓΑΔ. ΧΘΩΝ ΤΟ ϹΩΜΑ ΚΑΜΠΤΕΙ
ΧΤΝΔΟΝΑΚΤΟϹ ΙΕΡΕΩΝ. ΑΡΧΗΓΟΤ
ΔΤϹΕΒ. ΑΠΕΧΟΤ
ΑΤϹΙΟΙ ΚΟΝ. ΟΡΩϹΤ

IN MITHRÆ LVCO TELLVS CORPVS ABSCONDIT.
CHINDONACTIS SACERDOTVM PRINCIPIS.
IMPIE ABESTO.
LIBERATORES CINEREM MEVM TVTANTVR.

Sic & de Hyellâ ſcribens M. Antonius Flaminius Lucum illi dicatum aſſerit

Flamin. l. 4 Carm. 16.

--- Paſtores tuis hunc manibus
Dicant Hyella Lucum opacum, &c.

Imò & Quercus pro Dijs habere, & illis Sacra ferre non defuit qui non erubeſceret, ſi quando proſperum aliquid Dei ſub ipſis contigiſſet. Quare apud Andream Naugerium legimus *Et Quercum, & Syluam hanc ante omnia Thyrſis amabit,*

Naugner. li. luſuum 7.

Et certo feret his annua vota die.
Dum poterit memor eſſe, quod hac primum ille ſub vmbrâ
Vltima de carâ Leucade vota tulit.

Hinc *Sanctas* Quercus, & *Pias* ex illis conſtantes Lucos cœcè vocabant. Reuſnerus.
Cura Deum Quercus Sancta, Piumquè nemus

Impia inſuper ſuperſtitio fuit illa Veterum colentium Hecatis ſtatuam Quercu coronatam, & pro incantationis habitam amuleto. Querno pariter trunco Hoſtias mactari ſolitas fuiſſe apud Græcos Homerus teſtatur; quod & apud Romanos poſtmodum vſu venit. De Viſco præterea aliquæ ſuperſtitiones apud nonnullos remanſere, in eo vires modo quodam non naturali auitas recognoſcentes, quæ fortè à Druydibus manaſſe auſpicari poſſumus. Hi namq; non contenti amuleticâ ſimpliciter eius Plantæ Querneæ virtute contrà Epilepſiam, Apoplexiam, & Paralyſim, ac contrà fœminarum

Reuſner. in Poma. Poet. *Alex. ab Al. D. G. lib. 4. c. 17.*

A rum sterilitatem, volunt insuper quædam obseruare prorsus improbabilia; lignum nempè secare primâ Lunâ sine ferro, & sine telluris attactu. Aliud itidem nil minus superstitiosum, atque ridiculum inter Democrati documenta recensetur; monet ille, vt ad imbres excitandos caput, & collum Chamæleontis ligno Roboris comburatur. Refert Olaus Magnus Septentrionalium Gentium in more fuisse Regum suorum cadauera nobilissimo apud ipsos frondium Quernearum Rogo demandare, atq; in frondosis Quercubus, tanquam sacris locis, & æternitati proximioribus, suspendere consueuisse. Sub Quercu pariter præclaram sub A. S. 503. erexerunt Ædem Pruteni, siuè Vlmingani Bruteno, qui Regium apud illos Sceptrum reliquerat, Sacerdotium amplexum *Kiric Kirieyto* ipsum appellantes, hoc est *Proximus noster Dominus*. Circà eandem Quercum octo vlnarum in latitudinem, totidemque in altitudinem telam extenderunt sericeam, quam è Quercu femouebant, cum quis oblaturus, vel adoraturus venisset, nefas ducentes alios, præter suum Patriarcham prædictum, paucosquè, & præcipuos munia Idolorum obeuntes sub eodem Tentorio morari, nisi oblaturi fuissent. Perunus Deus ibi adorabatur, & idem erat ac fulmen; quin & coram eiusdem statuâ perpetuum ex B Quercu ignem ardere volebant, capite plectentes ministros, si ipsorum incuriâ extinctus fuisset. Locus Idololatriæ istius erat, vbi nunc visitur oppidum *Neylsgembeil*, quod Prutenicâ linguâ *sancta securis* interpretatur, eò quià sanctam vocarent securim, quæ ligna ad perpetuum ignem prædictum cædebat. Nec eo tempore duntaxat peccatum est in eo genere criminis, & impietatis, sed longè prius à Palæstinis, Phœnicibus, & Arabibus, quos ad Quercum Mambre, sub quâ Abraham Angelos Domini Sodomam punituros obuios habuit, Idololatriam exercuisse tradunt Eusebius, & Sozomenus. Vlteriores priscorum reprobandas fatuitates describere, & nos iam piget, & in illis perlegendis Dendrophylum Anagnostem iam diu pertæsum esse credibile est. Sed macti sumus vtrique; ecce ad abluendum sudorificum puluerem & scribentis, & legentis, Agriæ cuiusdam fontis in Lyceo Arcadiæ monte sese nobis offert Vnda. Videamus igitur quid pro qualitercunq; non coronandis dicam, sed eluendis tot superstitionibus fabulosum potius, quàm historicum de hoc fonte narrat Pausanias. Affirmat ille fontem hunc arcanâ quadam vi Istri augumenta, & decrementa in suis modò tumentibus, modò subsidentibus aquis ostendentem tantæ fuisse virtutis, vt quoties à Iouis Lycei sa- C cerdote post sacri laticis venerationem, & Hostiam immolatam Querneo ramo tangeretur, copiosissimas toties pluuias accersisse solitum; ità vt si quando siccitate laboraretur, sacerdotis manu Querneo ramo agitata illa eadem aqua cogere nubes, longosquè, & semper salutiferos imbres effundere crederetur; istam rem sic prosequitur elegantissimè Balthassar Bonifacius

> *At nudis fluuium pedibus transire Lyceum*
> *Arcades Æditui, plebe sequente, solent*
> *Peruia sit castis de re qua dicitur Agnos,*
> *Pollutisquè negat Lympha pudica viam.*
> *Summus vbi ramo cum Querno mysta vadauit,*
> *Facturus nebulas surgit ab amne vapor.*
> *Nubila tum toto sese diffundere cælo,*
> *Et subitis pluuijs Arua madere videt.*

Superstitionum quià sobolem fuisse apparet Antiquiora Numismata, quæ Ethnico- D rum diuinitatem sibi asciscentium impijs deliramentis adstipulabantur; de Numismatibus ideò Quercuum post ipsas superstitiones vltimo loco tractabimus.

Lib. 16. c. 2
Guagn. in Prussiâ.
Reger. S.T. Tom. 7. in p. 455. Her. p. 470. D.E
Beyerl. l. 3. de vita cōstantia.
Sozom. l. 2. c. 4.
In Arcadic. post med.
Leonicen. l. 1. c. 67.
Merul. l. 3. c. 3.
Musar. l. 3.
Selemn. p. 1. nu. 135.

NVMISMATA.

ASpectu pulchra non sat est obtulisse oculis obiecta visibilia, eaq; cœteris sensibus propius attrectanda grato, leniq; contactu præbuisse, quatenus solidè materialia, vt ea verè appetibilia dicantur; quià internum rationis Iudicium solummodò valet amabilia, & perficientia in qualibet actione determinare. Querneæ placent oculis virentes etiam constanter Coronæ; Folia melligineo rore perfusa linguam demulcebunt, atque leui quadam soliditate tactui blandientur; sed hæc nisi sub appre-

apprehenſione laudis, & Gloriarum ſimulacri à ſupremo interioris diudicationis concipiantur Tribunali, ea exoleſcunt, atque deſpiciuntur. Perpetui ſub ſpecie præmij virtutis aſſumptæ Coronæ ſolidiſſimam cæptæ immortalitatis poſſeſſionem important, & ſi Ære, vel Auro fuerint vallata, Glorioſum perennitate quauis durabilius monumentum erigunt. Eiuſmodi ſunt Numiſmata Ciuilium Quernearum Coronarum effigie inſculpta, Heroicos indeficientes allatura Imperatoribus, & magnis Viris Honores. Celſiſſima Quercus metallica effecta, ſupremam quoq; Humanarum Gloriarum metam attinget, & perfectiſſimam in Orbe terrarum Iouiam poteſtatem, & ceù fortiſſimam Arcem ædificauit. Hercules Alexicacus propriæ clauæ grauitati ſummæ innumera ſua trophæa, totidem Quercus folijs, quibus eadem coronabatur, præſignata commiſit, vt Numiſmatum Querneorũ dignitati nihil addi poſſe confirmaret; quæ propterea Numiſmata tanti fecere Principes, Imperatoreſq; maximi, vt in ipſis vitam, & Imperium prorogaturos ſe poſſe autumarent. Inæſtimabili hoc pretio (quod proprium ſibi facere conſueuit facillimus Animi labor in Amore Virtutis verſatus) emitur famæ felicitas. *Merci pretium ſtat pro Virtute, vt vaneat,* inquit Plautus. Eàdem, vt ità dixerim, Arte, quâ iuſtè, & abſq; omni vitio parantur corporis opes, comparatur & Animi Virtus; nam vt Pythagoricus ille Epicharmus rectè ſentiebat, tanquam ſimpliciter moralis; *Conuenientibus laboribus vendunt nobis omnia Bona Dij.* Lucra iniuſta nunquam dici poterunt lucra, *lucra eſſe lucra credito, ſi iuſta ſint,* docebat Menander. Pecunias ideò non raptas cum Heſiodo, ſed diuinirus datas, tanquam plurimum præſtantes contemplare, mi Lector, Aurumq; Quercu Iouis amicâ ſignatum, quod tibi antiquis in Numiſmatibus doctrinaliter offertur, in moralibus non tantum, ſed & in Phyſicis laudabiliori mediante induſtriâ cape, nobilioreſq; ac pretioſiores vmbras libenter capta. Sequentium igitur Numiſmatum Maſſam verſare, enumerare, atq; introſpicere quoq; pluſquam Phyſicè tibi placeat.

Ariſtot. l. 7. Politicorũ — *Cartar. f. 167.* — *Ouid. l. 2. Faſt.* — *Sympher. Hort. l. 3. c. v.* — *Plautus in milite act. 3. ſc. 1.* — *Ap. Stob. ſerm. 29.* — *Menander in Monoſt. L. 2. operũ.*

Veſpaſiani Aureum Numiſma cum Coronâ Querceâ inſcriptum hoc pacto IMP. CÆS. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COSS. III. S. P. Q. R. PP. OB C. S.

Domitiani Numiſma Argenteum cum figurâ ſtante coram Arâ cum Coronâ Querceâ, quod has literas gerit. IMP. CÆS. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. COS. XIIII. LVD. SÆC. FEC. LVD. COS. SÆC. XIIII. FEC.

Neruæ Numiſma in Coronâ Ciuicâ, ſeù Querceâ literis tali pacto circumdatum; IMP. NERVA CÆSAR AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. S. C. EXVLES. ROMÆ: RED. S. P. Q. R.

Traiani ex Auro Numiſma hæc habens cum Querceâ Coronâ IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI.

Aliud IMP. CÆS. NERVÆ TRAIANO AVG. GERM. DAC. P. M. TR. POT. COS. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI REST. ITAL. Imperator ſtans dextram porrigens fœminæ procumbenti in genua ſupplicantis ritu, duobus puerulis nudis aſſiſtentibus COS. M. V. P. P. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI In Coronâ Querceâ.

Aliud Aureum IMP. CÆS. NER. TRAIAN. OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. T. R. P. COS. VI. P. P. Corona Quercea, in cuius medio S. C.

Aliud IMP. CÆS. NER. TRAIANO OPT. AVG. GERM. DAC. PARTHICO PON. MAX. TR. PL. COS. VI. P. P. S. C. In Coronâ Querneâ, ſiuè Ciuica, in cuius medio S. C.

Aliud AYT. KAIC. NEP. TRAINOC. CER. TEP. M. ΔAK. Auerſa pulcherrima Corona Quercea, in cuius medio caput turritum his notis Ω II. P ⸫ Ε

Marci Commodi. Numiſma M. COMMODVS ANTONIVS AVG. PIVS P. P.

PRIMI
DECENN. P. M.
TR. P. X IMP. VII. } In Corona Quercea.
COS. IIII. P. P.
S. C.

D. N.

A D. N. IOVIANVS. P. F. AVG. VOT. V. MILIT. X. CONS. In Corona Quercea.

In Numiſmate Antonini Philoſophi in medio Coronæ Querceæ hæc inſcriptio legitur. M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIII. VIC. GERMA. IMP. VI. COS. III. S. C. Cum priori inſcriptione S. C. Victoria cum Clypeo ſuprà Truncum Arboris, in quo VIC. GER. *Flauij Iouiani.*

Caput Cæſaris Auguſti in Corona Quercea citrà inſcriptionem CÆSAR. DIVI F. Trophæum nauale.

Aliud. L. MESCINIVS IIIVIR. S. C. Et in Cippo IMP. R. P. IN. AMP. Corona Quercea. Hoc anno Vota ſoluta pro reditu. Aræ, ſtatuæ, & coronæ ex voto poſitæ Auguſto X. & C. Norbano Flacco II. Coſ.

Aliud. AVGVSTVS COS. XI. Caput Cæſaris Laureatum SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS S. P. Q. R. Corona Quercea.

Aliud. AVGVSTVS PON. MAX. TR. P. XXX. COS. III. IMP. XV. PP. VOT. P. SVSC. PRO. SAL. ET RED. I. O. M. SACR. Corona Quercea.

B Numiſma poſt obitum Auguſti cum hac inſcriptione DIVVS AVGVSTVS PATER S. C. Corona Quercea.

AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIÆ M. L. COR. C. AIDO L. SEMPR. ILO IIVIR. In medio Corona Quercea. *Coloniarũ.*

Aliud. IMP. AVGVSTVS P. P. MVN. TVRIA SO. In Corona Quercea.

Aliud. OB CIVEIS SERVATOS Corona Quercea, quam alij duo rami Lauri circundant. Q. ÆLIVS L. F. LAMIA IIIVIR. A. A. A. F. F. S. C. ...., LIBO C. N. ...... IIIVIR. A. A. A. F. F. S. C.

Aliud. OB CIVEIS SERVATOS In Corona Quercea C. M. L. F. CENSORIN. AVG. IIIVIR. A. A. A. F. F. S. C.

IIIVIRI MONETALES SVB AVG. *Triumuirorum Monetalium.*

AVGVSTVS. TRIBVNIC. POTEST. Corona Quercea.

C
M. LICINIVS CRASSVS.
C. CANILIVS REBILVS.
SEX. ÆLIVS CATVS.
P. CORNELIVS DOLABELLA.
C. SILIVS P. F.
C. ASINIVS GALLVS.
C. GALLIVS LVPERCVS.
M. SANGVINIVS Q. F.
L. SVRDINVS.
CN. PISO CN. F.
T. CRISPINVS.
I. CRISPINVS SVLPITIANVS.
} IIIVIR. A. A. A. F. F. S. C.

Ær. TI. CÆSAR AVGVST. F. Ær. ERCAVICA in Corona Quercea.

Aliud. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. SEGOBRIGA in medio Coronæ Querceæ. *Tiberij.*

Aliud Ær. TI. CÆSAR DIVI F. AVGVST. IMP. VIII. SEMP. FRONT. Corona Quercea in medio IIVIR.

Aliud Aur. TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERAT. AED. Corona Quercea.

D Aliud Ær. TI. CÆSAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS TI. AELIO SEIANO Corona Quercea in qua COS.

Aliud Arg. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXXV. DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. OB CIVES SER. S. C. Corona Quercea & duo Capricorni.

Arg. C. CAESAR AVGVST. GERMANICVS IMP. SEGOBRICA. In Corona Quercea. *Caij.*

Aliud Arg. C. CAESAR AVG. CERMANICVS IMP. C. M. HELV. FRONT. IIVIR. in medio Coronæ Querceæ.

Aliud Ær. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. III. P. P. S. P. Q. R. P. P. OB CIVES SERVATOS. Corona Quercea.

Aliud Aureum, in Corona Quercea C. CÆSAR AVG. PON. M. TR. POT. III. COS.

COS. IIII S. P. Q. R. P. P. OB C. S. E

Claudij. Numiſma TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. T. R. P. IMP. P. P. EX S. C. OB CIVES SERVATOS. Corona Coreina, ſeu Quercea.

Aliud Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VI IMP. XI S. P. Q. R. P. P. OB C. S. In Corona Quercea.

Aliud Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VIIII IMP. XVI S. P. Q. R. PP. OB. C. S. Corona Quercea.

Aliud Arg. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XI IMP. PP. COS. V S. P. Q. R. PP. OB C. S. Corona Quercea.

Aliud Ær. TI. CLAVDIVS. CAESAR AVG. P. M. TR. P. PP. AQVAS CLAVD. EX FONTIB. QVI VOCABATVR CAERVL ET CVRT. A MILL. XXXV. ITEM ANIENEM NOVAM AMILL. LXII. S. IMPENS. IN VRB. PERDVC. CVR. In Corona Quernea.

Neronis. Num. Aur. NERO CAESAR AVG. IMP. PONT. MAX. TR. P. P. EX S.C. Corona Quercea.

Aliud Aur. NERO CAESAR AVG. IMP. PONT. MAX. TR. P. IIII. P. P. EX S. C. Corona Quercea. F

Aliud Aur. NERO CAESAR AVG. IMP. PONT. MAX. TR. P. VI COS. IIII. P. P. EX S. C. Corona Quercea.

Galba. Numiſma Arg. IMP. SER. GALBA AVG. S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Quercea.

Nonnulla quoq; Conſularia Numiſmata conſulta neutiquam negligantor. In Nummo Aeneo Gnei Piſonis Calphurniæ Domus Corona Quernea diſpoſita in actu exhibitionis clarè cernitur, in meritorum veluti ſignum ibi locata cum inſcriptione OB SERVATOS CIVES. *Ex Rico de Numiſm.*

Pompei Nummmus cum Coronâ Querneâ cuſa, quâ ipſe Senatus ex conceſſione feſtis diebus poterat ornari, eamque ſolemniter geſtare, & in quâ perpetuus Triumphator noningentarum Ciuitatum debellatarum, & mille Caſtrorum ſubiectorum poterat videri. Hiſce accedunt *Anno ab V. C. 690.*

Epirotici cuiuſdam Nummi inſcriptio ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ in Ære ſculpta cũ Aquila, quę fulmina ſub pedibus ſtrata oſtendat, & ramos duos Quernos in Coronæ modum contortos videt, innuere videtur oraculorum Dodoneorum antiquam præſtantiam, & exiſtimationem, item G *Ex Hierogl. P. Valer. l. 51.*

Nummi duo quorundam Triumuirûm Monetalium ex Ære, Argento, & Auro conſiderandi offeruntur, in quibus Ciuica Corona cum Lauri ramis circumplexis apparet cum inſcriptione. C. GALLIVS C. F. Lupercus IIIVIR A. A. A. F. F. in altero verò L. NEVIVS SVRDINVS IIIVIR A. A. A. F. F.

Adeſt inſuper Imperatorius Nummus C. Caligulæ, vbi Ciuica Corona cum glandibus adiunctas has litteras habens conſpicitur. S. P. Q. R. OB C. S.

In Vitellij Germanici Nummo identidem cernitur Ciuica Corona, in cuius medio literæ hæ ſculptæ ſunt. S.P.Q.R. OB CIV. SERV.

Diuerſis in Numiſmatibus eadem Ciuica Corona apparet, & in quibuſdam Neroni abſque alia inſcriptione dicatis ex S. C. item ex S. C. Nummus Antonino conceſſus ſuem habet fœtam, quæ proprijs catulis vbera ſub Quercu præbet; Quid autem ſibi velit ingens quædam Patina, ſeù Lanx valdè lata in Nummo quodam Cæſaris Augusti, in quo duæ ſtant Quercus, & literæ hæ in quadro poſitæ S. P. Q. R. iacent circa prædictum orbiculare inſtrumentum nunc inſpiciendũ veniret, ni ob illius vacuitatem præberetur æqualiter Anſa cunctis intuentibus proprium proferendi iudicium; Iouijs expectat fortaſſe ferculis impleri, quæ propria Minerua quilibet literaliter condire ſtudeat; nobis non alia viſum aptius claudi ſubſcriptione deberi tractatulum hunc de Querneis Numiſmatibus, quam Glorioſis Feretriæ Quercus Ramis verè coronarijs in Æternitatem, cum ea mihi ſeſe offerat Feltriano in Aureo Nummo Sereniſſimi Franciſci Mariæ Feltrij de Ruuere Vrbini Ducis incomparabilis Virtutum omnium Patris, & literatorum Principis clementiſſimi noſtro hoc ſæculo mortalitate exuti. Et quià glorioſiſſima hæc Quercus prius erecta fuerat in Numiſmatibus Sixti IV. & Iulij II. Ruuereorum Pontificum, ideò referre placet, quæ H

in

A in eandem sub Iulio prædicto perelegāter lusit egregius Poeta Ioannes Antonius Flaminius M. Antonij Pater, huiusmodi

Vana Iouis quondam Quercus tutela fuisti;
Tutor habet nunc te sanctior, & melior. — *Lib. 1. Epi.*

Item *Iulia nunc Arbor facta es. Iouis ante fuisti.*
Quàm veteri nunc est sors tua sorte prior.

Prætereà *Has cole ter frondes, est Arbor Iulia, priscis*
Hac cibus, hac saluo ciue Coronâ fuit.

Adhuc *Iulia sum Quercus; magnum est hoc: maior at ille,*
Qui Cœlo, at Terris par tenet Imperium.

Quæ nunc quoque replicare possumus, dum eadem Feretria Quercus Vaticanum nunc quoque terrenis, atque cœlestibus admirabiliter ditat, & auget Gratijs in Sanctissimo Alexandro VII. Pontifice, Optimo, Maximo, qui inocciduo fulgore gentilitię suæ Stellæ, suprà Montes positæ, quasi *Mons Domini in vertice montium, in quo beneplacitum est Domino habitare in eo:* hanc nobilissimam admisit plantam, vt sanctis hisce in B Montibus fundata, de illâ canere possimus cum eodem Flaminio *Ps. 67.86.*

Hinc cibus antiquis, hinc Ciuis præmia quondam
Seruati; hinc Latio certa petenda salus

Quin & de eâdem visus est præcinisse Hieronymus Faletus, in hæc eleganter effusus

Quercus argutis celebranda chartis
Omnium latos oculos morabor
Nil reformidans hyemis rigores — *Fronde perenni.* — *Falet. l. 11. Poem. 15.*
Plectra quid tantum silucre vestra
Optimi Vates? resonet canorum
Carmen, & Musa redeant priores — *Auspice Phæbo.*
Non semel Ditem fidibus canendo
Thracius mouit, veteresque Thebas
Struxit Amphion, Phrygiaque Paan — *Mœnia Troia.*
Nec semel Rhetor Fabius legendo
Munus è Fisco meruit Quirini;
C *Ambiat vobis populi fauorem* — *Cognita Virtus.*

Et hæc de Quercu, & Robore dicta sint satis, & Dendrologiæ Libri Primi caput primum intelligatur expletum. Nunc ad secundum eiusdem Libri caput exarandum calamus conuertatur, in quo FAGVS ad patulas Vmbras legentium inuitet Ingenia, sub quibus spero, plurimis vniuersalium eruditionū, & particularium itidem Quercus enarrationum intelligibilibus speciebus imbuto duplo acutius, licet minus diffusè dabitur videre. Ad Musas enim veni cum præclarissimo, & eruditissimo Ioanne Augurello paruâ ingenij mei Vrnâ ad hauriendas ex earum fonte lymphas, quibus pro virili partes imas crescentis Quercus irrigaui; Quod sequenti carmine ad multiplicandam benè dicendi occasionē palam vt facerem, Euripidis monuit hoc dictum *Papa, quàm qua ipsis rebus insita bonitas est, semper benedicendi occasionem mortalibus gignit!* Progeniem igitur Iouis in hunc modum hîc vltimò in Quercu compellabo. — *Io. Ant. Flamin. l. 1. Ep. Menede in Monostic. In Libello Iambico carmine 9. Eurip. in Hecuba.*

Iouis Puella, qua profanum limpidis
Arcetis omne fontibus:
D *Solosque Vates haustibus tantis pios*
Frequenter huc admittitis.
Sacras adorans, si licet, lymphas peto
Arctâ pudenter vrnulâ:
Vt rore ad imas irrigem partes leui
Crescentis altè Roboris.
Maiore summas abluent aspergine,
Qui flumina ipsa exhauriunt.
Vos forte ad vmbram sedulus tanta semel
Quercus Camœna visero.
Ac indè pastum glande me pingui Domum — *Remittet hac benignitas.*
Quâ me fouetis semper, & vestro simul — *Completis alma spiritu.*

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRITII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ,
Libri Primi, Tractatus Secundi
CAPVT II.
DE FAGO.

Theoph.l.3. H.pl.c.7.9. 10. Herésbach. l.2.de re R. Diosc.l.1. c.121. Bauh.H.Vn. pl.l.7.c.4. Ruell.de Nat.St.l.1. c.78. Iacob.Dalechamp.H.gener.pl.l.1. Ionston.de Arb. P.Pena,& Mat.de Lob. in Adu.nou. Ruel.de nat. st.l.1.c.76. Io: Bod.in not.& cõm. ad Theoph. Bauh.H.Vn. pl.l.7.c.4. Strabo.l.12 Geogr. Symphor. Hor.l.2.c.2. Bellon. in Obseruat. l. 1.c.42. Io: Bod.in Theoph.l.3 c.10.H.pl.

NOMINA, ETYMON.

SECVNDVM in Glandaria Sylua locum occupet Arbor Fagi; prædulcis illius, & hilaris fructus, pluresque valde similes, & proximæ Quercui affectiones, notissimaque materies, vt de ea fari nunc liceat volunt. Fagus ergò Græcè φηγὸς, seu φαγὸς dicta ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod est comedere, quià Glandibus fagineis antiquissimæ Gentes non omninò insuauiter pascerentur; Hanc Arborem aliqui Grammaticorum filij, vt inquit Bodeus, cum Esculo confundere studuerũt, nuda nominis superficiali quodammodò significatione moti, quod ambæ Arbores hæ ab *edendo* sint dictæ, sed in multis differunt, nam Esculus, secundum Ruellium *Præstat Fago proceritate, sed glande inferior est*. Fagum ὀξύαν vocauit Theophrastus, Scissimani vertit Gaza, quià facile findatur in laminas, cum ὀξύα Græcè sit foliatum, idest quod folium habet, quæ generica satis denominatio alijs fortasse lignis tribui quoq; poterit, vnde non immeritò vocauit Fagoscissimam eandem Arborem Strabonis interpres, vt hanc proprietatem specificã magis redderet Glandis materiem scabram *Phaon* aliqui nominarunt. Phagus à Germanis dicitur *Buchbaum*, ab Arabibus *Chinaos*, aut *Chiachas*, à Gallis *Faux*, *Foutean*, *Fayant*, *Hestre* & fructus illius *Fayne*, à Montbelgardis Arbor *Desate*, & *Desfo* appellatur; ab Hispanis eadem dicitur *Haia*, *Faia*, & *Fax*; ab Italis *Faggio*, e *Faggia*, e *Faggiola*; Respectu natalis loci dicta fuit hæc Arbor *Myson*, nimirum à *Mysia*, vbi copiosissimè nascebatur, nì dicere velimus *Mysiam* à *Fago*, quæ Lydis *Mvon* vocatur, vt sentit Symphor. dictam esse, Oxyam Græcorum nonnulli dicere maluerunt, teste Bellonio, quià Glandem triquetram, pusillam, acuminatam vtrinq; (ὀξὺς enim est idem, ac acutus, subtilis) profert: Fago verò nomen Orni minimè accomodatur, vt perperam tribuit Pandectarius, qui in hoc allucinatus est, quemadmodum illi falluntur qui Cerrum Arborem ὀξύην exponunt, credentes Cerrum idem esse quod *Oxyan*, quos Bodeus vir doctissimus refellit. Historia Generalis Plantarum Lugdunensis *Phagi* non solum vocem cum

A *h* à *Fago* omninò feiunctam, atq; rem diuersam significare vult, illam dicit Esculum, tam marem, quàm fœminam, hanc esse Arborem leniter echinatam in fructu, qui dulcedine, & succo castaneis assimilatur ὀξύας Theophrasti, sed non φηγὸν existimat, sed cũ parum intersit assentiri opinioni huic, vel alteri Lectorum iudicio id relinquemus examinandum; solum addam, quod si Esculus admittatur cum folijs sinuosis, & cum glande caliculata solum, & neutiquam contexta per totum, & nullibi echinata, ipsa referri debebit, aut ad Quercus, aut ad Roboris speciem, & haberi tanquam Drys Hmeris, vel Dryfagria; & ità distinguetur non parum à Fago. Sed omissis de nomine Quæstionibus, tanquam vtilitatem nullam inuoluentibus, sed confusionem potiùs inducẽtibus. ad Denominatorum considerationem accedemus, vt rei, de qua nobis sermo est, exactior cognitio præparetur, vtq; rectum, & integrum de illa ferri possit iudicium, ad quod appetitu quodam naturali feruntur ingenia.

DENOMINATA.

B

Denominationem ritè fieri, dum adest Denominantis aliqua notabilis dignitas docemur ab Aristotele; Vnde Fagus tot Lucos celeberrimos, totq; Numina clarissimè denominans, non erit absq; nobilibus prærogatiuis; Nemora itaq; Fagis referta, quæ Italicè dicuntur *Faggiete*, magnæ sunt considerationis, quemadmodum illa, quæ in meridionali Apennini Iugo quoad nos Bononienses sita sunt, à quibus Australis venti noxæ nobis vtilissimè impediuntur; Romæ olim iuxtà Exquilias Lucus erat Martis, qui *Fagutalis* à Fagis fuit appellatus, teste M. Varrone; In suburbano item Tusculani Agri colle, qui *Corne* propriè dicebatur, Lucus erat Dianæ dicatus *Fagineus* Coma artificiosè tonsili; Ab eadem *Fago* sacellum Ioui *Fagutal* nuncupatum stabat, in quo *Fagus* Ioui sacra ex Varrone intrà decimam Vrbis Regionem visebatur, de quo Plinius in hunc modum scripsit. *Syluarum rectè distinguebatur insignibus Fagutali Ioui, etiam nunc vbi Lucus Fageus fuit, porta Querquetulana.* Fagus insuper Vguccionem *Fagiolanum*, cui Alpestres fuere natales Lucæ, Pisarumquè Tyrannum cognominauit, C cui agrestem non solum originem obijcere, sed militarem fortitudinem cum imperio præsagire poterat in corporea specie perampla; cui alludens Perottus in Elogijs Iouianis sic de illo canebat.

Aristot. Politic.l.8.

Plin.l.16. c.44.

Libro 4. Analog. Lib.16.c. 10.

Quem latis humeris, quem lato pectore spectas.
Quem Martem dicas ore referre truci;
Ille olim emergens obscuro, & paupere tecto
Militiæ primum munera dura tulit.
Fortibus inde ausis, fortunaq; auspice summum
Littoris Etrusci est vectus ad imperium.

Et quam aptè dictus est voracissimus hic miles Tyrannus duas vno in prandio Ciuitates deuorasse, vndè *Poliphagus* vocari poterat; cui *Fagus* conuenientissima nomina tribuent, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, scilicet comedẽdo, dicta, vnde Federicus Scotus meritò cõcinit.

Angelus Perottus Camers in elogijs Iouij l. 1. Viror. bell. virt. insig.

Prandia Lurco senex abrumpere, nuncius aures,
Crebra licet feriat, dum FAGIOLA negas.
Imperio Lucæ, Pisauriq; excidis: aufert
Omniaq; exemplo mensa tibi vna nouo.

Carm.l.5. 30.

D

FORMA, DESCRIPTIO.

Inter Genera Roboris, seu Quercus vniuersaliter sumptæ Latinorum Fagus enumerata, licet à Quercu, & Robore non parum dissideat in specificis; Glandem enim non rotundam, seu teretem, non caliculatam simpliciter, sed triangularem in integro receptaculo, foliũq; non sinuosum habet. Ipsa caudice assurgit crasso, atq; in orbem commoso, recto, magnoq;. Patula, procceraq; admodũ, Abietiq; penè æqualis, folio est tenui, & leuissimo, secũdum Plinium, quod populneo assimilatur, & celerrimè flauescit; plerìq; tamen Vlmo, vel Carpino idem propiùs accedere volunt, quamuis minori sub

P.pena & matth. de Lob.in Adu nou.

Pl.l.16.c.6. & l.24.c.5.

Matthiol. in Diosc.l. 1.c.121.

criſpitudine aliquando lanuginoſæ circunferentiæ, in quâ firmitas cum leuitate, cui nonnihil luciditatis adiunctum ſit obtineatur, deinde color ab initio ex luteo viridis, mox ſatur apparet, aciduluſq; ſapor erumpentia paulò antè æquinoctium folia comitantur Iuli ex multis pediculis rotundi, & ex apicibus luteis concinnati in Iunium vſq; menſem quandoq; perdurantes floridi, villoſi, capræolati, & filamentoſi, cum pallidis, & flauicantibus apiculis. Nullis Fagus horret ſpinis, licet in mediâ perſæpè foliorum parte paruulam producat baccam viridem faſtigio aculeatam. Fagus natura eſt ſylueſtris, ſcabraq;, nemoraq; veſtire geſtit, montoſis creſcens, parum tamen humentibus locis, quæ ſi in plana deſcendat infeliciter ibi viuit; montana candida prouenit, ſed campeſtris nigra, lignum eius parum vtile fabricis. Trunci huiuſce Arboris cortex leuis, interiorq; materia ſpiſſa, dura, alba, maculoſa, parum durabilis in aquis, quamuis credāt aliqui tempeſtiuam madefactionem durationi illius non officere. In Fagino ligno tranſuerſi pectines per pulpam excurrentes perbellè apparent, qui videntur in longitudinem fluctuare, & hinc fortè fit, quod ſquamatim ſcindatur faciliter materia eiuſdem. Radices Fagus nec multas, nec altas agit, verum in ſummo terræ cæſpite percurrentes, quo fit, vt ab Eſculo radices in tartara mittente longè diſtet. Glandes Fagineæ calici baſis rotundæ, ſed triangularis apicis totaliter includuntur, & huiuſmodi calix foris hiſpidus, & ſcaber, non tamen echinatus, iiq; fructus læui, molliq;, cute tecti caſtaneolas oblongiuſculas echino exemptas aliqualiter repreſentant, læuore ſaltem, & colore, ſaporiſq; dulcis pulpa, guſtum parumper adſtringente, illarumquè caſtaneolarum extremitates prædura lapidum inſtar, maſculinitatem Arboris produnt. Fagum breuiſſimè ſimul, & clariſſimè deſcriptam à Cæſalpino ſic inuenio. Cruſtacearum Arborum de genere fructificа Fagus edules habet fructus vaſculis vndiq; tectos, quorũ duo, vel tres, & ad ſummum quatuor Glandis paruæ magnitudine oblongi, triangulares, dulces apparent; folijs veſtitur breuioribus, minuſq; ſerratis, quàm caſtaneæ; excelſa eſt Arbor, caudice craſſiſſimo, & non niſi iugis in Alpium celſioribus prouenit, in Agro tamen Latino ſolitam fuiſſe hanc Arborem excreſcere tradit Theophraſtus, vt illius longitudo nauibus Hetruſcis pro carinâ ſatisfaceret. Germaniæ familiarem Tragus ſcriptor Germanus aſſerit eſſe Fagum, & in altiſſimis ſyluis, loco pingui gigni, vbi quamplurimos durat in annos. Mirum videtur eſſe, quod Iul. Cæſar ſcripſit Britanniam carere Fago, licet materiam aliam cuiuſq; generis ſylueſtrem alat; Terram equidem ſibi peculiariter proportionatam Fagus requirit ad naſcēdum, in quâ Vere nouo foras erumpit, binis per exortum latis, & pinguibus folijs ſuccreſcentibus, quibus alia ſubinde plura ſubſequuntur. Cuius Arboris adultæ fertilitas, pluſquam cæteris in Arboribus alternat, habetq; hoc à temperamento proprio pati quaſdam rubentes, & concauas adnaſcentias pilularum vermiculos in ventre geſtantium poſt pluuiam, quas radij feruentiſſimi Solis ſtatim exceperint; alia obſeruauit in eadem Arbore accidentia præclariſſimus Ionſtonius, nimirum longas, & ſquamatas gemmas, quibus mediâ in Hyeme, omni nudata fronde ſcatet; eæ vnciales oblongæ, inquè acutum pungens deſinentes, dentiſcalpia videntur efformare inuoluta tunicis ruſis, & lucidis, quæ fatiſcentes poſtmodum tenellulis emergentibus folijs nouis locum in Arbore cedunt cadentes; Sed hîc duxi ſuperſedendum ab vlteriori deſcriptione Fagi, cum eius Arboris Hiſtoria pluribus difficultatum inuoluta videatur ambagibus apud Botanicos, vt optimè adnotauit Bauhinus ſic ſcribens. *Tanta eſt porrò, atq; confuſa Autorum, & Modernorum potiſſimùm herbariorum in huius Arboris deſignatione confuſio errabunda, vt ex eorum hiſtorijs ſtudioſi inuoluantur potius quàm definitam, & certam cognitionem addiſcant.* Cedo libens tamen Penæ, & Lobellio, qui Caſtaneam equinam Fago propiorem, quàm Caſtaneæ fecerint, cum hiſpidum illa, ſed non ſpinoſum gerat echinum; Ionſtonumquè ſimiliter comprobabo Fagiformes Indicas Arbores indicantem, & primò Arborem in Carthagena naſcentem materia molli, ſpongioſa, & facilè combuſtibili. Secundò Arborem Sinus S. Auguſtini fructu, id eſt nucleo fabæ magnitudine, atq; etiam multò maiore ſiliquato noxio, & venenato, nimium equidem recedente à noſtratis minimè noxia comeſtibilitate Fagi. Sed difficultates haſce Faginis Epithetis contegamus.

Theophr. l.3. H. pl. c. 9.
Ruell. de nat. St. l. 1. cap. 78.
Andr. Caſalp. l. 2. c. 3 de pl.
Lib. 3. c. 72.
Lib. 5. de bello Gall.
Pl. l. 16. c. 6.
P. P. in Adn. n.
Bauh. T. 1. H. vniu. pl. lib. 8. c. 4.
In Aduerſ. nouiſ.

A

EPITHETA.

Non ex eo, quod magnum sit aliquid, illud est bonum, vt docebat Plato. *Magnam* ideò, & *Excelsam* dicemus Fagum, sed non æquè Bonam, licet illam ad multa Bona cognoscamus idoneam. Hinc istâ de Arbore loquens Carmeliticus Vates, laudem *excelsitudinis* temperabat interpositâ *rugosi* corticis memoriâ, quum *Plato in Phædro.*

— EXCELSÆ RVGOSO IN CORTICE Fagi. *Bapt. Mant.*

Mentionem habebat, imitatus Homerum, qui illam ὑψηλὴν, idest *sublimem* cognominauit, vbi cecinit

φηγῷ ἐφ' ὑψηλῇ πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο *Hom. Il. ε.*

Quem in sensum ὑψίκομον, id est *alticomam* pronunciarat eandem Orpheus:

Ὑψίκομον, ποτὶ φηγὸν ἐπεσσύμενοι πρ ἰδέσθε. *Orph. in Argon.*

Vt *ALTA que Fagus* à Virgilio dicta est, atq; ab eo qui cecinit

B

Aut qualis sociâ viduatus compare turtur, *Balth. Castil. carm. l. 1. in Alcon.*
Quam procul incautam Fago speculatus ab altâ
Immisit calamo pastor deiecit acuto.

Quod in causâ fuit, vt *celsa* à Lazaro Bonamico vocaretur, dum habuit *Laz. Bonã. Carm. l. 2.*

Has Fagos inter CELSAS assurgit in auras,
Et latè gelidam Pinus obumbrat aquam.

Quibus insistens arbiter Etruscæ Lyræ Petrarcha, *frondosam*, & *ingentem ramis*, ac *altissimam* hanc Quercus speciem appellabat. Σκιερὰν ideò, nempè *opacam*, vel *vmbrosam* cognouit Fagum Theocritus modulatus— Σκιερὰν δ' ὑπὸ φαγὸν *εἰδ. ις.*

Αἰλίν φρύγλοιος ἰδοιμόρος ἰδραμον ὤς τις.

Quæ qualitas cum in æstate sit grata, hinc factum est, vt *iucundam*, siuè *amabilem* hanc Arborem assereret Orpheus, ἐρατὴν appellans eo carmine

Ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδόθεν κατεφαίνετο φηγὸς ἐρατή. *In Argon.*

Nec diuersimodè sensit Homerus, cum *elegantem*, seù *perpulcram* protulit, περικαλλέα testatus Εἶσαν ὑπ' αἰγιόχοιο Διὸς περικαλλέϊ φηγῷ. *Il. ε.*

C Cuiusmodi esse debebant Græcæ illæ Fagi, ferro per multa secula intactæ, quas à superstitioso natali solo *Chaonicas*, & *Dodonides* dixerunt Orpheus, & Apollonius. Iste scriptum relinquens *Apoll. Arg. lib. 1.*

Στεῖραι Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Ille Χαονιὴν ὑπὸ φαγὸν ἀμειψάμενοι... *Orp. in Arg.*

Hæ præsertim vegetabant Ioui, cuius erant in tutelâ, non aliter ac Quercus, & Esculus, vndè *sacra* quoque dici meruerunt. Ἱερὴν ideò Fagum indigitauit idem Orpheus in Argonauticis itidem canens Ἀμφ' ἱερὴν φηγοῖο δ' ρας χρύσειον ἔλαμψε.

Sic & eiusdem Arboris *crassities*, & *robur* celebratur ab Italicis Anguillariæ, & Areosti Musis, illâ canente

Dal Sole in vna selua si nasconde *Met. 2. 187.*
Di GROSSI Faggi, e d'eleuati Cerri.

Et istâ *Ch'à l'ombra di due monti è tutta piena* *Furios. 14. 92.*
D'antichi Abeti, e di ROBVSTI Faggi.

D Sic & ingens illius moles, & brachiorum latissima expansio Arborem VMBROSAM, & PATVLAM declarat, Musasq; protegere videtur, quas ad cantum inuitat, vt in Bucolicis apud Virgilium habetur. *Virg. Bucolic. in fin.*

Tityre tu patula recubans sub tegmine Fagi.

Itemq; *Tityre te patula cecini sub tegmine Fagi.*

Ætas insuper Fagi productissima *Veterem* illam haud perperam pronuntiat, sic *ad Veteres Fagos* canebat Latinus Homerus. Hinc inter Italos Hector Ninus in traductione tragœdiarum Senecæ, & scilicet in Hippolyto *Annosam* iuremerito dixit hanc Arborem *Seneca in Hippol. 2. 1.*

Quiui i queruli angelli in dolci note
Fremono, e i rami da soaui venti
Tremou percossi, e in vn gl' ANNOSI Faggi.

Et magnæ propterea censuit hanc Arborem esse auctoritatis vterque ex historiæ firmita- *Tit. Liu. 4. Dec. l. 4.*

mitatis argumento *Veteribus standum est, nisi qua vsus euidenter arguit*. Et quoniam plures grandioribus rebus indidit natura difficultates, itá Fagus *Ardua* dicta est, *Rugosa, Brachiata, Sacrificialis, Egelida.* E

Theocrit. Eidyl. 19.

> *Quam properat sudans calido sub sole viator*
> *EGELIDAM ramos Fagi pendentis in vmbram.*

In Titanopæia.

Annosam eruditissimè confirmauit Ioannes Baptista Laurus

> *Scrutatur Syluas, Phrygiáque haud cessat ab Idá*
> *Ernere ANNOSAS truncato stipite Fagos,*
> *Fraxineasquè Trabes, &c.*

Propterq; suam hanc magnitudinem, rigiditatem, &, si dicere fas sit, tetricitatem insensilem insociabilis dici, & haberi promeretur Fagus; nam cæteras Arbores in amplexus nunquam admittens, nec Illas permittens in propinquo viuere, totum alijs eripit Solem, & cum ipso vitam adimit Hospitibus plantis, si quæ contigerit infelicia natalia reperisse non longè ab eiusdem sedibus; Hinc Fuluius Testius elegantissimè illam *innubam* protulit

Poes. 3. Lyr.

> *Sol cari, è Sol graditi*
> *Son gl'ombrosi Cipressi, è gl'infecondi*
> *Platani, è i MAI NON MARITATI Faggi.* F

Sunt enim Arbores maximè *syluestres*; quod & cognouit qui τὰς ἀγριάδας cognomento Fagum est prosec utus

Apoll. l. 1.

> Φηγοὶ δ᾽ ἀγριάδες, κείνης ἐπισήματα μολπῆς

Non ideò indebitè λασίην, id est *hirsutam* innuebat Nicander in Theriacis;

> Ον ποτε Παιήων λασίῃ ὑπὸ θρέψατο φηγῷ.

Huc propterea reuocari possunt Epitheta illa, quæ Fagum *nigrantem*, & *horridam*, *ac grandinibus petitam* denotant, quippè κελαινὴ Lycophroni, & χαλαζαίην Orpheo canentibus. Illi

Io. Gassend.

> Φηγοῦ κελαινῆς διπτύχων ἔσω φθορεῖ.

In Arg. Isto

> Χρύσεον ἠώρητο χαλαζαίῃ ἐπὶ φηγῷ

Sed iam Symbolicis Moralitatibus Epitheta maritentur.

SYMBOLA, MORALIA. G

D. Chrysost. super Io. Hom. 41.

Solitudinem non ineptam Philosophiæ Magistram plures agnouerunt, & experti sunt Cultores eremorum, qui sanctimoniæ, atque doctrinę insignis diuites euaserunt. In syluis ligna docebunt te, quod à magistris audire non possis: mellifluus vnusquisque sic alloquebatur Bernardus; nam inter solitudines, & vmbras cor loquitur, cor audit. Fagus ergò vmbrosissima Arbor syluestribus, solitarijs, & editis in locis tantum nascens, speculationum prænobile fit symbolum, ex quo benè viuendi, benèq; moriendi deduci possunt argumenta, quæ inter densissimas vmbras fiunt clarissima, quò se recipere toto animo valdè præstabit, prudensque non modicum ille dici poterit, qui huiusmodi amabit vmbras, illius adinstar Bucolici.

Anton. Ricciard. com. symbol. lit. f

Virg. Egl. 2.

> *Tantum inter densas vmbrosa cacumina Fagos,*
> *Assiduè veniebat.*

Nam, vt cecinit Ioannes Ant. Flaminius

In Insigni Io. Bapt. Butrigarij Bonō. pag. 254 Cos. 90.

> *His tegitur felix ramis quicunque, nec æstus;*
> *Nec pluuias, duram nec timet ille famem.* H

Cum lemmate autem TVA SVB VMBRA Fagus apud Perciuallum symbolum est Animi confidentis se quidpiam assecuturum ab aliquo, sub cuius protectione viuat, vndè si per illam, vt Ethnico quondam Ioui sacra erat, veri Dei symbolum exprimere volucrimus, prædictorum schemate habebimus vndè testemur nostram in illo spem infallibilem, cum sub illius protectione nos habitare declaremus. Fructus porrò ipsius Fagi apertissimo pro Scripturæ Sacræ symbolo sumi potest. Ille est Glans triquetra, intus habens medullam mollem, albam, suauem, & delicatam, maximè nutritiuam, & à multis animalibus expetitam, extrà verò tecta quadam asperitate. Haud aliter Scriptura Sacra corticem habet literæ exteriorem, vel sensum historicum simpliciter rudem, & asperum, quo solo si quis vti vellet, animam de facili occideret; & medullam

Berchor. reductor. moral. l. 12. c. 57.

S. P. 2. cor. 3

A Iam myſtici ſenſus Motalis, & Allegorici viuificantem, nam intimus illarum intellectus ſuauis, mollis, & delectabilis pio cordi efficitur, & ità triangularis dignoſcitur, & ideò viri deuoti, & contemplatiui, & quicunque vitæ inhiant ſpirituali, dum trinis delectantur internis expoſitionibus, ij egiegiè nutriti in Animâ per correctionem, & meritis impinguati, diuiniſq; benedictionibus maiores effecti, earundem ſcripturarum fructum dulciſſimum experiuntur, illudq; Canticorum dictum extollere vbiq; valent *fructus eius dulcis gutturi meo*, quo mediante totus homo ſuis in operationibus facilis, benignus, & ad omnia opera pia exercenda promptiſſimus apparet, quemadmodum Fagi lignum elaboratum optimè ſcinditur, dolaturquè, & in Artificioſa perbellè vertitur inſtrumenta; & cum huiuſmodi lignum materialia non tam vertatur in inſtrumenta, quàm in emblematica literaria tranſeat, Fagæa hîc præſto ſint Emblemata.

Cantic. 2.

EMBLEMATA.

B Finem ſuper omnia penſandum, Deus, & Natura fruſtrà nihil vnquam agentes, nobis in omnibus vitæ operibus, atquè momentis proponunt. Vnus enim hic eſt præcauendorum ſimul, & euadêdorum errorum trames. Hinc Legatus noſter, quo caneret, habuit. *Cum duo ſint tantum noſtra rapidiſſima vitæ*

Lib. Moral.

Puncta, dies ortus, extremaque funeris hora,
Nos quoque debemus ſuper omnia diſcere mortem
Oppetere, & mortis ſub imagine ducère vitam,
Dum quaque aſpicimus ſunt nobis ſymbola mortis.
Fluxile quandoquidem eſt quicquid ſub Sole creatum eſt.

At ò quam paucos tenet hæc meditatio! Viuimus ac ſi fuiſſemus æterni, & (proh cæcitatem!) non videmus nos quotidie ſenſim emori. Nec cognoſcimus, quod ſi viuendo morimur, poſſumus quoq; moriendo æternum viuere. Saluberrimam hanc mortis cogitationem nobis inſinuabat aurea Muſa Ioannis Kreihing Emblematicam deſcribentis ſyluam multigenarum Arborum plenam, quarum aliæ ſucciſæ ſunt, aliæ ſuccidendæ C virent; Motte interea veteri FAGO, & aridæ ſecuri proſternendæ intentâ, excîſis ad virentes apologicè dicentibus NOS QVOQVE FLORVIMVS, cæterum.

Ad vos mox veniet, iam nos preceſſimus, ordo.

Emblema 7

Indè *Qua ſteteram in ſyluis longè pulcherrima Fagus*
Per loca læta meis conſpicienda comis.
Qua crebrò æſtiuas fregi paſtoribus auras,
Cum traheret reſonum fiſtula rauca nemus.
Sub cuius denſâ requieſcens fronde viator
Inceptum feſſus ſæpè refecit iter.
Nunc vetula impactâ ſuccidimur, ecce, ſecuri,
Et meriti ratio nulla prioris adeſt.
Sed defloruimus; flos nanque erat ipſe caducus;
Nunc quoque cedo alijs tota reciſa locum.
Quod mihi contingit, cunctis continget in orbem,
Proxima lignatrix iam mihi ligna ſecat.
D *Ad vos & properat, qui nos modo tranſijs, ordo*
Qui nunc vos ornat, floſque caducus erit.
Viuite me melius quotquot durare poteſtis,
Pluſ faueas vobis, quam mihi ſylua locum.
Sed moneo, veſtro nimium ne fidite flori;
Mox inopinato tempore ſiccus erit.
Veſtra tegant etenim ſpatioſum brachia fundum;
Frondibus & veſtris temperet vmbra diem.
Sitis amor volucrum; veſtroque à culmine ſiluâ
Aligerum varios reddat amœna ſonos.
Quin auium in denſis ſaliens plebs plurima ramis
Extruat in veſtris plumea tecta comis.

Pro eſte, vel eſtote.

Deniquè ſyluoſis ſitis celeberrima campis
Gloria; Hamadryadum, deliciæque choris.
Vos tamen haud quicquam præconia tanta iuuabunt:
Non fuerat veſtro noſter honore minor.
Et tamen occidimus; res hinc diſponite veſtras;
Mortis enim cuncta cadua ſylua ſumus.

E

Hæc animo voluere vera eſt Philoſophia, propter quam aduerſa quælibet in Mundo euentura deſpicimus melius, quàm per humanam illam Philoſophiam, cui, veluti per Fagum Emblematicè deſignatæ, Benedictus Varchius ſe Fago comparans hæc cecinit.

l. 1. Ep. 16.

Quod vanas Vulgi voces, quod crimina falſa,
Quod conficta ſuum carmina in opprobrium:
Rideat, & nullo moueatur flamine, nullis
Ictibus, Alpinis FAGVS VT ALTA iugis.
Hoc tibi iam pridem Sophia ò Sanctiſſima debet
VARCHIVS inſignem clarus ob inuidiam.
Prætereà Placuiſſe Bonis, vt gloria ſumma eſt;
Sic aliqua eſt Virtus, diſplicuiſſe Malis.

F

Hæc eſt animi Integritas, quæ non ſolum odit, ſed & arcet malignos. Hac ideò confiſus Horatius canebat.

Lib. 3. od. 1.

Odi profanum vulgus, & arceo.
Fauete linguis

Eiuſcè quippe cenſus Homines per vitia repentes, Virtutis integritatem refugiunt. Hos idcircò Serpentibus Fagi propinquitatem ferre impotentibus meritò comparabat erudita Laurentij Legati Muſa, quùm alexipharmacam iſtius Arboris vim perpendens, quâ non tantum partes eiuſdem venenis reſiſtunt; ſed & vnicus ramulus.

Contactu ſolo torpentes efficit Angues,

Emblema inſtituit ex integrâ Fago, à quâ, dum tutè obumbrat homines, quos & glandibus aluerat, fugiunt ſerpentes, cum Græco lemmate — ἀποσαδὸι ἴτε πονηροί. nimirum — PROCVL ESTE MALIGNI.
ad imitationem Orphei, qui cecinit.

G

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοις.

Ideſt *Sancta quibus Themis eſt, loquar his: procul eſte profani.*

Et illud hunc in modum expreſſit.

Lib. 2. Embl. 9.

Eſte procul Colubri, repentia fulmina Mortis,
Non patitur veſtras Fagea Sylua moras.
Ite procul: veſtrâ nihil eſt, quod inhorreat irâ,
Sub patulo Fagi tegmine quiſque cubat.
Quæ ſapidâ iam Glande Viros celeberrima pauit,
Aurea Saturnus Rex vbi ſecla daret:
Illa eadem veſtris Homines, viroſa propago,
Nunc quoque ab inſidijs, quo tueatur, habet.
Sic Animi Integritas odítque, arcetque malignos,
Et tutâ infantes dat requiete frui.

Quæ vt ſolidius mentibus noſtris inſigantur, tranſibimus ad Vanitates omnes ſugillandas.

H

VANITATES, ET SVPERSTITIONES.

NVllo fine, nullaq; ratione confinxiſſe antiquos eſt dicendum, quod à ſuis illis pſeudonuminibus Simpuuia lignea, ideſt ſacrificalia vaſa Vino plena deguſtarentur; *non videt ipſos Deos, quando volunt guſtare vinum, deripere ad hominum fana, & tamen tum ipſi illi libero ſimpunio inuitantur*; Hæc iure meritò deridebat Satyricus. *Simpuuium ridere Numæ.*
adeò vt Sacrificales Gutti ex cortice Fagi nihili debuiſſent pendi, nonnullis licet à Nationibus, ita vt vnicum ex hiſce pretioſiſſimis aliqui prætulerint ſpolijs, quemadmodum ma-

Varro. Non. Iuuenal. ſa. Al. ab Al. D. G. l. 4. c. 17.

A magnificit Marius Curius, qui iurauit se prædæ nihil attigisse, præter Guttum Faginum. Superstitiosæ vanitatis argui quoq; poterat Numa Pompilius, dum Pani sacrificaturus Fagineum Ramum intonsis crinibus obuolutum inaniter gestaret. Superstione quoq; non carebat Amores in Fagis à Pastoribus incidi, quorum mentionem fecêrunt Ouidius, & Propertius. Ille scriptum relinquens. *Plin. l. 16. c. 39.*

Incisa seruant à te mea nomina Fagi,
Et legor Oenone falce notata tuâ. *Ouid. epi. 5.*

Iste *Vos eritis testes, si quos habet Arbor amores*
Fagus, & Arcadico Pinus amata Deo.
Ah quoties teneras resonent mea verba sub vmbras
Scribitur, & vestris Cynthia corticibus. *Prop. l. 1. eleg. 17.*

Et hanc ad rem Nemesianus. *Nemesian. Ecl. 1.*

——— *Iuuat Arbore sacrâ*
Læta patefactis incidere carmina Fagis.

B Cui concinens Naugerius, & ipse modulatum reliquit. *Andr. Nauger. lusu 20*

Te Rupes, te Saxa, caua te maximè Pastor
Conualles, nemorumq; frequens iterabit imago,
At verò nostris quacunq; in saltibus vsquam
Fagus erit, vt quæq; suos dant tempore flores;
Semper erit varijs ramos innexa coronis,
Inscriptumq; geret felici nomine truncum.

Nec tantum pro chartâ Fagus inseruiebat Pastoribus illis, vt siluestres inciderêt versus, sed etiam pro fistulæ repositorio. Hinc apud Accoltum est legere de quodam Pastore. *Bened. Accolt. lib. 1. epig. 4.*

Hic suspensâ altâ pendebis fistulâ Fago
Musarum dulces promere docta sonos.

Superstitiosum porrò, & ad minus deridendum est illud, quod nonnulli tradunt ex Hastulâ faginâ, quæ secta fuerit ipsa Sanctorum omnium sacrâ die multa prædici posse; nam dicunt isti, si calida deprehendatur, Hyemem fore calidã, & si humida, idem tempus frigidum prænotari. Aequè vanum erit asserere muriũ turmas, ex remotissimis vsq; C Regionibus ad Fagos conuolare; vnâ etenim Fagus ad horum Animalium exterminium vasta in Regione aliqua sufficeret, in qua Aesculapij fortassis Draco, qui in Caua Fago enutritus perhibetur, illos allicere non absimili commento posset. Goropius tandem parum solidè tradit Ionij saltus incolas affirmare Fago in propria tellure nascente cæsa ex illius visceribus Betulam prodire, & ex vna aliam diuersissimam Plantam fieri. Sed Fagi syncera ostendantur alimenta; vsusq; medicinales secundum naturam aperiantur. *Tragus.*

VSVS IN ALIMENTIS.

ARcadica non modò, sed vniuersa Glans Fagina suam à me deposcit, & flagitat nobilitatis fidem; ea nanq; Pelasgum habuit, qui à stirpibus olim, Arboreisq; frondibus esitandis Gentes retraxit, commendabilissimumq; præ cæteris fructibus cibum eandem proposuit, pro quâ Reusnerus Poeticâ Echo gratiosè canebat. *Pausan. in Arcad.*

Fagina Glans Homini fuit antè, an Vesca Inglans? Glans. *In Pomar. poet. Reus.*

D Hominibus quidẽ gregarijs Quercus æq;ac Fagus alimẽta suppeditabãt, vt Poetæ plures testãtur. *Glande Patres aluit Quercus, Fagusque vetustos,*
Sed modò non cibus est, proficit vmbra tamen. *Claud. Minos. in epig. ex Stengel.*

Verum Heroes Glandibus libentiùs Faginis vescebantur, quod Reusnerus idem pro comperto habuit.

Glande sua quondam magnos Heroas alebat,
Cura Deûm, Fagus sancta, piumque nemus. *In Pomar. poet.*

Hinc Troades Fagum in suo Ilio diutissimè religiosam aluere, tanquam panis, licet agrestis, nobile rudimentum. His primis Hominum delicijs Platoni frui perplacuit, dum Fagineæ glandes sub prunis rostæ illi pro Bellarijs inseruiuere; Eidem porrò Fagineæ Glandi non parum debere se faterentur obsessi Homines in oppido Chio, qui cõtrà Hostes haud infeliciter indurere huiusmodi cibo diù victitãtes. Iones similiter à Romanis *Volaterr. in l. 16. Philol. Seru. Maur. Goropius.*

post-

postquam defecissent à Gneo Pompeio in fugam versi, dum ad propria remearēt, Glande Faginâ egregiè nutriti, teste Oppiano, Fagineum laudibus extollerent alimentum. Glandis Faginæ vim vtilissimam nos docent sues semper ex eâ hilares, quorum carnem sapidissimam, coctibilem, ac leuem, & vtilem stomacho humano ipsa semper reddidit. Quem ad sensum in Poetico Reusneri Pomario habemus. E

Id. Pl. l. 16. c. 6.

Reusn. in Pomar. Poet

Mole suâ est ingens Arbor nemorosaquè Fagus
Pingues carne sues Glans, hilaresquè facit.

Quod cum non præstet Glans Cerrea, concludendum est meliorem esse Fageam. Hinc apud eundem Reusnerum.

In Penu. Po.

Saginans porcos, solidam Glans Cerrea carnem,
Sed duram (præstat Fagea nempè) facit.

Et de hac forte intellexit, cum retulit.

Mammarum de Glande ferunt præstare suillas.

Murium item, Gliriumque Turdorum, Merularum, Columborum, Ferarumquè multarum sagina exquisitissima semper existit, vt in Carneolæ, Stiriæ, Carinthiæquè syluis clarè patet, id referente Mathiolo. Sed eius quoque Glandis nucleus, nucleis pineis, vel amygdalis dulcibus non multò inferior, multis adhuc in Regionibus, & delicatioribus in his seculis esca fit expetita pauperculæ plebi, tam in calidis, quàm in frigidis climatibus diuersanti, ex quo nucleo copiosissimum quoque, & optimum exprimitur oleum, pro condiendis non solùm agrestibus cibis, sed ad lumina etiam lucernarum nobiliora, & multò clariora, quàm cum cæteris oleis efficienda aptissimum. Per quam optimo igitur iure Fagus dicta est a verbo Græco φαγεῖν, quod est comedere. Sed in hoc quoque sobrietatis obliuisci minimè oportet, quia copiosius, quàm par sit, assumptus hic cibus, caput petit, & cerebrum turbat, veluti lolium infelix, somnumquè inducit noxium, ebriorum somno similem; sed debitis modò, & temporibus vsurpatus iucunditatem auget, & voluptatem maiorem facit; & eò magis hoc fit, quia naturalis illius facilitas labores panificij frugum valdè anxios, & operosos ostendit, vndè Neotericus ille eruditus etruscorum huius æui Poetarum facile Princeps elegantissimis suis cecinit in Epigrammatis. *Chaonia postquam Glandi successit arista.* F

Dodoneus pempt. M. de Lobell & Adu. n. p. 433. Porta mag. nat. l. 4. c. 25

Democ. ap. Stob.

Ioseph. Bap. centuriâ 2. epigr. 52.

Res est solicito plena labore cibus. G

VSVS IN MEDICINA.

Qvàm benè Platonis in Charmide, vel de Temperantiâ medicâ præceptâ locum hîc habere videntur, nam de medicamento nos verba facimus temperatissimo, & maximè vniuersali, quod est Fagus, omnes non solùm sui partes ad medicinam facientes habens; sed cum nulla excedenti qualitate, tam actiuâ, quàm passiuâ ex primis elementaribus. Alexipharmacam tamen præ reliquis virtutem Fago tribuere Scriptores ferè cuncti, inter quos Plinius, Constantinus Cæsar, Plutarchus, & Ruellius enumerantur, ita vt experimentum minimè periculosum timeri possit circà decoctum foliorum, fructuum, vel corticis Fagi, vel succum eiusdem Arboris assumendum pro toxici curatione internâ, aut extrinsecus illinendum pro serpentum plagis sanandis. Sigillatim verò consideratâ hac Arbore in ordine ad medicinam, Folia occurrunt in primis, quæ commanducata Gingiuarum, Labiorumquè vitijs succurrunt, hoc est asperitatibus, atque doloribus earundem partium. Tusa eadem folia, tritaquè, atque imposita tumores, præsertim calidos discutiunt, torpentiaquè membra corroborant, nam facultate pollent refrigerandi, cum modicâ adstrictione, & ideò incipientibus omnibus inflammationibus vtilissimè applicantur. Aqua intra cauos Fagorum truncos retenta Hominum, Quadrupedumquè scabiem, & impetiginem, lichenasque simplici lotione sanat. Glans ipsa Fagi solitariè accepta nonnihil obtinet caliditatis, cuius pars interior dulcis, cum leui quadam adstrictione calidiuscula, & aliqualiter humens vim habet, quomodocunque in vsum deducta, renum dolores ex calculo mitigare, arenulasquè protrudere; eadem seruata, in cineremque versa, mixtaq; suillæ axungiæ lumbis apposita calculos minuit, & expellit; sed dum Plinius scribit hoc pacto *Calculis Glandis Fagineæ cinis illinitur*. Clarissimus Mercurialis putat legen- H

Pl. l. 24. c. 3. L. Cæs. l. 15. capite 1. Plut. A. sym. Ru. l. 2. c. 58 Ruel. l. 1. de nat. c. 78.

Tragus l. 3. cap. 72.

Plin. l. 24. capite 3. Mercurial. lib. 2. var. lect. c. 8.

A gendum esse *Callis*, non *Calculis*, cui adstipulari videtur Guillandinus, fortè quià subiungit Plinius de cinere eodem *item tum melle Alopecijs*, *&c.* ita vt de affectibus tantū extrinsecis fuerit locutus, ad quos respexisse quoque visus est Castor durantes his versibus medicas Fagi vires breuissimè complexus

Castor Dur. f.176.lit.f.

> *Gingiuas, & labra iuuat, vitia inde repellens*
> *Fagus, confirmat torpentia membra, tumores*
> *Exiccat, crines denigrat, & illita confert*
> *Profluuio crinum, &c.*

Sed omissis disputationibus, atq; difficultatibus circa vires huiusce Arboris, morborum internorum præcipuè sanatrices, cum hæ nonnisi rarissimis ab obseruationibus eruantur medicas Fagi Vires claudat Virtus illius cōtrauiperea, nam, vt Ruellius grauissimus Botanicus scribit absolutè *Vipera Faginei Ramuli ictu, vel oblatu cohibetur.* Morbos tamen, quibus hæc Arbor obnoxia deprehenditur, nosse, atq; curare cum expediat Dendrosopho, de Morbis Fagi, eorumq; remedijs proximè agetur.

Lib. 2. de nat. stirp. c.85.
Plutarch. i Symph.

B

MORBI, REMEDIA.

Affectionibus præter naturam, quibus cæteræ tentantur congeneres Arbores, obnoxia cum reperiatur Fagus, iisdem quoq; releuabitur præsidijs superius expressis in Quercu, & Robore: inter proprios autem Fagi Morbos recensentur virides quædam baccæ, seù verrucæ concauæ in parte superiori, & in mediò foliorum prituberantes, paruæ quidem, sed aculeatæ in ipsis cacuminibus, quæ cum proueniant ab humore superfluo bilioso, idest calidiusculo scarificatione aliqua, & euentatione Arbor indigebit. Vermiculi porrò innascuntur pilulis morbosis Fagorum ob æruginosas leues pluuias in æstate media medios inter exurentes soles guttis perniciosis vrentibus inficientes folia, quorum curatio alia esse non posset quam pulueris contra vermes inspersio. Nascitur præterea Fungorum quædam species in Fagis, quæ peculiarem formā, & vsum habet valdè differentem ab alijs, vt videre est in primâ sequentis paginæ figurâ.

C Hicq; Fungus Strigiliformis dici potest ob vsum quem præstat strigilis, seù pectinis, hoc est ad detergendum, & detrahendum sudorem, & sordes in Balneis, cuiusmodi Veteres vtebantur, ad leniter radendas excrementitias omnes corporis accessiones, leuesq; fluxiones deriuandas, seù reuellendas in frictionibus; hinc Persius,

> *I Puer, & strigiles Crispini ad Balnea defer,*

Atq; ad extrahendum de capillis furfures, strijs illis mediantibus mobilibus in summo, sed in imò solidis, quarum interstitia caua, tortuosè tendentia, & quandoq; discontinua abradere sordes, simulq; recipere apta nata cernuntur. Eadem Fagus Musco quodam dicitur infestari, qui vocatur Bryon communiter, & propius Anthelos, & dici potest morbus in mala conformatione exeuntis mutati; nam muscosa hæc efflorescentia villosa, vt in figurarum alterâ ex duabus hîc exhibitis liquet, minutissimarum ad instar radicum è ramis Arboris Fagi erumpens, & ex superflua quadā humiditate, cui subtilis terrestreitas adiuncta sit, dependet, quæ fluens ad cutem, eamq; peruadens, & penetrans foras propulsata successit, & formam illam capillaceam acquirit fluxilem, mollem, fragilem, cedentem. Antheĺosq; ita fortassis appellatur, quià producatur morbosè

D locis in vmbrosis, & à sole auersis, atq; remotis; nam vox Græca ἀνθήλιος significat quidquid soli oppositum est; adeò vt Muscus hic dici possit priuationis Lucis filius. Cui Morbosæ constitutioni non alio obsisti posset pactò, quam internis correctionibus Alimenti, quod succedere faciliter posset copiosæ aquæ ad radices affusæ, sed in profundiorem locum deriuandæ. Ad eos modò transeamus vsus Fagineos varios insinuandos, qui solemnes montanis rudioribus hominibus minutiores computantur in reditus, de quibus illud Ouidianum proferri potest.

Ouid.l.2.de Ponto.

> *At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit*
> *Vtile sollicitis computat articulis.*


Fagi

E

Fagi Fungus Strigilis vſum præbens.

Artemidor. l.1.de ſomn. interpr.cap 66.
Plin. l. 15. c.4.
Galenus li. 10.de ſimp. med.fac.

Hi Strigiles ad vſum ſeruabantur in loco præciſè Thermarum vocato Xyſtrophylace; & ſeorſim Strigmenta, quæ erant ſordes deraſæ ab vnctis Athletarum corporibus, ſeruata magno pretio venum ire ſolebant; nam virtutem egregiè ſuppuratoriam illis tribuebant Græci, atque Romani.



An-

Anthelos Fagi.



VSVS

VSVS VARII.

Materies quæcunq; Fagea, tam viridis, quàm ficca plures, & valdè proficuos vertitur in vſus. Gemmantes oculi Fagini, quibus, vel hyeme in mediâ huiuſce nuditas Arboris ad ariditatis excubias acuitur, pro dentiſcalpijs commodiſſimè poſſunt vſurpari, vndè nomen oxyæ fortaſſe deriuauit, propter acutiem nempè iſtorum germinum. Virgæ Fagineæ rusticana Castanearum conſeruatiua Receptacula commodiſſimè componunt, vt ex Palladio habemus; meliusq; cortices ad vaſorum, & corbium patentiorum pro meſſibus conuehendis, necnon vindemijs tuendis, Tugurijsq; agreſtibus prætexendis faciunt. Lignum mox Fagi propter lentorem plicabilem ad plurima conſtruenda Fabrorum arcariorum opera valet. Quod in Aſſeres cæſum non infeſtatur à vermibus, nec læditur à carie, ſecundum Architectorum doctrinam, ſi tamen ſtatim ſectum maceretur in aquâ diebus continuis decem. Illud artificiatorum quorumcunq; formam induet facillimè, quemadmodum Subſellia ſunt, Valuæ, & Arcæ; ac Repagula, vtpotè Artificis doctis obtemperans manibus, Inſtrumentiſq; ritè paratis, atq; tractatis obſecundans; ſicq; vt Plinius ait, ſpectabile non parum euadet, ſiuè Græco, ſiuè Campano, ſiuè Siculo Artis genere ramentorum crinibus pampinatum, ſemper orbeſe voluens, ad imitandos runcinarum captus. Eſt & abacorum materies, vndè Mantuanus de deformi ſtudiolo loquens, eſt, ait.

Fagina gemmato dactylotheca ſinu.

Eo ligno ſingulariter vtuntur Lygopæi, alijq; Fabri lignarij, qui tenuiores Fagi laminas corio obducunt pro vaginis cultrorum, & gladiorum perficiendis. Item Librarij pro voluminibus maioribus contegendis ex eodē Aſſulas aſſumunt, corioq; induunt, æratiſq; fibulis, & bullis exornant, qui temporibus antiquis paruos etiam libros Fago ſcandulatâ non ſolum conueſtiebant, ſed integrè componebant ex ſubtiliſſimis illius corticibus, hleraticis nempè chartis dictis. Pocula ſubindè veniunt Fagina ſcalpro cælata, tornoue æquiſſimè exciſa, quæ admirabilitatis non modicum retinentia, vſibus inſeruient varijs, *Fabricataque Fago pocula* hic apponentur. *—— pocula ponam*

Fagina, calatum diuini opus Alcimedontis.

Vt cecinit Maro, quæ memorabila in æternitatem haberi promerentur. Hic iuxtà Martialem *Phidiaci Toreuma Cæli* cœleſti potius, quam humano Torno elaboratam Fagum inter Aſtra locatam contemplemur. Splendidiſſimus ille decor, quem Faginea nutrit materies, æthereus dici poteſt. Eaq; venuſtas, quam Arculæ ex hoc ligno nobiliores, pyxideſq; myrepſicæ, & muſicæ Teſtudines præſeferunt, à Venere, & a Gratijs ipſis pendere dignoſcitur. Nec ſinè ratione ſuperbit hæc Arbor propter antiquiſſimam ex eâ ciuicarum coronarum compoſitionem Bellatorum capita glorioſiſſimè contegentem, vt Bella extingui per eam intelligātur, vtpotè aureum reuocare ſeculum valens ſibi cognatum. *—— nec Bella fuerunt*

Faginus adſtabat cum ſcyphus antè dapes.

Eadem enim Arbor Argonauticis pro aureo acquirēdo vellere feliciſſimè inſeruiuit, cuius rei teſtem Orpheum habemus ſcribentem, nauim è Fago conſtructam Iaſonem, alioſq; Græciæ Heroes in Colchum inſulam vexiſſe, vt inde nobilior appareat hæc Arbor. Quod intelligendum eſt de integrâ, ſolidâ, iuuene, non autem vetuſtâ, putridâ, cariosâ; nam optimè conſtituta, & ſecta ſilente luna poſt meſſem, vel vindemiam, & Arcturum valet ad firmiſſima, & fortiſſima quæq; opera, vt ſunt rotarum Axes, aliaque huiuſmodi, quia ſi recipiatur indiſcriminatim lignum Fagi, vt & Cerri, atq; etiam Suberis, ex Vitruuio, celeriter marceſcit, quia *paruam habet mixtionem humoris, & ignis, & terreni, aeris plurimum, prauiâ raritate humores penitus recipiendo.* Illius etiam cinis vitrariæ conducit arti, vt nihil ei deeſſe videatur, quod ſplendidum non ſit, atq; vndequaq; conſpicuū, & vtilibus innumeris vſibus addictum. Videtur etiam innuere magneticum iſtius ligni vſum Olaus aſſerens in Inſulis ſub Arctico Polo conſtitutis magnetum montes eſſe, quorum fragmentis Fagina ligna ſtatis applicata temporibus ſaxeam adipiſcuntur duritiem, magneticamq; veſtiunt virtutem. Sed Arboris Cerri ad Hiſtoriam tertio loco propoſitam, vt noſmet conuertamus, operæ pretium eſt.

Marginal notes: *Bauh. Hiſt. Vniu. pl. l. 7. c. 4.* — *In Nouemb. tit. 15.* — *Plin. l. 16. c. 19.* — *Sympher. Hort. l. 18. c. 7.* — *Mant Tom. 1. epigr. ad Falc. 66.* — *Al. ab Al. D. G. l. 2. c. 30.* — *Ouid. Metam. l. 16.* — *Virg. Egl. 3.* — *Lib. 4. epig. 30.* — *Theocrit. Eydil. 9.* — *Columella l. 12. c. 45.* — *Tibullus Eleg. 10.* — *Orpheus in Argonaut.* — *Ruell. l. 1. de nat. ſt. c. 78.* — *Tragus Lib. 2. c. 9.* — *Creſcentius* — *Ol. Mag. l. 12. c. 1.*

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ,

Libri Primi, Tractatus Secundi

CAPVT III.

DE CERRO.

ORDO, NOMINA, ETYMON. Denominata.

C

LATO iam iam discessimus è Tegmine Fagi, præaltam nunc sub Cerrum diuertimus. Hæc tertium Glandariâ nostrâ in Syluâ numerum implet, etiamsi Botanicorum nonnulli pro secundo, alij pro quarto, atq; etiã pro quinto Quercuum genere ipsam assumãt. Nos cum Cæsalpino tertiam Glandiferarum Arborum, seù Quercûs speciem faciemus; Hæc Arbor sublimia vestire Nemora in longum robustissima consueuit, seq; in excelsum, atq; in directum attollere. Glandem tamen fert amarissimam, tristem, horridam, echinatam in calice. Materiâ constat Tigniaria ad opera fermè inutili, quãuis illa sustinẽdis oneribus suspensis fabricarum propter longitudinem sat sit futura, folioq; viret valdè sinuato. *Cerrus* Plinio, atq; Lobellio *Cerris Ægilops* Idæorum non siuè ratione fuit appellata, quià celsissima, rectissimaq; recognoscitur, cum nil aliud

D sonet vox Græca αἰγίλωψ primitiua, quàm sublimitatem; cuius frondibus in excelsum locatis pinguefiunt Capræ, celsiores frondes auidissimè carpentes, ex quo vox eadem Ægilops composita, caprarum pingue nutrimentum cõmonstrat, cum αἴξ sit capra, & [illegible] sit impinguo. *Aspris* dicta quoq; est Maurorum, vel Macedonum; *Cerro* Italicè, *Farnia* in Hetruriâ. Illam Galli dicunt *Hestre*, Germani *Taneicbe*, quià tanquam Abies recto, proceroq; constet caudice. Arabes autem dixere *Dausir*, vel *Dauser*, *Dusser*, *Dalisitt*, & *Dosana*. Nec defuere, qui hanc eandem Arborem appellarint *Canis lectum*, cuius muscosum pannum *Sphagnon*, *Phascon*, siue *Splachnon*, & *Bryon* Doctiores, & *Hedrnm*, siuè *Herrum* Galli, & *Vuam Dæmonum* Syri nuncupauere. Cerri Calyx, seù Cupula glandem propriè fructum continens, *Vallonia* vocatur, magno infectoriæ Artis vsui inseruiens vtilissimè; integer autem fructus *Galona* fuit appellatus. Quæ nomina licet videantur aliquam æquiuocationem ex communium vocabulorum simi-

Theoph. l. 3. H. pl. c. 9.
Ruell. de nat. st. l. 1. c. 11. & 13.
Nigidus Cerream glandem suibus fagi nãdis proximam Faginæ facit.
Pl. l. 3. c. 10.
Plin. l. 16. c. 6.
Lobell. in Icon.
Bauh. H. vniu. pl. l. 7 c. 1. T. de Arb.
Leonicenus de Arb. c. de Qu.
Bauh. in Pinace l. 10. sect. 4. Hist. Lugd. l. 1. c. 1.

litudine importate, vniuoca tamen sunt, & propriam rei significatæ indicant Virtutem Physico-ciuilem validam, infectoriam quàm maximè. Cæterum nil ambigendum est ab hac Arbore cognominatas esse familias *Cerream* Ticinensem, & *Cerroniam* Romanam; ideoq; ab illa pro stemmate erigitur Cerrus argenteo virens in æquore, nescio an alludi ex hoc possit ad *Cerrum* piscem, de quo noster Aldrouandus, & ab ista Arbor eadem prasini coloris argenteo trunco superius aurea inferius coccinea; sic & *Certania* nostra Bononiensis familia tres *Cerri* Arbores virentes in transuersa tænia aurea pro insignibus gerit. Memoratur & Plancus quidam *Cerrutus*, qui declamationes scripsisse dicitur. Circumfertur & Antonij *Cerrij* Montonensis Poema heroicis scriptum, *Anstrus*, siue de *Naupactea Victoria* nuncupatum, Pisauri excudit Hieronymus Concordia 1572. in 4. Hominum quoq; memoriæ commissi sunt Antonij *Cerruti* Nouariensis Carminum omnigenorum Libri quatuor, qui Venetijs prodierunt 1550. in octauo. Subeunt & Gentium *Cerretani* citerioris Hispaniæ populi, quorum Regio vocatur *il Contado di Cerdana* intrà Montes Pyrenæos; ibi & Iugum erat quod *Cerretanorum* denominatur, & incolis *Puyg Cerdam* vocatur ex testimonio P. Ferrarij. Istorum meminit etiam Iacobus Maynoldus Galleratus eo, quem de titulis Philippi Austrij composuit libro, ipsorumq; Regionem Comitatum *Cerretaniæ* vocat, quam cum Ruscinone coniungit, *quod nullum ferè Scriptores Ruscinonis Comitatus mentionem faciant, quin aliquam quoq; Cerretaniæ commemorationem adiungant*. Imò ipsorum insigni in scuto, quod vacuum adducit, Cerrum desiderari crediderim.

Aldr. de piscibus l. 2. c. 40. *P. Petrasancta in l. inscrip. Tesseræ Gentilitiæ pag. 508. & 510.* *In cat. Geog.*

DIFFERENTIÆ, DESCRIPTIO.

Folijs Cerrus induta vulgaris Quercus, sed longioribus, incisisq; magis, & superius lucidis, ac infernè cineraceis, proximèq; ligno adhærentibus Glandis habet Calices hispidos, & senticosos latitudinis Vncialis, & aliquandò maioris, vtpotè squamis præduris in ambitu sibi mutuò incumbentibus valdè crassos, qui glandes ipsas duplo, aut triplo vulgaribus maiores complectuntur; ipsaq; Arbor altissimè crescit, & nil minus ac

Æsculus æthereas se vertice tollit ad auras,
Et radice suâ Tartara cæca premit.

Reysner. in Pomar. Poe.

In locis valdè syluestribus tantum est obseruabilis. Illam tamen Doctissimus egregiè describit Clusius, in duas distinguens species, quarum prima calice est echinato, glandeque maiore, altera calicem habet hispidum solum, glandemq; minorem, quarum quæ vsibus infectorijs aptior est, glandem non ita facilè exerit, sed in calice clausam gerit dum ad huc immatura est, & hæ glandes calicibus suis contectæ, ex Orientalibus partibus, terrarumq; locis Cerrorum feracibus à mercatoribus ad nos conuehuntur sub nomine *Valloniæ*. Duplex item censetur Cerrus, mas scilicet, & fœmina, differuntq; ambo in hoc, quod mas fructum edit maiorem, caudicemq; solidiorem, robustiorem, excelsumq; magis, & foliosum ambitum; Fœmina procera quidem est, & recta, sed cortice subcæruleo, non multum ramosa, & surculosa, rarisq; folijs, itaut tonsa, & putata videatur, eaq; folia gerit Cerro mari similia, at longiora, angustiora, & nigriora, incisurisq; ad latera minus sinuosis ostentans, & vtrinq; asperiora, durioraq, & hyeme decidua. Glandes illi amaræ sunt, ipsisq; suibus parum acceptæ, quæ cum rotunditate parum compressæ sunt, & è calicibus suis parum exertæ, in ijsq; spinæ flauescentes, graciliores, idest non ità rigidæ, & crassæ vt in mascula, lignoq; tandem pollet non ita durabili, vt mas, & radicibus non ità rectè profundis, & deorsum actis, sed non per imam tellurem sparsim excurrentibus; Errant qui ab Halipleo, & Salsicortice Cerrum non distinguunt, vt & illi qui eandem inter Vlmum, & Fraxinum collocant. Sed illius notetur Viscum, quod in genera bina, ternaq; diuiditur secundum Ruellium, ab aliarum Arborum Visco non parum differens, cuius hic damus Icones.

Robert. Constant. in Theophr. f. 153. *...in. l. 16. ...40.* *...r. Steph. ...c. 18.* *...vill. l. 1. c. 140.*

Viscum

Viscum ex Cerro.



E

Viſcum in Ramis naſcens
Aliud.



MORBI, REMEDIA.

CErrus è Glandiferis Arboribus vna pannos arentes Muſcoſo villo canos, non in cortice modò, verùm etiam è ramis dependentes ſæpius ferre dignoſcitur, qui quidem cubitali magnitudine apparent, odoratiq; ſunt, quibus ipſa non parum debilitatur fœtibus, licet improprijs, effœta, vndè vires exolutas magnâ ex parte, materieiquè firmitatem imminutam patitur; quo fit, vt Vermium generatio ſuccreſcat, atque ſub huiuſmodi morboſâ conſtitutione priuetur facultate ſeſe altius tollendi, prærogatiuaſquè alias amittat; quibus in ſtatu naturali non mediocriter gaudet. Quamobrem hiſce monſtroſitatibus deformis hæc Arbor lurorem, horrentemquè Faunorum faciem non malè referret, vt quod de illis luſerunt Poetæ, de hac quoque tam malè ſeriatâ, beſtiarumquè formis deformi non immeritò replicandum foret.

H

Ruell. l. 1. de nat. ſt. c. 66.

Gilbert. Ducher. epigr. lib. 1.

Crudeles nimium Nymphæ, quur veſter amabo,
Me nihili toties ducere pergit amor?

Quid

A *Quid demum in nostro vitiosum corpore nostis,* *Epigr.87.*
Vt parui mea sic fiat amicitia?
Si quià flammato totus circumtegor igni:
Ignitus Clymenen Phœbus amore trahit.
Si quià sum totus villis scaber: hirtus habetur
Alcides, nec eum Deianira fugit.
Si quià sum atroci vultu: Neptunus atrocem
Vultum habet; illum autem diligit vda Tethys.
Si quià cornutam ceruicem gesto: Lyæum
Gnosia cornutum magni Ariadna facit.
Si quià sum claudus: Veneri Vulcanus amator
Claudus, & immunda consitus ora lue.
Sed vestrum ingenium, sed vestras denique technas
Conycio: vobis munera sola placent.
B *Ex Iro in Cresum si me fortuna vocarit,*
Attalicaquè mihi concilientur opes:
Tunc simul ac pleno apparebunt munera cornu,
Ex Fauno informi, pulcher Adonis ero.

Crassioribus quoque tentatur, & opprimitur hæc Arbor Fungis, qui nimium furaci subtractione Arboreum alimentum erumpens absumunt, & quoquo pacto præcipitatum ab inductâ terrenæ grauitatis exuberãtiâ Caballinarum, seù Asininarum vngularũ formas induere cogunt. Hicq; affectus cõtrarius esse videtur leuiorũ materierum efflorescentiæ morbosæ, quæ sursum petit, in acutiemq; desinens aereitatem, igneitatemq; prædominantem patefacit. Huiusmodi symptomata, si pluribus repetant annis, de Arbore actum erit; eademq; nisi cœlum arriserit, accidentia nullam curationem admittent; quià illarum Arborum cacochymia proximum ad interitum tendit; sed quià syluestres omninò sunt Arbores istæ, immutabiliquè viuunt in tellure, cultores omnes aspernantes, totum naturæ committendum est negotium; & ideò sat sit cognouisse in abstracto, quæ conuenirent geoponicas secundum regulas, & præcepta, quibus mediantibus ex-
C purgari possunt tam extrinsecus, quàm intrinsecus plantæ pharmaceuticis, atque chirurgicis præsidijs pristinæ saluti restituendæ, dum medicamentosis rebus alimenta terrestria immutantur ab radicibus ebibenda, vel phlebotomo venosæ scarificantur partes; Cutaneę, atque carnosæ emplastris, atque lotionibus fouentur. Pro morbosarum Cerri affectionum simulacris hîc damus figuram, licet in paruo, Pannorum è ramis dependentium; Necnõ Fructus monstrifici allati in Volumine Aldrouandęo de Monstrorum Historiâ pagina 715. atq; Fungorum eiusdem Arboris specialium Vngulas, & pedes Iumentorum perbellè imitantium.

Pannus Ramosus Cerri.



Fructus Monstrificus Cerri.



Cerri

Cerri Fungi
Iumentorum Vngulas imitantes, & inter Morbos Arbori eidem aduenientes recensiti.



VIRES

A

VIRES IN MEDICINA.

SIccantem, & corroboratiuam reperiri virtutem in Cerro Arbore multæ ostendunt efficacitates. Folia namque, & Cortex, necnon illius Glans humorum siccant collectiones, atque suppurationes exprimendo absoluunt, fluxionibusq; vias impediunt; supradictarumque partium decoctum, si debilia membra fouerit, vel laxa nimium, & humentia in insessibus merserit, illa pristinæ sanitati egregiè restituet, naturalemquè symmetriam temperamenti viuifici reuocabit. Cortex insuper solitariè acceptus, & ebullitus in aquâ, donec flauescat, capillos, cimoliâ terrâ prius confricatos denigrabit non solùm, sed caput iuuenile, & validum reddet. Glans dein Cerri nutrimentum solidissimum suibus parare solita est, quibus ex sententiâ Geoponicorum carnes construit minimè squalentes pinguedine illâ superfluâ, quâ cœteræ scatent. Omnes corrigit putredinosas humorositates quoquo modo administretur, & præcipuè in capite, quod facillimè petit. Radix præterea Cerri serpentibus peculiariter aduersatur, contraquè eorum ictus alexipharmacas dirigit valenter vires, & maximè serpentis Dryini tusa, & morsui superposita. Succus viridium Cerri partium cum vino, aut resinâ potus vrinam in illius suppressione celerrimè pellit. Hydropicos item cum vino, & iunipero trito mixtus, ac potus iuuabit. Habet Cerrus, secundum virorum doctissimorum sententiam, mistionem elementorum taliter dispositam, vt aereum terrestri parum cedat, atque igneo, quam ob rem siccam quidem obtinet substantiam, sed simul raram; hinc fit vt humores recipiendo celerrimè possit marcescere, atque illos eosdem quandoque superãdo, durescere valeat in lapides. Eâdem quoque de causâ illius superfluitates viribus pollent medicamentosis valde considerabilibus; cum illius muscosus pannus vtilissimus fuerit compertus mulierum morbis; item genibus, & aliarum partium tumoribus nasturtio mixtus, & aquâ salsâ tritus, & emplastratus. Viscum tandem, & illius Cupulæ Glandium Herculeo morbo mirè succurrunt. Quæ omnia sunt in causâ, vt sequentia Cerro conueniant Apposita.

Bauh.H.vn. pl.l.7.c.1.

Philipp.Beroald.in adnot. in Columellam.

B

Theophr. H.pl.l.3.c.10.

Ruell. de nat.st.l.1. c.66.

Symphor. Hort.l.26. c.17.

C

EPITHETA.

VIdentur eadem Cerro, quæ & Quercui, ac Robori, & Fago conueniunt, Epitheta adsciscenda, cum & ipsa *glandifera* sit, & illis fortitudine ligni, alijsq; pluribus in qualitatibus non cedat. Verùm cum nec inter illa quoque, in mentem vlla modò veniant à Latinis Poetis eidem specificè attributa, operæpretium duximus nonnulla eiusdem cognomina memorare, quæ patria nobis sufficit Poesis, inquè suo Viridario Pater Spada recensuit. Communem igitur naturam huius Arboris cum cœteris antedictis in Montibus libentissimè proueniendi inspicientes Italorum Poetarum eruditi Franciscus Bracciolinus, & Erasmus Valuasonus *Alpestrem*; & *Alpinam* illam cognominarunt; ille in Poemate inscripto *La Rocella espugnata* canens

P. Spada fol.142.

Cui nodoso è'l baston d'ALPESTRE Cerro,
E'l vestigio del piè fora col ferro.

Bracciol. Rocc. cant. 10.st.7.

D Et iste in alio Poemate, cui titulus *La Caccia*, sic habens

Così da dure Quercie, e Cerri ALPINI
Giouane ramoscel non leni in vano.

Valuas.Cac. 5.59.

Et ita *Rhodopaas* dicere possemus; quod & Alij Quercubus applicarunt.

Taliter Orphao resonabant pollice chorda,
Dum trahit AVRITAS Rhodopes de vertice Cerros

Hier.Falct. 6.Poem.5.

Hoc eodem pacto *duritiem*, quam idem Valuasonus in primo eorundem carminum inesse Quercui fassus est, eandem alibi recognouit in Cerro, dum scripsit

Valu. Cacc. 1.34.

L'Animal, che ragione vsa, e discorso,
Cauò dal DVRO Cerro il primo Dardo

Poes.Melic. Part.3.pag. 88.

Vndè Melicus Poeta Ioseph Baptista, quo caneret, habuit.

Vibra di DVRO Cerro asta ferrata.

Ipsamq;

Ipsamq; ratam fecerunt sequentibus Epithetis Alamannus, & Marinus, dum primus *Inuicti* Cerro cognomentum applicauit hunc in modum. E

Ch'à l'altissimo Pino, à l'Eschio, al Faggio,
Al Cerro INVITTO, & à mill' altre insieme
Quanto leua ciascun la chioma in suso,
Tanto abbassa là giù le sue radici.

Equite postmodum Ioanne Baptista Marino canente, tûm apud Ioannem Petrellum in sua Rhytmorum Italicorum collectione, quæ in Viridario Poetico Patris Spadę commemoratur, vbi sic.

P. Spada in Virid. Poet. fol. 142.

Sbarbò Frassini antichi, ed Elci altere,
Spezzò Cerri ROBVSTI, e Quercie eccelse,

cûm in Panegyri, cui nomen *Il Tempio*.

Marin. in Paneg. Temp. 50.

Regga il fren con la manca, hasteggi, e stringa
Il destro pugno NODEROSO Cerro.

Quibus, & Bracciolinus pariter sic acclamabat in Poemate nuncupato *La Croce racquistata*

Bracc. Croc. 8. 3.

Di quà, di là sul duro lido ei ficca F
NODOSI Cerri, ed' Elci antiche, e dure.

Quæ omnia non nisi maximam duritiem sonant. Ad Cerri præterea proceritatem allusit celeberrimus Ioannes Andreas Anguillaria in traductione Metamorphoseon Ouidij, & scilicet super illud.

Ouid. Metam. lib. 2. fab. 5. & 6.

Vlterius spatium medio Sol altus habebat,
Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas,

sic inuertens *Dal Sole in vna Selua si nasconde*

Anguill. Met. 2. 137.

Di grossi Faggi, e d' ELEVATI Cerri,
Che cento volte hauean cangiato fronde,
Ne mai sentiti gl' inimici ferri.

Et vlterius traducens carmen illud. *—non Chaonis absfuit Arbor.*

Id. Met. 10. 38.

La Quercia spatiosa, e'l Cerro ALTERO,
Col ROVERO al bel suon drizza la fronte.

Quibus si *patulam* hic Poeta Quercum dixit, idem quoq; affirmatum fuit de Cerro ab Areosto attestante illam præ latâ ramorum *antiquorum* expansione valdè *vmbrosam* esse, dum inquit. G

Fur. 4. 51.

Doue la Selua Calidonia appare,
Che spesso frà gl' ANTICHI, OMBROSI Cerri
S' ode sonar di bellicosi ferri.

Vbi pariter innuit, quod nusquam huic Arbori conformarentur hæc adiecta, nisi prius supponeretur *Longaua*, quod & Annibal Carus expressit, Italicis donans Camœnis Virgilianam Æneiden inquiens.

Ann. Carus in Æn. l. 10. super illud aut sūmis referés annosam mō. tib. ornum.

—ò qual da Monti all' Aura
Si spicca ANNOSO Cerro, è il capo asconde
In frà le nubi, &c.

Cuiusmodi erat quam memorat Io. Fracta in ingenioso suo Meliteidos Poemate, vbi cecinit. *Entrò nel ventre del TARLATO Cerro*
Con lungo studio, e col tagliente ferro.

Fracta Meliteidos cant. 8. st. 34.

Non adeò tamen primis huiusce Plantæ proprietatibus nitemur, vt intactas pertransiri patiamur poeticas translationes; quibus mediatè Cerrus & *Bellax* esse reperitur, & *Mauortia*, dum lanceis conficiendis aptissimam materiam suppeditans, in sanguineos Martis vsus cedere non perhorrescit. Sic ad rem Tassius Italicæ Poeseos splendor lucidissimus metaphoricè nobis affulsit. H

Così dice, e premendo il LVNGO Cerro
D'vna gran Lancia offre la gamba al ferro.

Quæ varios quoniam innuunt Cerri vtilitates Epitheta, de Varijs eiusdem Arboris Vsibus loquemur.

VSVS

VSVS IN VARIIS.

Radicibus reguntur Arbores, quibus Regias hæ referunt acceptas Dotes; hinc Cerrus radicibus nititur, quæ regulorum superant venenositates; nam ex earundem Cerri radicum sectarum tessellis compactis cyathi componuntur, qui pro instrumentis potûs vsurpati, securitatem contrà venena propinant. Cerrinorum calicum mentionem fecit Plinius, & pro comitiali morbo extirpando scribit, quod *Vulturis quidam pectus humano satiatum cadauere bibendum censent, & in Cerrino calice.* Ex ligno Cerri, quod candicat, & cum soliditate ingenti laxum quoquè est, fiunt arcus eiaculatorij, qui contumaciter debent esse flexibiles, & duri. In Ædificiorum structuris, vbi ligno opus est fortissimo, & in directum onera sustinente, atque ad asseres valuarum componendos Cerrum commodissimè, & vtilissimè accersendam esse docent Architectores; quæ rudis melior est reliquis lignis, etiam in pauimentorum constructione, si duplex ordo ponatur tabularum clauis frequentibus fixus; ea enim exquisitè laborata improbatur à Teophrasto. Nec nisi commodè in partem structuræ genericè proponi poterat Arbor; quæ in totum Ædificij indiuidualiter venisse traditur ab Fractense superius memorato Poetâ. Ex antiquissimâ siquidem, & inusitatæ molis Cerro, quæ cariè præ vetustate ad radices contractâ, capacem hominis cauitatem aperuerat, domicilium sibi, & sacellum excauauit Eremicola ille, qui Ricardi de Sancto Bonifacio Comitis filium ab naufragio seruatum, instituti non minus, quàm vegetantis tugurij hæredem habuit. Quippe sic apud Poetam iste loqnitur.

L. 30. c. 10

Clusius rar. pl. H.

Car. Steph. Agric. l. 6. cap. 16.

Daniel Barbarus in comm. lib. a Vitr. cap. 9. Vitruu. l. 7. Archit. c. 1.

Ne, come fosse quel Tugurio, posso
Già tralasciar, da merauiglia spinto;
Quest' era vn verde Cerro, antico, e grosso,
Che non l'haurian dieci persone cinto.
E sol da zelo, e da pietà commosso
Vn Sacerdote, già molt' anni estinto,
Entrò nel ventre del tarlato Cerro,
Con longo studio, e col tagliente ferro.
E tutto euacuò l' interno legno,
Fin presso la Corteccia, e à l' alto groppo,
Vi cauò molte luci in bel disegno,
Dopo gran tempo, e faticoso intoppo.
Vols' anco trapassar del nodo il segno,
Ch'era l'albergo primo humido troppo,
E tanto sopra quello, e taglia, e spiana,
Che forma vn' altra stanza allegra, e sana.
E tosto imbianca quel capace ventre,
Di pietre cotte, con bagnata polue;
V'erge vn' Altare, e DIO ringrazia, mentre
Conforme al voto suo, quel voto solue.
Non vieta poi, ch'il peregrin non v'entre,
Che tosto i lumi d'ogn'intorno volue,
Per saper bene presentar l'esempio,
Del mostruoso, vegetabil tempio.

Ioannes Fract. in Poemate inscripto la Malteide. Cant. 8. st. 30. 31. 32.

Nec minus quàm Cerri lignum ab Architectis, Cerrini Carbones ærarijs ab fabris laudantur. Sunt enim vtilissimi, quià non ità facilè consumuntur vt alij, licèt transiliant, & scintillent atq; cum desinente flatu protinus extinguantur, parumq; resoluantur. Hyginus ait manubria sarculorum, aliorumquè rnsticalium instrumentorum optima ex Cerro fieri. Fullonia tandem Ars Cupulis, seù Calicibus glandium Cerri ad inficiendos atro colore pannos frequentissimè vtitur vice Gallarum, quamuis Cerrina hæc materies Vallonia dicta tincturam dilutiorem, & fugaciorem efficiat. Ipsa verò Glans saginandis suibus commendatur. Duram tamen facit carnem, ideò Faginæ Glandi postponitur. Quamobrem in suum hanc sententiam contulit Pomarium Reusnerus.

Theophor. H. pl. l. 3. c. 10.

Symphor. Hort. l. 18. c. 10.

Plico dell' Arte del tingere *l. 2.*

Sagi-

In Pomar. Poet.

Saginans porcos solidam Glans Cerrea carnem,
Sed duram (praestat Fagea nempe) facit.

Interim autem Mystica, & Moralia, Symbolicaeque aliae Cerri obseruationes quantumuis pauculae nos fugere minime debent.

E

MYSTICA, MORALIA.
Hieroglyphica, & Symbola.

Tract.17. expos.euag.

Solitudinem menti necessariam esse cum docuerit nos Diuus Augustinus, in mentem nobis reuocauit Cerri Arboris solitudinem consideratam moribus non parum posse prodesse; per illam enim à vanitate, mundanisque à fabulis auertimur, & ad solum Deum contemplandum, illique soli inseruiendum inducimur: quam quidem rectissimam nostrae mentis intentionem nobis repraesentat Cerrus Arbor in solitudinibus nascens, rectissimo, & excelso caudice constans. Nec alio fortassis, quàm hocce mystico fine motos fuisse crediderim illos, qui Cerrum pro Emblemate laudabili Virtutum erexere, cum hac adiecta inscriptione PAVCIS LEGIBVS. Nam ex sententia Menandri Bono viro paucis legibus est opus. Sic & pro irrefragabili veritate habemus apertissimum à duobus tantum praeceptis totam legem pēdere, itaut, quemadmodum Cerrus Arbor solitariè viuit in locis penè inaccessis, nulla indigens cultura, sic Bonus vir, corde rectus, & alienis minimè se immiscens rebus, omnibus tamen opem fert libentissimè in omnibus. Sicq; immensum legum Oceanum intrà simplicissimam Dilectionis diuinae, & Proximi sui Legē concludens paucis dici potest quod egeat Legibus. Huc accinebat culta Legati nostri Musa, quum è Cerro Emblema instituens, ex natura istius Arboris habuit quo probaret ET IN SYLVIS RECTVM, subintellige adinueniri. Habet enim

F

Ap. Stob.

L.2.Emb.7

Quercubus assimilis, nigrantesque hispida Glandes,
Cerrus inaccessis Alpibus alta viret.
Ampla comas, hilaris speciem, rectissima truncum
Calcat radicum Tartara caeca pede.
Nec tamen vt longo surgat nil stipite curua,
Cultricis quicquam nouit egere manus.
Sponte sua crescitque teres, rectamque figuram
Effert, &, flecti nescia, seruat anus.
Sunt quoque, qui norunt quàm rectè viuere, quamuis
Editi in incultis sint sine lege iugis.

G

Apud Stobaeum orat. 54. In Hydria ap. St. or. 56. Seneca in Hippol. act. 2.

Auream propterea solitudinem vocabat Amphides Graecos inter Philosophos non contemnendus. Suauissimam eandem praedicabat, ijs praesertim, qui prauos oderunt mores, Menander. Inculpatam hinc nobis Cerrus cernere mentaliter facit vitam, nam liberum Hominem, minimè auarum, nec ambitiosum, & ab omni prorsus inuidia liberum mysticè refert, cui Seneciana illa poterunt applicari carmina.

Iustin.st.l.1

Non alia magis est libera, & vitio carens,
Ritusque melius vita, quae priscos colat.
Quam quae relictis moenibus syluas amat,
Non illum auara mentis inflammat furor, &c.

H

Gell.l.6.c.8 Max.ser.3.

Haec Cerri solitudo, idest à periculosa quauis consuetudine subtractio toruam potest excaecare libidinem, quod clarissimè patet duorum maximorum Regum exemplo Cyri nempè, atque Maximi Alexandri. Ille à conspectu Pantheae captae, quae insignis erat pulcritudinis, voluit abstinere. Hic Darij filias, & vxorem eiusdem formosissimas, nec oculis attingere voluit, & sic ambo Cerri solitudine in hac saltem re gauisi, magnam virtutis laudem sunt promeriti. Et haec, licet pauca, de Cerro satis sint dicta; Ilicem modò Arborem comprehendamus.

VLYS-

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRITII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ,
Libri Primi, Tractatus Secundi
CAPVT IV.
DE ILICE.

NOMINA, ETYMON, Denominata.

ILEX Glandiferarum quarta, syluam sola facere potens, ob vastam non solùm magnitudinem, sed ob insuperabilem ferè vetustatem πρῖνος græcè nuncupatur, quià durissimum illius lignum non nisi serrâ, quæ græcè dicitur πρίων, secari potest. Hanc Arborem Latini dixerunt *Ilicem*, ab *electo*, vt vult Isidorus, quod eius fructum homines primum sibi ad victum elegerint; siuè ab *Ilithyâ* fortè, quæ parturientium habebatur ab Ethnicis Dea, hoc est Iunone, seù Lucinâ, & Feroniâ; decebat namquè Regiam, & diuitem purpuræ Arborem hanc Iunoniam dici

Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco.

Hocquè Etymon magis placet quàm aliud apparenter ingeniosum, quod Goropius adducit, cum dictam affirmat Ilicem ab *Eel*, vndè fit *Il*, & *Eic*, quod in suâ linguâ *Nobile*, & *Robur* significat. In hoc inquam ingeniosum, cum verum sit maximam inter Robora nobilitatem Ilici competere, quandoquidem nisi alias haberet prærogatiuas, ad hoc vt nobilis foret, longè sufficeret vtilissima Cocci productio; sed huic Etymologiæ stare non possum, cum mihi non videatur antiquior Germana, quàm sit Latina lingua. Quod si verum foret, possent etiam assignari Scriptores inter Antiquos, qui aut hoc dicerent, aut alios eiusdem nationis, & linguæ Scriptores nominarent. Primam igitur magis quadrare dicendum est, quâ Isidorus *Ilicem* vocauit à verbo *eligo*, quod ad victum fuerit electus illius fructus, qui multas refecit nationes, vt testatur Plinius. Italicum illius nomen est *Elce*, atque etiam *Leccio*; apud Hispanos Arabicam Maurorum linguam imitatos *Elesina* vocatur *Enzina*, & *Enzinella*, *Anziaheira*, & *Coscoia*. Apud Aragonios *Lezincro* eadem indigitatur. A' Gallis nomine *Geuse*, & *Eouse*, & *Chesne verd*. Germanicè *Steckeyken*, & *Eingattung*, & *Stechpalmen*. Hebræis *Sina* voca-

D

Hist. Lugd. l.1.c.4.
Plin l.16. c. 44.
Ruel. l.1. de nat. st. c.88.
Th. H. pl. l.3 c.16.
Dios. l.4. c. 48.
Symphor. Hort. l.26. c.17.
Virg. 4. Æn
Sil. l.13.
In Hispan. l.6. pag 96.
L.14. Etym 66.
Pl. l.16.
Clus. rar. pl l.1. c.15.
Rob. Const. in Theoph. l.3. c.16.
Bellon. l 16 obser. c.44.

Matth. de Lobel. in obs. stirp. Gorop. loc. citato Tragus l. 3. cap. 54. Lib. 16. c. 6. t. 3. H. nat. cap. 16. L. 4. c. 48. Plin. l. 24. capit. 4. Id. l. 9. c. 41 Vitruu. Archit. l. 7. c. 14. Pl. l. 8. c. 8. Ex Agric. Io. st. Matth. Villan. 385 In descript. Italia.

vocari dixit Goropius, & indè *Sinai* Monti nomen esse, indèquè fluxisse Arabicum, E Hispanicum, & Aragonicum Ilicis nomen prædictum; & quoniam Ilicis duæ traduntur in genere differentiæ valdè essentiales, nimirum spinoso folio, & serrato tantum, & hæ subdiuiduntur in alias, quarum aliquæ fortè sunt minus essentiales, hinc multa emergunt nomina. Prima folio viret non multum ab Oleis distante, molli, & minimè aculeato σμίλαξ Smilax Arcadum, & *Phellodrys* ab aliquibus dicta, de quâ Plinius, & Theophrastus verba fecere, cuius Glandes ἄκυλα Acyla nuncuparunt, quas Hispani *Bellota*, seù *Abellota* maluerunt appellare. Secunda, hoc est minor Ilex *Coccigera Aquifolia* Prouincialis Plinij, quam Ruellius in Galliâ vocari ait *Hous*, *vel Housson*, & Cocciglandifera est aculeata à quibusdam *Phellodrys Coccifera*, *Ilex Aquifolia* Plinio, Dioscoridis κόκκος βαφική, cuius grana adnata folijs, & surculis rotunda, parua, rubentia, sanguineo colore plena, nobilissima sũt Quisquilia, seù Cusculia, quod granum κόκκον φοινικοῦν Arabes dixere *Chermes*, officinæ autem *Granum tinctorium*, in quo vermiculus nascitur *Scolecium dictus*, qui Chermesino colori materiam præbet, quem *Scarlatum* aliqui vocant, illequè non solùm pulchritudinis autor est in arte Fulloniâ, sed in medi- F câ quoq; salubritatis est non modicæ fabrefactor in celebri confectione illâ Pharmaceuticâ, quam *Alchermes* dicunt. Hic Iliceorum Granorum fructus tinctorius κόκκος βαφικὴ, nam βαφὴ est tinctura, à Galatis, qui super Phrygiam sunt, patrio Idiomate *Hys* appellatur, vndè *Hysginum* à Plinio memoratum, & à Vitruuio in hunc modum loquente, *fiunt etiam purpurei colores infectâ cretâ Rubiæ radice, & Hysgino*. Hæc autem Arbor Coccigera, vt feracior euadat apud Hispanos decurtata colitur *Carasca* dicta, & respectu Cocci vermigeni *Coscoia*, & *Grana de Tinctoreros* nuncupata; quæ grana Galli *Vermillon*, & *Graine d'escarlate*, Sclaui *Ceruack*, vel *Cheruak*; Arabes *Karmes*, *Cramezyn*, *Scaerlakeri*, vndè Italicæ voces enatæ sunt *Carmese*, *Chermisi*, e *Chermisino*, e *Scarlatto*, e *Vermiglio*. Tanta semper fuit apud omnes gentes, & scriptores famigeratissimi huiusce grani consideratio, vt innumeras inuenerit nomenclaturas, cum Hebrei ipsum *Schani*, & *Thola* vocauerint; Cretenses *Gazoprinon*, Arabes *Lacca*, *Barrith*, *Karmen*, *Tolaite*. Galatæ *Lirg*. Vitruuius *Hize*; Rhasis *Kionon*. Pandectarius *Kemes*. Arnaldus de Villâ nouâ *Rubrum Granum*. Bellonius *Dud*. Ab hac Arbore, quæ vt dictum est Græcis πρῖνος nuncupatur, multi Prænestè dictam volunt mediterraneam Latij G Vrbem, Leandro Alberto *Pilastrina*, nunc *Palestrina*, quæ propter Ilicum multitudinem ibi nascentium, vndè nectebantur Coronæ, quas Ciuicas appellabant, dicta fuit aliquando *Polystephanus*, multarum scilicet coronarum materiam præbens. Huc allusit Georgius Fabricius Poeta Germanus, qui sic in suo cecinit Itinerario

—— Tua Cacule regna,
Nomen ab Ilicibusquè tenens Præneste venimus.

Familia *Ilicea*, seù ab *Ilice* dicta cum per se sit celebris, & Mons *Ilicinus* non sit incognitus, cumquè Iliceas circa denominationes, earumquè deductiones satis immorati simus ad reales descriptiones ordinatim procedere nobis est animus, quare

Seneca in

—— Alta syluas forma vernantes alat.

FORMA, DESCRIPTIO.

Constant. Cas. agr. l. 1 c. 4. Clus. rar. pl. l. 1. c. 15. Bauuh. H. vn. pl. l. 7. c. 3. vol. 1. Plin. l. 16. cap. 15.

QVaternis Fructibus Ilex fœcunda, Glande scilicet, Cocco. Visco, & Hyphear, H quibus in longam quoque oneratur hyemem, Mali, aut Pyri magnitudinem superat, & Roboris vastitatem æmulatur frequentibus, & elatis ramis, licèt non latissimè diffusis, ex quibus tenuis, & capillaceus muscus cinericei coloris quandoque dependet; folioquè viret perpetuò aculeata plus minusuè circumferentiæ, supernè viridi, inferius candicante, gustu adstrictorio, & figurâ oblongiusculâ, ad orbiculatum tamen tendente, illiusquè conditionis, vt in adultioribus Arboribus plerumquè appareat sine aculeis. Ea multis sub initio germnationis annuæ oblongis in superiori ramorum parte Iulis ornatur, qui in flauos, & muscosos flosculos polline quodam, & tenui puluere perfusos explicantur, à quibus floribus omninò inutilibus tanquam germinationis luxuriosæ superfluitatibus non exoriuntur glandes, quæ quernis quidem similes figurâ, sed magnitudine longè inferiores, nigrescentes, quandoquè ante

A tè maturitatem, & Gummi quoddam calidum virtute, atque sapore non ingratum fundentes, quarum Glandium medulla candida, firma, dulcis. Arboreus est plantæ Iligneæ cortex leuior quàm Quercûs. Ligni viscera interiora dura, spissaquè admodum sunt, itaut osseam præseferant naturam; cuius matrix conspicua valdè est, crispaturq; velut Aceris, & id eò magis euenit ex arte, si decurtetur Arbor, seù castretur. Radice maior Ilex est profundâ, altâ, multiplici. Minor Ilex vnico arborescit quidem caudice, sed sæpius fruticans plures ab radice Stolones emittit, circà quos folia oblonga, angulatim aculeata, & spinosa, quemadmodum folia Agrifolij simpliciter bacciferæ; illius ramulis Grana (quæ ipso Vere spirantibus fauonijs incipiunt apparere, & in Iunio maturant) hoc est Cocci sinè pediculis adhærent, colore primum Albido, per maturitatem verò Cinericio, eruiliæ magnitudine, in quibus exigui Vermiculi gignuntur; Glandem, si quando profert, pusillam gignit calici spinoso, & echinato inhærentem, gustu amaram; ipsaquè auctore Theophrasto radices valdè productas in imo iacit.

Phellodrys autem, quæ Ilex fæmina quibusdam habetur, natura est huiusmodi, ipsa est semper virens, mollior, & sublimior Ilice propius dicta; durior, & spissior Quercu; colore ligni decorticati candidior Ilice supradictâ, fuluior sed Quercu, folio similis ambabus, verum maiore quàm eadem Ilex, minore quàm Quercus, & fructum quoad magnitudinem hac minorem, illa maiorem ferens, supradictarum subdiuisarum in specialiores differentias Ilicum formæ particulares, & descriptiones apud Ionstonum habentur in tabulis æneis, ibi est videre Ilicem Cocciglandiferam spinosam; Ilicem non aculeatam folio rotundo, molli, modicè sinuato; Ilicem non aculeatam folio oblongo serrato; Ilicem non aculeatam folio rotundo, ramis floridis; & Ilicem Bauhini variè ludentem in folijs; Phellodrym item Muricatifoliam; Phellodrym nigricantem Latifoliam, incisuris spinosis; & Phellodrym candicantem Angustifoliam serratam. Agrifolium tandem Ilex scilicèt aculeata Baccifera folio sinuato Ionstoni, atq; ea, quæ echinatam habet folij superficiem, ex Iac. Cornuto. Arbor est Iustæ magnitudinis prae soli genio, & quandoquè inter frutices numeratur etiam paruos; caudice est, & ramis lenta, externè virescens, sed intrà pallida est, odoris dum auellitur non boni; materie potitur solidâ, ponderosâ, quæ aquis mergitur, perpetuâ fronde splendidè virente, & admodum aculeata, adeò vt ex Indis nouissimis obseruationibus habeat ur reperiri quandam illius speciem, quæ non solùm in ambitu, sed in foliorum area quamplures horridos gerat aculeos, & pro sepimentis fortissima sit, lignumquè ad vectes componendos vtilissimum; Flosculos Luteos emittit quatuor foliolis, & totidem apicibus constantes, quibus succedunt paruæ Baccæ vmbilicatæ, rotundæ, rubræ, ingrati saporis, cum seminibus intus quaternis, oblongis, triquetris, striatis. Nos duas dabimus peculiares species Ilicis non descriptas ab alijs, quarum icones hisce nominibus notatas inter innumerabilem tabellarum vix delineatarum inueni congeriem asseruatas in publico Musæo Illustrissimi nostri Aldrouandi, scilicet Ilicem Coccigeram Glandiferam ex Cephaloniâ; & Ilicem Aquifoliam, producentem grana ex Mysiâ, id distantissimæ magnâ ex parte Patriæ effecere. *Patria feliciter agens fortunatum semper altius prouehit* vt ab Atheniense Tragico scribitur Vate. De Patrijs igitur Ilicis Arboris varijs agatur. Non parum cōferre Patriam pro differentijs Ilicum varijs habendis nos docet Plinius his verbis, *Ilicis duo genera. Ex ijs in Italiâ folio non multum ab oleis distant, smilaces (milaces in antiquo codice) à quibusdam Græcis dicta, in Prouincijs Aquifolia. Ilicis Glans vtriusq; breuior, & gracilior, quam Homerus Acylon appellat, eoq; nomine à Glande distinguit. Masculas Ilices negant ferre, &c.* & quia subit varia discrimina Ilex, in quibus dijudicandis non modicæ inter Auctores difficultates, & dubia non pauca exurgunt; cumq; fœcunditatem, vel infœcunditatem à loco acquirat natali Arbor eadē Ilicis, proprietates quoq; locorum attendēdæ; hinc rationabiliter denominari poterunt à Patrijs varijs Ilices; vt Narbonensis Ilex à Lugdunensi chronobotanico, Hispanica à Clusio; Garanotij Luci Monspeliensis Aduersariorum, &c.

Plin.l.16. c.40.
Dodon. Pē-pt.6.lib.4. c.4.
L.1.H.pl. c.15.& l.3. c.16.
In Tabulâ æneâ 63.& 62.
Bauh. Hist. vn.pl.l.7. c.3.
Ionston.l.4. c.4.
Cornut. H. pl.Canad.c. 68.
Symphor. Hort.l.29. c.2.
Euripid.in Philoct. or. 38.
Lib.16.c.6.
Theophr.3. H.pl.c.5. & l.5.c.5.
H. Gen. pl. l.1.c.4.
Cl.l.1.c.15. rar.pl.
Adu.p.431.

Ilex Coccigera Glandifera ex Cephaloniâ.



Ilex

Ilex Aquifolia producens Grana ex Mysiâ.



LOCA NATALIA.

NON vbique viuit, neque omnibus in locis fructificat, & maximè Coccum, Ilex; nam vt obseruauit præclarissimus Clusius, ijs solum prouenit in Regionibus hæc Arbor, quæ Mari Mediterraneo alluuntur, & magno Solis Ardore torrentur, in quibus locis Montes amat secundùm Ruellium, cui adstipulatus Iustulus Spoletauus cecinit.

De nat. st. l. 1. c. 13. Iustul. Spol. lib. de Croci culturâ. P. rar. pl. L. 2. de laud Prouinc. 1. obseruat. cap. 17. L. 3. H. pl. c. 8. & c. 16. L. 4. c. 3. 9. In concisis recensionib. Aduersar.

Ilicis, hic, densis nullo non tempore Montes
—— Fronde virent.

Neque Conualles respuit. Coccum autè in Galliâ Narbonensi, & in Hispaniâ Carolus Clusius optimum obseruauit; deque modo eundem colligendi apud Prouinciales egit Quinqueranus. Creticum Petrus Bellonius Cocci, & vermiculorum eius prouentum diligenter est prosecutus: de cuius exactâ cognitione, an Antiqui gloriari potuerint dubitat doctissimus Bodeus, licèt legantur apud Theophrastum hæc verba de Ilice, & illius grano *Fert præter Glandem granum quoddam puniceum*, qui color sumitur pro rubro splendente communius loquendo, potestque dari Coccus alio perfectior, & pulchrior in colore, tum naturâ simpliciter, tum adiumento Artis. Coccum tinctile, seù infectorium laudauit plus, minusuè iuxtà diuersitatem locorum natalium Dioscorides dicens *optimum nascitur in Galatiâ, & Armeniâ, deindè Asiâ, & Ciliciâ, vltimum ex omnibus Hispanicum.* Hinc Nicolaus Reusnerus in Poetico suo Paradiso contulit:

Coccina sanguineo pinguntur pallia Cocco:
Muricis hunc Galatæ dant, Cilicesque loca.

Verùm Sardiniense pessimum recentiores deprehenderunt: minoris in Barbariâ valoris. Petrus Pena, & Matthias de Lobel in Italiâ quoque nasci Coccum affirmant, Matthiolumquè nimiæ arguunt oscitantiæ; sic enim hi scribunt. *Frequentissima hæc humillima Ilex, cum plerisque Italiæ locis, tum præsertim in Hetrusca, Romano, & Senensi finitimo agro, locis Montosis, Glareosis, Sterilibus, inter varias Ilices, Smilaces asperas, Terebinthos, Lentiscos, vbi etiam, tametsi paucæ, & parum, nec quotannis, tamen nonnullæ Coccum ferunt. Sed quià minus coccinum, & paucum, citòque euanescens partim ignoratur, partim negligitur. At in Galloprouinciæ Arelatensi planitie patentissima, solibus æstiuis rotunda, squallida, glareosa, lapillis, silicibusquè constrata, & Frontignana, Narbonaque maritimis hanc legunt mense Maio, annis adeò æstuosis, vt totum semestre nihil penitus pluat. Valet singula libra Cocci interdum vicenis assibus gallicis.*

Theophrast l. 3. H. pl. c. 18. Plin. l. 16. c. 8.

Phellodrys autem, hoc est Ilex fœmina, & mollior minimè coccigerâ, sed solùm glandifera multis nascitur in locis, in quibus Ilex alia non prouenit, cuius in operibus lignosis est succedanea apud Lacedæmones, Elios, Dores, de quâ in historiâ Suberis. Agrifolium tandem copiosè crescit frigidis in Regionibus, vt in Angliâ, Germaniâ, & Galliâ, nam ægrè viuit in alsiosis, & calidioribus locis, persimilis est Ilici coccigeræ primæ, in folio tantum, non autem in reliquis, quià non est glandifera, sed baccas fert Kermes quidem, asparago concolores, verum non ità colorantes, atque minimè gratas gustui. Ilex, quæcunque tamen, ciuilium, & obsidionalium quoque diù materies coronarum, Vrbe ipsâ Româ vetustior, in Vaticano fuit titulo literarum etruscarum in ære incisarum nobilissima. Tres item apud Tiburtes tempore Plinij extabant Ilices, quæ Tiburto conditore illius ciuitatis vetustiores erant, apud quas inauguratus fuisse scribitur idem Princeps, eumq; tradunt filiû Amphiarai, qui apud Thebas obijt vnâ ætate ante Iliacum bellum. Præterea Lucum propè, qui erat in suburbano Tusculani agri colle Corne appellato, inquit Plinius, Ilex viuebat, & ipsa nobilis 35. pedum ambitu, caudiceque decem Arbores metiens, singulas visendæ magnitudinis, syluamquè sola faciebat, itaut dici quoque valeat Natalia Ilicis Loca non omninò inhospita esse habenda; in quâ significatione Ilex ipsa Mysticis, & Moralibus locum quoque dabit in seipsâ.

Pier. Valer. Hiero. l. 51. Plin. l. 16. c. 44. Volater. l. 26. Philol. L. 16. c. 44.

A

MYSTICA, MORALIA.

COccigeræ, Glandiferæque Ilicis omnifariam sumpti fructus Diuitias, atque Delicias Mundi huiusce referre videntur ob pretium cocci, præcipuè, atque illius coloris pulchritudinem, quibus tamen vti debemus, vt hæ ordinentur ad longè maius Bonum, hoc est ad Bona spiritualia, atque cœlestia, pro felicitatis ipsius assecutione, non autem vt nostros immediatè vertantur in vsus; nam quis, nisi Epicuri de grege cœnoso porcus glandes vorabit? quis coccis illis integris vestes exornare, & venustare posse contendet? Ilicis radices profundæ, virum perfectum designant, qui firmissimas fidei radices profundè iecit. Durities corticis Viri probi vestium vanitates, atque curiositates molliores excludit; Rotundi stipites, crebri rami, vmbrosæ frondes, materiei soliditas in Ilice Hominis inculpatè viuentis laudabilem facilitatem, plura opera bona, exempla virtutum omnium; atque patientiam patefaciunt. Nec minimum B confert ad Mysticam hanc Doctrinam solers illa Goropij consideratio, cum animaduerteret, ac disertè admodum, & multis fretus rationibus ostenderet Rubum Moysis Ilicem fuisse; quod eò magis probabile videtur, quià per vocem *Sina* Hebræi intelligunt Arborem, eamque maximè desertis in locis prouenientem; quod competere non potest *Rubo*, qui non Arbor est, sed debillimus suffrutex. Nec in desertis, & aridis montibus prouenit, sed tantum in lætissimis, & humectis locis ad fossas, & aggeres agrorum. Benè verò conuenit Ilici, quæ Arbor est, & procera quidem, ac desertorum incola, cum saxosas Alpes admodum amet. Ex hac porrò consideratione habetur quod D. O. M. Populum suum Pharaonicæ seruituti subtracturus ex Ilice ardenti, sed non comburenti, tanquam è suæ Diuinitatis suggesto præcipiebat, ab Ilicis qualitatibus addiscendam esse summam Animi virtutem. Ab eius nempè firmitudine, & durabilitate constantiam, & Animi fortitudinem in omnibus, & in statu præcipuè seruili, in quo erant Hebræi; Sic enim, & longè prius ipsorum Patriarcha Ioseph in sua captiuitate dixerat, cum duro carceri mancipatus esset.

Hispanicor l.6.pag.44.

C

Nam si me afflictem, quid mihi
Lucri sit? nonnè eadem sunt ferenda nolenti tamen?
Quodcunque Deus ille facit, ferendum est aquo animo, cur
Pugnare, & frustraneum, & impium iuxtà est.

Cornel. Crocus Amsterlodamensis in Ioseph. cō medíâ sacra act.3. sc.2.

Et per hoc, quod in aquâ demersum penè lapidescat Ilicis lignum, instituendi erant Hebræi, quod licèt in aquâ, & fluxu tribulationum positi essent, non tamen ibi putrefieri debebant per impatientiam, vel aliud peccatum, sed maiorem constantiæ firmitatem adipisci, & hoc pacto leuissima illis vita fuisset seruitus, dum

Prater culpam, & peccatum nihil homini accidere potest graue.

Id. act.1.sc. 5.

Quoniam verò materia hęc amplissima est, & Augustissimæ plena Maiestatis, ideò sufficiet illam innuisse, cum satius sit ipsam deuoto silentio transire, suo cuique iudicio, & arbitratu relicto, quam breuibus arctare studentes, tot sacrorum Interpretum versioni non stare; sed ad clarius, pulchriusque de Ilice mysterium accedamus, & cum Clarissimo, Doctissimoque Sacrarum Scripturarum expositore P. Sherlogo, auctoritatem Regum Sapientissimi Salomonis, in Canticis Canticorum Labia Sponsæ coccineæ vitæ D comparata Ilicis fructui, cocco nempè optimè comparari, cuius moralizatio præsentis accommodatissimè est loci. Sic igitur infit Sherlogus, post exactam secundum Botanicos Cocci declarationem. *Quare ap. Isaiam aqua est de vtrisque ratio cap. 1. vers. 18. si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Quo ex versu, & id manifestatur quod nostro instituto pracipuè accommodum est rubro, atque sanguineo fuisse colore: Rubra inquit, quasi vermiculus: & certè eam ob causam ad pugnam ituri coccinea induebant sagula. Sil. lib. 9.*

Volum. 3. vestigatione 28. sect. 3. cap. 4.

—Humeroq; refulget Sanguinei patrium saguli decus.

Et quoniam effuso cruori sanguineus coccini germanus erat color, aut visu amictus accenderentur ad martem, vt insinuat Valesius in sacra Phil. cap. 82. aut nè vulnerati ab hostibus ad stillante in sanguinem deficerent animo, & viribus, celabatur quippè tunica similitudine, vt putat Alexander Neapolitanus lib. 1. Genial. cap. 20. quod olim ab Isi-

sidoro Hispalensi traditum est in originibus l. 19. c. 22. Rufata, quam Græci Phœniceam vocant reperta est à Lacedæmonijs ad celandum coloris similitudine sanguinem quoties quis in acie vulneraretur, nè contemplanti aduersario animus eresceret. Hac sub Consulibus Romanis vsi sunt milites, vndè etiam Rufati vocabantur: ijsdem ornatas Chaldæorum legiones hanc quidem ob causam ex cap. 2. Nahum vers. 3. viri exercitus in coccineis, arbitrati Cornelius, & Sanchez, Roa singular. pars. 1. lib. 1. cap. 2. ad incutiendum contrarijs Turmis metum in coccinis sanguineos processisse opinati Io. Ferdinandus in Thesauro, verbo coccus, num. 7. Augustin. de Quiros in Nahum. qui erudita multa congerit: Equidem pugnæ signum Tunicam Rufam fuisse hasta extensam, ibidem Isidorus monet, quod latius comprobat Iustus Lipsius lib. 4. de militia Romana dial. 12. Sed an rubra Purpura? huius autem ad coccinum tantam esse similitudinem (licet quidem marina sit purpura, & Piscis donum, teste Plinio lib. 9. c. 36. terrestris verò coccus Arborum partus, sicut ostendimus) vt pro alio alterum reciprocetur, contendit Bodæus lib. 1. Miscell. c. 8. ideò promiscuè ab Euangelistis, nunc indutum Saluatorem chlamidem coccineam memoratur, vt apud Matthæum cap. 27. vers. 31. nunc purpuream Marci cap. 15. vers. 17. Ioannis c. 19. v. 2. adstruunt Toletus, & Ribera in Ioannem, Maldonatus in Matthæum, Iansenius concordia cap. 142. &c. sed quoad Euangelistarum conciliationem spectat eleganter cogit asse visus Antonius Honcala canonicus Abulens. Opere de sanctâ Cruce, quod Stauricum nominauit, videlicet chlamidem illam duplicis tincturæ fuisse ex purpurâ nimirum, & cocco simul, &c. nota 2. longè diuersum esse vtriusq. colorem, purpuram quippè tristiorem, subnigricantem, deniq. violaceam. Coccum ardentem, & splendidè rubicundum. Flagrat color ipse, atque ignescit. Silius lib. 17. At contrà ardenti radiabat Scipio cocco, *rubicundi, & sanguinei coloris multò clariorem, acutioremque esse in coccinis lucem, spiransque omninò, & viuidum iubar statuunt Abulens. in capite 35. exod. quæst. 1. &c. Seranus l. 2. in Iosue, quæst. 21. in cap. 2. qui Hebraâ voce, qua coccus significatur, hoc indicari augurabatur Schani, id est acuere, quod purpuram incendat, & acuat superducta illi, quanquam de Cocco bis tincto dictionem eam communis interpretaur sententia. Io. Ferdinandus in Thesauro, in verbo coccus numer. 1. purpura amplius fulgere coccum docet; pulchrè igitur commendaturus Labia sponsæ coccinea expressit. Rubor enim oris maxima laus, & quo flagrantior, eò venustior.* Hactenus Sherlogus, cui nihil addendum duxi, cum ille supremum Mysticæ, & Moralis huiusce Doctrinæ tetigerit apicem. Locus tamen nobis remaneat eandem Ilicem pro Hieroglyphico, & Symbolo tum sacro, tum Profano assumendi, vt Doctiorum Virorum Senatus hac eâdem ornari possit *Ipse serenata succedens fronte Senatus*
Splendidus in Cocco, ferumque in Vellere, & Auro.

Publ. Frãc. Modest. in Geneth. Fr. Franciæ Regis Fil.

HIEROGLYPHICA, SYMBOLA, Emblemata.

ILex non in Auras tantum, sed in Aurum, & Æra sese pretiosè diffundens, varia quoque, & nobilissima significata diuitiarum, tum corporis, tum animi industrijs, & studiosis omnibus viris poterit comparare. In nummo Antonini Pij Imperatoris sus cum porcellis conspecta sub Ilice fertilitatis innuit symbolum;

ANTONINVS AVG. PIVS P.P.
TR. P. COS. III. IMP. II. S. C.

Nam fœtuum feracissima hæc bellua, vt ex Virgilio,

Littoreis ingens inuenta sub Ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa, &c.

Sub Ilice pasta, quæ fœcundissima syluarum est Arbor, omnigenū videtur opū ostendere incrementum; cuius Arboris fertilitatem Reusnerus elegantissimo hoc Tetrasticho celebrauit. *Fortius vmbrosâ nihil, aut fœcundius vnquam*
Ilice, qua viscum nobile fronde parit,
Et præter Glandem fert Coccum læta rubentem,
Et folijs semper frondet amœna suis.

Virg. Æn. lib. 3.
Io. Bod. in Theophr.
Ap. Bauh. in H. vniu. pl. l. 7. T. 1
Reusner. l. 4 Emblem. 1.

Etsi

A Etsi naturalibus fabulosa possunt apposite necti, non aliâ de causâ Ilex sola, nec Arbor alia ramum aureum, quo facilis, & tutus viuenti Dardanio foret ad manes inferos descensus, protulisse ficta est à Virgilio, nisi vt hoc pariter pacto fertilitatis Symbolum decerneretur. Ipsa namque fertilitas sola fuluum parat Metallum, quo posthac omnia facillimæ consecutionis redduntur; vnde quidam eruditus dixit — *Omnia vincit Aurum; Sic pariter ferrum mitescit ab Auro.*

Virgil. l. 6. Æn.

P. Maccius embl. 54.

Sapientię quoque fertilitatem innuit. Hinc Cornelius Crocus Æmsterodamus in sui *Ioseph* præfatione scribebat. *Quid aureus ille ramus, quo tutò etiam inferi adeuntur? nisi efficacissima sapientia decreta: quibus obfirmatus animus, omnibus fortuna telis, cupiditatum incantamentis, vitiorum monstris, euadit superior, Numini iam, quàm Homini similior.* Sic & Virtutem fertilissimam esse significans, in causâ fuit, vt tersa Laurentij Legati Musa emblemate ex Ilice contexto de Virtutis fertilitate, modulatum reliquerit

Tartara quàm validè firmis radicibus vrgens
Ilex, vt fluidum plus bibat alta Iouem:
Semper amœna comae, & gratis vtilis vmbris
Fertilis est semper, multimodèque ferax.
Nam dulces glandes, & ab his Epidauria profert
Gummata, vel Cynira qualia nata fleat.
Fert & Muriceas supplentem sanguine Conchas
Purpureum Coccum, multiplicesque globos.
Nascitur & Volucrum liquida hîc ad Retia Viscum
Antiquâ Druydum Relligione sacrum.
Ab Styge quin reduces tutè pandentia gressus
Auripara hac Arbor fulua metalla tulit.
Vndique frugifera sic semper in Ilice frondent
Virtutis, semper ditia signa virent.
Hac siquidem, calcat dum tartara, in æthera surgit
Multiplicis fructus semper amica parens.
Dulcia non nocua semper fert pabula vita,
Moribus & Gummo, quo medearis, habet.
Nè Vitijs Animum flectas generatur ab istâ,
Qui tibi coccineus purpuret ora Pudor.
Quin & vt errantes sub legem leniter arctes,
Parta in se, Virtus, mollia vincla parat.
Quid plura? haud alibi fulget pretiosius aurum,
Quàm quod Virtutis nobilis Arbor habet.
Quo nisi dites erit Mortalis, non sibi credat
Elysias vnquam posse patere fores.

Lib. 2. Emblem. 5.

B

C

Nec minus diuiter idem argumentum prius tractauerat fertilissimus Poeta Nicolaus Reusnerus Leorinus in suis itidem Emblematis, vbi, & præcisè loco superius citato, moraliter in hæc exercuit Musam.

Aureus aterno frondescens ramus honore
Symbola Virtutis clara perennis habet.
Pulcricomâquè frequens hic crescit in Ilice, magnè
Quâ nemoris spargit sylua refusa comas.
Fortius vmbrosâ, &c. vt superius.
Sic magnum decus est Virtutis, magna potestas
Perpetuus splendor, perpetuusque vigor.
Fortius hac nihil est, nil fortunatius, & quod
Tam sit fœcundum sponte, feraxquè, suâ
Qui sapit, hunc oculis vestigat, menteque ramum:
Nempe sub hoc Virtus, sorsque beata latet.
Auricomos nisi quis decerpserit Arbore fœtus,
Elysias miser hic nescit adire Domos.

D

Propter hanc infortunia patienter tolerantur, nec in melius vertenda fore spes interit; quemadmodum Arboribus sublata per hyemem folia Ver reddit.

Arbo-

Arboribus frondes, quas horridus exuit Auſter,
Ver rediens placido reſtituit Zephyro.

Franc. Vintha l. 1. Epigramm. 19.

P. Cauſ. l. 10. ſymb. Polyhiſt. n. 10.

Ilex eadem, non in Pedibus, ſed in Corde, inquè Animo reſidere Virtutem nos Hieroglyphicè docet proprio ramo pedibus Leoninis ſuppoſito, qui ramus hac grandi pollere dicitur facultate Leonem ipſum, alioqui fortiſſimum, atque magnanimum in torporem, & in pauidam quodammodò conſtitutionem impellendi; nam *Virtus in Arduis*, & *Laus in Excelſis*. Excelſa ergò, non infima, & multò minus proſtrata pro noſtrarum operationum obiecto ſumi debent; vndè illud Academicum ſymbolum Aquifolij Arboris, ad Iliceum genus relatæ, quod Academia Deſioſorum antè centum annos in Auitis meis Ædibus, fundata ſibi erexerat, cum literariâ hac Animâ ASPERITASQVE FVGIT. Hunc peregregium ſenſum importabat

Pier. Valer. Hierogl. l. 1.

Conſt. Caſ. Agricult. l. 15. c. 1.

Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires:
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Pſ. 147.

Ouid. l. 1. de Ponto.

Virſa propè terram, & minimè procul ab ipsâ frondeſcere monſtrat Ilex ſpinoſo folio, inferius at propè verticē ſpinis exuta, aſperitatibuſq; carēs in ſublimè, vndè omnis vitioſus horror terræ maledictionem comitatur, ita vt arbor ipſa ſtudioſos ſic alloqui videatur *Qui colis Aonium ſtudijs melioribus Agrum*
Accede ad ſuperos, duraquè cuncta cadent.

Proper. l. 4. eleg. O. M.

Nullumq; faceſſat negotium hîc Arborem intrà Ilicis Hiſtoriā pro Ilice afferri, quæ cum non ſit Glandifera, ſed Baccifera proprijſſimè non ſit Ilex, vt doctiſſimus dubitauit Bodeus, & eruditiſſimi tenuerunt Aduerſariorum Scriptores; nam mihi ſat eſt illam belliſſimè referre Ilicem in ſui facie, atque folijs, & eò maximè, quià illam ad nullum peculiare genus Arborum relatam propriè video. Quidquid ſit; Academicorum finis, hîc clariſſimè apparet ex ipſarum Arborum longitudine adauctâ, quæ dum verſus Cœlum animosè protenditur perfectiones virtutum acquirit; idque cum ex naturâ rei accidat Ilici, craſſitiem vincere ignauiæ, aſperitatemque omnem ignorantiæ, atque vitiorum fugare, ſenſus ille Ouidianus eruditiſſimè verus apparebit,

Io. Bod. à Stapel. in comm. Theophraſt. l. 4. H. pl. c. 4.

Auctor. Aduerſar. P. Pena, & M. Lobel.

Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter Artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Vndè Academicum Ilicis Symbolū, Symbolicaſq; Leges optimè implere perſpicitur. Stante etiam Ariſtotelicâ Doctrinâ à præclariſſimo noſtro Conciue Baldo explicita his verbis. *At certum eſt quod non ſolum Hominis, ſed etiam cæterorum viuentium propenſio eſt, vt promptius ſecundum longitudinem, quàm ſecundum craſſitiem augeantur, quod in Arboribus* &c. *conſpicitur.*

Camillus Baldus in Phyſiogn. Ariſt. c. 7.



Quod

A Quod damna, quod cædes, & aduersa quæcunque Animum minimè frangant Virtute suffultum, atq; animatum Ilex nos Hieroglyphicè docet, in cuius ramis duæ hinc indè infixæ appareant bipennes, in hunc sensum à Ioachimo Camerario ingeniosissimè erectum cum hoc superposito verbali Schemate PER DAMNA, PER CÆDES, & sequenti disticho

Emblem.25.

Cladibus augescit Virtus animosa: bipenni,
Sic Ilex vires tonsa subindè capit.

Cuius symboli fundamentum à Lyrico fuit erutum, dum ille Romanæ Fortitudinis exemplum extolleret hisce carminibus.

Horat. l.4. Ode 4.

Duris vt Ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes ab ipso
Ducit opes, animumquè ferro.

Id tamen intelligendum est extrà intestinos cædis excessus ad cor pertingentes; tunc enim præ nimiâ visceris duritie sequitur lethalis diffractio, cum læditur vitale centrum, in quo casu Ilex ità vulnerata seditionis ciuilis symbolum efficitur, quod ab B eruditissimo Alciato sic fuit expressum

Duritie nimiâ quod sese ruperit Ilex
Symbola ciuilis seditionis habet.

Alciat. emblem. 206.

Politicam è contrà concordiam communis flexanimitas inducit; ideòque fatius flecti quàm frangi emblematico pro consilio proponebat ingeniosus Ducherius, vbi se flectentes Arbores diutius stare, quàm Ilicem illis resistentem cecinit.

Lib.2.epig. 89.

Cedere nonnunquam Magnatibus vtile multum est.
Cedere difficiles damnauè, morsuè manent.
Ventorum immensis qua flatibus obstitit Ilex,
Frangitur, & magnis flatibus ista cadit.
Quæ non obstiterat, sed sese inflexerat Arbor,
Magnis ventorum flatibus, illa manet.

Religionis tandem symbolum habita semper fuit Ilex, & ab antiquissimis vsque temporibus venerata; de quâ Plinius in hunc modum scripsit: *Vetustior autem Vrbe in Vaticano est Ilex, in quâ titulus literis æreis Hetruscis Religione Arborem iam tunc dignam fuisse significat*; quam Arborem ad veram symbolizandam Religionem nostram catholicam in Æneis Vaticani Templi Apostolorum Principi dicati Valuis fusis expressâ voluit Sanctissimus Eugenius IV. P. M. vt orthodoxę Fidei ęternũ ea staret Hieroglyphicum. Cæterum si pretiosum Illicis Coccũ seorsim ab Arbore suâ capiatur, cum talis sit, vt circà illum impostoræ facilè strui possint, ad Mercurium fraudolentum relatus non inconcinni valet Emblematis esse materia; Mercurius enim cum Galero frontem totam obtegente, pennisq; copiosis ad pedes, velocissimi propterea motus, cuius vigilem circà merces curam Gallus in propinquo denotet, ipse Impostoris, atq; Mercatoris mendacissimi Symbolum egregiè componit;

Lib. 16. c. 44.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Laudat venales qui vult extrudere merces;

Horat. l.1. ep. 1.

Ementes vt fallat speciosis vtitur, & ementitis coloribus verborum, atq; realium infectionum; sicq; pro Iliceo vero Cocco sæpius dabit artificiatas aliquas ignobiles, infelicesq; baccas; vndè istiusmodi Mercurium Gilbertus Ducherius poetico pennicillo doctissimè depinxit talia loquentem.

Id. l.2. ep. 2.

Lib. 1. epig. 97.

Quod merces curem (postquam mihi syllaba quondam
Longa breuis facta est) Mercurius vocitor,
Sunt pedibus pennæ: quoniam Mercator ad Indos
Currit, & ignauas abijcit vsque moras.
Pro sceptro, virgam teneo: quià maxima Regna
Mercibus, & magnæ sæpè parantur opes.
Est vigilans Gallus: quoniam Mercator ineptit,
Si sperarit opes absque labore graui.
Frons autem obtegitur: quia lati nube Galeri
Fucum impostorem mercibus addo malis.

Ea

Ea sunt Ilicis Hieroglyphica, & Symbola, vt cum Epitheta ab his non dissideant, sed illis nobilissimè concordent, quemadmodum Viri Boni, rectè morigerati non solùm, sed amabiles esse debent, hinc tam hæc, quàm illa vtiliter, & coniunctim poterunt exponi. E

Plut. de Educ. lib.

EPITHETA.

Literarium hoc nostrum Ilicetum intrantibus illud fortassè familiare dictu veniet Ouidianum, quòd

Lib. 4. Fast.

Iam color vnus inest rebus, tenebrisque teguntur —Omnia.

dum in illo *nigra* tantum, *atraq;* propter vmbram Ilices, & eisdem loca referta, vtpotè *obscura*, *senticosa*, *densa*, & *horrida* commemorantur.

Ecl. 6.

Ilice sub NIGRA *pallentes ruminat herbas.*

cecinit Virgilius, & —*nigrâ Ilice* — OBSCVRA *natat* SYLVA.

Seneca itidem pronunciauit ad cuius imitationem Franciscus Bracciolinus eruditè postmodum cecinit. F

Vrbin. 2. 71

Là sù beato, hor sotto vn' Elce OSCVRA,
Hor dentro vn' hermo, e solitario speco
Solo co' suoi pensier talhora ei viue,
E pensa, e siede à le dolci ombre, e scriue.

Vmbras nanq; latè diffundere tam ardenter auent, vt vbi ramis spoliatæ fuerint, quasi *nuditatis impatientes* illæ *facillimè*, *densissimèq; repullulent*, vnde iuremeritò Lyricus Romanos aduersis prælijs magis inualescere demonstraturus, Ilicis huiusmodi comparationem exhibuit.

Lib. 4. Car. Ode 4.

DVRIS *vt Ilex* TONSA BIPENNIBVS
NIGRÆ *feraci* FRONDIS *in Algido, &c.*

Qui mons est in Agro Tusculano XV. passuum millibus ab Vrbe distans; cuius Montis, illiusq; Ilicum *nodosarum* mentionem habuit & Antonius Franciscus Raynerius in suis Rhythmis Italicis tali pacto. G

Rayn. Rim. Son. 61.

O' ne l'Algido sacro Elce NODOSA,
Ch'empia mano col ferro intorno segni.

In 6. Cons. Hon. paneg.

Nil igitur mirum, quòd *opacas* dici videamus in Claudiano syluas ex Ilicibus constantes, *Ilice sub* DENSA, *syluis arctatur* OPACIS.

Id. in Ruff. lib. 1.

Nec non & ab ipso *caligantis* ideò cognomine Pangæum Thraciæ Promontorium indigitari hoc pacto.

Mauors, nubifero seù tu procumbis in Hæmo,
Seù te caua gelu Rhodope, seù remige Medo
Sollicitatus Athos; seù CALIGANTIA *nigris*
Ilicibus PANGÆA *tenent, accingere mecum.*

Ios. Bapt. Poes. Melic. p. 1. pag. 2.

Vnde melicus Poeta Ioseph Baptista nobilem Musam exercens, habuit

Non per trar dal Pangeo l'ELCI CRINITE.

Crottus Floraliorum 8.

Et hunc in sensum Iulius Ælius Crottus lepidissimus Poeta Cremonensis.

Has inter Herbas Graminum virentium
Ilex OPACA *quas procul cingit comâ.* H

Li. 5. Theb.

Quæ opacitas nusquam dari potest absq; vmbrositate. Idcircò Statius.

Quum piger VMBROSA *populatus in Ilice serpens.*

Hoc autem eo fieri credam, quia Arbor hæc est *alta*, *procera*, & *ramosa*, vt Ouidius pariter, ac Claudianus, & Horatius scripserunt.

Claud. Epithal. Hon. & Mar. Hor. in Epo. Oui. 8. Met.

Tum quum per ALTAS *impiger Ilices.*
Arctius, atque Hederâ, PROCERA *adstringitur Ilex.*
Garrula RAMOSA *prospexit ab Ilice Perdix.*

Nemes. Ecl. 3.

Et propterea contrà nimis ardentes Hyperionis radios opportunum habita tutamen, *radys imperuia solis* non malè diceretur, quandoquidem plures ex Nemesiano.

Torrentem PATVLA *vitabant Ilice solem.*

Vnde propter suam hanc vastitatem, & celsitudinem *superbiens* innueretur ab Equi-

te

A te Io. Bapt. Marino tali metro. *L'Elce SVPERBA, e'l Platano sublime*
Trabocca, e'l Faggio verde, e l'Olmo nero.

Hæc eadem illius densitas, & altitudo fuit in re, quòd aliqui luctuosam illam esse voluerint. *Lethiferam Taxum*; TRISTIQVE *ex Ilice frondes*, — *Bartholinus.*
Alijq; sæpius *obnoxiam fulminibus* propalauerint, vt Persius. — *Sat. 2.*
Ocyus Ilex *—Sulphure discutitur sacro.*

Nec alia satior huiusce rei suppetit ratio, nisi fortassis id succedat ex nimiâ Arboris istius in natiuis nemoribus crebritate. *—sicubi nigrum*
Ilicibus CREBRIS *sacrâ nemus accubet vmbrâ.* — *Virg. 3. Georg.*

Quæ crebritas vlterius extendi potest ad *horridam* alterius istarum Arborum speciei *fenticositatem*, cum testatum reliquerit Maro, quòd
Sylua fuit latè DVMIS, *atquè Ilice nigra* — *Æn. 9.*
HORRIDA.

Confirmatum ab Aloysio Tansillo canente. — *In Poemate inscr.* le Lagrime di S. Pietro, *cāt. 8. st. 10.*
Mirando quella NERA, & HORRIDA Elce.
B *La qual fù destinata ad esser forca*
Di carne così fiera, e così sporca.

Vt confirmetur id, quòd habet Martialis lib. 6. nempè.
HIRSVTA *peperit rubicunda sub Ilice coniux.*

Quod appositum huius Arboris Glandibus applicauit Ioseph Baptista in D. Bapt. lib. 3. de paupere in Regis comparationem loquens.
Da l'Elce più CRINITA hà l'IRTE Ghiande
A satollar la fame.

Et Rufus Festus Auienus vbi sic canebat.
Rursum signa poli cum SPINIS *Ilicis* ATRÆ.

Sed his non obstantibus quantò *feraciorem* sese monstrat hæc Arbos, quæ glandium pondere curuari traditur ab Ouidio.
Enodisquè Abies, CVRVATAQVE GLANDIBVS *Ilex.* — *l. 10. Met.*

Tantò magis *feralem* illam ego cognominare maluerim, nec forsan immeritò, dum &
C ad comburenda cadauera defunctorum requirebatur, & ex eâdem Principum sepulcra tegebantur. Ecce Vatis Andini de vtroq; hoc afferto testimonium. Sic ille:
At Regina pyrâ penetrali in sede sub auras — *Virg. Æn. 4.*
Erectâ ingenti, tedis, atque Ilice SECTA.

Et alibi *—fuit ingens Monte sub alto* — *Id. Æn. 11.*
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, OPACAQVE *Ilice tectum.*

Hac de causâ *sanctum* dixit Ilicetum Martialis.
Et SANCTVM *Baladonis Ilicetum.*

A quibus aliena non videntur esse hæc alia duo apposita, nempè CADENS, & CONTVMAX ex illo Publij Francisci Modesti clarissimi Poetæ Ariminensis carmine. — *Publ. Franc Modest. in Geneth. liac. Franc. Fracia R. fil.*
Quale cadens Ilex, qua Germina tollit ad auras,
Nec collapsa perit, viridi sed fronde resurgit.

Quæ singula SVPERSTITIOSAM Ilicem declarant, cum maximè dicatur, quòd
Sæpè sinistra CAVA *prædixit ab Ilice Cornix.* — *Virg. Ecl. 1.*

D Ad hæc accedit signum ab Amnis Tyberini Numine præmonstratum Æneæ, vbi condenda foret Vrbs Albana, quod fuit Ilex *Littorea*, sub quâ sus alba catulos triginta candicantes peperisset.
Iamquè tibi (nè vana putes hæc fingere somnum)
LITTOREIS *ingens inuenta sub Ilicibus sus* — *Id. Æn. 8.*
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit — *Æn. 3. 89.*
Alba solo recubans, albi circum vbera nati,
Hic locus Vrbis erit, &c.

Quæ carmina inuertens Annibal Carus, Italaq; faciens, *duras* has Arbores dixit.
E che gran porca più che neue bianca,
Con trenta figli sotto vn' Elce DVRA
Giacer in ripa à vn fiume trouerai.

Ra-

Rarissima duo intereà, & ferè peregrina proponenda veniunt, & examinanda Ilicis E Epitheta, quorum primum hoc Virgiliano carmine continetur.

Fortè sub ARGVTA *consederat Ilice daphnis.*

Quod imitatus Franciscus Bernius scriptum reliquit in lusibus Pastoralibus.

Sederat arguta Pastor Melibæus ad vmbram —Ilicis.

Et præter hunc, nobilis Poeta Bononiensis Iulius Cupellinus, Gregorij XIII. & Francisci Vrbinatum Ducis à Secretis mihi cognitus, Patriq; ac Patruo meis amicissimus, quum in Quadripartito Musis Triumpho fides de Fide pulsabat hunc in modum.

In Poemate Manu. apud hh.

Nouit in Astreâ, ceu Radix continet alta
Robur, & ARGVTA *nascentes Ilice frondes,*
Quæ si forte tepet, si casu deficit vllo,
Tum facili flatu ventorum sternitur Arbor,
Ad terramque ruunt concussa culmina Fagi.
Sicque Fides Hominum, &c.

Curiosum siquidem dubium est, sed non tam facilis solutionis, quomodò scilicet Ilici competat hoc cognomen. Argutam alij fortasse credent Ilicem dici Metaphoricè, F sumendo nimirum continens, pro contento, quod fieret propter aues argutè super illâ canentes, non propter eandem Arborem, quæ nullo modo canere potest, incapax, vt sensûs sic & istius prærogatiuæ.

Æn. 6.

vt cum *—Ab VMBROSO simul Iliceto*
Daulias latè queritur; querelas
Consonum circà nemus, & iocosa —Reddit Imago.

Alij quoquè sentire possent hoc epitheto designari Ilicem, sub quâ Pastor ille consederat non ingentem fuisse, sed exilem, breuem, & acutam, in quo sensu adiectiuum hoc sumptum est alibi ab eodem Virgilio canente.

3. Georg.

Argutumquè caput, breuis Aluus, obesaque terga.

Sed hoc mihi ridiculum videretur; nam non foret credibile, quod Ilex huiusmodi tunc electa fuisset, sub quâ Daphnis primò, & Melibœus illuc secundò conuenerant, & sub quâ Corydon, & Thyrsis debebant contendere versibus: erant enim

Ecl. 7.

Et cantare pares, & respondere parati.

Neutram tamen hanc expositionem omnimodè damnabo, licèt mihi non plenè satisfacientem, illudquè subiungam pro supplemento, nempè quòd quadruplici grauiori de causâ dictum id esse possit. Aut enim directa fuit Poetæ mens ad Ilicem eandem, vt ab aurâ leniter concussam, vndè *Sibilantem* appellabat Hieronymus Amaltheus Opiterginus illo iambico G

In Carm. Var. Poet. à Ioan. Paul. Vbald. colle. pag. 58.

Non SIBILANTES *blandientur Ilices,*

Non enim de Ilice vehementi ventorum impetu *concussâ* (quòd facilè est, dum hæc Arbor est in Montibus frequens) loqui poterat; nam tunc nequit esse firma cantorum statio, quippè quadrans instabilitatis hieroglyphicum: vndè luderetur ex Naugerio.

Andr. Nauger. lus. 24.

Non ita CONCVSSÆ *versantur in Ilice frondes,*
Cum grauis aduersum verberat aura nemus.
Quàm facilè instabilem permutat fœmina mentem.
Vt velit, atquè eodem tempore nolit idem.

Georg. 2.

Aut ad Ilicem Virgilius canebat, vt APIBVS GRATAM, stantibus ijs, quæ iam ipse aliàs, & Claudianus postmodum cecinerunt. Ille H

— Nec non & Apes examina condunt
Corticibusquè cauis, VITIOSÆQVE *Ilicis aluo.*

2. de. Rapt. Pros.

Et iste *Ilex* PLENA FAVIS, *venturi prascia Laurus.*

Lib. 1. Met.

Vt verum efficiatur assertum illud Nasonis prædicentis quòd

Flauaquè de VIRIDI *stillabunt Ilice mella,*

Illius vestigia sequente Tassio, dum cecinit:

Quì non fallaci mai fiorir gl' Oliui,

Lib. 15. 36.

E'l MEL, dicea, STILLAR DA L'ELCI CAVE.

Quod foret in causâ, vt propter Apum mellificantium (à quo desistunt opere quando *sonat* ICTA SECVRIBVS ILEX) susurrum *canora* simul, & *resonans* κατὰ γνῶν, & propterea *arguta* dici promereretur hæc Arbor. Aut sumendum est hoc adiectum ar-

A *arguti* in sensu Metaphorico quidem, sed significante Pastores illos sub eâdem Arbore canorè, subtiliter, & ingeniosè, minimèq; contumeliosè, iuxtà Senecæ præceptum, poeticè disceptaturos. Quid autem plura subijcimus, si nedum Arbos vnica, sed nemus integrum aliàs *Argutum* appellatum fuit ab eodem Marone?

Andr. Nau Lusu 33.

Virg. Ecl. 8

> *Manalus, argutumquè nemus, Pinosque loquentes*
> *Semper habet.*

Berard. Rot 13. epigr. 2.

In quâ pariter significatione Berardinus Rota eques, ac Poeta Neapolitanus insignis & ipse scriptum reliquit ad Phœbum scribens:

> *Desere ARGVTÆ iuga lata sylua.*

Aliud Ilicis appositum non vulgare explicandum est *corusci*; cecinit enim hunc in modum noster Maro.

> *Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse* CORVSCIS
> *Cum fremit Ilicibus, quantus gaudetquè niuali*
> *Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.*

Æn. 12.

B Licet in istorum carminũ trãslatione *strepentes* interpretetur Hector Vtineus hoc pacto.

> *Quanto Ato la sua cima estolle, e quanto*
> *Erice foura l'Elci STREPITOSE.*

Quà dictione *corusci* pro cognomento Arbori, de quâ fit sermo, apposita, nil aliud tantum vatem intellexisse (quando non ad folia propositæ Arboris infernè albicantia, ideoq; aliquo pacto splendentia respexerit) præterquam nitorem coloris coccinei, qui dependet à Cocco Arboris eiusdem fructu præcipuo, ventorum vî, quæ sæpè *frangit* TREMENTES *Ilices*, circummoto, ita vt causaliter saltem allata de causâ hic Ilex *corusca* dici meruerit. Verum enim verò quia permultis hæc Arbor gaudet prærogatiuis, varijs etiam alijs agnominibus non illepidè requiret appellitari. Hinc Iligneæ glandis feracissimi agri laudantur à Columella. Hinc Ilicis lignum apud Artifices *duritie viuaci* nobilissimum censetur, quod & innuit Spinula canens.

Hor. in Epod.

Spinula Elog. de Portiâ 1. l. 3.

> *Ecce sinistra canit Cornix tibi ab Ilice* DVRA.

Quare sub illòrum manibus.

Lucian. l. 13.

> *Procumbunt Orni*, NODOSA *impellitur Ilex*
> *—— & Pino longè* VIVACIOR *Ilex.*

C

Mant. Fastor. 1.

Illi non semel *terminali* dum.

> *Hic viridem teneas* FRONDENTI *ex Ilice metam* —— *Constituit.*

Æn. 5.

Terminalis corona laudis adiudicari posset, tanquam agrorum, limitum, atq; viarum ligno coronatori, quo spectat illud Apulei: *Negant se vidisse qui fuerint, vllum saltem infinibus eius, aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum.* Inter omnia verò quæ Ilici quadrant Epitheta, singulare est quod illi adiecis Legatus noster, cum ad aureum *Sibyllina* Ilicis ramum alludens, *auriparam* nuncupauit, eo carmine.

Apolog. 1.

l. 2. Embl. 11.

> *Ab Styge quin reduces tutè pandentia gressus*
> AVRIPARA *hac Arbor fulua metalla tulit.*

Et cum maximè conueniat Ilici à duritiè epitheton *duratei*, antonomasticos quoq; *Arbor coronata* dicenda veniet, nam δοῦρον est lignum Græcè, è quâ materie Ilicis δόρυ, quæ est hasta pulcherrima, fortis, & læuigata componitur, dicta ob id non ingrata, & maximè fida. Sed quomodò rebus haud ingratis sit fidendum sermo subsequens de Fabulis, & Superstitionibus circà nostram Ilicis Arborem docebit.

Plin. l. 16. c. 44.

D

FABVLÆ, ET SVPERSTITIONES.

Omni loco nasci posse Virtutem Seneca rationabiliter admodum sentiebat; nam cum Fabulæ, & fictiones vmbram veritatis adornent, ipsa veritas, etsi personata, placebit, immo cum detestanda quoq; scire, & nosse sæpè sit vtilissimum, non erunt propterea Fabulæ contemnendæ, nec inuoluendæ silentio, quibus prauas quidem infidelium consuetudines, atq; falsas reijcimus opiniones; sic enim vera agendi norma à contrario sensu iudicatur, verusq; Dei cultus firmitatem sapientissime recipit. Andini Vatis carmine fingitur Æneas Sibyllinis obtemperans monitis Ramum ex Ilice aureum excerpsisse, quo ad inferos nõ dicam innoxiè, sed certa, & facillima via descen-

Ep. 67.

Virg. Æn. lib. 6.

dere posset, quià pondus auri ad Ditem, dirumq; Plutonem facillimè fertur. E

Accipe quæ peragenda prius: latet Arbore opacâ
Aureus & folijs, & lento vimine Ramus,
Iunoni inferna dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ;
Sed non antè datur Telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit Arbore fœtus, &c.
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit,
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virêre nouâ, quod non sua seminat Arbos:
Et croceo fœtu teretes circundare truncos.
Talis erat species auri frondentis opacâ
ILICE, &c.

Norunt sapientes, quod qui cœci sunt magis proficiunt in tenebris, quàm sub ipsa luce, quia Virtus interior ab ijsdem tenebris magis roboratur, & intelligentiæ lux inter illas effulget ad omnes speculationes subeundas. Lucum quidem absq; luce habebat Antiquitas Plutoni superstitiosè sacrum suprà Megaram, secto Lapide inclusum, referente Pausania, vbi pulcherrimæ virebant Ilices superstitione plenissimæ, quæ horrorem apud illos religiosum nobis debent memorare omninò despiciendum. Refert Ælianus impium quendam, & belluinum Græcorum morem circà sepulcrales Ilices intactas relinquendas, immo plusquam bestialem, & efferam legem, qua vetabatur sub pœna mortis, ne quis propè sepulcra, vel minimam Ilicem excideret. Id certè dicendum est Plutonicum fuisse inuentum, quia Vmbras huiusmodi lædere nil aliud erat, quàm infidelitatem violare, & Vmbras mortis lethiferas perpetuò vellere; hucq; fortè spectare potest ille Martialis versus, *Et sanctum Baladonis ILICETVM,* quo locus sacer, ferroq; superstitiosè inuiolatus innuitur. Permittebatur tamen, & religiosum quoq; credebatur Ilicum, vt & aliarum Arborũ consimilium corticibus Deorum, ac Nympharum nomina incidere. Hinc Menalcas apud Boiardum cum Litanore colloquens, filuas suorum amorum testes, Ilicesq; sæpius amasiæ nomine signatas memorat hunc in modum. G

Arist. de Somno, & Vig.
S. Aug. l. 10. in Genes.
In Corinthiacis.
Lib. 5. c. 16.
Li. 4. epigr. 62.

Postquam nulla meum pietas miserata dolorem
Subuenit, extremo frondentes carmine siluas
Alloquar: hæ nullos solitæ contemnere questus.
Scitis enim Quercus, celsoque cacumine Fagi,
Fraxineumq; Nemus, VIRIDANTISQ; ILICIS Arbor:
Scitis enim quales gemitus, quæ carmina fundam,
Quàmque libens repetam signatum in cortice nomen.

Boiard. Ecl. 6.

Sed Ilices alloquens miser non poterat nisi ab Echo responsa reportare. Ab Echo inquam, quæ pro Ilicibus vocem reddere debuisset, dum has illi gratas infert apud Naugerium Acon, qui Lucum Iliceum eidem constituere parat, dum in hæc vocalem alloquens Nympham describitur.

Candida Nympha olim, & Pani dilecta Lycæo,
Crinibus, & culto conspicienda sinu.
Nunc vox, flebilibus quæ semper mœsta querelis
Desertos scopulos, deuiaque antra colis:
Salue Echo officiosa: tibi sub rupe cauatâ
Ipse ego lanigeri ductor Acon pecoris
Constituam vmbrosum FRONDENTI ex ILICE Lucum,
Molliaq; ex Hederâ serta virente feram.

H

Andr. Naugerius lusu 19.

Sic & illas in serta quæsitas coronantes ab Nymphis protegi & credebant, & precabantur. Inde culta Benedicti Accolti Musa, hæc nobis obseruanda canebat.

Quod viridi hac olim prostratus in ILICIS vmbrâ,
Audaci Reges mulserit ore Lycon.
Spargit humum folijs, & ramis Arboris alta
Suspendit purâ florida serta manu.
Vos vmbram æterno Nymphæ celebretis honore,
Et vestro semper munere tuta siet.

l. 1. epigr. 3.

Sed

A Sed Iligneâ quacunq; seriò detestatâ impietate, Iligneos Vsus in Varijs acceptissimos, inculpatosque videamus.

VSVS IN VARIIS.

RVsticos magis, an Ciuiles dignata sit vsus Ilex, quæ validos, æque ac nitidos vult materiarios, ambigeret quoq; Mercurius apud Plautum supparasitans

Sic condignum qual'est, qoi dono datu'st.

In Amphitruone.

Ilignei ligni pulcherrimos capulos, scipiones, & abaculos expetunt quidem nobiles viri, sed montanorum hominum luxuriosa nimis Rusticitas materiem illam Ciuibus denegat, laboriosam illius ponderis ad Vrbem perhorrescentes fortasse lationem. Hoc certè vacat omni dubio, vt notatum reliquit Plinius, prætennes in laminas Ilicem secari commodissimè posse minutiora ad opera perficienda in cuius Arboris materie ponderosâ, solidâ, læuigabiliq; colorem, atq; securitatem idem probauit in instrumentis illis præcipuè, quæ in volutatione quadam minimè læsiuam patiūtur attritionem, quemadmodum Rotarum sunt Axes, in quibus durities, & lenitas amicissimè iungi debent. Cato proptereà Vectes Iligneos Aquifolios fieri, Subscudesq; Iligneas Punicanis coagmentis Torcularijs esse adindendas iubebat; hæc enim retinacula securicularum forma, quibus duo Tigna irremissibiliter vniuntur fortissima sunt, Hinc Architectorum Coryphæus securiclatos huiusmodi figuræ tutissimos cardines vocabat. Auctores alij non contemnendi manubria Rustica ex Ilice fabrefacta ad cœlum vsque laudibus efferebant. Proditum quoq; est Vaginas terebris ex Ilice vtilissimè fieri, necnon malleos maiores Iligneos Bipaliorum, Sarculorumq; supellectiles inter Geoponicas pretiosiores numerari. Vrbanis, æquè ac Ruralibus instrumentis visus est fauere Theophrastus, dum Plaustrorum Axes, & Vertices non minus quàm Lyrarum, & Psalteriorum capita, & costas ex Ilice feliciter construi ostendit. Apud Pollucem scabella leguntur Ilignea, & Lecticæ ex eodem ligno fabrefactæ. Apud Terentium quoque lectuli, quibus inessent Pedes Ilignei faciendi dabantur. Aqualiculos, bibitoriaq; canalia gregibus parabant Rustici antiquiores, vt est apud Virgilium.

Plin. l. 16. c. 43. B *Cato c. 18.* *Budæus* *Vitruu. Archit. lib. 10. c. 10.* *Hygin.* *Collumella l. 7.* *Lib. 5. de H. pl. c. 8.* *Symph. H. l. 18. c. 7.* *In Adelph.* C *Georg. l. 3*

— aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem Iligni potare canalibus vndam.

E contrà Nobiliores Gymnasticis suis in ludis, & exercitationibus prophylacticè institutis, vt sunt Troci Thalamorum, vel loci aperti in quibus rotationes, & cursus intercedunt, vt ille, qui vulgo dicitur *il Pallamaglio*, vbi mallei bicipites ferrati etiam hastis infixi bicubitis, vel tricubitis ad ligneas pilas violenter impellendas, trudendasq; exiguntur, iligneam materiam exposcunt. Artifices illi, qui nobilibus inseruiunt maiores extruendo Machinas, atq; Palatia, quemadmodum sunt fabri murarij excellentiores, suis nunquam destituuntur Redemptorijs Quincupedalibus, quibus parietes dimetiantur, vnde illis ad latus, velut ense armati pendentibus incedunt, eosq; descriptos in hunc modum à Martialis Musa inuenimus.

Hodie dicitur *Passo*, pro passus mensura.

Puncta notis Ilex, & acutâ Cuspide clausa
Sæpè redemptoris prodere furta solet.

l. 14. epgr. ep. 82.

Instrumentum huiusmodi ex Ilice factum, varièq; exornatum, in omnibus ferè contractibus, qui emptionis generali nomine indigitabantur, necessarium videbatur in operibus redemptorijs, ad præcauendas, vel corrigendas operariorū fallacias, ne aliquid de materiâ à mercenarijs surripi posset, & vt illis quoq; debita, & proportionata merces solueretur. Redemptorum autem simpliciter nomine, secundum Festum, intelligi debebant hi, qui quum ad faciendum, aut præbendum quid conduxerant, illudq; effecerant, & tum demum pecunias accipiebant; nam emere antiquitus, & accipere idem significabat, vnde Plautus *Abemito vestem*. Redemptor itaq; erat operum mercedis exactor, vt Redemptor statuæ, cui hæc locata erat facienda, pecunias sibi debitas redimens. Sic Redemptor Ædium, Templorum, Palatiorum, &c. cui locata hæc erant iuxtà conuentas mensuras, modosq; indictos ædificanda, cubitorum nempè, digitorum, palmorum, pedum, &c. Sed si mascula defecerit Ilex ad hæc omnia norunt carpentarij, vel materiarij, quicunq; substituere fœminam, ex quâ fieri possunt vtiliter *Ilignea trabes*, vt apud La-

D *L. veteres ff. de Act. Empt. vēd.* *Ruell. de nat. st. l. f. 23. n. 12.* *Stat. l. 6. Sylu.*

 cæde-

cædemonios mos erat in Elide. Inter Ilices porrò fortuita Rustici, & spontina pro Apibus Alucaria ob cauitates ingentes ab hisce Arboribus conceptas sæpissimè inuenere. Carissimum præterea Iligneum Carbonem Hetruscis fuisse docet Matthiolus; non modò quià diù foueat ignem, sed etiam quià, vt affirmant experti, vapore caput minimè tentare soleat. Ex Cocci tandem tinctorij ab Ilice suppeditati fęce, sciendum est, parari quoddam (nescio an extractum dicendum chymicum, vel simplex aliquod terrenarum subtiliorum partium concretum) compositum, quod Lacha pigmentaria pro pictoribus vocatur, idq; compositum aliud esse à Lacha Arabum, quæ Cancamum à Græcis dicitur, necnon à Lacha factitia ex ligno rubro Brasiliano, vulgò *verzino*, non parum discrepare noscitur. Simplicis tamen Tinctura Cocci fulloniæ Artis Magistris nota est, atq; perspecta, quæ sericeis, ac laneis non æquè inducitur pannis, quod Artificium industrios quàm maximè, atq; ingeniosos requirit Artifices, quamuis antiquitus exerceretur magis à fœminis, quàm à Viris, vtpotè accuratioribus & maiori patientia præditis. Hinc apud Poetas Veritatem, licet variè coloratam, legimus.

D. Vincent. Rener. Oliuet. i poem. expugnat. Hierus. l. 2.

—quos Nympha iubis, zonâque rubenti
Ornarat formosa parens, & purpura circum
Ibat Hamadryadum manibus vigilata sororum.

At quoniam vsus Medicus præcipuus inter alios, atq; speciali nota dignus semper est habendus. Hinc Vires Iligneæ Medicinales exponendæ sunt.

VIRES IN MEDICINA.

Longè absit ab Ilice Medicamentarius iners, & prauus; Remediorum solers, & bonus Faber prẹstò sit, sciatq; summas Ilicis partes nō parū in Medicina valere, cum eius Glandes, teste Dioscoride, viribus antecellant Quernas. Folia quoq; huiusce Arboris egregijs pollere viribus credantur; nam tusa, & bene contrita tumoribus prosunt œdematosis, imbecillesq; membrorum quorumcunq; roborant partes; refrigerandi, & reprimendi facultate præditæ, ad idemq; valet Coccus illius (qui est quædam, nobilissima tamen, Gallula) & valentius, nam vulneribus, ac prẹcisis neruis vtilissimè illinitur, tanquam adstrictoriæ virtutis temperatissimæ, daturq; mulieribus bibendus in pollinem cum vino, vel ouo sorbili ad vires collapsas instaurandas, fœtusq; retentionem moliendam; immò idem in confectione Alchermes dicta ad cordis palpitationem, tristitiam mentis, & alienationem, syncopemq; valet, vt in Antidotario nostro Bonon. nouiss. liquet, cuius hæc est descriptio. ℞ folliculorum Serici, è quibus extracti, non enati sint vermes minutim incisorum lib. i. macerentur per horas xxiv. in lib. v. aquæ buglossæ destillatæ in vitro, in qua infusæ sint, & parum etiam ferbuerint vnc. iv. granorum chermes opt. lento igne, quibus ebullitis, & serico probe tincto, hoc extrahatur, & exprimatur, mox infund. sacchari albissimi lib. i. & s. & dr. vi. & ad mellis crassitiē, coque, amoue ab igne, & misce Ambrę grisẹę crudę syncerę minutatim cōcisæ dr. ij. qua liquata inijce pulueres hosce, videlicet ligni Aloes, cinnamomi ana dr. vj. lapidis lazuliloti, & præparati, margaritarum albarum ana dr. ij. foliorum auri dr. i. mosci boni scr. i. mis. Dosis eius à dr. i. & s. ad dr. iij. quæ vsq; ad 4. annos benè custodita seruari potest. Nec est mirum tanti fieri Confectionem hanc, quia Granum tinctorium, quod Ilex producit, adstringendi vim efficacem quidem, sed delicatam, & vt ita dixerim, nobilem obtinet, cui nonnulla, iuxtà Galeni obseruationem, amaritudo adiungitur moderatissima, idemq; citrà morsum, & acrimoniam reficcat: proinde, inquit Plinius, ad ingentia vulnera conuenit, & ad neruorum læsiones impositum, alij cum aceto, àlij cum oxymelite eundem terunt. Aduersus superfluentes menses à recentioribus idem commendatur, & exhibetur, ipsumq; mulieribus abortientibus cum Thuris polline, vel mastiches exhibent in potu, vel etiam in ouo sorbili, quibus familiarissimum est iam redditum ad prophylacticā ipsum Medicamentum. Aquifolij verò vires in medicina paucis hisce restrinxit versibus Castor Durantes. - *Mollit Aquifoly Radix, itidemq́ resoluit Discutit, articulos luxatos adiuuat; ossa - Glutinat effracta, atq́ arcendis muribus eius Suspendas virides frondes, & flamina circum - Queis falsa pendent carnes.*

Li. 1. c. 121

Pag. 13 de Electuar.

Dodon. hist. stirp. f. 328

In Herbar. lit. Aqu.

Sed iam præstat Suber in his chartis extendere, vt modico saltem ibi natet excursu, calamum ergo nunc subeat Arbor corticosa, quæ si edulis nequaquam, vt aliæ, vtilis tamen quàmmaximè deprehenditur.

VLYSIS

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRITII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ,
Libri Primi, Tractatus Secundi
CAPVT V.
DE SVBERE.

FORMA DESCRIPTIO.

SVBERIS Arbor, quam Glandiferarum quintam facimus, Ilici tam folijs, quàm fructu valde similis haberi poteſt, cui tamen cedit in Comâ, quam non ità feliciter habet perpetuò virentem, ſicuti quo ad magnitudinem illa inter ſupremam, & infimam Ilicis ſtaturam reſidet. Craſſiſſimo veſtitur cortice carnoſo,& ſub ipſo etiam virore leuiſſimo, qui ſimplex non eſt. Corticoſum dicimus Suber, quià cortex pars eius corporis extimior ampla eſt, & carnoſa, minimè autem neruea, nec membranacea, exquo fit, vt in omnes dimenſiones æquè ſit ſectilis, & ad plures faciat vſus; & quià cortex tam craſſus vitalitate quadam propriâ, quæ Arboris non eſt, potitur, dici reſpectu Arboris poteſt non vitalis, & præter ſubiecti Arborei corruptionem ſeparabilis, qui ſtigmata illa non relinquit curatione, vt in alijs accidit Arboribus indigentia, vel linitionis lutulentæ, vel ſtramentitiorum ſubligaculorum appoſitionis. Duplex eſt Suberis Arbor, altera eſt anguſtifolia non ſerrata, altera eſt latifolia, & huius quædam eſt folio decidua, alia vero perpetuifolia. Suberis eandem Arborem magnitudine mediocrem notauit Rembertus Dodoneus, illamq; Ilici ſimilem fecit, caudice tamen craſſiore ὀλιγόκλαδος, ſiuè paucorum ramorum, folioq; plerumq; maiore, latiore, rotundioreq, per margines inciſo, & aculeato quoq; & longiore, acuminatioreq; aliquando. Cortice item craſſo, admodum ſcabro, rimoſo, ſponte dehiſcente, ac in fragmenta ſeſe ſeparante, quæ niſi tempeſtiuè detrahantur alteri ſubnaſcenti cortici cedunt, qui ſublato vetere tunc veluti colore aliquo oblitus inſigniter rubet. Glandem habet calice maiore, hiſpido, aſpero, magis echinato adſtringente, & Ilignâ multò ingratiore, & illâ vno in loco maiori, in alio autem minori. Suber autem in ſpecie anguſtifolium, ſerratum eſt folijs virens longioribus, minuſq; crenatis, glandemq; minorem, cupulà exterius pungente aſperâ, ſcabrâ, gerens, illudq; copioſè naſcitur ad Apennini radices, & in Agri Anconenſis collibus, Subere non minus abundante, quàm Sparta, & Elis Græcorū. Suber latifo-

Theoph. l. 1. H. pl. c. 8.

D *Pempt. 6. l. 3. c. 6.*

tifolium folio deciduo Ilici quidem valdè simile est, sed paulò maiori, caudice duobus digitis rimoso, crassoq; contestum; Glande maiore sub maturitatem nigricante scatens, cui longior, & obtusior est cuspis, quàm in Ilignâ, cum calice magis hispido, & per oras molliter echinato, & breuissimo plerumq; petiolo; illius rami nonnunquam gerunt lignosa quædam cinerei coloris tubercula strictissimè adhærentia, itaut absq; fractione minimè possint auelli. Suber istud latifolium deciduis folijs pro patriâ recognoscit Aquitaniâ, & montes Pyreneos, ac in Hispaniâ Castellæ nouæ quamplura loca, Bæticæq; præsertim circà *el Puerto de Mirabel*, totamq; Lusitaniam, & in Italiâ Romanum Agrum, lato folio, serrato, & asperiusculo, atq; Pisanum folio longiore, & acuminatiore. Latifolium autem perpetuò virens Suber crescens conspicitur circà Populoniam non longè à Plumbini Ciuitate sitam, quæ Regio Feudo liberè spectat ad Excellentissimum Principem, & Ducem Nicolaum Ludouisium Patritium, & Senatorem Bononiensem longè nobilissimum, non longe à quâ Ciuitate est Suderetum oppidum, quasi Suberetum, vulgò *Souereto* à Subere inter Massam, & idem Plumbinum. Theophrastus Suberis corticem ex humore, & carne constare ait, Sed quià in omnem dimensionem facilè frangitur illa caro, dicenda est non quidem venis destitui, cum nutriatur, sed fibris, neruis, tendinibusque carere, propter inconspicuam eterogeneitatem. In huius tamen corticis (qui speculationem præcipuam ad se trahit) constitutione miram naturæ solertiam licet admirari, quæ Arborem ad decorticationem natam de duplici, immo etiam triplici prouiderit veste, nè, vna abiectâ, hoc est primâ exteriori, ipsa nuda relinqueretur, quin Immo nouam intus substruxit tunicam, dum exterior vetus quodammodo appropinquat detectioni, vndè tres cortices à scrutatoribus magis accuratis obseruantur in eâdem Arbore. Primus extimior est percrassus, qui Vasorum ferè omnium Artificialium, & Oeconomicorum obturamentis destinatur, & ex eo fiunt Alucaria. Secundus crepidas munit, & hyberna calceamenta substruit. Tertius est subtilis, & admodum delicatus, ex quo fiunt Pateræ, in quibus hectici vtilissimè bibunt. Hæc Arbor cortice in orbem detracto iuuatur, cum cæteræ circuncisæ necentur; & tantum abest quod lædatur à tali expoliatione, quòd potius contrarium euenit, nam nimis crassescens ille cortex relictus Arborem perstringere, & strangulare facillimè potest. Ad Suberis naturam proximè accedere videntur nonnullæ Arbores, quæ vel mixtam videntur præseferre constitutionem, atq; figuram, vel in aliquibus essentialibus partibus communicare cernuntur, vt Phellodrys Suberiquercus ex Cephaloniâ, & Suber molle Virgilij, quorum hic damus icones; & quemadmodum esset Suber humile Ruellij, quod ait in Hispaniâ reperiri folio Ilicis aculeato, tristi glande, cortice præcrasso, & multis inanitatibus fistuloso. Crederem quoq; humile aliud Suber fuisse illud, quod Virgilius simul cum lentis genistis numerauit. Eiusdem census sunt Suberis exotici plures species à Ionstono recensitæ. Prima est Arbor *Iucaie* Malopunico similis, sed frondosior, cortice odoris caryophyllei, cinnamomum verò sapore referente cum aliquâ amaritie, & quotannis absq; iacturâ Glandium separabili, Secunda Arbor *Candu* procera, cortice candicante, & caudice Fungoso, & Subere leuiore prædita, cuius leuitas tanta est, vt grauissima quæque, etiam suprà mille librarum pondo vnius caudicis ope è mari extrahantur. Tertia *Memba* Arbor Congana lignum habet leuissimum instar Suberis, quo cymbæ in illis regionibus parantur. Quarta Lignum est Brasilianum fomitis vicem præbens, cuius cortex externè fuscus, internè flauescens fugum æmulatur, aut Suber læuigatum. Quinta Lignum Iauanense Fungosum dat, adeò leue vt nonnisi Sambuci medulla videatur candida, cui cortex superinductus est admodum tenuis, & membranaceus cinerei coloris. Formâ, & Descriptione rei præhabitâ digniores instituì poterunt Denominationes, quæ à nobiliore compositi parte ritè sumuntur. Non male ergò subsequentur Suberina Nomina, & Etymon.

Bauh. in H. Vniu. pl. vol. 1. l. 4. cap. 3.

Clusius

Lib. 1. de H. pl. c. 8.

De Nat. Stirp. lib. 1. cap. 135.

Lib. 4. c. 3.

Aristot. Polit. 8.

E F G H

Suber

Suber Molle Virgilij, relatum ad ſylueſtre magis.



Diſtinctioni huic Mollis, & Durioris Suberis anſam fortè dedere duo Virgilij carmina, alterum lib. 7. Æn. de tegmine capitum Subereo.

Tegmina queis capitum raptus de Subere cortex, —Aurataq́ micant pelta, &c.

Alterum lib. 2. Æn. de Armariâ Thecâ.

— libro, & ſylueſtri Subere clauſam, —- Implicat, &c.

Phe-

Phellodrys Suberiquercus ex Cephaloniâ Aldrou.



NO-

NOMINA, ETYMON, Denominata.

SVber Arbor Corticosa δενδρόφλοιον à Græcis dicitur, & secundum Latinos à Suberuendo, quia illius cortex secundum partes extrahi, vel è caudice inferiori subtrahi debeat, & iuxtà hunc sensum non videtur multum discrepare à fonte Græco huiusmodi nomen Suberis. Nam Græcum σύφαρ, quod, teste Suidâ τὸ δέρμα significat, idest corium, & pellem, Suberi suppar, seù ferè par in homonymiâ deprehenditur. Idem Suberis nomen ex doctissimorum aliquot virorum sententiâ latinè deducitur ab incrementis, & ab eo etiam, quod mergi nequeat, & quod rubeat. Græcè vocatur hæc Arbos Ἴψος quod semper altum petat, & φελλὸς à leuitate, vnde φελλίνας apud Hesychium, idest *Leuis in modum Suberis*. Hinc *Phelletes* Astarti Tyriorum Regis filius non pondere leuis, sed ambitione nomen traxit; quia cum patre post XII. Regni annum defuncto, maiorem natu fratrem Astarimum, ad Imperium, quod per vndecim annos tenuit, euectum regnandi cupiditate occidisset, & ipse ab Ithobalo Astarte Sacerdote, vt sibi thronum vendicaret, post octauum sui regni mensem occisus est, anno Mundi 3018. Sic pariter à leuitate Suberis Etymon duxit ille, qui *Suber* inuersè legens *rebus* omnibus illud supernatare meritò cecinit his Iambicis.

Iul. Cæs. Scalig. in Theophr.

Th. V. H. Tom. 5. M. p. 58. b.

Laur. Lega. in epigr.

REBVS *superstat omnibus* SVBER *leue*.
Ex REBVS *ideò* SVBER *inuersè lego*.

Gallis *liege*, Hispanis *Alcornoque*, Germanis *Pantoffelholtz*, & hinc (nisi me retraheret πάντως, & φελλὸς, quod *omninò*, est *subereum* denotat) denominata crediddissem Sandalia Suberina apud nos Bonon. vulgò *Pantoffole*, quasi nomen hoc fortasse foret vna ex antiquissimis Gallorum Boiorum reliquijs, à quibus & ipsa Ciuitas integra nomen accepit. Itali verò vocant hanc Arborem *Sovero*, & *Sugaro*, vnde familia *Suberea*, siuè vt vulgò dicitur *Sogara* dicta est, ex quâ celeberrimus Bartholomæus SOVERVS in Castello Corberiæ apud Friburgenses natus, florentissimâ eruditionis varietate memorandus scriptum reliquit *de Rectis, & Curui proportione*. Quià sursum vere petat ob magnam leuitatem, hinc prouerbium illud originem traxit *Subere leuior*. φελλοῦ κουφότερος, & in illos dirigitur, qui sunt inconstantes, leuisq; sententiæ, &, vt vulgariter dicitur, *facilis leuatura*. Suberis quoq; nomen participabile fuit *Subaryj* populis Regionem Samelandiam, quæ pars Borussiæ est, incolentibus à copia potius harum Arborum, quàm à proprietate aliqua Suberina, quemadmodum leuitas, & iactantia, &c. Et non aliter vocatus fuit à Suberibus copiosis φελλεὺς Atticæ locus salebrosus, teste Suida, & Oppidum in Hetruria *Suberetum* vulgò *Sugheretum*, seù *Sughiero*, vel *Souveto*, vbi natatoribus, & piscatoribus instrumenta eorum exercitij pararent, quò spectare potest illud Sidonij. *Vt stataria retia Suberinis corticibus extendat*. Suberinis at nominibus Prouerbia, & Symbola adiungere non aliud est, quàm illis literarium pondus addere, ipsamq; Dendrologicam Suberis Tractationem nobilitare.

Ruell. l. 1. de nat. stirp. c. 135.

Crescent. in Agric.

Leand. Alb. in descript. It.

PROVERBIA, SYMBOLA, & Emblemata.

MVlieribus, atq; Pueris leuioris, vtpotè sententiæ Adagia illa duo aptari per quam bellè possunt φελλοῦ κουφότερος, nempe SVBERE LEVIOR, & GALLA LEVIOR, nam in eundem prorsus diriguntur finem, vt sint tanquam Scommata inconstantissimi Ingenij, & facillimæ, vt vulgò dicitur, Leuaturæ. Sed hîc posset Quæstiuncula quædam excitari, leuissimi quidem ponderis, verum curiositatis non exiguæ, num scilicet Suberi aptetur magis, vel Gallæ Prouerbium suprascriptum leuitatis, cum ambæ hæ res summum leuitatis gradum videantur attingere. Pro Galla stare videtur verbum illud antiquum latinum *Gallare*, quod est furiosè moueri, & verbum Ita-

Terentius in Hecyrâ Act. 3. sc. 1.

Monos. l. 6. num. 65.

Varro in Eumen. *Dantes in Purgat. cap. 10. & Inf. c. 21.* *Creſcent. Agric.*

Italicum *Galleggiare*, quod ſignificat aquis ſupernatare. Suberi autem leuitatis primatum concedere nititur illa vis valdè potens, qua nulli ſubeſſe vult rei, ſed omnibus ſuperſtare, vndè grauia, & oneroſa pondera immerſabile aquis ſuſtinere deprehenditur Suber; pro determinatione dicatur Prouerbium SVBERE LEVIOR credulo melius accommodari, & aliud LEVIOR GALLA variabili magis dirigi. Aquarum porrò ſuperficies tacta quidem à Subere, ſed minimè penetrata Prouerbio illi dedit originem, quo aliquem indigitamus, parum de rebus intelligentem, ſeù negotia quæcunq; cum illo pertractata ſuperficietenus tantum noſcentem, dum dicimus NON PESCA AL FONDO, quaſi quod ſit ſimplex Subereus cortex cæterorum leuiſſimus ἀνδρίφλοιον, de quo Lyricus inter Odas, & Satyras cecinit,

Li. 3. ode 9.

Quamquam ſydere pulchrior
Ille eſt, tu leuior cortice, &c.

Li. 1. Sat. 4.

— Simul ac durauerit ætas
Membra, animumq; tuum, nabis ſine cortice, &c.

Ille namq; cortex, nempè Suberinus, eſt ἀβάπτιϛος, ideſt IMMERSABILIS VNDIS. Et hinc habuit quo ad *Baptiſta* Nomen eleganter alluderet eruditus noſter Legatus, cum in *Encomiaſticâ* ſua Poetarum *Bibliothecâ* de Ioſepho Baptiſta Poetarum huius æui facile Principe, deq; *Melicis* eiuſdem *Poeſibus* enixè caneret;

Laur. Lega. in Encom. Poet. Bibl.

Queis labra vix alij, totum ſe proluit vndis
BAPTISTA, haud vanum Nominis omen habens.
Præſtitit hinc alijs MELICAS inarando POESES.
BAPTISTÆ Vates Maximi vbique cluent.

Suberinæ porrò immerſabilitatis proprietas prouerbialiter dici poteſt de illo, qui omnia pericula ſuperare ſit ſolitus; nulliſq; aduerſæ fortunæ ſinatur mergi gurgitibus, veluti alter Vlyſſes, de quo idem Horatius.

Lib. 1. epiſt.

Dum ſibi, dum ſocijs reditum parat, aſpera multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vndis.

Camillus Cam. in Inſ. Federici Cerruti.

Ingenioſiſſimus propterea Camillus de Camillis ad ſignificandum huiuſcemodi virum, pro ſymbolo exhibuit tria Suberis fruſta, ſummis in vndis, ventorum vi contraria nihil officiente ſemper connatantia, adiectis verbis NIXV MAIORE RESVRGVNT. cuius ſymboli ſenſus, ſi moralem aſſequeretur interpretationem, poſſet in hunc modum exponi, videlicet terna per illa fruſtula ſuberea fluctibus iratis ſupernatantia, tres Theologales myſticè denotari Virtutes, quas in vero Diuinæ Bonitatis Amatore nunquam deficere, ſubmittique poſſe certiſſimum eſt, quemadmodum Vndæ illæ commotæ paſſiones, & affectus humani animi perbellè poſſent innuere, animo ipſo per mare, ſeù lacum procelloſum ſignificato, vt breuiter hic indigitaretur Homo, cuius in Animo tàm fixæ ſint Spes, Fides, & Charitas, vt nulla affectuum perturbatio illas obruere poſſit; Hoc pereleganter expreſſit Hieronymus Bardi Iatrotheologus, cum de Diuo Xauerio ad ſeminandum Euangelium in Mauricam migrare parante, tametſi Barbari veneno, ferroq; graſſantes illum impedirent, cecinit

Emble. 98.

Vt leue flumineas Suber ſuperinnatat Vndas,
Et Vada ſecuro cortice ſumma legit,
Sic tibi, cum Socij Nauem, Franciſce negarent,
Per tumidos fluctus impetus ire fuit,
Scilicet alma Fides puppis, Spes aura fuiſſet,
Vela Animus; Remus Nauita; Portus Amor.

Ex eadem Suberis leuitate pulcherrimæ ſententiæ grauitatem quò exprimeret habuit egregia Laurentij Legati noſtri Thalia. In cognato ſiquidem Eridano, & præciſè in Patriæ Cremonæ conſpectu Nantes cum Subere ad tergus introducens, eorum exemplo demonſtrauit neminem ſine Virtute in Mundo tutè degere poſſe. Quam enim natatoribus ſecuritatem Suber conciliat, eandem Ratiocinantibus Virtus. Nec enim inficias imus Mundum, Vitamque noſtram appoſitè comparari Mari, & quidem fluctuanti. Continua ſiquidem rerum viciſſitudo, quid, niſi fluxum Oceani, refluxumq; imò & procelloſas eiuſdem commotiones repræſentat? Quo reſpiciens alter Mantuanorum Virgilius Baptiſta Hiſpaniolus Carmelitica Familiæ ſemper memorabile decus ad rem & ipſe modulatum reliquit,

Vita

A — *Vita dolorum*
Est pelagus, fons curarum, sentina laborum.

Cum ergò in hoc sit natandum, & hac de re nudos nos exponat Natura, certo aliquo præsidio insistendum est. Quod, præter solam Virtutem præstare, nihil est efficax. Cuius rei Symbolum esse poterat mos ille Atheniensium, quo non minus Literas, quàm Artem Natandi suos edocebant pueros. Hinc, si cuiquam natatûs ignorantia contigisset, de illo ferebatur opprobriosè, μήτε νεῖν, μήτε γράμματα, quod nimirum NEQVE NATARE, NEQVE LITERAS nosset. Opportunè igitur idem Legatus noster canebat sub hac è natantibus deductâ propositione.

Mercurial. libr. de Arte Natandi. Erasm. in Chiliadib.

— MVNIT PRO CORTICE VIRTVS.

Laur. Lega. l. 2. Embl. 11.

Quâ Padus Ausonidum latè Regnator Aquarum
Insubres multo flumine ditat Agros:
Et tibi, magnanimo quòd ab Hercule regia surgit,
Lambit in obsequium, clara Cremona, pedes:
B *En vt cœlinagis sub Piscibus orta Iuuentus*
Feruida spumosis corpora iactat aquis:
Et, ne Mopsopia pubis sit victa natatu,
Certatim vasti gurgitis alta meat.
Sed quia non prorsus, quantumuis nare perita,
Ire potest cæcis absque timore vadis:
Arte tulit quod auara sibi Natura negauit,
Quò tumidos fluctûs imperiosa secat.
Exerit à tergo Lignum immersabile SVBER,
Eius & auxilio tuta fluenta legit.
Aere nempe leui grauidum absorbêre Procella,
Nullaque commota Doridos ira potest.
Istud Abydeno si armasset terga natanti,
Nunquam Sestiacâ Thetide victus erat.
Cortice securus nam quisquis ludere gaudet,
C *Frustrà conantes mergere fallit aquas.*
Nec secus est nostrûm. Virtus quemcunque tuetur,
Fortuna inuictum fluctibus vsque facit.
Semper enim vicibus submergi nescia Virtus
Eminet, & certis nixibus alta petit.
Sustinet, & tutos insidis seruat in vndis,
Quos munit, Virtus, trux vbi Pontus eunt.
Quippe quiêtis inops, semperq; referta procellis
Quid, nisi naufragum Vita sit ista Mare?
Ergò Vita Mare est, & in hoc quia cuiq; natandum est,
Natura inuestem prouida quenq; facit.
At velut in pelago nemo sine SVBERE nando
Securus liquidat itque, reditq; vias.
Sic nisi Subereo cuiquam PRO CORTICE VIRTVS
Hæreat, his vndis naufragus ille perit.

D Eandem Suberis immersabilitatem sumunt etiam Itali nostri, quando significare volunt aliquem esse ità prodigum, vt ipsorum vel Crœsi, vel Crassi penè immensas profunderet Diuitias, illum hoc parœmiaco Dicterio ferientes, EGLI DAREBBE FONDO AD VNA NAVE DI SVGHERO. Quod sic exprimerem ijs, qui nostram linguam non callent,

ET VEL SVBERBAM SVBMERGERET ILLE CARINAM;

Monosin. l. 7 pag. 343.

Cùm penè incredibile videatur, quod Nauis tota ex Subere immersabili constans absorberi possit ab vndis. Illud quoque de Subere Calceis insuto Prouerbium valdè notabile est, SVBTVS SVBER, quod superbiam fœminarum, quas ideò Græci non infacetè Cortices appellabant; vel vanam Homuncionis alicuius gloriam, qui magnus quidam videri velit, detegit; quò spectat illud Clementis Alexandrini. *Parua videtur quadam esse, in calceis insuatur Suber.* Ingeniosè non minùs erexit Arborem Suberis

3. Pædag. ex Alex. comic.

beris alius pro Emblemate, quàm securis, vel scissoriũ ferrũ penetraret caudicis mediũ, E cum hac superscripta sententia EX VVLNERE VIGOR, quia non solum viret magis eadem Arbor detracto cortice, sed quia ferrum parum valet in eam, cum illud retundatur plusquam possit scindere, & penetrare. Hoc itaq; symbolo inuictum voluit illius inuentor animum patefacere, quem sensum Italicis hisce carminibus exprimere cogitauit.

Camill. Cam. symb. diu. Theoph. l. 4. H. pl. c. 18.

Nemica mano indarno
Entro al Sughero fiede,
Che'l ferro indietro senza colpo riede.
Animo inuitto è tale,
Ch'al maligno colpire
De l' ingiustissime ire
Stà saldo, e nulla à lui far danno vale.

Integra tandem Suberis Arbor eadem supradictum alio Emblemate confirmat sensum; circum igitur ipsam Suberis Arborem ignis ad calcem moderatus effulgens, illam non modo necat, vt cæteras, sed vegetat potius, cui verba hæc adaptantur, VIGOREM ACQVIRIT, seù potiùs, ADDITVR VIGOR; est enim eius naturæ Suber F Arbor, vt ex igne moderato sibi ad calcem ardente non modicè iuuetur ad lætiùs, & latiùs virescendum; quò inferebat Symboli Auctor Animum suum ab aduersis non tantùm non offendi, sed magis roborari; ea .n. est Arboris huiusce natura, & proprietas, vt ferrum, & ignem quodammodò temnat imperterrita; verùm enim verò si valido, diutinoque resistere non valet igni hæc Arbor, vt etiam multiplicatis contusionum, cæsionumque ictibus de illa semper aliquid dementibus, demùm cedere cogitur, & perfracta, inutilis reddi, aliud Symbolum priori contrarium eidem poterit cum verbis Ouidianis sequentibus adaptari, NOCVIT TEMERARIA VIRTVS. Parùm refert, vt illa ferro diù, multùmque resistat, quia minaces, quos emittere videtur gemitus inter luctandum cum chalybe, & cuneis in extremam illius omnium bonorum iacturam definet, vndè perperàm eadem, eiusque congener quælibet

Scip. Bargalia p. 3. pag. 492. in symb. Hipp. Aug. Balioni Senen.

Ouid. 8. Metam.

Seneca in Herc. Oet.

Gemit illa multo vulnere impresso minax,
Frangitque cuneos, resistit excussus Chalybs,
Vulnusque ferrum patitur, & truncum fugit. G

Fructuosum tamen, & vtilem multipliciter esse Corticem Suberis pacificè sumpti clarissimè constat, ideòque fieri posse symbolum viri frugi, atq; misericordis, qui proprijs quoq; vestibus in egenorum beneficium se spoliet. Et sicuti Caudicis Arborei cortex genericè acceptus œconomicos in varios vsus valdè proficuos à natura fuit destinatus, ità fructuum immodici cortices infructuosi notam promerentur, quos inter inutiles, atq; superfluas res deputandos putamina nuncupari sagax experiẽtia voluit. Corticem igitur Suberis Arboreorum Corticum principalissimum, & grande vtilitatis specimen familiarissimis vsibus destinatum dicere poterimus, & ità plurium infeliciũ Arborum fructuũ, & præcipuè cuiusdam Indici spiralis Antitypum, qui totus cortex ex toto inutilis est, & symbolum ignaui, & auari, & immisericordis hominis præseferre dignoscetur. Hunc describit Vuormius à Gulielmo Pisone excerptum sub nomine Vaschimæ Abremi, & Temi. Suberino igitur cortici conueniret huiusmodi lemma, ET CORTEX, ET FRVCTVS. Fructui verò Corticiformi contrarium omninò adaptatur, NEC CORTEX, NEC FRVCTVS, cui perbellè concordat prædicti fructus descriptio, quàm affert Piso dicens, eum esse inutiles siliquas miris, varijsq; modis incuruas H hac sola facultate, cum integra illius Arbore pollentẽ, vt meretricibus mentiendi virginitatem artibus adstrictoriè conducat. Suber adhuc onerare liceat Epithetis, Hieroglyphicis, atq; Moralibus, vt Dendrologica Doctrina locupletetur, & Quercuum geminentur Honores.

Musæum Vormianũ pag. 216. Gulielmus Piso l. 4. de Facul. Simpl. c. 29.

Vt gemina Quercus cælo se vertice tollunt
Crinibus insignes, auo, & honore pari.

Ex Iano Anysio in Variorũ Poem. lib. 2.

EPI-

A

EPITHETA,
Cum notis Hieroglyphicis, ac Moralibus.

PErspecta Suberis natura, cum & sub ictibus inimicæ securis magis firmetur, & rabidis æquoris impacati furijs lignum illius commissum nec se, nec cætera, quibus inhæret, submergi patiatur, illud primum, & præcipuum omnigenæ Virtutis esse hieroglyphicum, hac eiusdem epithetorum serie patefaciundum subeamus. Vt enim hoc pacto se Suber ἀβάπτιστος, hoc est IMMERSABILE comprobat, Virtus ex alia nullis infortuniorum obruta procellis, nec ipsa submittitur, nec submitti sinit illorum animos, quibus inseparabiliter inest; ideò Seneca

—sola perpetuò manent
Subiecta nulli mentis, atquè animi bona.

Pind. ode 2. Pyth. ἀβάπτιστος εἶμι φελλὸς ὥς, idest mergi nequeo vt Suber.

B Nec superinde quid ambigendum remanet, quandoquidem vbi Subereo sub cortice mellis dulcissimi constipatur Substantia.

MVLTIFORVMQVE replent operosa examina Suber.

Sic & sapidiora bona perficiuntur sub Virtute, quæ bonorum omnium vnica vices gerit.

Politian.

Tota licet veteres exornent vndiquè ceræ
Atria, nobilitas sola est, atquè vnica Virtus.

Iuuen. Sat. 8.

Virtus vlterius aspectu primo non modicas præsefert difficultates, itaut propterea quid syluestre videatur esse, sola verò postmodum hominibus in mundo quietam parit, & veram felicitatem, quod breuiter sic expressit Virgilius.

—via Virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primò spectantibus offert,
Sed requiem prabet fessis in vertice summo.

In epigr.

Quod vt exprimeret Natura in Suberis Arbore, & ad hoc vt aptius Virtutem referret, nonnè illam primò *Syluestrem* constituit? Id Agricolæ, cæterique nouerunt, vndè Latinorum Poetarum idem Coryphæus iam cecinit.

C

Huic natam libro, & SYLVESTRI Subere clausam
Implicat.

11. Æneid.

Ab Etruscis pariter eiusdem Interpretibus eodem sensu relatum. En Vtinæum.

Di Souero SILVESTRE quini prende
Vna scorza leggiera, mà capace.

Herculeo Vtin. super Æn. 11. od. st. 124.

Ità vt dici non ineptè posset hæc eadem Arbor DRYADVM THALAMVS. En & Carum.

Con vn subito auiso entro vna scorza
Di SELVATICO Souero rinchiuse
La pargoletta figlia.

Vinc. Reuer. in Expugn. Hier. Poem. l. 1. Annib. Car. sup Æn. ibi.

Et præter hos ecce admirabilem Petrarcham id alio apposito replicantem.

—& AGRESTI vrgere labellum
Subere.

D Sed nihilominus cæsa tandem, & licet Arbor *paruula*.

Vt ramale vetus, VEGRANDI Subere coctum.

Pers. Sat. 1.

Quot in vsus cesserit, quippè quæ *spongiosa*.

E frà mill' altre piante
Il Souero SPVGNOSO.

Io. Bap. Mar. in op. cui tit. la Samp. 1.

Tum nauticos, tum piscarios, tum oeconomicos, prout plebeculæ quoque notissimum est, nonnè superfluum foret in trutinam reuocare? Sed aliàs Suber pro coronarum subiecto, propter non decidua folia sumatur, vt innuit Pontanus hoc carmine.

Cingebat crines FRONDOSO è Subere ramus.

Atque hoc pariter modo viuum simul, & mysticum Virtutis simulacrum illud esse comperietur, dum *Virtus est corona sapientum*, quæ (vt apud Plutarchum legitur) *fidem, & constantem habet gloriam*, vnde Claudianus.

Theognis ap. Stob.

Ipſa quidem Virtus pretium ſibi, ſolaquè latè
Fortuna ſecura nitet, &c.

De Manlij Conſulat.

Sed reflectamus tantiſper rationis iubar ad Martyres, & videbimus illos pariter hoc Suberis hieroglyphico denotatos. Vel enim ſanctas eorum actiones myſtico mellis nomine accipiamus, vt ſuperius tactum eſt, ad eas in eiſdem ſeruatas innuendum, vti non malè poterimus hoc alio Pontani carmine, diuerſo licet ſenſu prolato,

Et ſeruata CAVO iampridem Subere mella.

Vel illorum paſſionem perpendamus, & apertius hæc veritas patebit. Siquidem vbi Suber, quo ad lignum SVBSTRATVM calceis conculcatur, efficiturque Superbiæ trophæum; Martyres quoquè ſub Tyrannorum poteſtate conculcati ſimul, & attriti, miſerabile impietatis fuere ludibrium. Sed ſicut illud, quo ad Arborem, mirabiliter iuuatur detracto cortice, quod cæteris Arboribus eſt exitiale; Martyres ita ſub tormentis corticem corporis occumbendo relinquentes, ſuis etiam lictoribus inuitis, maximoperè adiuti fuerunt ad citius capeſſendam Victoriæ ſuæ palmam incorruptibilem in cœlis, & immortalem. *Leuitatis* tandem in Subere non immemores, cum Legato noſtro in emblemate allato, & præſertim illis carminibus,

Laur. Lega, l. 2. Embl. 11.

Exerit à tergo LIGNVM IMMERSABILE Suber,
Eius & auxilio tuta fluenta legit.
AERE nempe LEVI GRAVIDVM abſorbère Procella,
Nullaque commota Dorydos ira poteſt.

Cic. ep. fam. 16.

Suberinarum leuitatibus Fabularum grauiores poſt conſiderationes adhærebimus περίπατον σύμμετρον, moderatam ſcilicet in ambulationem nobis præſcribendo.

FABVLÆ.

Egregiè admodum, ſeù potius ridiculè ad Suberis propoſitum fabulatur Lucianus in ſuis veris, vt ipſe dicit, Hiſtorijs, ſatius ſi fabulas, & has quidem Hyperbolicas cognominaſſet. Scribit ille ſe ex Lactis Inſula Galateæ ſacrà egreſſum vidiſſe Homines plurimos ſuprà mare, abſque quod mergerentur, decurrentes, omninò ſimiles nobis & corporibus, & magnitudine, præter ſolos pedes, quos Suberinos habebant, vnde & *Phellopodes* appellatos tradit. Græcè loquebantur, & ipſorum Patria *Phellos* erat Inſula, in quâ Ciuitas ſuper magno, ac rotundo Subere habitabatur. Quod cum ne tantillum quidem veriſimilitudinis habeat, ſatius erit referre quod veriſimilius fabulatur hic Rhetor non procul ab his, quæ ſuprà memorata ſunt. Habet itaque quod *& alij ſuberibus inſidentes, iunctis duobus delphinis remigabant, equitabantque, alij præcedentes Subera trahebant.* Ad cuius autem imitationem *Phelli* nomen in ſuo figmento commentus ſit hic Philoſophus, ſeù mauis nebulo, præſcindendo à Suberis etymologia, non admodum difficile eſt perueſtigare ijs, quibus apud Strabonem PHELLVS, & ANTIPHELLVS loca ad Chimæram in Lycia memorata leguntur. Habet enim Geographus. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Φελλὸς, καὶ Ἀντίφελλος, καὶ ἡ χίμαιρα, ἧς ἐμνήσθημεν ἐπάνω, ſcilicet *in mediterranea verò* (nempè Lyciæ) ſunt loca Phellus, & Antiphellus, & Chimæra, *de qua ſuprà mentionem fecimus*. Cum autem pro triſtitiæ, atque melancholiæ medicina fabulæ ſtare poſſint, nos Subereas poſt fabulas curatiuos eiuſdem Arboris vſus, vnà cum alijs ſanitatem, licet remotè facientibus vſibus varijs, depromemus.

Verar. Hiſt. l. 2. nō proc. à princ. & prope finem.

Phellus, & Antiphell. in Licia.

Strab. l. 14. Geogr.

VSVS

A

VSVS VARII, Et Medicinales.

PRæcipuus in maritimis est vsus Suberis iuxtà Plinium, quià Illius in Ancoralibus maximè nauium, piscantiumq; tragulis leuissimus cortex maximè conducit. Ille etenim sustinendis verriculorum alis contrà deprimentes plumbeos globulos egregiè renitendo destinatur in piscatione, in quâ retia demergi quidem debent, sed suspensa manere. Oeconomici deiu Suberis multi sunt vsus, nam communissimè inseruit pro cadorum, vasorumq; omnis generis obturamentis; Hicq; leuissimus cortex, qui aqua minime complanari potest, vt alij, sed tantum igne, hybernorum calceamentorum contra frigus cōmuniendorum gratia, peramplam coriaceis sutoribus præbet materiam. Vti etiam Tignarijs fabris ad multa struenda opera pro vestiendis intus, & imbricandis quoq; ædibus non modicum auxiliatur. Sandalijs prætereà muliebribus conficiendis, ob summam sui leuitatem, hoc lignum destinatum fuisse non nostro duntaxat æuo patet, cum & Græcæ quoquè mulieres in calcibus illud gestarint, vt grandiores viderentur. Quod cupiētes præ cæteris in nōnullis Italiæ Ciuitatibus mulieres circà sextum, & septimum præsentis seculi lustrum bicubitalibus succedanei ligni Subereis calopodijs vsæ sunt, illam sibi, credam, super homines artificiosam eminentiam vsurpaturæ, quam eisdem prouida negauerat natura. Moderatiores in *crepidis* Græcorum Sapientes, licet ex Crysippo scriptum reliquerit Horatius

Plin. l. 16. c. 8.

Ruell. l. 1. de nat. st. c. 4.

Bauh. H. vn. pl. T. 1. l. 7. p. 2. pag. 1032.

Ionston. l. 4. c. 3.

Pet. Victor. Var. lect. l. 15. c. 23.

B

——Sapiens crepidas sibi nunquam,
Aut Soleas fecit.

Erant illę commodum calceamenti genus substrato Subere compactum, quod corrigijs ad pedes ligabatur, & à Græcis ad Etruscos, teste Seruio, transiuit, apud quos nomen, habuerunt *à crepitando*, propter sonitum, quem edebant, dum super illas incederetur non aliter ac de neotericis euenit Sandalijs. Ciceronis temporibus apud Romanos vsitatas fuisse satis euincit, quod de Scipione scripsit in oratione pro Rabirio Posthumo, *Scipionis non solùm cum chlamyde, sed etiam crepidis in Capitolio Statuam videtis.* Græci quoque Κρηπῖδα vocant: & licet apud illos prima producatur ex vi longæ vocalis *η*, nihilominus apud Latinos corripitur, vt apud Persium de eodem calceamenti genere Græcis familiate loquentem, vbi quos suarum Satyrarum Lectores optet, describens, excipit qui Græcorum crepidas irrident: Habet enim

C

Inde vaporatâ, Lector, mihi ferueat aure,
Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit:

Sat. 1.

De hoc Suberis vsu apud Reusnerum in Rosario Poetico legimus.

Si facies crepidas: soleas dat Suber agreste:
Mergitur haud vllis corticis Arbor aquis.

Sed quare, ligno quouis excluso à calceamentis, nunc Viri, atque mulieres incedant non facile foret explicare. Quod si laudabilissima causarum, ligni scilicet de Humano Genere benemerita dignitas ne proculcetur, superbiæ nouum id effecit inuentum; vndè Velmatius egregius sacerq; Poeta Calopodiatos in hunc modum alloquebatur.


Io. Maria Velmatius Grechettus de Bagnacaballo Min. Con. l. 1. ep. 51. mss. apud me.


D

Humanum praceps Patris Genus excidit Esu:
Saluatur ligno quod ruit omne sacro.
Decidit extremas, seruique securis ad vndas:
Ex trunco ex imis sedibus illa natat.
Turba farit sitiens: datur atra petentibus Vnda:
Digesto & ligno sanguine turba bibit.
Stat spes in ligno, lignum si liberat omnes,
Humani hoc calcant cur tamen ergò Pedes?

Lignum at Suberinum solidæ substantiæ spissæ, robustæ, quæ cariem, vetustatemque non sentit, aut saltem ex reliquis tardissimè primum fuit ex quo Simulacra DijsGentium sint factitata, cui munere in hoc Palma successit, moxque Arbores aliæ multæ, quod obseruare nobis commodissimè contigit in nonnullis Ægyptiorum antiquissimis Simula-

Ruell. l. 1. de nat. st. c. 135.





A cris cubitalibus ex lignis varijs fabrefactis, quæ in Musæo nobilissimo Cospiano Boniæ conspiciuntur, quorum vnius saltem Iconem cum Antijs ad frontem & cum barbata visus Appendice ad mentum hic collocandam curauimus, tanquam illius, quod ex Subereo ligno viri materiarij peritissimi mecum constare iudicarunt. E Vetustissimis ergò Ægyptiacorum Cœmeteriorum funeribus ligneum hocce datur Suberinum pronè, atque supinè delincatum Simulacrum, quod cadaueris intus occlusi ad referendam imaginem, iuxtà Gentium illarum ritum super aliquam mortualem Arcam olim locatum fuit, illud notabilis tanquam Antiquitas prænobilis supradicto in Musæo vnà cum nonnullis alijs similibus Simulacris ex varijs lignis ità ruditer fabrefactis, nimirum Palmæ, Cedri, &c. seruatur, quod quidem digitorum 17. funereo scilicet, feraliq; numero, qualis erat decimus septimus longum est apud Ægyptios (propter memoriam necis Osiridis famosissimæ Isidis viri, & postea eorum Pseudonuminis, fatuèque venerati Diui, brutali sub Apis cornutæ Bestiæ nomine, die decima septima mensis Athir, mensi nostrati Nouembri respondentis) hîc in Historia Suberis Arboris prætcrire noluimus. Alij scutellas profundas etiam ex eodem ligno excidebant, subtilissimumque corticem eiusdem Suberis alij ità componebant, vt pateræ Suberinæ ad bibendum destinatæ sanandis hecticis proponerentur. Illius cortex euidentissimè resiccans cum adstrictione consimili sanguinem vndequaq; fluentem reprimit ex aqua calida potus, eiusdemq; ciniscum Vino calido sumptus sanguineæ excretioni, tum hæmoptoicæ, tum dysentericæ curandæ maximoperè conducit. Quod si cinerem eundem axungiæ capi, vel oleo myrtino mixtum, & incoctum ano applicaueris, hæmorrhoidales citissimè leuabis dolores. Gonorrheam addit Castor Durantes curari laudabilissimè per ipsam Suberis substantiam, quomodocunque vsurpatam. Sic igitur de Subere verba facit, medicas illius vires breuissimè perstringens.

Io. Nardius ad l. 6. Lucr. de nat. r. tab. 5.

Theoph. l. 3. c. 16. H. pl.

Hartman Chymiatr. pag. 123.

Cast. Dur. pag. 442.

Sanguinis & sistit fluxus, & sputa cruenta
Suber, & est multum super istis laudis adeptum,
Tum Gonorrheam firmat, &c.

Et ante ipsum Quintus Serenus decoctionem Suberis ad reprimendum sanguinem vndèqaque fluentem laudauerat.

De Medicam. pracep. cap. de prof. sang.

Sed quacunque fluit vis immoderata cruoris
Subereus cortex calidis potatur in vndis,
Antè minutatim studio vincente terendus.

Mirabilis est super reliquas partes Glandium Subercarum Farinæ Virtus Alexipharmaca, nã prẹter facultatem cõmunem immoderatas omnes excretiones corrigendi, atq; fluxûs Alui, necnon matricis sistendi cum succo plantaginis potatæ qua Glandes in farinæ pollinem redactæ pollent. Habent peculiari illarum dote venena magis necifera super artem vincere, & in specie Napelli toxicum ferè præsentaneum illicò extinguere: Valentque etiam, dum virent, simpliciter tusæ, & emplastratæ Suberinæ Glandes ad mitigandas inflammationes, & addita Axungiæ suillæ portione, quæ vnguen componat ad vlcera maligna sananda perfectè faciunt, Itaut leues non solum reddentur ope Suberis morbi peiores, sed edomabuntur, subigenturq; prorsus, atq; Vitalis Virtus eneruata nimis sufficientissimè leuabitur, & alimentis nutriri melioribus sanitas addiscet: vndè ad Castanearum tractationem haud incongruè fieri poterit transitus.

* * *

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

D E N D R O L O G I Æ,

Libri Primi, Tractatus Secundi

C A P V T VI.

D E C A S T A N E A.

NOMINA, ETYMOLOGIÆ.

GLANDARIAM postrema Syluam Castanea compleat, quæ

Cæruleam crebris vmbret propè frondibus Æthram,

atq; haud modicum simpliciori Vitæ ferat præsidium. Arboris eiusdem notissimi Fructus, Græcè Διὸς βάλανοι, Σαρδιαναὶ βάλανοι, λόπιμα, & Κάστανα, hoc est *Iouis Glandes*, *Sardianæ Glandes*, *Lopima*, & *Castana* dicuntur, vt patet apud Dioscoridem. Quos fructus *nuces* appellauit Theophrastus, non tantum quia nonnihil durum obtinuerunt operimentum, verum etiam quia exiccati strepitant vt Nuces. Quod & Virgilius expressit.

Ipse ego cana legam tenerâ lanugine Mala,
Castaneasque Nuces, mea quas Amaryllis amabat.

Quarè autem hi fructus appellationem *Iouis Glandis* promeruerint, non est difficile peruestigare, cum ij Glandium sint optimi, nimirum eos inter fructus, qui cartilagineo tecti cortice maximè sunt alimentosi. Quarè proprijssimè *Lopima* dicuntur à Græco λέπος, quod est folium cartilagineum. Hæc tamen Iouis Glandis nomenclatura indita H quoque remansit à nostris (id attestante Clarissimo Hermolao Barbaro) Nucibus Regijs, quod harum Arbori, folijsque præsertim, absimilis haud quaquam reperiatur Arbor Castaneæ. Quam forsan ob rem ipsæ Castaneæ minus proprio nomine *Nucis* notatæ fuerunt, & inde vel *Euboica*, vel *Heracleotica* cognominatæ, quod nomenclatrices ipsarum Patriæ perceelebres essent earundem prouentu. Sic & Sardianæ Glandis nomen eisdem primo fuit attributum à primæuis pariter ipsarum locis natalibus, vnde prius ad Græcos, ac Italos prouenerunt, ab Insulâ nempe Sardiniâ, vbi optimæ tunc nascebantur, vel (& fortè melius) à Sardâ Vrbe Magnesiæ; quemadmodum etiam Castaneæ nomen desumptum videtur ab Oppido *Castano* eiusdem Magnesiæ in Macedoniâ. Nonnulli tamen volunt *Castanum*, seu *Castaniam* Apuliæ oppidum non procul à Taranto fuisse Castanearum denominatiuum. Nec desunt alia Castaneæ nomina, quæ ab eruditis

Rener. Exp. Hier. l. 1. Diosc. l. 1. c. 122. Theophr. l. 3. H. pl. c. 3. & 4. Virg. Ecl. 2. And. Cæsalp. de Arb. l. 2. c. 4. Macrob. Saturnal. l. 3. c. 18. Gualther. H. Ryff. in Diosc. Phocyon ap. Ruell. Pl. l. 4. c. 9. Stephanus. Strabo Geogr. l. 14. P. Ferr. in Cens. Geogr.

A ditis adinuenta sunt, vt Græcum *πωγωνίας*, hoc est barbati menti, quasi quod hi fructus mentum referant barbula quadam hirsutum. *Μόνυ* similiter dicta est, à viribus vulnera citò agglutinandi: nam verbum *μονόω* significat curo vulnus, vt citò claudatur. Sic & Galenus *Leucanas* vocauit Castaneas à loco Idæ Montis, quem *Λευκας* ille plurali nomine appellat, vbi celeberrimam assecutæ sunt famam. Cæterum quo ad nomina, quæ apud Nationes exteras Castanea sortita est, habemus illam Germanicè, si pro fructu tantum sumitur, vocari *Castanien* nomine latinis affini, vel *Resten*; aut exinde, & simplici *Baum*, quod Arborem denotat, *Castanienbaum*, *Restenbaum*, Arborem duntaxat intelligendo; Anglicè *Chesnut tree*, Hebraicè *Armon*, Arabicè *Sadianalach*, & *Stebulot*; Gallicè *Castaigne*; Hispanicè *Marones*, *Castanas*; nobis deniq; *Maroni*, e *Castagne*. Castaneam porrò equinam Turcæ vocant *ad Castanets*, Galli *Castaigne de cheual*, vt pariter Hispani *Castana de Cauallo*, & Itali similiter *Castagna di Cauallo*. Nec inficias imus Castaneæ nomen (quando recensita locorum propria non admitterentur) deduci potuisse à castitate, quæ Ieiunijs optimè iungitur, cum & ipsis Plinius eam dicatam fuisse commemoret. Hinc minus casta videtur illorum sententia, qui contenderunt Casta-

B neam dici debere syncopatè, ac per antiphrasim castam, cum ipse fructus ab echino, qui dicitur apud nos *Sgargio*, quasi carduus, exemptus, testiculi figuram æmuletur, nec non venereum ignem flatibus in corpore excitatis incendat. Nomen tandem Castaneæ maioris, quod est *Marone*, deductum fuisse crediderim à pellucida læuitate corticis, seù corij tegentis edulem fructûs carnem, cum videatur globulus marmoreus; nam *μάρμαρον* sonat *pellucidum marmor*; nisi malles etymô illius venire à verbo Græco *μαραίνω*, quod significat *tabefacio*, idq; per antiphrasim, eò quia fructus hic, tantum abest vt tabefiat, quemadmodum oporæ, quin potius siccescit ad modum ossis.

Bod. à Stap. in Theoph. l. 3. c. 10. H. pl.

Lib. de Euchimiâ.

Serapio cap. 98.

l. 15. c. 23.

Pap. Vocab.

Cumq; hic fructus Maronis variè consideratus, vt vario concinnatur artificio, diuersa subeat nomina; hîc operæ pretium erit exponere nostras quasdam eorundem fructuū coctorum appellationes; nam si elixentur simpliciter in aquâ, vulgò dicuntur *Balosi*, quasi *Balani elixa*, & calidi manduntur. Elixantur & in vino cum aromatibus, & siccantur extrinsecus, atq; crispantur, tenera manente adhuc, & molli medulla intrinsecus, & tunc inter bellaria quoq; non vltimæ conditionis recensentur, & dicuntur *Ansari*, pe-

C nultima correpta, quià minimè sunt anxiferi, sed ad seueriores tū animi, tū corporis curas deliniendas destinati, & propterea frequenter diebus carnispriuij personatis inseruiunt pro hilaritatis incitamento, præcipuè dum sparguntur in plebem ad illorum collectionem certatim, & cum acclamatione accurentem. A nominali cognitione simpliciori, & propria Castaneæ, ad communiores complexas, extraneasq; nomenclaturas eiusdem in Æquiuocis, & Denominatis transeamus.

ÆQVIVOCA, DENOMINATA.

NOn Terras, non Montes tantum, sed Maria, profundosquè Gurgites inhabitat Castanea. Verum ibi vel est Arbor fructifera, vel eiusdem Arboris fructus; hîc squamigerum Animal effecta Littus incolit Aremoricum. Alibi triquetram imitans formam, Tribulus est corticis, & medullæ *Castaneiformis*, & dulcibus gaudet à quis circumferri. Sed à Castanea, prout ad rem nostram spectat, *Castanitis* appellatur

D fungiformis quædam adnascentia lignea, intrà Castaneæ Arboris corticem concreta, quæ Castaneæ fructum quadãtenus æmulatur, cum sua membrana illam extimè circundante, *Castanei*, seu *Castanini* coloris, cumquè substantia intus albescente, cuius apex Boleti refert nondum expansi caput; eius aliquando constitutionis, vt rictuū Animalium configurationem aliquam præseferat. Sic formatrix facultas Arborea luxuriantis Naturæ lusu per Arboreas omnes vagatur partes, in illisq; tam naturaliter, quàm præter ordinem consuetum fabricat res diuersas, & elaborat. Sed ecce Fungi prædicti Iconem erectam, & inuersam.


Castanea Arbor, Fructus, Piscis, Tribulus.

Castanitis *Fungus*.


Castaneus *color*, *seu* Castaninus

Casta-

Caſtanites, ſeu Boletus Caſtanius, vel Glandula Caſtanina.



Caſtaneiforme Lignum in Arbore Caſtanea repertum.



Ad Caſtaneas refert Doctiſſimus Corteſius radiculam quandam exiguam Caſtaneolam dictam Siculis, quæ in littore marino Meſſanenſi in fine Auguſti, & principio Septembris vendi ſolet, & appellatur ibi *Baſyſi*, naſcitur autem potiſſimùm in agro Drepanenſi de genere bulborum, ſaporis dulcis Caſtanearum; ex cuius plantæ deſcriptione ab eo facta, parum licet Botanicè, conijcio ego ſpeciem eam eſſe Ornithogali, quæ, ſi Ruellio fides adhibendã eſt Botanico præexcellentiſſimo, Piſtrinis commendatur ad panes cereali ſapore condiendos radice bulboſa, cuius crudæ, & coctæ in cibis ſuauitate Caſtaneas ſuperantis eſt vſus.

Miſcellan. Medic. Decade 5. c. 4.

Ruell. l. 2. de nat. ſt. c. 77.

Loca

A Loca præterea Castaneis Arboribus consita, *Castaneta* vocantur. Huiusmodi nostris in Montibus propè Alpes quàm frequentia sunt, ex quibus nostra Ciuitas non parum percipit emolumenti. Merces enim inter haud prorsus ignobiles numerantur *Marones* (clara est conuenientia æquiuoca huius nominis cū Virgilij cognomine) quos Venetias, aliaq; ad loca à Montibus longè dissita mittit. Hæc Castanearum plantaria menti suggerunt Bertrandum *de Castaneto* Episcopum Cardinalem Portuensem sub Ioanne XXI. Pontifice Maximo; imò & Maximi Pontificis Vrbani VII memoria renouatur ex vtilissimis Arboris huiusce fructibus. Ex nobili siquidem *Castanearum* Familia apud Genuenses Vaticano datus est. Locorum quoque hinc denominatorum subit *Castanea* villula agri Florentini, patriâ Andreæ *Castaneæ* non incelebris Pictoris, vt tradit Georgius Vasarius Pictor, & Architectus Aretinus in Vitis Pictorum. Sublata quacunque rei perplexitate, dubijsque omnibus eliminatis in primâ rei propositæ facie, illius substantialis formæ descriptio venit consideranda.

Colum. l. 4. c. 33.
Virg. Maro.
Vasar. in Vit Pictor. par. 2.

B FORMA, DESCRIPTIO.

Castanea, maximè verò satiua, phœniceis primò virgis è terra pullulans, in vastæ molis Arborem grandescit, Ligno stat robusto, putrediniq; non facilè peruio. Læuem in iuuentute corticem induit, & subnigris, cinereisq; maculis vndequaq; refertum. Folia pandit ampla, serrata, nec nihil rugosa, transuersisq; pluribus venis eminentioribus signata. Iuglandis folijs non parum assimilantur, nisi quòd illa venosiora, magisq; fimbriata. Fructus autem, qui nucamentis oblongis luteolos in apices desinentibus succedunt, echinatos intrà calices, quantò spinosiores exteriùs, tantò molliores interiùs, sunt vel singuli, vel bini, vel terni, aut etiam quini, cordisq; vt plurimum donantur effigie. Medij sunt vtrinq; complanati, cæteri verò exterius tantum gibbosi. Coriaceâ, læuiq; teguntur cute spadicei coloris, & canâ lanugine intus consita, cui subest cuticula quædam rufa, & crispa. Hæc verò medullam, seu nucleū album, callosum, & solidum ambit, dulcemq; licet ipsa eadem amaricet. Sed ab hisce nostrati- C bus in eo distat Sinensis Castanea, quòd ore detenta facchari ad instar tota liquescit, nec isti vlla nostrarum affinior est, quàm syluestris Castaneæ fructus minor, minusq; gratus, cum duriore materia, ac durabiliore, vulgariter *di Seluagno* nuncupata. Proximè ad hanc accedit minimus fructus humilis & racemosæ Castaneæ, cui *Pilatina* Ioannes du Choul nomen indidit. Differit ab his omnibus exotica illa Orientalis Castanea, quam *Equinam* cognominamus, folio spectabilis palmari, fageoq; fructûs inuolucro, quemadmodum ex sequentibus Iconibus conspiciendum venit intuentibus.

Ruell. de nat. stirp. l. 1. c. 11.
Pl. l. 15. c. 28.
Ionston. l. 2. c. 3.
Bauh. Hist. Vniu. Pl. l. 7. c. 6.

Equinam dicimus hanc Castaneam, quia præcipua eius virtus est anhelosis Equis prodesse. Hæc Arbor primùm Constantinopoli Viennam delata est, & indè in Italiam transmigrans, Bononiæ cæpit publico in Horto coli. Ibi magnam surrexit in Arborem iniurijs hyemis minimè cedentem. Eius fructus terræ commissi, & nascentes, totam suam substantiam in radicum naturam immutant, & quasi bulbi lignosi fiunt, radicantes, & germinantes simul.

Generaliter autem Castanea quæuis ineunte germinat verè, semenquè reddit circà Vergiliarum occasum. Solet pariter hæc Arbor, & eò magis peregrina, sub Autumno D folijs abiectis, amentaceum quoddam extremis in ramulis progenerare, necnon turgidulum illud humore lento conspersum, in quo culices, & huiusmodi insecta hærent tota hyeme conseruare. Germinandi verò se impatientem prodit, cum ineunte Vere præmaturè admodum è gemmis explicet folia, statimq; floreat. Eius fructûs elegantissimè simul, & breuissimè descripsit Nicander, seu potiùs illius Interpres.

Clus. rar. Pl. c. 1.
Trag. l. 3. c. 69.

Hirsutamque Nucem, quæ læto prouenit agris
Vbere, Castaneis exempto cortice nudâ,
Et cape qui carnem siccus liber impleat imam.

In Alexiph.

Maiores porrò Castaneæ succedant essentialitates, vniuersalis substantiæ, Genera nempè, atque Differentias declarando.

GE-

Caſtanea Equina, cum fructu.



Ca-

Castaneæ Equinæ folium naturalis magnitudinis.



GE-

E

GENERA, DIFFERENTIÆ.

Dioſc. l.... c. 145.
P. Ferr. in Cenſ.Geogr. ex Steph.
Ionſt.l.2.c
V. Bauh. H. Vn. Pl. l.7. c.5.
Mathiol.
Bod. à Stap. in Teoph.de Pl. l.15. c. 23.
Ruell. H.pl. p.31.
Lib.2.c.3.
-l. Vn.T. 1.l.7.c.16.

PLeraque Caſtanearum Genera, necnon Differentiæ à locis natalibus ſecundum aliquos petuntur, vt à Sardibus, ſeu Sardinia Sardianæ; Tarentinæ à Tarento; cui Ciuitati contermina eſt *Caſtania*, ex qua generaliſſimum Caſtanearũ nomen emerſiſſe fertur. Verum erit fortaſſe melius Genera iſtarum, & Differentias à bonitate, aliiſq; conditionibus eſſentialibus haurire. Quam ad rem prius occurrit Caſtanea domeſtica maior, & minor, & ſylueſtris. Maior domeſtica, quæ propriè dicitur *Marone*, rotunditatem affectat, ac ſingularitatem in vno, & eodem echino. Minor eſt, quæ communiter, & ſpecificè Caſtanea dicitur, & eiuſmodi fuiſſe crediderim Salarianas, Populares, & Coctiuas antiquorum. Caſtanea verò ſylueſtris eſt exiguæ molis in fructu, qui pollicis vnguem nunquam excedit. Et hæc de noſtratibus; Sunt enim & quamplures exoticarum Caſtanearum ſpecies. Iſtarum prima, iuxta Ionſtonũ, eſt Arbor Mexicana coccifera, quam Bauhinus exoticarum vltimam ponit, & finium regundorum Arborem appellat. Eſt autem fruticans, & prunifolia: fructum gerit in erinaceo, in cuius cauda coccus ruber reperitur: eo Mexicani vtuntur ad picturas, & tincturas, quibus agrorum facies, fineſquè prædiorum ſeruant. Secunda peregrinarum eſt *Ahouay* Braſilianotum. Hæc in altitudinem Pyri Arboris excreſcit. Folia perpetui ſunt viroris, ac vt malina configurata ſunt, niſi quod in tres pollices longiùs producuntur, & in duos latius extenduntur. Fructus illi triangulares, & quatuor in locis ſulcati, quadrifidam Caſtaneam, vel duriſſimi putaminis nucem referunt. Nucleus eſt venenatus, & lignum peſſimè olet ſi comburatur. Huiuſmodi fructus ſimul colligati, & ab apicibus proprijs dependẽtes pro tintinnabulis apud Barbaros illos inſeruiunt. Sed ecce illorum Iconem.

F

Ahouay Braſilianorum Caſtaneæ ſpecies.



Achiotl

A *Achiotl* tertia dicitur, & Hispaniæ nouæ peculiaris est. Illam *Chacongariqua*, vel *Pamacua* Mechuacenses appellant. Similis autem est Malo Medicæ. Folijs vlmea refert, nisi quod illa perpetui sunt viroris. Flores edit stellatos, ex albo rubescentes: Eius lignum aculeatū est; cortice tamen funibus attexendis aptissimo. Fructus erinaceiformes, Amygdalam, cuius magnitudinem non excedunt, repræsentant. Ipsos extrinsecus quatuor anguli per longitudinem excurrunt. Eorundem interna substantia rubens est, & granulosa, frigidissimæq; facultatis. Quartum numerū implet Arbor fructu *Cholagodo, Nicaragua* dicto, purgatrix nimirum Castanea, quam quinto loco Bauhinus descripsit. Calix autem fructus notabilem iactantis magnitudinem, læuis est. Ipse verò fructus, calidus in primo gradu, quadratus est, & ab interna liberatus pellicula, quæ symptomatum est excitatrix, editur adhuc viridis, aut contusus cum vino, vel iusculo aliquo bibitur. Quinta *Pinahuitzxihuitl*, seu *Cocochiatl*, spinosus Hispaniæ nouæ frutex, Castaneasq; virides, dein rubeas racematim pendulas promens. Eius folia minimum ad contractum contrahuntur, atq; marcescunt. Sexta *Ibacurupari* Brasiliensium tenet. Eius fructus Auranrij magnitudinem haud superans, paruo peponi similis est configuratione.

Bauhin. H. Vn. Pl. l. 7. c. 6. & 10.

B Tot edules includit Castaneas, quot extrinsecus exhibet strias, quatuor nimirum ad minus, & sex nonnunquam, aut septem. Eius lignum lac croceum fundit. Septima Brasiliensium *Ibaribaba* alba, & nigra. Lusitanis hæc *Prata* dicitur, verum non hucusq; descripta comperitur. Illa, scilicet alba, pyriformis est, corticemq; fuscum, ac ramos inconditos habet. Flos illi pentaphyllos, subflauus, rosaceum spirans odorem; Fructus in semilunarem restringitur figuram. Eius verò calix sexangulus est exterius. Equinæ Castaneæ nonnihil assimilatur octaua, quam *Xiloxochitl* Quauhcolanenses, quotum est peculiaris, appellant. *Tzitzin* est nona Castaninis similia profert folia saturi coloris, ac lata duos transuersos digitos, & longa quatuor, in quocunq; ramulo sena sunt, cum apice tamen vnius folij, sicq; septenarium numerum implentia. Decima Monardes *Leucoma*, quam Ioannes Bauhinus septimo loco recensuit. Arbor vasta, materie solidâ, folijs Arbuti, fructu Castaneæ nostrati persimili, grati saporis, & virtutis adstringentis. Vndecima succedit Arbor *Gorifera* celsissima, sed amaro fructu, castaneiformi. Duodecimū obtinet locū Fructus castaninus ex Insula Baly, pyri magnitudine, cortice tenui,

Ionston. in Tab. 41. li. 3. c. 35.

C minus aculeato; Albicat, & est iucundi saporis. Decimus tertius habetur fructus Peruanus, idem ac Castanea Peruuiana, Bauhini num. 4. Hanc ad clarissimum Abrahamum Ortelium anno 1591. ex Peruuia delatam, ab ipsoq; sibi dono missam Clusius perexactè descripsit; præfert autem Echino spoliata leporini renis effigiem; sed color est, & magnitudo, qualis Amygdalæ putamine suo liberæ, cuius etiam (nisi potius vulgaris Castaneæ) dulcem saporem æmulatur; at natiuo nondum disclusa ernaceo hæc Castanea rotunditatem affectat, nisi quod latera paulò magis depressa sunt; cortex illi satis crassus, fragilis tamen, & velut fungosus, ex fuscoq; nonnihil flauescens; sub hoc innumeri quidem, & exiles, sed firmi sunt aculei, qui nucleum includenti putamini firmiter inhærent; hoc verò, quemadmodum nostratium Castanearum, interius læue est, & splendidum, contumaciter frangitur. Decimaquarta Castanella peregrina *Angor* fructu amaro, Bauhini secunda species exotica. Decimaquinta Castanea mediocris peregrina Indica, Bauhini sexta, colore flauo diluto, cortice tenui fragili, intus substantia fungosa. Succedit vltimo Castanea humilis racemosa, Pilatina prima à Bauhino memorata, sic dicta, quia in Pilatino monte proueniat. Hæc autem Genera Castanearum,

D & Differentias claudit, omnes autem in locis proprijs natalibus exultabunt.

Lib. 1. Rarior. Plant. c. 5.

Io. Bauh. in H. Plan Vn. T. 1. l. 7. c. 6.

LOCA NATALIA.

VMbræ magis, quam Solis amantem esse Castaneam, Cliuosisq; gaudere, non Planis locis; & mollis, ac solutæ, puræq; telluris, & sabulosæ alimenta perquirere; nec pati durioris, aut asperi pauperiem soli, communis est Geoponicorum doctrina. Carbunculus illi præterea, tophiq; farina sunt pro vitæ solamine. Quare Montium in conuallibus læta fructificat. Sicuti verò nimios reformidat æstus, sic in algidioribus regionibus ægrè admodum viuit. Ipso in Tmolo, Olympo, Misioq; Montibus celebris semper fuit, quippè quæ Plani nescia, secundum Theophrastum. Ibi enim ste-

Ioseph Falcon. in su Vill f. 234. Theod. Cecid. in Agri. mss. ap. me c. 16. Ionston. l. 2. c. 3.

rileſcit. Sic pro veneno Gallicam habet terram, rubricam, cretamquè. Landatiſſima E ſemper extitit Tarenti, & Neapoli in Campania. Quapropter hanc celebrat Martialis.

Li.5.ep.79.

Menſa munera ſi voles ſecunda
Marcentes tibi porrigentur vua,
Et quas docta Neapolis creauit
Lento Caſtanea vapore toſta,
Vinum tu facies bonum bibendo, &c.

Apuliam verò dedignata eſt, vt & Boſphorum Cimmerium. Cur autem Plinius aſſerit, quod *iuxtà Romam ipſam Caſtanea, Ceraſiq́, agrè proueniunt*, cauſam aliam adæquatam reperire (præter peculiarem aerem illius forſan temperiei nocuum) difficile admodum crediderim. Quandoquidem indiuiduales quædam locorum facultates particularium fortunatas, vel infelices in eodem imprimunt ſtabiliter vegetante mixto conditiones. Sic Tarentina Caſtanea cibum admodum digeſtibilem ſuppeditat; Salariana puriorem; Corelliana in Magna Græcia laudatiſſimum; Meterana mediocris bonitatis. Eundem dat cibum & Sardiana Magneſiæ, vbi Sarda olim Ciuitas erat clariſſima ex Strabone, *nam & Magneſiam*, ſcribit ille, *qua ſub eo nuper terræ motus deiecerunt. & Sardas, & alias clariſſimas Vrbes labefactarunt*. Sic Leucena ex Vrbe antiqua Salentinorum Leuca, optima erat. Tragus Germanarum Herbarum Scriptor teſtatur hanc Arborem luxuriare circa Vueiſſemburgum oppidum Imperiale, atq; in Alſatiâ ſuperiori feliciter adoleſcere, & fructificare, magnaquè ibidem iſtarum Arborum ali nemora, & exinde fructur magno quæſtu in Thuringiam, & inferiorem Germaniam mitti venales. In Aquitaniâ Populi Petragoriei tantâ huiuſce fructus copiâ dicuntur abundare, vt ex eo porcos ſaginent. Caſtanearum item ſyluæ reperiuntur apud Allobroges, & in Aluernis, vt Aduerſariorum concordes atteſtantur auctores. Ob Caſtanearum quoq; vbertatem commendatur Encaſſium ad Euganeos colles. Et hinc Georgius Iodocus Berganus habuit, quo fingeret in ſuo Benaco ex Encaſſio, Bardolino, & Rhetia tres nymphas, de quibus canens Caſtaneas memoraret.

Li.16.c.32

F

Li.13. Geogr.

In Benaco l.1.

---- Tuſco ſanguine creta
Tergemina ante alias comitata caſtra Lyei
Pardalis, & Caphis fuerant, Rheteq́, ſorores.
Pardalis vndiſonâ figit tentoria ripâ:
Caphis in aprico (ſed non procul) atria monte
Collocat, amba vuis dites genialibus, amba
Turdorum docta aucupium; ſed ditior hac eſt
HIRTA CASTANEA, & Quercu Dodonide.

G

Nec vlli ex hiſce Caſtanearum Patrijs cedit Ager noſter Bononienſis, quâ inſidet Apennino. Immò nec totus ipſe Apenninus hoc, vel vbiq; fertilis fructu, & præſertim in Alpibus Lucenſibus, & in Apuanorum, ac Carſinianorum Montibus, quorum incolæ Caſtaneæ ſimilâ, ſeu farinâ plerunq; victitant.

Fol.43. Pl. l. 17. c. 20. Col. l. 4. c. 33. & l. 5. c. 10. Pallad. in Nou. Tit. 7. & l. 14. de Inſit. Conſtant. Caſ. lib. 2. c. 7. & l. 3. c. 15. & l. 10. c. 63. & 76. Creſcen. l. 2 Agric. c. 21. Conſtant. Caſ. lib. 10. c. 63.

CVLTVRA.

PRimam Caſtaneæ ſationem, iuxta Naturæ leges exquiſitè docent Geoponici ferè omnes, tempus optimum hunc ſerendi fructum ſtatuentes, cum is ex Arbore H cadit maturus, & ad germinationem pronus. Hoc autem probè dignoſcitur ex turgeſcentia centralis illius, vt ita dicam, apiculi, genitalia quodammodo referentis: Hi verò fructus terræ committuntur dodrantalibus in ſulcis, pedalibus intereedentibus interuallis. Nati poſt biennium alio transferuntur. In multò enim maiori diſtantia ad ſtabilitatem locari deſiderant. In eiuſmodi tenera Plantarum ætate viuaciſſimæ propagines inſtituuntur; ſed hæ translatæ nolunt alibi hoſpitari; pauent enim nouitatem. Hinc ſatiùs eſt plantaria ſeminibus implere, quàm plantis. Horum verò ſeminum aculeata pars ſurſum ſpectare debet, non autem vt Nuces, & Amygdalæ deorſum. Cum porrò maxima ſit Caſtanearum vtilitas in Vinearum pedamentis, ideò maximè curare Villici debent, vt ex hac materia ſyluæ cæduæ inſtituantur. Singulo nanquè ſeptennio Iugeri vnius Caſtaneti ceſura, pro vicenis ſuffieit Vinearum iugeribus ſuſtentandis. Quin huiuſmodi

A iusmodi pedamenta tantæ sunt contumaciæ ad putrescendum, vt vltrà sequentem durent alterius cæsionis periodum, nitidos daturam palos, à quibus eadem Palorum sylua *Peloneta* vulgariter, quasi *Palonitida* nomen traxit. Castaneæ verò serendæ sunt eligendæ recentes, grandes, & perfectè maturæ; Nouembri satæ nullam exigunt artificiosam tractationem. Si porrò quis easdem vere serere vellet, illas diligenter in vmbrâ siccabit raras, & dein congregatas fluuiatili sicca cooperiet arena, seruabitq; intactas ad ipsum sationis tempus. Sub hoc probatas tantum, & ternas, quinasuè simul in terram altè pastinatam, pinguissimoq; satiatam fimo, per vnicum pedis dodrantem, quatuorq; pedum intercapedine condet. Natæ mox Plantę circumfodiendæ sunt assiduè, debitaquè cum circunspectione tractandæ, ne teneriores leuius summotam sentiant circumsitam tellurem. Nec vnquam excidet memoria, quod mensibus Martio, Septembriquè maiora semper ex cultu promouebuntur incrementa. Quod ad Castaneæ verò spectat Insitionem, hæc difficilis est in vniuersum. Eius enim materies haud libenter adhæret. Propterea serius incumbendum est, vt inculpatè fiat operatio. Poterit ergo mense Martio, vel Aprili sub cortice illa compleri, atq; etiam inoculatione, vel in Arbore propria, vel B in aliena quoque, Salice nempè, si Portæ credimus, & Palladio canenti.

Flumineam Salicem fœcundant ardua membra
Castaneæ, & multo pasta liquore vigent.

Vel etiam in Nucè, Quercu, & Fago, iuxtà Constantinum ex Diophane scribentem, *Castanea inseritur in Nucem Arborem, Quercumquè, & Fagum.* Sed tutior, & melior Castanearum insitio videtur esse, qua quondam vsus perhibetur Corellius Eques Romanus Ateste genitus, qui Castaneam Castaneæ sæpiùs superinscruit in proprio fundo Neapolitano. Famam exinde cœperunt, & Corellianæ nuncupatæ sunt cæteræ Castaneæ eadem insitæ methodo. Frustraneos tandem nullos reddet labores debita collectio fructuum, & cōseruatio. Colliguntur itaq; perticis excussi fructus isti, dum adhuc echinos incolunt. Tempus connotatur ab eodem fatiscentiæ principio, veteri tamen existente Luna. Simul posthac aceruantur, vt spontè sua discludantur, digestione quadam mediante. Seruari mox debent Castaneæ, secundum Palladij præcepta, vel in cratibus dispositæ, vel intrà sabulonem, ne inuicem tangantur sepultæ. Laudantur & in fictilibus C nouis conditæ, locoq;ficciori defossæ. Nec improbantur virgeis ex Fago receptaculis inclusæ, lutatis tamen, ne transpirent; vel etiam Hordei paleis minutissimis obrutæ; vel tandem densioribus ex vluâ palustri sportis reclusæ. Mizaldus edocet integras, & illibatas diù seruari Castaneas, si nuces Iuglandes illis immisceantur: dum enim humorem excrementitium, & vligine n omnem cariei matrem absorbent istæ, possunt pariter à Castaneis omnem arcere situm, & sic illarum prohibere corruptionem.

P. Mag. nat. l.3. c.7.
Pall. l.14. de Insit.
Constant. l. 10. c.7.
Ruell. lib.1. c.15.
Pl. l.17. c.17.
Corelliana Castanea vnde dicta?
Celid. Agri. mss. c.16.
Afric. Agr. f.115.
Pallad. in Nou. tit.7.
Memor. centur. nu.11.

VSVS CIBARII, ET MEDICINALES.

OPsonijs non egere Homines, dum suauiter viuunt, cibo scilicet simplicissimo, & dulci, Montanorum Castaneæ docent. Hi nanque florida earne, vegetisq; artubus æuum traducunt compositis absq; dapibus. Hinc maximo cum iure Galenus asseruit Castaneas esse fructus inter Arboreos maximi nutrimenti. Testatum enim reliquit: *Sunt autem Arborum fructus omnes ferè mali succi, exceptis Glandibus* D *Castaneis, quæ si in ventre benè coctæ sint, alunt multo illæ quidem succo, & crasso, sed non malo.* Illum secutus Paulus Æginera de alimentis scribens, præstantissimas inter Glandes Castaneis tribuit in alendo vires, dicens, quod Glandes, vt sic non inefficaciores frumentaceis sunt in alendo, licet ad coquendū sint contumaces, & crassiori succo præditæ, qui lentè transeat; sed Castaneas per omnia Glandibus præstantiores existere. Ideoq; Castaneas esse messem illis hominibus, qui nil aliud præter illas habent ad comedendum scriptum reliquit Bodæus. Hæc tantum inter hos fructus intercedit differentia, in alendo, vt nimirum ex Platonica doctrina maiores maiorem quoq; in sua specie virtutem possideant, quin & ex illis minus angulosi, simpliciores, crassiores, & solidiores, sint sapidiores, & alijs omnibus præferendi. Castanearum porrò complexio, earum scilicet, quæ maturitatem adeptæ fuerint, minusquè syluestris naturæ sint, temperatissima est, & in primo calida gradu, parumq; siccior. Nam magis agrestes, & immaturæ,

Socr. apud Diog. l.2.
De Euchi. & Cacochi.

ferræque, frigidæ ſunt in primo gradu, ſiccæq; in tertio. Quare craſſæ, ſtypticæq; facultatis, & difficilis ſunt digeſtionis, licet multæ nutritionis. Hæ tamen optimè corrigi ſaccharo poſſunt, ne caput lædant, & ventrem, dum incaleſcunt per accidens, vt egregiè adnotauit Baptiſta Fiera hoc metro. E

Elluchasē. Elsmithar. Tach. Sā 4. Bodaus. In Theophr. l. 3. c. 10. Bap. Fiera in Cœnis epigr. 21.

Occluſa hirſuto ſi forſitan humet echino,
Mox tamen exauſto Caſtanea igne viget.
Sed ventremque, caputque tumens offendere norit,
Ni madeat ſucco mellis arundinei.

In quem ſenſum & Georgius Pictorius in ſuo Pantopolio ſcriptum reliquit.

Georg. Pictorius in Pantopol. de fructib. 14.

In caput, & ventres Caſtanea fertur Echino
Tecta ſuperbire hac; nam calet ipſa nimis.

Omnia cæterum incommoda, quæ manſis à Caſtaneis timeri poſſunt, pendent vel à vitioſis fructibus, vel à nimia earundem aſſumptione, quæ capiti dolorem infert, & plures excitat flatus, quam diſſoluat. Hinc non melior Medicus, quàm Poeta Ioannes Vrſinus habuit.

Io. Vrſ. de Vict. rat. eleg. 14.

His caueas (moneo) ventris farcire ſaburram,
Ni te vulturеum pectus habere putes. F

Hoc tamen haud verificatur de temperata, deque miti, & correcta Caſtanea, de quâ idem Vrſinus paulò ante cecinerat.

Ipſa, licet rigeam, molles ſub cortice fructus
Occulo, vel gratos cui bona vina placent.

Sic & de temporis ſumptione monuit in ſubſequentibus.

Non hos dira fames, imò faſtidia menſa
Commendant: nunquam eſt ſic ſatiata gula.

Correctam porrò Caſtaneam ventoſam non eſſe, ſed potius contrà flatus, patebit ſi audiatur eruditiſſimus Antonius Campanus Epiſcopus Interamnenſis de Caſtanea loquens ſuis numeris. *Ventoſam qui me cenſent, ventrique tumendam*
Falluntur; ventos pello ego, non facio.

Sed medici magis attendendi ſunt. *Caſtanea agreſtis fructus eſt quidem* (ſcripſit inter neotericos clariſſimus Io. Baptiſta Corteſius Philoſophus, & Medicus Collegiatus Bonon. & Lector Eminens Meſſanenſis) *ſi recens, & viridis comedatur craſſum ſuccum prabet, difficilè coquitur, tardè penetrat, validè adſtringit, tuſſim generat, & flatus. Antiqua verò, vel arida aſſeruata hac ratione, ſicut Bononienſes faciunt, qui primum decoquunt in vino, deindè exiccant ad fumum, &* Anſeres *appellant, gratiſſima ſunt guſtui, & in ſumptione molliſſima; conſueuerunt etiam eas coquere in aquâ, & appellant* Baloſios, *aſſant etiam, tam ad ignem in ſartagine pluribus foraminibus pradita, quàm ſub cineribus, & prunis, comeduntque à prandio, & à cœnâ cum modico ſalis, & piperis, &c.* ſic & in tertiâ menſâ cum caſeo in eſum laudantur ab erudito Cremonenſium Platinâ. Vt autem & flatus emittant, & ſine adſtantium periculo coquantur Caſtaneæ, priuſquam cineribus credantur, ferro vulnerari debent. Sic plagæ hiatu ſpiritus igne citatus euadet. Secus flagrantes magno cum impetu flammâ prodirent, ſiquem offenderent, læſuræ. Flatus verò per eas expreſſus anguſtias à noxâ præſeruat, cum furor in crepitum deſinat. Hoc autem in omnibus Caſtanearum ſpeciebus habendum eſt pro comperto, quod agreſtes tantum, & robuſtiſſimos homines, puroque, ac ſubtiliſſimo ſub aere degentes decent, non autem debiles, & delicatè viuentes; Iſtis enim ſemper concoctu ſunt contumaces. Magis quippè debellandos valent ad morbos, quàm ad laſſas reparandas vires, reficiendaſque partes nutribiles. Sic omnes clarè teſtantur Autbores, & præcipuè doctiſſimus ille Germanus, qui modis imparibus Caſtanearū vires ſic eſt proſecutus. G H

In Decade 5. Miſcellaneorum Medicinalium cap. 4.

Platinâ De Hon. Vol. & Valet. l. 3

Ruell. l. 1. c. 61.

Iodochus Harchius in Enchir.

Caſtanea ſtomacho concoctu difficiles ſunt,
Sed rabidi infirmant ſæpe venena canis.
Iupiter hac pleno pratendit dona caniſtro.
Aſtringunt; ſias parcius eſſe memor.

Sic & Durantis Heroico-Medica cecinit Euterpe.

Herb. f. 98.

Caſtanea ſtringunt, inflant, agrèque coquuntur,
Et caput offendunt, ſiccant, Venerſque vigorem
Praſtant, diſcutiunt, dyſentericiſque medentur.

Ex

A

Ex his fit panis, tritici si copia desit
Qui multum nutrit, rabidis & morsibus ipsa
Imposita prosunt, duras mollireque mammas
Hæ possunt &c.

Pungentibus armatas echinis ob id à naturâ fuisse Castaneas existimauit Lacuna, quia nullatenus immaturæ (imo nec crudæ) mandi possunt impunè. Tunc enim ventri, totique corpori nocent, torminum illic, hic mali succi prauas introducentes operationes. Quarè maturæ tantum, & hæ quidem exiccatæ, seù tostæ, vel alijs coctæ modis in cibum cedere debent, vt vel ipsius æmulæ Panis fieri possint. Panis enim ipsius vsum aliquando Castaneæ præstant, vt & superius innuit Durantes, & præter illum testatus est Quercetanus scribens in Regione Lemoxensi, & quibusdam alijs locis circumuicinis, vbi multum abundant, ac alibi, vbi multus non est tritici prouentus, ex hisce fructibus fieri panem, seù plebeia, rusticaque mustaceæ, quibus vulgus, & rustici iucundè pascuntur. Exiccatæ tantum ità dulces sunt, vt de illis cum Georgio Iodoco Bergano non immeritò canere possimus.

Diætetic. Polyhist. Sect. 2. c. 5.

l. 1. Benac.

B

Glans rugosa quidem hæc, sed quâ non dulcior vlla.

Addo quod vino amicæ castaneæ, tam crudæ, quàm simpliciter coctæ, atq; etiam in liba conuersæ bibones rusticas ad pompas, hilaresque ad comestiones inuitant, quemadmodum festiuissimus Ælius Iulius Crottus Poeta Cremonensis libro 3. Farraginum innuit canens de Ramalibus.

Crottus l. 3. Farrag. 11.

Has strues nemorum, has comantûm odoras
Stricturas radiorum, & huic, & illi
Oschophoria munus in futura,
Pasciullus Panicocta, Surriponi,
Flamen flamini, amicè amico amicus,
In vsum annuum, in annuumque morem
Mittit, datque, sacratque, dedicatque.
Hinc ego te Albida, te hinc ego Olphe
Ad Libum voco, posterosque ramos:

C

Vos spectacula ad ipsa, pompam ad ipsam
Gregem ducite Vallium, & Choreas,
Dumosi sola Montis accolentes.
Adeste vndique quotquot estis omnes
Virique, Puerique, Virginesquè,
Et senes Merulenti, Anus bibaces.
Huc concedite, quicquid indè circum est
Syluarum, & nemorum, & specûm accolarum:
Cras ramalibus inuicem ominatur,
Cum caro Panicocta Surripone.

Et propterea mures hinc ablegandos censuit Gilbertus Ducherius non incelebris Poeta Gallus eo pro Castaneis carmine,

Li 2. Epigr 97.

Ite aliò mures, si vos capit vncta popina:
Nostra quidem certè est macra culina nimis.
Magnatum, ac procerum palatia quærite vobis,
Splendet vbi lautis mensa cupedinibus.

D

Ex prædictis item patet, quod Castaneæ quoque multum debet Hygeia; nam multas, hasque præclaras in Medicinâ possidet prærogatiuas. Illius caro, Dioscoride id attestante, contrà Ephemeron, cuius vnicam intrà diem strangulat venenum, valet. Huic tam insigni efficaciæ non parum addit tenuis illa tunicula fructus immediatè cooperiens carnem. Illius quippè requiritur actio, non in corrigendo tantum prædicti veneni ardore, sed & fluorem pariter ab eo inductum, intestinaque perforantem necessariò compescendo. Cortex quoque, tametsi tenuissimus, vulnera quæuis citissimè solidat, & carne replet. Media Castaneæ pulpa purior, atque candidior in emulsionem redacta, cum decocto Glycyrrhizæ, superaddito pauxillo feminum papaueris, illis, ex Camerario, non modicum confert, qui ardore vrinæ laborant. Aqua præterea, in qua cum suo cortice decoctæ fuerint Castaneæ Iliacis, Dysentericis, Sanguinemque excreantibus

Lib. 1. de Med. Mat. c. 122.

Greuin. de Venenis l. 2. c. 8.

haud inutiliter bibenda proponitur. Ex farina Castanearum, cum melle fit Electuarium aduersus sanguinis sputum, & tussim vehementem. Eadem farina, cum melle pariter, & sale subacta rabidorum canum morsibus imponitur. Cum hordeacea item polenta, & aceto illita mammarum incipientem impedit duritiem. E

Castanearum demum exoticarum prætermittere vires, cum nefas existimari posset, dicemus in primis Castaneam equinam anhelosis equis prodesse. Quod & attestatur Durantes alias eiusdem facultates recensens flatulentas, & adstringentes.

Herbar. lit. C.

Castanea & stringit, flatus & gignit equina
Esa, & anhelosis, necnon tussiq; grauatis
Præstat equis, atq; in reiecto sanguine prodest.

Adstrictiua est *Leucoma* Monardes Castanea. Xiloxochitl Quaucholanensium renes, & vesicam purgat. Sunt & purgatiuæ facultatis Fructus illi Castanini, quos *Cholagodos, Nicarague* in Hispania noua diximus appellari; Inde antonomasticos *Purgatiua castanea* dicuntur. De his hæc pauca, sed non contemnenda subiunxit Durantes.

Quas purgatiuas appellant ordine primo
Castanea calida sunt, purgant leniter aluum, F
Ac facile, & minimâ nullaq; grauedine laxant.

Ad aliquod certè, immò & ad plurima, cum sit Castanea valdè vtilis, ad vsus varios eadem modò dirigetur.

VSVS VARII.

Pl. 2. Gen. 30.

PErcussorias non semper virgas, sed aliquando consolatorias fuisse nobis ostendunt eruditiores paginæ. Quippè Virgis Arboris Castaneæ phœnicei coloris volunt aliqui Patriarcham olim Iacob vsum fuisse ad Soceri sui spem, quam de multiplici, & vnicolore ouium fœtu conceperat, ingenioso dolo eludendam, vt mirum in modum, & innocentes sibi diuitias augeret. Simplex Castanearum cortex eius est qualitatis, vt in lotiuo capitis ebullitus lixiuio flauum capillis côciliet colorem. Achiotl in India Tintinnabulorum vsum præstat suspensus. Quin & communis Castaneæ fructus apud eosdem Indos oleum ad varios vsus copiosum secundum Plinium liberrimè dedit, licet hoc Portæ difficillimum videatur. Solida mox Arboris istius, atque durabilis materies vasa vinaria, doliaq; maiora composuit: licet enim hæc antiquissimis temporibus fictilia fuissent, lignea postmodum maiori ex parte fieri cœperunt, & dolati Castanearum asseres ad id, vt nunc, deligebantur: huius quippè ligni proprijssimû est prauos difficulter concipere mucoris, alteriusuè malæ vini qualitatis odores, eosdemquè facili negotio relinquere: quod de nullo alio lignò tam exactè verificatur. Tectorum Subgrundia, ligno præcipuè Castaneæ syluestris efficta siccitates, atq; madores patientissimè tolerant. Quin & metallicorum æmula fiunt, si calenti oleo imbuantur, aut pice, vtraq; liquefacta obducantur. Nam cum suapte natura tardissimè sentiant vetustatem, aut cariem, si armetur ipsa superficies, totum persistit imperterritum. Idem Castaneæ lignum quocunq; tempore subterraneis operibus expetitur. In Vitium pedamentis, vt experiuntur agricultores, cætera omnia superat ligna, Quercumq; præsertim, ac Robur. In causa est durationis peruicacia, propter quam Salice lætior hæc Arbor cædua regerminat. In ædificijs tamen ligno Castaneæ prouitio pondus est, & incuruatio. Verum habet etiam, quod inter vitia laude non careat, non frangi scilicet, nisi prius id tempestiuè prænunciet, sonitu mediante, quo moneantnr habitatores, vt se se periculis subtrahant, aut ædes suffulciant. Vtilitates tandem vsta nô amittit Castanea, durioribus etiam inseruitura ministerijs. Carbones enim ex illius ligno Ferrarijs fabris haud parum accommodati sunt, quià citò accenduntur, & identidem restinguuntur. Illius tamen cinis domesticis vsibus haud æquè deprehenditur vtilis; nam tantum abest, vt pannos dealbet, immò potius illos maculat, experimento nimis comprobato mulierum. Quod ideò euenire crediderim, quoniam implantatam à natura vim quandam infectoriam Castaneæ materies obtinuit, quâ colores quosuis fixare côsueuit apud fullones, qui diuitibus nunquam saturis, visibiles in vestibus qualitates puniceas, violaceas, spadiceas, aliasq; innumeras vix saturare valent. Nobilitatis pro signis mox stabunt Castaneæ in Insignibus, & in Symbolis. G H

Pl.l.15.c.7. Port. Mag. Nat. lib. 4. c. 25.

Pl.l.16.c.40.

Id. lib. 17. c. 17. Bod. à Stap. in Theoph.

August. Gall. Gior. Agric. 5. f. 177.

VSVS

A

VSVS IN INSIGNIBVS.

ANtiquæ, immò Heroicæ Nobilitatis Insigne ab Arbore Castaneæ, illiusq; fructu decerptum aliquoties fuisse, tum ob vetustissimum illius esum, cum ob fortissimum eiusdem, & perquam durabilem vsum crederem, vnde veterem illum Comicum facillimè traheret in admirationem. *Quid est tam potens cum tanto munere hoc?* Ingenuus quidem in toto aliquo Genere Vir veris Virtutibus præditus nobilissimum iuremeritò erigere stemma dicetur, quod in posteros celebrem existimationis famam demandet. Non aliter fecisse dicendus est primus *Castanea* Familiæ Genuenses inter prænobilis fundator, dum ipse Castaneam integro cum echino, & ternis aurei coloris frondibus pro suæ Descendentiæ insigni assumpsit. Huic Stemmati Sanctissimus Vrbanus VII. Regios tripliciter, immò diuinos conciliauit honores. Hinc Io. Baptista Pinellus Porta Genuensis habuit vt caneret.

Terétius in Ennuche.

P. Sylucster Petrasāċta. Tess. Gentil. p. 511.

l. 2. Carminum 40.

B

A Lygurum translata sese ad fastigia Roma
CASTANEA in ripâ censita, Thybri, tuâ.
Visa iacère diù est humilis: post aucta repente
Obtexit totam fronde suâ Ausoniam.
Quin viden', vt iam nunc tollit contermina cœlo
Brachia, & Eoos velat, & Hesperios!
Gaude Roma; tuâ hac est Arbor; Ianua gaude
Est tua progenies: vtraq; digna parens.
Sed nec, Roma, tua hæc est, nec tua, Ianua proles;
Æthere descendit: non satis orbis erat.

Hæc itidem Arbor multiplici cum semine, Bertrando de *Castaneto* Episcopo Cardinali Portuensi sub Ioanne XXI. P. M. per quam nobile Stemma vndequaq; suspiciendum construxit.

C

SYMBOLA.

INsignibus ità affinia sunt Symbola, vt nonnunquam confusè hæc duo nomina legantur. Subiungam ideò ad hanc rem allatum à Perciuallo Symbolum, Arborem scilicet integram Castaneæ, cum Lemmate.

In symb. Io. Bapt. Bodelly p. 259.

A QVEL, CH'APPAR DI FVOR, QVEL CHE S'ASCONDE, Aut vt ego dicerem VTINAM EXTERIORA, VT INTERIORA. Apud ipsum significat hominem cupientem miti dilectæ mulieris aspectui respondere lapideam cordis superbiam. Cum vero non admodum videatur quadrare exterior symbolicæ Arboris durities, internaq; eiusdem fructus lenitas, cum interna cordis rigiditate, & faciei comitate extrinseca in muliere pudica: ideò aptius conuenire crederem idem symbolum, vbi quis cuperet, vt in aliquo opera cogitationibus responderent, ita vt si mites istæ sint, illa non forent aspera.

D

Aliud antecedentis quodammodo in opposito positum ab Anonymo Symbolum hic apponendum suppetit, illius scilicet qui sub Arbore Castanea spinosis suis fructibus onusta quærit, & colligit Castaneas ab echinis præ siccitate, vel aliqua alia defectuosa causa dehiscentibus decidentes, quæ dubio procul, vel siderationem passæ sunt, vel aliquam verminationem imperfectissimæ redditæ; echinorumq; asperitatem exhorrescens in illis stultè cogitat claudi quidpiam dolorificum, illisque propterea admouere manus omni modè refugit; cui configurationi talis congruit sumptio MALA TIMIDITAS ex Euripide;

In Erechtrice ap. Stob. serm. 29.

Mala timiditas, nec domui, nec victui quicquam prodest.

Obscuriora, & abstrusiora Castaneæ hinc ad aperiendum præstruitur aditus.

ADA-

E

ADAGIA, ET ÆNIGMATA.

Difficillimum est internoscere interna Castanearum vitia, cum pulcro sæpè sæpius tegant cortice vitia turpiora, medullamq; prorsus putredinosã in abscondito foueant. Hinc dolosam Mulierum Vafritiem hi Fructus prouerbialiter detegunt. Non enim accidit Castaneis corruptis, quod putredinoso conspicitur in Pomo, cicatricosum nempè foramen, aut sideratio quædam, siue gibbositas. Et propterea de Muliere facietenus formosa, sed improbis moribus, animoquè deformi tusco dicitur Homœoteleuto, E' COME LA CASTAGNA, BELLA DI FVORI, E DENTRO HA' LA MAGAGNA. Simillimum illi, quod fucatas aduersus Mulieres Nazianzenus efferebat, FORIS HELENA, INTVS HECVBA; & sic ad verbum expressum est ab Legato nostro in Emblematis.

l. 1. Emb. 9.

Sæpè oculos speciosa foras delectat, & intrà
Mucida Castanea est; sic Mulierq; facit.

F

Imò ad innuendum quàm paucæ sint Mulieres, extrinsecus etiam modestæ, quæ verè castæ sint, & inexpugnabiles, argutum Ænigma Ludouici Areosti nomine circumlatum in hæc proponitur.

Monos. l. 9. fl. Ital. linguæ p. 402. & 408.

Arbor inest syluis, quæ scribitur octo figuris: CASTANEA
Fine tribus demptis, vix vnam è mille videbis. CASTA

Quod nescio quis Florentinus, vt Mulieribus apertiùs conuiciaretur, hunc inuertit in modum.

Ditemi Donne, come ella è chiamata
Cosa ne' boschi nata
Frà le spine pungenti,
Che tien due volte in se quattro elementi,
Di cui gl'vltimi tre leuati via,
Di mille à pena vna trà voi ne sia.

Quod vulnus muliebri inflictum sexui sanat Scaliger, vbi ænigmaticè *Castâ via castâ* nempe *iuuenculâ*, seù *virgine* Castaneam innuit significari. Canit enim ad cætera Castaneæ alludens æquiuoca.

G

Logogriph. 68.

Scythica, fera, idest Machlia.

Si sequeris nomen, quod dat Prouincia ciui
Aequoreo: miram tegitur sub nomine monstrum,
Arma pedes: totum caput est. Cœli æmula gyris,
Non pedibus digiti, non dissita crurcula nodis.
Grallator sic ingreditur, scythica & fera, vt aiunt.
Si nomen verum est: sum casta iuuencula virgo,
Nec cœlum is velut: at fulmen crepitu æmulor atro.

Iocatur quippe super *Castanea marina* nomen, quæ Gallis pariter *Castaigne* dicitur; & ad *echinum* alludit sub nomine monstri, nec non & *cœli æmulam* Castaneam appellat, quia rotatim ambulat, & fulmini comparat, quià sæpius haud incisa in igne crepitat. Quoties autem impares simul comparamus CASTANEIS CORYLOS ÆQVARE dicimur. Castanea siquidem maximis non cedit Arboribus; at Corylus densos tantum inter frutices adnumeratur. Si verò fructuum attendatur in alendo bonitas, & hæc extrinseco Castanearũ echino comparetur, illud apprimè quadrabit *Meliora semper*, seù MELIORA LATENT. Non tamen est quod, erinaceo dempto, non mereatur inter ornamenta mensæ cõnumerari Castanea. Quod vel ex sequẽtibus ænigmaticis Iunij versibus patet.

H

Ænig. 13.

Est mihi dura caro, rugosâ veste veluta
Includor coryj tegmine Phœnicei.
Exterius natura hirto muniuit echino,
Mensam orno, Panis dum vice soluo famem.

Qui tandem minores pro maioribus accipit Castaneis, prædictæ veritati contrarius dicitur prouerbialiter FAR VN MARONE, magnum scilicet erratum patrare. Sed vt clarissimæ Historiarum Castaninarum scatebræ ab ænigmatum specubus prosiliant curandum est. Prius tamen, quæ Fabulosa de Castanea suggeruntur, in mediũ afferemus,

FA-

A

FABVLOSA.

PRæter Ouidium attexendis, & egregiè canendis Metamorphosibus non solus inter illustris Neotericos Poeta Balthassar Bonifacius Archidiaconus Taruisinus nobis & ante, & post obitum enixè dilectus præstitit, vt latè per huius operis cursum est obseruare, sed & Bonifacio nil minus nobis acceptus Laurentius Legatus Cremonensis, præclara cuius Musæ specimina Literarium hunc in Agrum conferre, eruditum operæ pretium existimamus. Ex elementis itaq; huius vocis *Castanea*, quæ quid *castum*, & *nouum* sonant, ad Pelium Thessaliæ Montē, & Casthanæam Oram ad ipsius radices sitam, referente Strabone, ac Meliboeam Magnesiæ Ciuitatem Castaneis perquàm celebres alludens, nostram ad rem ingeniosè commentus est Neam Pelij, & Meliboeæ filiam Dianæ Nympham fuisse, quæ cùm coætaneas omnes pulcritudine, & castitate antecelleret, multos in sui amorem traxit, quos cum seruandæ Virginitatis voto dimisisset, vel in ipso Ioue specie incomparabili flammas excitauit. Cum igitur hic, vt Virgine potiretur nihil intentatum relinquere de more contenderet, euenit, vt Nympha cum Diana frequentatis in montibus venatum exiret. Cùmque Puella ceruum telo vulnerasset, illeque in fugam conuersus esset, fugientem Nea tanto itinere persecuta est, vt longè à Triuiæ phalange aberrans, in Amatoris casses incideret. Occasionem enim amplexus Iupiter, illi sub vnius ex comitibus forma apparuit, & frustrà reluctantem compressit. Sed audiamus quomodo hucusque rem describat Poeta.

Strabo l. 9. Geogr. in fine.

B

Laur. Lega. l. 1. Eleg. 8.

SEctatrix casta Nea formosissima Diua
Nympha verecundo clara pudore fuit.
Pelion huic Genitor, Mater Melibœa vicissim
Gaudebant tantum progenuisse decus.
Non hac Manalys agitans in Montibus apros
Fixerat errantes certior vlla feras.
Ante alias ideò Dictynna charior omnes
Harebat lateri dulcior vna comes.
At quia, cum rara est, nequit intentata relinqui
Forma, sed est auidis solicitata procis.
Multi illam petiere; faces tamen illa maritas
Negligit aterna Virginitatis amans.
Sed malè vota cadunt, vbi Nympha summa venustas
Non homines tantum, sed monet vsque Deos.
Abstinet humanos Triuia reuerentia nixûs,
Sed cohibêre nequit, qua Pater ipse parat.
Viderat hanc etenim, specieque allectus, in illam
Haserat impuro Iupiter igne calens.
Virgo placet, Statorque potest, nec iurgia curat
Coniugis irata, si noua furta sciat,
Ergò cum Dolopum venantem in saltibus illam
Nouit, vbi vrgebat Delia prima Leas.
Inspexit cum Nympha petens in vulnera Ceruum
Infixit misera spicula certa fera.
Saucius ille fugit, sequitur Nea, multaque currens
It procul à casto nescia Virgo choro.
Astitit huic subitò comitem mentitus amator,
Amplexu & reditum, quem parat illa, vetat.
Crimine se tandem prodit, frustràque gementem
Stuprat, & inde migrans victor ad astra redit.

C

D

Hæc sunt Sanctimoniæ signa eius, quem in Numen sibi cœca delegerat Antiquitas. Hinc quoq; patent pericula, quibus exponuntur Virgines, quæ procul à suis incautè feruntur. Ad illarum igitur exemplum quantum amissæ Virginitatis indoluerit Nea priusquam sibi manus consciuerit, audiamus ab eodem Legato narrationem suam in hæc subsequente.

Illa autem & ſiluam, ſeque ipſam exoſa, diemque,
Quo raptâ, dixit, Virginitate ferar?
Ah pia tu ſaltem me conde voragine tellus,
Ne me lux videat, puraque ſigna poli.
Mitia quid tantum mihi fulmina parcitis? ht vos,
Quime compreſſit, comprimit vſque Tonans.
Fors vt cum libeat renouet mea probra, coactam
Semper & inceſtâ conditione premat.
Quàm ſatius fuerat non tam formoſa videri,
Quàm ſic laſciuo complacuiſſe Ioui.
Immò quàm ſatius ſi prorſus lucis in oras
Deformem ediderat tu, Melibœa, parens.
Non tibi, non patri ferem modo maxima luctûs
Cauſa, Thoantea longè odioſa Dea.
Intemerata forem, nec quem plus ſanguine feci,
Nunc pudor inuito pectore victus erat.
Sed ſi vim paſſum eſt corpus, mens candida manſit,
Corporis vt maculam prompta cruore luam.
Dixerat, & viridi iaculum de ceſpite ſumens,
Concita per medium pectoris egit ebur.
Concidit, & fundens animam de vulnere caſto,
Summa pudicitiæ ſanguine ſigna dedit.

En quo impellebant, quos magis dilexerant commentitij illi Ethnicorum Dij. Nil poſtea mirum, ſi in Ligna, vt plurimum, conuertebant, quos transformare contigerat. His nimirum Poetæ indicabant ligneos eſſe, qui ſuperſtitioſis illis numinibus fidem adhibebant, quod & patebit ex Neæ in Caſtaneam Metachroſi, ſi canentem attendemus.

Vidit, & è cælo generoſum Iupiter actum
Miratus, voluit pœnituiſſe ſtupri.
Sed quia non damnat, quæ quondam geſſerit, inquit:
Verè non iſtâ caſtior vlla fuit,
Non auſa ſimili claret mea Parrhaſis, & quot
Præter eam inuita concubuère mihi.
Sed mortis, ſi cauſa tuæ ſum, Nympha, pudorem
Reſtituam, quantum vis mea tota poteſt.
Forſque ſatis reparabo tua diſpendia famæ,
Caſtam vbi poſteritas publicet eſſe Neam.
Dixit, & in vegetem transformans frigida Plantam
Membra, peregrinâ fronde virêre dedit.
Deque Animo, & Nymphæ deducens nomine nomen,
CASTA-NEA eſto, inquit, nam Nea caſta fuit.
Hinc tibi tutor ero, tuque vt Dodonidis Arbor
Iam poteris titulis ire ſuperba meis.
Sicque Διὸς Βαλανὸν ſapiens te dixerit Hellas,
GLANS etenim deinceps, ſeù IOVIS ARBOR eris.
Vtque erat illa ſuo rubefacta cruore, ruborem
Contraxit virgis Planta nouella ſuis.
Quin vt conciderat cor ſaucia mille doloris
Vulneribus, Fructus ſpicula mille gerit.
Et quia venando montes dilexerat, altis
Innaſci pariter montibus Arbor amat.
Et veluti ſpecie ſuperans pulcherrima Nymphas
Vſſit amatores, omnipotemque Iouem.
Vis eadem in fructu pariter manifeſta triumphat;
Eſus enim flammas Cypridos ille parit.
Vtque, licet corpus per vim temerando, pudica
Candorem mentis non violauit Amans.

A *Sic quoque Castaneis externo cortice tantum*
Nigror inest, intus candida pulpa manet.

Quomodo autẽ Diana factum resciuerit, & quis Nymphæ genitoribus indicauerit, & quonam isti dolore perciti fuerint innotescet ex artificio, quo Pelium in montem sui nominis, & Melibœam in Ciuitatem illi conterminam cõmutatos Poeta describit, vt metachrosin absoluat. *Id Dryades Triuiæ, & gemino retulere parenti.*
Illa Neam laudans improbat vsque Patrem.
Pelion, vt nouit, riguit, factusque dolore
Saxeus, in Montem versus ad astra petit.
Mæsta nec absimili fato Melibœa perempta est.
Mutatam in Vicum nempe fuisse ferunt.
Vrbs modo Magnetum est, nomen Melibœa remansit,
Vtque Neam genuit, fert modo Castaneas.
Imò quòd hac Arbor penes hanc quàm plurima creuit,
CASTANEÆ est alij nomen ab inde loco.
B *Apenninigenis hac dum Pastoribus Alcon*
Ederet, arrisit turba miserta Neæ.

Quantò autem magis præ curiositate fabulam sapit historiola sequens, tantò aptius fabulosæ huic subiungetur narrationi.

HISTORICA.

FAbulam in vnum verificare, verumq; fingere liberiores inter, minusq; seueras consuetudines Hominũ modò liceat. Refert doctiss. Raderus in Aulâ quondã Iulij II. Pon. Max. simiam fuisse, quæ miro quodam astu Castaneas tostas, calentibusque sub cineribus conditas abstulit. Ijs enim ad ignem remollitis vesci solebat egregiè, liberalem dominorũ suorum gratiam sæpius experta. Accidit aliquando in Herorum suorum absentiâ, vt ferream perforatam patellam Castaneis vstulatis, & in digestionem sub prunulis plenam communi in foco relictam obseruaret. Edacis acta gulæ incitamento experiri cœpit num cõturbando focum Castaneas extrahere posset. Irritum porrò videns C conatum, sibiq; dolorificum propter caloris excessum, exuri manus ex horrens muscipulam ibi suo malo fato fortè obdormiscẽtem arripuit, cõprehensamq; retinens amplexu complicato suprà Castanearum focũ detulit. Anterioribus exinde illius pedibus bacillorum vice vtens, vehementissimos reluctantis vlulatus haud curans, quas voluit Castaneas semotis prunis eripuit, & animatâ forcipe miseri felis eduxit. A strepitu acciti proceres, callidumq; factũ maximâ cum voluptate conspicati, rem socijs detulerunt, simiamq; prędictis frutibus copiosius donandam censuerunt.

In Comm. l. 14. ep. Martial. 178.

EPITHETA.

VArijs, ijsq; nonnunquam contrarijs vallatam Epithetis Castaneam, ob partium summè contradistinctarum affectiones obseruamus. Virgilius *mollem* cognominauit, ob interiorem fructus corticem valdè lenem, & læuigatum, mollemque ad tactum, atq; attẽta substantia eduli, quæ per elixationem fit mollissima, licet anteà D nucis duritiem, sonitumq; præseferens NVCIS quoq; nomine, seu potius cognomine donari promeruisset. Quia verò sic elixatæ non multum à presso lacte videntur abhorrere, de vtrisq; eodem carmine cecinit Poeta. *Castanea MOLLES, & pressi copia lactis.* Quo respexit Italus ille Vates in simili canens materia.

Di MORBIDE Castagne, e latte, e cacio — *Trarrem la fame, &c.*

E contrà verò, echinorum respectu *hirsuta* dicuntur à memorato Latinorum Homero, qui propterea spinosis illas associauit Iuniperis hoc spondaico.

Stant & Iuniperi, & Castanea HIRSVTÆ.

Sic & patrio idiomate Alamannus. *Sorgon più liete la Castagna HIRSVTA, &c.* *Hirtas* similiter appellauit M. Tullius Berous cõciuis noster Bononiensis ex Iurisconsultissima domo eruditissimus, ex cuius descẽdentibus nunc floret Martis, & Mineruę alumnus præclariss. Co. Hercules Augustinus multo mihi nomine colendus. Dicebat itaque vates ille.

Virg. Ecl. 1.
And. Lorus Ecl. 1.
Virg. Ecl. 8.
Alam. Colt. 1.
Rusticor. l. 9

Ca-

Castaneas HIRTAS, duro putamine clausas. E

Marinus. Alij *pungentem* dixere scribentes. *Di PVNGENTI Castagni hispidi Ricci.*
Rudem insuper, & *Alpestrem* prædictus Alamannus Hetruscè vocabat, canens.
De la ROZA Castagna il tempo arriua, &c.

Colt. 3. Et alibi *Ipiù son quei, che da le hirsute braccia-De l'ALPESTRE Castagno il nido fanno.*
Sed & BALANITIDIS Epitheton à Plinio recipiamus. Glandis enim ad instar proprio è receptaculo Castanea prosilit. Nec ad similitudinem Quercus eius Arborem dedecet esse Robustam, atq; *Nodosam*, vnde Parthenopæa Syren Marinus cecinit.
Qual ROBVSTO Castagno, o Pino alpestre, &c.

Samp. 1. & 5. Alias *Il NODOSO Castagno — Disserrò de' suoi Ricci aspri, e pungenti, &c.*
Hanc item Arborem Claudius Achillinus *Vmbrosam* nuncupauit.
Quì gl'OMBROSI Castagni — Sparsi sù le freschissime pendici.

Rim. Idil. 3. Et hæc fuisse causa videtur, propter quā à Boccaccio *Placida*, nec nō *amabilis* ab Imperiali dicta sit hæc Arbor. *A dispogliar del ben vestito frutto — L'AMABILE Castagno, &c.*

Cas. 4. Non præteribo tandem PHOENICEI, seu PVNICEI cognomen, quo donatus est huius Arboris fructus ab Italo Poeta Bracciolino sub Italica voce *Tanè*. F
La Castagna TANE' sù l'erme rupi. Ad Mystica nunc, & ad Moralia.

Rocc. 10. 11

MYSTICA, MORALIA.

CAstaneæ Fructus, qui corticea obducti sunt veste, tum Corporis, tum Animæ mysticè repræsentant operationes. Vt enim vestes ab externis elementorū iniurijs corpora tuentur, ita echinatus Castaneæ cortex ad inclusum fructū se habet; vnde videtur anagogicè innuere quandam velut armaturam cōtrà detractionū machinas, iuxtà illud *sepi aures tuas spinis, & noli audire verba detrahentiū*. Et sic Honestas illa in animo conseruatur, quam corpori vestes conciliant. Vestem item Pœnitentiæ spinosus idem Castaneæ calix significat. Sic & ingenuum exprimit habitum Verecundiæ, *qui non in auro, & margaritis, neq; in mollibus*, qualis mulierū esse debet. Quin & Virtutis latius sumptæ rudimentū aliquod præfefert. Ipsa enim extrinsecus aspera videtur, quæ tamen interius dulcissima est, & maximè alens. Læuis è contrà Castaneæ pellis intrinseca, bonæ Conscientiæ testimonium designat, quod multiplicē confert delectationem spiritualem. Homines enim probi si exterius per spinosū pœnitētiæ habitū affliguntur, interius quoq; per spirituales reficiuntur consolationes. Hinc de ipsis Apostolus: *Testimonio fidei probati participes facti sunt repromissionum*. Quin & si spinosam Thecam eandem Castaneæ iterū intueamur, pellemq; illius, quæ obscurū tendit ad colorem; Temperamentū calidū, & siccū, dulcedinemq; medullæ cādidę, præsertim coctæ; quid in illa Theca echinata, nisi Religionē recognoscemus, quæ sub paupertatis, & obedientiæ spinis, subq; stimulis carnis refractis iustissima dulcedine pollet? Sic & in cortice illo atri coloris Humilitatem exaltabimus, cui candor mentis castæ, feruensq; Charitas in temperie calida; in siccitate abstinentia, inq; dulcedine Benignitas non deest. Accidit & huic fructui, vt dum in igne positus rarefit, & dilatatur, corticem inopinato disrumpat cum violentia quadam strepitum edēte, nisi parum incidatur. Sic in tribulationis igne positus Homo, nisi Amore erga Deum cor saucium habeat, & ipse per spem, & desiderium æternorum mente parumper dilatetur, impatiens euadit, perq; murmurationem frangitur, & desperationem. Eodem prorsus pacto qui sine Dei timore, Carnalitatis igni expositus est, fræna pudoris disrumpit, & indigniora semper patrat facinora. Rationi propterea, non sensui morem gerere quisquis addiscat, sibiq; ducem, & magistrum præfigat hunc Castanearū Fructum Sapientiæ, Pietatis, Iustitiæ, & Continentiæ typum. Et hic Libri primi Dendrologiæ castus non modo finis esto, sed omninò felix, Auspice Pace, quæ illo ferè temporis momēto secundi mensis Aoni CIↃ. IↃ. C. LXIV. quo calamū paulisper quiescere iussi, vt ad secundum liberius euolaret librum, exoptatissimam sui famam extendit, nosq; motibus bellicis, metuq; omni felicissimè liberauit. In huoc igitur exultationis, & lætitiæ sensum effuso mihi liceat meos sic alloqui, & animare labores.

Marginalia: λοπος, ὁ, cortex. λῶπος, εος, tenue vestimentum. Eccl. 28. D. Matth. c. 11. D. Paul. 1. Tim. 2. 2. Cor. 1. Ad Heb. 11. — G — H

Macte Liber felix, i nunc per compita Pacis,
Et tua iam poterit tollere fama famem;
Nam si cui dulcis sitietur Gloria posthac,
Sacram Cura sequens explet abundè sitim.

LIBRI PRIMI DENDROLOGIÆ FINIS.

LIBER

VLYSSIS
ALDROVANDI
DENDROLOGIÆ
SECVNDVS
LIBER.
SEV
POMARIVM.

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ

LIBER SECVNDVS

POMARIVM.

DE POMIS IN GENERE

Introductio.

C OBSCVRIS, asperisque Syluis modò egressi amœniores captamus Vmbras, suauiores libamus Fructus Rorantia Pomorum Pocula siticulosis Glandibus opportunè succurrunt; Optimorum Malorum Pulpas Lacteolas, nitidas ceù Papillas Ingeniorum exugant ora, quibus durioribus Literariè datum est fatigari à cibis. Illæ profectò tenellę tenuibus humiliter tumentes pelliculis coloratæ suos Auro sollicitos superbis relinquunt metus.

—— Sollicito bibant *Auro superbi.*

Seneca in Hippolyto. Id. in Troade.

Pomosam apud Frugalitatem Regio secus Riuum Exemplo cœnaturi immortalia ab ipsâ, innocentissima, & æquè pretiosa Virtutum referemus Dona. Lectissimæ huic Matronæ lætanter litantes dulces, honoratos cum Cratete Philosopho, & alijs concinamus in hunc sensum hymnos *Saluè Domina innocentibus Viris charissima Frugalitas, inclytæ filia Temperantia, Sapientium, & Optimorum Consiliorum Magistra.* Hic triumphat AΦOBIA, vbì *Nec leues somnos Timor, aut Cupido* *Sordidus aufert.*

Ammianus l. 21. de Cypro Rege. D. August. de Vit. Beat. Euripides ap. Stob. Horat. 2. od. 16.

Admirabiles inter Pomorum formas viuificus resudabit Humor, qui sensus omnes D recreare valens curioso politiorum Doctrinarum Sectatori copiosas propinare studebit Eruditiones.

Quicquid odoriferâ dependet ab Arbore Fructus,
Natiuo bybleas vincit odore Rosas.
Quicquid Cecropiæ clarum genuere sorores,
Hac habet, & quicquid docta Minerua tulit.
Arboris est suauis Fructus, sunt dulcia POMA,
Dulcior est inquam Nectare, & Ambrosiâ.
Ambrosium Germen cunctorum Gloria florum
Pastanis floret luxuriosa Rosis.
Quamuis sudifico Boreâ pellatur, & Austro,
Non oneri cedit, cum sit onusta, graui.

Epigr. ad Scholia Io. Arborei in Porphyr.

Fortior in Ventos ſurgit, grauibuſque reſiſtit
Ponderibus, nullo victa labore manet.

Circulares eædem Pomorum ſpecies Perpetuitatis Imaginem quandam nobis referunt, vt egregius ille Pythagoricus Ocellus innuit his verbis: *Figura enim ſpecies circulus, hic verò vndequaq; æqualis, & ſimilis, ideòq; principio, ac fine deſtitutus.* Inter Pocula, Cœleſtia potius, quam Lesbia nobis eſt philoſophandum in hoc Libro, vbi Arborea, ideſt excelſa Sobrietas nos clariſſimè docet, quod *Gurgite puro Vita redit.* Hîc opſonia naturæ amiciſſima parantur, quæ moderationis iuſtiſſimas intrà Leges Paradiſum inamiſſibilium voluptatum verè conſtituunt. Ad ſplendidiſſima hæc, & minimè diſpendioſa Conuiuia candida nos inuitat, & ſaluberrima Hilaritas, quæ nobili hac vti videtur Proſopopœiâ.

Huc, huc Carpophagi celeres diuertite greſſus,
Huc auido ad menſas ore venite meas.
Eccè venit plenis Calathis iam candida Nais,
Fert Pyra, fert Vuas, Perſica, Poma, Nuces.

Ocellus Lucanus de Nat. Vniu. verſione paraphraſi, & cõment. illuſtratus à præclariſſimo viro Carolo Emmanuele Vizzanio Bonon.

Humaniſſimi vos rogo, & obteſtor Lectores, Syluicolas non tanquam Faunos, ſed vti [illegible] Viros ſcilicet Claros, Illuſtres, atq; Glorioſos, vt Domeſtico huic aſſidere libenter velitis Ruri, ſicq; ſingulariter à me patiamini compellari.


Faunus amat ſyluas, Hortos Pomona virentes,
Sunt comites Dryades, Flora, Diana, Pales.
Quæ tot Dij; Diuæque colunt, cole iugera mecum
Conſita felici, Lector amice, manu.
Poma, Nuceſque legens, & Baccas Arbore multâ:
Forte feres pleno plena caniſtra ſinu.

Plutarch. inter Pocula philoſ.
Lucan. l. 4.
Io. Vrſin. Eleg. 14. Edi. Vien. 1541. cui ti:ulus Fructus. *& Eleg. 13. Edit. Alexādr. 1549*

Pomiferarum Arborum Inſcriptio Secundum hunc ſecundis Doctiorum Virorum Zephyris afflantibus Librum coronare flagitabat. Philoſophum illa, etiamſi Poeſim ſapiat, non dedecet, quum ad Poetas, ipſo nec reclamante Lyceo quoq; ſeueriore, ſæpè diuertat ipſe Philoſophus, quemadmodum Phyſicus Lucretius, Aratus Matheſeos cultor eximius, Pythagoras Ethicus, Theognis, Heſiodus, Phocylides; necnon Hiſtorici Homerus, Virgilius, Lucanus, & alij quamplurimi demonſtrant. Cuius cenſus Vates atq; Poetas immunitatibus, & priuilegijs non vulgaribus digniſſimos iudicarunt Auguſtiſſimi Imperatores. Sed antequam particulariter deguſtentur Ponia, quæ huiuſmodi Legitima, immo Elogialis Satyra, hoc eſt Lanx pluribus Fructuum generibus referta oſtendit Pomarij Antepagmenta, ſeù mauis vniuerſalium Eruditionum Apparatus mentis oculis luſtrentur, vbi ſequens Rubricarum genericarum Tractatus pro Ambulacris atq; Quincuncialibus Plantarijs noſtrum Pomarium integrantibus ſubſeruiet.

Ex Nicol. Reuſner. in Pom. Poet. pag. 10.
In Cod. Tit. 52. de Prof.
Gabr. Symeon in Apol. contrà Calumniator.
Saluſt. in Iug. Queſt.
Plautin. l. 2
Marcellin. l. 16.

SATYRA LANX



Gloſſa in Proem. ff. vide num. Dom. Imp.

Fructuoſa Saturitas

Vtile ſi mixtum eſt dulci, tibi copia prodeſt:
Optima ſic, frugi ni ſaturere, nocent.

G E-

A

GENERALIS POMORVM Significatio Nominis, Eiusque Causa.

POma Græcè ὀπώρα, succosi scilicet Fructus molli putamine, cuticulari veluti operimento tecti; humidam intus continentes carnem cum sementiferis granis, vel acinosis, vel etiam osseis secundi huiusce Libri Dendrologiæ subiectum sunto: quorum succulentiores, *Potomia* dici promerentur, vberem propter potum, quem præbent, nutritioni quoq; conducentem; nullus tamen huiuscemodi Fructuum ratione sui contenti humiditates Vuarum perfectissimas, spirituosasq; potest æquare, cum hæ super omnes alias in Venis Hominum augeant sanguinem, vitæq; conferant, dummodò tamen in Ligno Vitis sint probè digestæ, eædemquè proprijssimè Vinum dicuntur, nam cæterorum fructuum interni liquores non *Vinum*, sed *Sidra* dici propriè possunt ex causa

B Punici Pomigranorum, quæ σίδια vocantur. Pomi vocabulo Spigelius Vir alioquin eruditissimus omnes fructus rotundiores, tam magnæ, quàm paruæ molis laxiori quidem, & communiori significatione accepit, in quâ Nuces quoque contineri possunt, & propter hoc Nuces Pineæ dictæ fuere Poma Cybeles à Martiali.

Poma sumus Cybeles, procul hinc absiste viator,
Nè cadat in miserum nostra ruina caput.

Poma itidem secundum nonnullos dicta fuere quasi *Opima*, quià opum multarum sunt materies, vel causa, iuxtà Lucretianum illud carmen.

Quod, si quis verâ vitam ratione gubernat,
Diuitiæ grandes homini sunt viuere parcè, &c.

Quem sensum clarius expressit Lyricus.

Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
Si rectè frueris, non est vt copia maior
Ab Ioue donari possit tibi, &c.

Ruell. l. 1. de Nat. St. c. 31.
Dorsten. in Botanico.
Varro l. 1. de Re Rust. c. 34.
Isid. Etym. l. 20.
In L. 9. ff. de trit. vin. & Ol. leg.
Callimac. in Pall.
Lib. 13. Epigr. 25.
Papias Vocabulista.
Lucret. l. 5. de nat. r.
Li. 1. ep. 13.

C Ob hanc eandem rationem cum Ouibus in nomine *Mali* cõmunicant Poma; tam enim Poma, quàm Oues Græcè μῆλα *Mila* secundum Seruium, atq; Varronem, & fortasse à μηλῶ, seù μηλοῦμαι dicuntur, quod inter cætera significat *Curo*, eò quià μῆλα, & præcipuè si lato modo sumantur, quemlibet Fructum denotant, quia maximæ semper curæ credi potest hominibus fuisse, quandoquidem ex facilibus eiusdem prouentibus innocenter ditescere datum sit, absq; eo quod tragici timeantur fines, ad quos aureo, & argenteo durissimo tramite plerunq; peruenitur. Hinc Aurea solum causaliter *Mala* Hesperidum, tam religiosè custodiebantur, quorum raptor Hercules ab ijsdem Μῆλων fuit appellatus, vt Hesychio placet; Ex quo antiqui Melitenses Atticæ Populi sacra *Pomis* eidem Herculi factitabant. *Malum* itaque Fructus latinè etiam *Melum*, & *Melo* Italicè, μῆλον, & μῆλα Græcè, vt illorum Arbor *Malus* nobis, Μηλὶς μηλίδος, sed vsitatius Μηλέα dicitur Græcis, quarè Volaterranus Raphael easdem Pomorum Arbores *Maliferas* appellabat. quarum Plantatio proprijssimè dicta *Plantaria* efficit, *Pomaria*, locaq; deliciosa Paradisi nomine nuncupata, & propterea *Malis* ipsis, seù *Pomis* conuenit vox Chaldea *Pardes*, quà exprimunt isti Hortum Domesticum, vt & *Pomorum* pediculi πέλ-

D ματα dicti sunt, quasi pedum plantæ suis pulcherrimè insistentes natalibus locis. *Poma* prætereà primum fuisse conuiuium hominum, voces primæuæ linguæ, quam Adamicam aliqui vocant, *Mal*, siuè *Mael* ostendunt, quæ vox quando est Verbum notat *in minutissimas partes comminuo*; vt fit dum quid molitur, vndè vox latina *Mola*, & verbum *Molo Malis*; quarum vocum *Mal*, & *Mael* contrariæ *Lam*, & *Leam* significant *diligenter caueo, nè res quapiam lædatur*; Et sic ostenditur ex indè Conuiuium primorum nostrorum Parentum, qui non solum non cauerunt nè Deus læderetur in illo, sed semetipsos, & totam cum seipsis posteritatem læserunt, vndè meritò Conuiuium in prima lingua dictum est *Mal*, idest *incautum*, & *negligens*. O quantum in rebus omnibus præstat, præcipiti posthabito consilio, à quò malum maximum, & irreparabile solet procedere, multo antè rectè cogitare quid sit agendum! Generibus ergò, & differentijs Pomorum noscendis sese accommodare opportunum videtur, atq; perutile, ad hoc vt optima sub-

Volaterr. Vrbanar. l. 26. pag. 312.
Ant. Ricc. cõm. Symb. l. 2.
Ex Goropio in Versum.
Homerus Iliade.

 stan-

ſtantialiter eligere ſciamus, nè ab apparentibus ſpecioſitatibus mala peſſima tegentibus decipiamur. Sed iam Genera eadem, Differentiasq; Autumnalium Deliciarum ordinatè deguſtemus, nam, vt cum Eminentiſſimo, quinimò Sanctiſſimo Vate loquar.

Vrbanus VIII. P.O.M.

—— Oritur ſeries, & temporis ordo
Pomifer Autumnus; &c.

GENVS, DIFFERENTIÆ.

QVI dicit Poma in magis propria ſignificatione generica, ipſe Fructus Arborum Hortenſes pulcherrimos, ſuauiſſimos, & eſui facillimo paratiſſimos accipit: Nam Pomus Arbor propriè dicta, etiamſi diuidatur in Syluestrem, & Hortenſem in prima ſignificatione, non ideò, quæ hortenſis non eſt, per illam ſyluestreitatem dicetur ſimpliciter ſyluestris, ſed tantùm reſpectiuè. Illud enim eſſe ſyluestre Pomorum, nil aliud eſt, quàm eſſe minùs hortenſe: tùm quia nulla ſunt poma ita aſpera, ita fera, quæ cicurari quodammodò non aueant, atque ad hortenſem, hoc eſt Paradiſiacam naturam prorſus recipiendam apta nata ſemper non cognoſcantur: tùm etiam quia ſyluestria poma, quæ Theocritus vocauit ὀρομαλίδα, licet ſaporem quandoque aſperum, & ſtrangulatorium, tanquam peculiare aliquod improbitatis, & acerbitatis conuitium (vt aiebat Plinius) præſeferant, ſemperque ſpinoſæ ſint illorum Arbores, media tamen inſitione, culturaque ſpinas lubentiſſimè demittunt, ſuauitatemque, & lenitatem, aliaſque paruo negotio probas qualitates acquirunt, nobilitatemque generis antiquiſſimam reaſſumunt, milleque modis admirationem aucupari poſſunt in multiplicatione differentiarum innumera, iuxta Cloatium. Vtcunque tamen, Poma vel domeſtica, vel ſyluestria ſubdiuiſionem ſubalternorum plurium generum patiuntur, nam, vel ſunt acinifera, vt mala, pyra, ficus, limonia, aurantia, cotonea, granata, vua, morus, arbutus, ſorbus; vel oſſifica, ideſt ſementem oſſeo tegmine vallatam habentia, vt meſpila, perſica poma, armeniaca, pruna, ceraſa, &c. iſtæque ſpecificæ differentiæ in tres claſſes diſtributæ, in ſpecies ſpecialiores eſſentialiter diſcriminatæ ſuas ſub ſe habebunt ſpecies differentes vlterius accidentaliter, dum in vna ratione magis eſſentiali conueniunt, variantq; reſpectu vnius accidentis coloris, figuræ, ſaporis, magnitudinis inter ſe, non autem à ſuo genere acinifero, verbi gratia, oſſificoque.

Carol. Stephan. lib. 3. Agricult. cap. 34. Plin. lib. 5. cap. 14. Cloat. ap. Ruell. lib. 1 de nat. ſtir. cap. 96.

Pomorum itaquè genus à glandibus differt, à baccis, & à nucibus per ea, quæ iam dicta ſunt minimè competentia cæteris fructuum generibus, quorum pomorum eſſentialior differentia eſt ipſa humoroſitas vinoſa, ex qua coalita eſt eorum caro, & in quam reſolui poteſt, habentq; inſuper poma peculiarem quandam ſpecioſitatem, & amœnitatem, qua non gaudent alijs fructus. Pomorum etenim Arbores plures in vno, eodemq; conſitæ loco Hortum conſtituunt, hoc eſt Paradiſum, cum Pomarium, & Hortus, vnum, & idem eſſe cenſeantur, ſecundum Latinos non ſolùm, ſed apud Græcos quoquè, dum κῆπος à fructiferis Arboribus nominauerunt Hortos, qui cuſtodiri, & claudi religioſiſſimè ſemper promeruere, quemadmodum Atlas ſtuduit.

Palladius Rutilius

—— Solidis Pomaria clauſerat Atlas
—— Montibus.

Ou. in met.

Et Hortum Eden Omnipotens rerum omnium Creator Deus nonne Cherubico cuſtodiendum tradidit ignito gladio? In hortis licet ſudore vultus excolendis, vires reficere melius, quam alibi datur, & procul ab auaritia aurum innocentiſſimè acquirere, vbi

Geneſis.

Et dulces ceraſos, atq; autumnalia poma
Cernis, & æſtiuo mora rubere die.

Ouid.

Eiuſdem prolectibilis hortorum ſpecioſitatis ergò factum fuit antiquitus, vt illos excolere, & frequentare non dedignarentur primores omnium Gymnoſophiſtæ. Ea quoque de re Academus ille Græcorum celeberrimus ſuburbanum ſuum Hortum Athenis ſtudioſis conſecrauit, à quo omnis ſtudioſæ profeſſionis locus Academia fuit dictus. In eodem Horto Plato Ariſtonis filius, & Ariſtotelis præceptor docuit, ibiquè idem Plato Socratem magiſtrum de pulchro diſcurrentem in ſuis philoſophicis ſpeculationibus introduxit. Eadem cauſa mouit Democritum ad habitandum, & philoſophandum propè Hortos Abderites, quod & Philo Iudæus Philoſophus Pythagoricus præſtitit. Sic & Se-

Al. ab Al. D. G. l. 4. c. 1

A & Seneca ſumptuoſiſſimos ſibi fabrefecit Hortos, de quibus Iuuenalis

— Et magnos Seneca prædiuitis hortos — Clauſit.

Sed vt illuc regrediamur, vndè præcipua hortorum gloria, poma ſcilicet nos digredi requiſierunt, dicimus quod ignotas Pomorum apud Indos differentias, quas plurimas, & admirabiliſſimas eſſe coniectamur, innuere ſolùm liceat, & cum Plinio, vel nominis vmbram ſectari, vel innominatarum aliquam earum partem à longè proſpicere, vt eſt Arbor Pala tricubitalium foliorum, Pomo præcellentis ſuauitatis *Ariene* dicto, quo Sapientes Indorum viuunt. Arbor itidem dulciſſimo Pomo, intraneis infeſto, atquè ab Alexandro Magno ſuis militibus interdicto. Ligni tamen cuiuſdam portionem, ſub nomine *Pale della Tada* in Cimeliarchio Aldrouandæo, quę coloris eſt carnei ad quandam Pyri, vel Mali noſtratis ſimilitudinem eſt videre, vndè Pomorum innominatorum innumera congeries vnico ſub ignotæ differentiæ claudi poſſe diſcrimine dici poſſet. Non parum tamen conferent ad exactam Pomorum in ſuis ſubſtantijs differentia libus cognitionem nomina eorundem cum ſuis deductionibus omnibus, & applicationibus conſiderata in Æquiuocis, Denominatis, Epithetis, &c. Notamina hæc, B ſeù Nomenclationes hæ magnam partem ipſius quod quid eſt importabunt, ſicq; nomina ipſa bonitatem redolentia diuitias ſuperare quodammodò valebunt.

L. 12. c. 16.

Prou. 22.

ÆQVIVOCA, DENOMINATA.

OVes, & Mala, ſeù Poma in græco nomine æquiuocant, cum vtraque communi voce Μῆλα nuncupentur, quo vocabulo & Seruius, & Varro vſi ſunt, & ità quoq; ſenſit (vt tradẽmus infrà in hiſtoriâ malorum in ſuo proprio genere) Palęphatus græcus ſcriptor in idioma latinum accuratiſſimè redactus à Philippo Phaſianino Bononienſi. Μῆλον etiam à Græcis præter pomum exponi ſolet ἔρως, id eſt Amor, eò quià malum ſit Veneri ſacrum, vndè μῆλον ſignificat etiam tropologicè Venereas illecebras, ſeù ad rem Veneream incitamentum. Hinc ſecus ac Latini fabulam de Polyphæmo, & Galatea memorans Theocritus inquit de Nympha

In opuſc. de non credẽd. fab. narrat.

Idylio 6.

C *En tua coniectis attingit ouilia Pomis*
Difficilem Galatea vocans Polypheme in amore.

Præter hæc etiam oculi procidentiam inueteratam, atque adeò auctam, vt palpebras excedat μῆλον indicat, ſic dictam, quod tunc oculus protuberet, vt malum exertum. Ipſa quoque *Poma* non carent æquiuocatione, ſi *Potio*, quæ græcis τὸ πῶμα dicitur latinè ſcriberetur à πίνω *poto*, *bibo*, quemadmodum & à *poto*, quaſi *potoma* eadem mẽt Poma dicuntur. Nec aliter etiam fieret, ſi Attica lingua latio communicaret, (vt tot alias) vocem τὸ πῶμα, ſcilicet operimentum, dubietatem includere poteſt. Nam vox iſta ſubſtantiuè accepta, ſi maſcula enunciatione proferatur Arborem quidem, ſed nauticam inferet Virgilio canente

Æn. l. 5.

Ingentiq; manu Malum de Naue Sereſti — Erigit

Si verò fœmineo trutinanda ſit in ſenſu, nota ſit Arboris Pomorum productione ſuperbientis, vt in carmine Palladij

de inſit.

Et ſociam mutat Malus amica Pyrum.

At vbi neutralitatem hoc verbum profitebitur, Arboris eiuſdem Pomiferæ delectamentum indigitabit.

D *Malo me Galatea petit laſciua Puella.*

Virg. 3. Egl.

Sin autem *Malam*, quæ Metaphoricè pariter græcis eſt μῆλα dicemus, partem illam humanæ faciei oculum inter & naſum, ac os eminentem, Genam quoquè voce ſynonima nuncupatam comperiemus, ſic appellari propter rotundam mali ſpeciem, quam præſefert *— Duro crepitant ſub vulnere Mala.*

Virg. Æn. l. 5.

Quin & μῆλα, ſeù *Mala* de mammis etiam puellarum translatè dicuntur, vtpotè teretibus adinſtar Mali, quo nomine vſus eſt Pollux ſignificans carnes quaſdam rubras, & teretes ſub tonſillis. Nec me præterit μῆλα quoq; dicta fuiſſe labra, vndè verbum διαμηλᾶν, hoc eſt labra mouere proceſſit. Nec rarò malumus à *Malo*, quod bono ſemper contrariatur mala nuſquam felicia indigitari quià

L. 2.

Nemo malus felix.

Iuuen. ſat. 4

Vndè

Vndè & *Pomarij* lexis haud quaquam inambiguâ ratione cenſetur. interdum enim E cognomentum efficitur ipſius Herculis, eò quia famigeratiſſima Heſperidum mala ſurripuerit, & nonnunquam locum pomiferis conſitum Arboribus, quod *Pometum* ex Palladio dictum eſt ſignificat, vt hic

Prop. l. 3. eleg. el. 2.

Nec mea Phaacas aquant Pomaria ſylvas.

In quo ſenſu Sicilia Inſula, & quandoque etiam Italia totà M. Varrone ab Arborum fructiferarum copiâ *Pomarium* appellatæ fuere. Interdum etiam innuuntur loca, in quibus aſſeruantur fructus, vulgò *Diſpenſe di frutti*, ex Plinio ſcribente: *In vniuerſum verò de Pomis ſeruandis præcipitur Pomaria in loco frigido, & ſicco contabulari, ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die patere.* Identidem quoquè per allatum *Pomarij* nomen fructuum venditor græcè ὀπωροπώλης, & italicè *fruttarolo* innoteſcit; ſic Horatius

L. 15. c. 16.

Lib. 2. ferm ſat. 3.

Edicit Piſcator, vti Pomarius auceps.

In Theatro &c.

Pomarium item ex Abrahamo Ortelio Vicus non ignobilis eſt apud Cremonenſes, qui vulgò *Pomera* dicitur à quantitate, & qualitate mirabili fructuum eiuſcemodi prouenientium in illius territorio. *Pomorum* inſuper Inſula ex Solino vna eſt Orcadum præcipua cum vrbe eiuſdem nominis vulgò Kerckhvval, in quâ Epiſcopus Orcadum reſi- F det, ad Scoriam pertinens. Apud nos quoque Bononienſes floruit Alexander, qui à Pomis *Pomelli* cognomen deduxit. Rempublicam librorum auxit, *addita Methodo ſyllogiſtica vnà cum tractatu de ratione probandi conſequentias.* Venetijs 1572. in 4. ap. Chriſtoph. Zanettum. Sic & *Pomiferi* nomen quibuſcumq; Pomaferentibus competere poteſt. De Arboribus tamen primò propriè, & principaliter hoc dici ſolet. Demùm de Seruo, verbi causâ, de Anni tēpore, de Locis, & alijs huiuſce cenſus, vt Hortus *Pomifer*; Arbor *Pomifera*; Autumnus; aut Famulus *Pomifer*, & alia permulta, &c. Quemadmodum Phaliſcos Volſcorum Populos à Pomorum abundantiâ *Pomiferos* vocat Ouidius, vbi habet; *Quum mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis.*

3. Eleg.

Sicut & Anio Amnis Tyburi vicinus Pomis vberrimus *Pomifer* itidem à Propertio fuit appellatus *Ramoſis Anio, quâ Pomifer incubat Aruis.*

Eadem *Pomiferi*, ſed Græco, ſcilicet *Melophori*, voce in nomē antonomaſticè commigrante apud Perſas, indigitabantur ſpeculatores, & ſatellites Thoraces ferentes, in quibus Malorū eſſent expreſſæ effigies. Addimus ex Æliano *Melinis* veſtibus, ideſt quæ co- G lore Malorum flores referrent etiam vſos, & illorum mille ſelecti Regis cuſtodiæ præfici ſolitos. Hoc & quampluribus alijs poſſet coaptari pomoſiſſimis Regionibus *Pomiferi* cognomentum, quales ſunt Inſulæ Fortunatæ, & Phæacia ſimiliter Inſula, hodie *Corcyra*, ſeu *Corfu* nobilis Homerico carmine, & Rege Alcinoo, nunc Venetæ ditionis. De iiſdem Pomarijs ideò iure perquam optimo canebat Statius

Lib. 1. var. Hiſt. c. 13.

1. Syln. 3.

Quid bifera Alcinoi laudem Pomaria? voſquè,
Qui nunquam vacui prodiſtis in Æthera Rami?

In princ. Eidyl. 33.

Eandem pariter habet originem *Pomicolor*, vt cum Theocritus canebat.

Inoquè, Autonoequè, ſororq; duabus Agaue
Pomicolor, tres in montem de more ferebant
Pampineos viridi Thyrſos velante Corymbo,
Tum folia è densâ carpentes aſpera Quercu.

Et eſt proculdubio color ille, quem eodem ſeruato nomine nos Itali vocamus *color di Mela. Pomoſus* amplius eſt qui Pomis ornatus, auctus, aut ditatus incedit, vndè *Pomoſa* cognominatur corona à Propertio propter Poma, quæ ex illâ pendebant. H

3. Eleg.

Inſitor hic ſoluit Pomoſâ vota coronâ;

Quo cognomine inſignitum fuit ab Antiquis ſertum Vertumni. Præter hæc *Pomoſum* quoque vocatum à Columellâ Tyburinum oppidum quoddam propè Romam à multitudine Pomorum ibi naſcentium, dum dixit

Et Turris lacus, & Pomoſi Tyburis Arua.

Inter illa verò, quæ denominantur à Pomis ſuperſtitioſa Numina Veterum primò *Pomonam* habemus Pomiferarum Arborum creditam Præſidem, à Vertumno adamatam, quemadmodum Poetæ fabulati ſunt

Ouid. l. 14. metam. fab. 16.

Rege ſub hoc Pomona fuit, quâ nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos,
Nec fuit Arbores ſtudioſior altera fœtus.

A ma-

A malis quoquè denominationem sumpsisse visus est Apollo, dum *Miliates* cognominatus fuit, antequam Laurum sibi asciceret, tunc enim malis coronabatur, quemadmodum, & eodem pacto *Malina* insigniri Corona Victores in certaminibus idem voluit, idcircò penes Pausaniã legimus Apollini Μηλίαιν statuam erectã fuisse, & hanc magis à malo, qua gauderet, quam ob Pastoralem vitam à seipso per aliquot annos apud Admetum ductam; quicquid dixerint qui laurum Delphicam tantæ magnitudinis baccas habuisse asseuerarunt, vt eius fructus *Pomi* nomina promererentur. Ab eisdem malis vlterius *Melanyon* cum y dictus est Hippomenes à μῆλον, & ἀνύω perficio, eò quià Pomis certamen vulgatissimum cum Atalanta confecerit, seù etiam *Melanion* cum Iota à μῆλον pariter, & verbo ἀνίημι nempè Iacio, quasi mala è manu emittens. A colore Malini floris, & Gemma quædam μηλινος nuncupatur, vndè Plinius sic ait *Melites mali coloris, &c.* L.37.c.11. Ad Philomeli quoq; nomen componendum concurrit *Mali* verbalitas quo nomine merentur innui qui vel auidè mala comedunt, vel alia quapiam de causa feruentius diligunt. Vnde factum esse crederem quod Luscinijs *Philomelarum* nomen inditum sit, nedum quod *Melos ament* vndè suauissimè concinunt, nec tantùm quòd sic vocaretur altera filiarum Pandionis Athenarum Regis in Lusciniam posteà, Ouidio fabulante, commutata, cum nulla vera nominis etymologia proueniat, sed propterea quæ dicturi sumus, nisi imaginari vellemus non quod, vt lugens canat, vel quod canat ante lucem, sed quià miros lusus init in cantu. Luscinijs connaturalis est ipsa dissensio maxima cum viperis, ideoq; ad effugiendas illarum insidias, quas summoperè pertimescunt inhabitanda senticosa requirunt, ad quæ serpentibus propter spinarum aculeos non facilis est accessus. Sed cum inter hæc syluestris Malus vna veris tempore, tum propter floris pulchritudinem, tum propter suauissimam eiusdem fragrantiam nihil sensibus iniuim relinquentis, & venustate placet, & propter spinarum licèt non omnimodè horrentium, tamen pungentium custodiam conspicua sit, & propterea philomelis dilecta, quis negabit exindè nomen non accepisse genus auium huiusmodi? sed quid extrà nomen perquiro, quod vel in ipso nomine manifestum patet? dum non aliundè, quàm ex φιλεῖν, & μῆλα, ex amando scilicet, & malis Philomelæ dictio integratur, quandoquidem penultima longa semper enunciatur, secus si *melos*, idest concentus hoc dictum componeret, quod sæpius, imò natura sua primam breuem habet, ob μέλος rarius, nec quadam sine licentia longam; vt cum Persius illo Scazonte dixit

Aldr. Ornithol. Tom. 2 lib. 18. cap. 2. sub tit. de symp. & antipath. Luscinia.

Cantare credas Pegaseium melos.

Alia pleraquè Locorum, & Virorum propria à Malis & Græcè, & Latinè denominationem habuisse videntur. *Melos* enim vocem, si consideremus non vt cantus suauitatem significat, nam in hoc sensu, cum μέλος scribitur, vndè non à malis deriuat, sed vt Insulam quandam Cretæ adiacentem, vnamq; Sporadum, seù mauis Cycladum in illaquè nominis eiusdem Vrbem, cum Strabo scripserit *Melos* μῆλος. *Insula inter Cretam Peloponnesumq̃ interuallo æquali sita est*, &c. Eandem à Malis proprij nominis originem traxisse, comperiemus. Ex illã, & consequenter ex malis Diagoras *Melius*, seù *Meliensis*, quem proscriptum fuisse tradit Meursius, & similiter *Melia*, vel *Melias*, aut *Melis*, seù *Melina* terra coloris cineritij, vt Eretria, quam, vt testatum reliquit Ælianus, conterebant ad pingendum Zeuxidis pueruli. Sunt & in Thessalia Populi quidam, qui μηλιεῖς dicuntur. Vicus Acarnaniæ quoque eodem nomine nuncupatur, vndè *Melicus*, vel *Malicus* doricè dictus est. Hinc etiam *Melicus*, *Meliacus*, & regio *Melis* à Stephano posita formantur. *Melos* item μῆλος fuit oppidum in finibus Hispaniæ, contiguum *Melaria* μηλαρία alteri similiter oppido à Malis, quoquè appellato. Illuc enim ex Lybiã fertur Alcides aurea contulisse mala. Μῆλος item *Melus* Mantûs filius, à quo *Melois* Lesbi locus appellitatus videtur. Addatur & nomen Nymphæ *Malidos* apud Theocritum memoratæ, dum Græcè scripsit latina hæc carmina.

L.2.c.2. & 23. Var. hist. Diosc. l.5.c.180. Theophrast. l de lapid. Plut. de dist. Am. ab Adul. Ant. lib. Metam. 22.

At Nympha mediâ quæsiti fontis in vndâ
Saltantes duxere choros, Nympha irrequieta,
Agricolisquè graues diuæ, semperquè molestæ
Eunice, MALISquè, & veris amica Nychia.

Eidyll. 13.

Ità & *Melanthius*, quem de Festis Eleusinijs scripsisse tradit Athenæus, hinc dictus fuisse dicendus est, quasi flos Mali, ex *Milo* Malo, & *Antho* scilicet Flore. Sed pergamus ad ea, quæ magis rei congruunt adscriptitia nomina Pomorum, hoc est Epitheta.

Athen. l. 3.

EPITHETA.

Mala in genere *rotunda* dicuntur, quoniam Sphæricitatem omnia affectare videntur, quamuis aliqua in oblongiorem formam, alia in compreſſiorem tendant, quod non impedit, quin *turgida* ſemper appellari queant, vt Palladius *Et ſucco paſcit turgida poma ſuo.* (De inſit.)

Lenia verò duplici de causâ dici poſſunt, tum ſcilicet quia vbi maturitatem aſſecuta ſunt, ſaporem lenem habent, ideòquè mitia, quatenus

Fronde ſuper viridi ſunt nobis mitia poma. (Virg. Ecl. 1.)

Tum quià ſuperficiem lenem, ſeù maiori ſaltem ex parte poſſident, quandoquidem ſcripſit Palladius

Mirari fructus lenia poma ſui. (De Inſit.)

Quod aliqualiter renuunt nonnulla, quæ ſunt lanuginoſa

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala (Virg. Ecl. 2.)

Sic & *roſcida*, ac *vda* ſæpè, ac ſæpius dicta ſunt à poetis, & nec ſine ratione, cum rore gaudeant, ipſoquè impinguentur, humoreque impleantur.

Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala,
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem. (Id. Ecl. 8.)

Et Lyricus *Et preceps, Anio, & Tiburni lucus, & vnda*
Mollibus pomaria riuis. (Horat. lib. 1 carm. Od. 7.)

Quod in cauſa eſt, vt mala quæ abundantiori roris copiâ perfuſa fuerint, ea ſapidiora ſint, & ideò iuremeritò *dulcedine* pollere ſcribantur ab eâdem Muſâ tali pacto accinente *—Dulcia poma,*
Et quoſcunquè feres cultus.

Eademquè *ſuauia*, & *muſtea* Plinio nuncuparentur. Quapropter nil mirum quod *grata* dixerit Pontanus,

Grataquè poma legit.

Idquè magis, cum gratiſſimum fundant odorem, vndè & *bene*, & *ſuauiter*, ac *maximoperè olentia*, & *fragrantia* cognominata ſunt.

Seligit è plenis (ſic Pontanus) *bene olentia poma caniſtris.*
Indè cucurbitulas (habet Catullus) *& ſuaueolentia mala.*
Prunaquè, & in patulis (cecinit Naſo) *redolentia mala caniſtris.* (Lib. 8. Met. fab. 7. 8. & 9.)
Dum ſimulat legere (iterum Pontanus) *è multis fragrantia mala.*

Quibus epithetis ab odoroſitate deſumptis *Syluestria* quoque mala non dedecet inſignire, cum Plinius varios ſylueſtrium malorum *odores* cognouerit quę vt habēt potius extrà Arborem, quam in eadem matureſcere, ita *matureſcentia*, ſicut & *gregalia*, ſcilicet *vulgaria* vocari deſiderant. Hæc & *agreſtia* nuncupari minimè recuſant, ſed rarò, quippè quæ ſylueſtreitatem ſuam non naturalem, ſed accidentalem habent, quod quibuſcunq; domeſticarum pomorum generibus euenire ſolet vbi remoueatur cultura, ſic canente Poetarum Ariſtotele. (Lib. 7. N.N. Sen. 1. Ben.)

Pomaquè degenerant ſuccos oblita priores. (Virg. 2. Georg.)

Quæ tunc *vilia* quoque dici merentur ex allegata Calliopes Andinæ poeſi.

Vilibus aut onerat pomis. (Id. Georg. 1.)

Quo ſpectare poteſt illud eiuſdem vatis hæc habentis in Æneide.

Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent. (Id. Æn. 7.)

Et tunc conuenientiſſimum illis erit *Lapidoſi* cognomen, cum poma huiuſmodi in ventre gerant (vt notum eſt) lapidoſas durities, quare Columella lib. 10. ſcribebat.

—Et primi lapidoſis obruta pomis.

Qui alibi *rugoſos* hos fructus pronunciauit, nimirum quãdo iandiù ab Arbore decerpti, totamq; hyemem in abſcondito degentes, extimius in tenera illorum cuticula aliquantiſper criſpantur. Ab hoc pomorum cognomine toto cælo diſtat illud, quod eiſdem adiungitur dum *imperfecta* ſunt, & nondum matura, *immitis* nimirum, *crudi*, & *immaturi* his adſtipulante Plinio in lib. 15. ſuæ Hiſt. Natur. parumque hinc diſſentiente Ouidio canente.

Po-

A *Pomaquè crudeli vellis acerba manu.*

Cuius appositi vice, potest hoc aliud enunciari, nempe *pubescens*, cum poma quæuis immatura sint lanuginosa. Huc respexit Theocritus canens,

Prima hac vere suo ceù PVBESCENTIA Mala.

Hic animus miro cognoscere gestit amore.

In Eidyllio 36.

Illud tamen ad vniuersam pomorum rempublicam spectare crederem, quod *annuum* illorum reditum designat, vndè tellus consuescit.

Annua cultori poma referre suo.

Quorum prima, quæ *præcocia* sunt, & subsequentia præcurrunt, lepidissimo epitheto Græco dici *prodroma* possent, vt præstitit Io. Maria Lazarius de Cassetana recentissimus Epigrammaton concinnator in lib. 1. epigr. 1. suorum carminum

Prodroma poma damus cultis Heliconis in hortis,

Qua iuueni carpsit nostra Thalia manu.

Inter quæ, varios præseferentia colores, vel *viridia* vocata sunt à Columella, vel *virescentia*, siuè etiam *versicoloria*, quorum alia ceræ nouellæ colorem extrinsecus, ob B perfectam maturitatem magis æmulantia, *cerea* dicta sunt ab Aristæneto Græco; alia; similiter auro quodammodo non dissimilia *aurea*, & *fulua* Virgilius, & Ouidius dixerunt, ille — *Aurea dura*

Lib. 9. Lib. 1. ep. 3.

Virg. Ecl. 8.

Mala ferant Quercus, Narcisso floreat Alnus

Iste — *Et fuluis semper distabere pomis.*

Cuius est census *radiantis* appositum illis à Pontano attributum.

— *Et pomis radiantibus hortos, &c.*

Ad rem & *lutea* vocantur à Bettino in epistolâ D. Dorotheæ ad Theophilum, hoc disticho *Accipe brumali promissos tempore flores*

Iunctaque Puniceis LVTEA Poma rosis.

Bettinus facrar. heroid. epist. 4.

Nec multum hinc elongarentur, qui *rubra*, vel *rubentia*, aut *rubescentia* diceret poma iuxtà illud.

Et iam poma rubent, calathos iamquè, atquè canistros

Et cistas, corbesquè vocant ruitura capaces.

Io. Milius de horticultura lib. 3.

C Quibus adde *nitorem* ex illo Nasonis 10. Metamorphoseon.

Obstupuit virgo, nitidiquè cupidine pomi

Declinat cursus, &c.

Itaut *Auroræ referentia ruborem* fuerint quoq; dicta, vndè G. Iodocus in egli Benaci cecinit. *Atque Aurora referentia mala ruborem.*

G. Iod. in egl. Ben.

Quæ omnia dum in Arbore degunt, *pendula*, seu *pendentis* adiectiuum (tametsi nonnunquam extrà Arborem etiam id dari possit) acquisiere, quare incuruos *grauantia*, siuè *prementia* ramos, vt & *cadiua*, cum propterea nullo negotio ex se cadant, vide Plinius *Cadiua* (supple mala) *separari stramentis, &c.* motisquè *cadentia* ramis, vt eadem *conditiua* fiant, alij cognominauere. Cum verò pulchriores in hoc genere fructus, magis quam alibi prouenire soleant in hortis, qui Græcis (vt iam tetigimus) παράδεισοι propriè dicuntur à delicijs, quibus abundant, sic & mala *paradisea* non immeritò poterunt appellitari; quamadrem *nobilia* pariter erunt dicenda quod ipse quoquè Ouidius innuere videtur, vbi pulcherrimam Galatheam pomis figuratè nobiliorem asserit.

Li. 15. H.N. Cato lib. 9. rei rust.

Nobilior pomis, platano conspectior alta.

D Synonimorum, quæ poeticè de pomis euulgantur, illa præ cæteris nobiliora sunt, quę magis explicant illorum naturam. Sic respiciens ad vsum, in quo erant antequam Ceteris semina telluri mandarentur, dixit illa esse *victum ferum* Tibullus 2. Eleg.

Virg. in Cul.

Tunc victus abiere feri, tunc consita pomus.

Cuius *Arboris* sunt *opes*, quanquam per metaphoram dicantur *dulces*, eiusdem *Arboris alumni*. Sed & quæ *Alcinoi munera* antonomasticos enunciauit Propertius

Regna nec Alcinoi munera despicere.

Horat. 2. 23. 1. Eleg. 14.

Eadem & nomine aliquantò duriusculo *syluestria dona* fecit Catullus in Argonauticis

Aduenit Chiron portans syluestria dona.

Quibus verbis intellexit poma, non vt ab Arbore syluestri decerpta, sed vt ruri prouenientia, in quo & syluæ, vt hoc confirmat Tibullus 2. eleg. 5. *ruris* eiusdem *fæcundi munera* hæc esse declarans

Cum

Cum quâ fœcundi redierunt munera ruris. E

Quia verò fabulantur poetæ pomiferis Arboribus præfectum eſſe Pomonæ Numen, quippè quæ dudum ſtudioſiſſima foret Dendrophila, vt patet ex hoc Ouidij carmine de eâdem Pomonâ in 14. Metam.

Nec fuit Arborei ſtudioſior altera fœtus,

Hinc non illepidè aſſeuerari poterit poma eſſe *opes*, & *cura*, ſeù *iura Pomonæ*.

POMI PARADISI TERRESTRIS EPITHETA.

Si quid loquendum eſt poeticè de hoc pomo, quiſquis fuerit fructus ille, vel de genere malorum, pyrorum, vel ficuum, aut aliorum huiuſmodi, vt aliqui voluerunt, illud pluribus indigitari ſimul, & exornari poteſt epithetis; nam ab effectibus habetur, quòd *mortis portitor, ſcientiaquè boni, & mali magiſter* extiterit, ideòq; *acerbum, amarum, infauſtum, vetitum, maleguſtatum, interdictum*, &c. à quâ ſententiâ parum diſcrepaſſe videtur Ouidius dum, licèt in alio ſenſu cecinerit in libello de Niue.

Poma cadunt menſis non interdicta ſecundis.

Quorum appoſitorum omnium exempla in epithetorum Viridiario P. Spadæ legi poſſunt ex poetis Italis excerpta. Ex Latinis vnus omnes ſufficiet, omnium paradigmata velut in compendium adducens, Melicus ille Poeta Parthenopæus, qui neotericos inter vndique mirabilis, æquiuocum hunc, ſed certum, & ſummè ſerium luſum de primæuâ mortis parente modulatus eſt, F

Ioſeph. Baptiſta Cent. 3. epig. 35.

Illecebris fallax, vultu formoſa, marito
MALVM quando dedit, tunc dedit Eua MALVM.

Ouid. de rem. Am.

Sed ne Pomorum *Gemmis auroquè tegantur.* —*Omnia*, &c.

Epithetis mediantibus ornatui ſolùm literario dicatis ad Hiſtorica citius eſt deueniendum ſimpliciſſima dictata.

HISTORICA.

AMplam hiſtorijs præbuere materiem, qui proprio ſtudio Geoponiam diuerſis temporibus illuſtrarunt. Et quidem in genere fructuum, ſi conſideremus mala ſubindeq; illa perpendamus in ſpecie ſumpta, videbimus centena illorũ nomina, ab eorundem ſedulis pluſquam inuentoribus conſeruatoribus deriuare. Quantam ij contulerint vtilitatem mundo, id vel ijdem dicant, qui ex tanta malorum varietate firmitatem ſuarum fortunarum cognoſcunt. Quare vtrum æterna digni erint memoria, vtrum famæ perennitatem apud poſteros promeruerint, illud nullo tempore dubitationis notam ſubire permittitur. Nil igitur præter propter erit hic, & tanti beneficij cauſa, & vt de tam nobili fructu quædam exarentur ſcitu digniora, perſonam hiſtorici tantiſper ſuſtinere Appiana, neſcia pacto aliquo nocere, & glorioſum ſibi nomen conſecuta ſunt, & nobile (quemadmodum Plinius adnotauit) fuerunt inuentum illius Appij ex Claudia Gente, qui cum Caio Fabio Cenſor creatus totam ex lapide quadrato ſterni fecit viam, Appiam, eius nomine dictam, à Porta Capena Brunduſium vſquè ducentem, qui aquam pariter, quæ ab eo Appia dicta eſt, in Vrbem duxit; & qui miſerrimè tandem cęcus effectus, auditis Quiritibus de Pyrrhi pace conſultantibus, cum ſe in Curiam deferri iuſſiſſet, tam ardenter orauit, vt Pyrrhum eundem Vrbis intrà mœnia non eſſe recipiendum, nec cum illo, niſi prius Italiâ deceſſiſſet, pacem ineundam obtinuerit, quarè non vltimos inter Oratores à Cicerone nominari promeruit; Et certè mala tam ſalutaria, tamq; de humana ſalute benemerentia, non poterant niſi Viri ſummoperè in patriam benemeriti repertum eſſe. Cæterum Matiana, Geſtiana, Maniliana, Claudiana, & Quiriana eorundem patet eximiorum Geoponicorum ſtudioſam fuiſſe inuentionem, à quibus proprij nominis celebritatem traxerunt. Ipſa Sceptiana mala libertinum quendam Sceptium repertorem aliter ignobilem ſortita, dignum reddidere, tum vt quoties manderentur hæc poma, repertoris illorum primi non infelix recordatio foret habenda, cum vt frequens à Geoponicis, ac non vulgaris de eodem mentio fiat. Sic non domi nobilitas, magnumq; peculium, vt magis de ſupra memoratis pomorum repertoribus eueniſſe dicendum eſt, ſed fructus tantum ſuauitas ad noſtra vſquè tempora nomen inuentoris alias proletarium perduxit laudandum. Nec minores referre debemus G H

Lib. 15. cap. 14. H. N.

Cic. in Brut.

Pl. ibid.

Ruell. de nat. ſtirp. l. 1. c. 96.

A mus grates Historicis illis, qui posteritati nostræ mandarunt à varijs pariter, atquè diuersis patrijs studiosiorum dendrophilorum productione illustrioribus, Poma nonnulla quammaximè celebrata, magnoq; dudū in pretio habita, originē sumpsisse, vt melius innotesceret nobis, quæ regiones laudatioribus Malis feraciores olim extiterint, earundemque magis inaugesceret fama. Hæ quæ fuerint facile nosci poterit ex illorum Malorum nominibus, quæ Laconica, Delphica, Corinthiaca, Daca, Pelusiana, Mordia, Camerina, Græcula, Amerina, nec non & Aquileiensia, &c. sunt appellata. His adijcienda sunt Tiburtia mala, quæ nostris temporibus Gallica dicuntur, & quæ in comparatione Picenorum malorum posita, eadem sapiditate superare perhibentur à Lyrico: *Picenis cedunt pomis Tyburtia succo.*

Nulla tamen ex memoratis regionibus, & si probitate Malorum conspicuis, eā peculiari nituīt prærogatiuā, quā nobilis Insula Corcyra, Neotericis Italorum *Corfu*, primoribus Phæacia nuncupata, Mœonidis summopere Thaliā, Regisquè Alcinoi sede nobilitata, modò Veneti Leonis sub potestate constituta, bis scilicet in anno Poma ferendi, sic vt præmaturis noua statim succederent, si quid tamen fidei præstandum est B Poetarum carminibus, quandoquidem Statius *bifera* eiusdem Insulæ Pomaria nuncupauit, & Iuuenalis

— Illa iubebit 1. *Sylu.* 3.

Poma dari, quorum solo pascaris adore,

Qualia perpetuus Phæacum Autumnus habebat. *Satyra.* 6.

Vtcunque tamen se habeant poetica Vatum istorum asserta, non poterimus non laudare, minusquè suspectam veritatis habere fertilitatem Agri Consentini, in quo Malos biferas suis temporibus extitisse M. Varro scriptis mandauit. *De re rust. l.* 1. *c.* 7. Nec illis vbere Malorum prouentu cedere credam Fortunatas Insulas, cum propterea sibi non incongruè nomen à fortunæ prosperitate videantur obtinuisse. Non ignobiles istiusmodi fructus, super quos veluti super tot orbes non vltima quamplurium fortuna versatur, Mundi sphæricitatem rotunditate, vt plurimum congenitā æmulantes, Mundum eundem famigeratissimo nomine suorum tum inuentorum, tum patriarum complere non contenti, complementum pariter antiquarum cœnarum, quæ ab ouo incipiebantur, esse voluerunt, *Hor. Serm.* 1. *sat.* 4. C quamuis Martialis contrarium videatur asseruisse, cum munus hoc lactucarum fuisse proprium tradit.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat Auorum, *L.* 13. *ep.* 14

Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Prudentissimè quidem hoc præstando veteres illi fecisse mihi videntur, nam malis, quæ symbola sunt amoris, cœnam, quæ vltima diei mensa est, terminando, singula cum dilectione perficienda fore, significare voluisse, non extrà rem credi potuerant. Hunc quoquè morem æui nostri sequendo quamplures, illud idem designaturos censuerim. Varia tamen, & longè diuersa sentire comperiuntur, qui naturæ simplicitatem vitiantes magis, quàm corrigentes, mellitum malorum saporem cum mellis dulcore confundere conantur, suauiorem (vt inquiunt) gustuiquè gratiorem illum reddituri, quando scilicet poma cum melle cocta, saccaroquè, & alijs aromaticis pulueribus fauces prolectantibus respersa, pro bellarijs apponunt, quod & antiquitus vsu venerat Romæ, cum in secundis mensis ibidem Mala vnà cum Melle pro dulciarijs itidem dari consueuerant. *Al. ab Al. lib.* 3. *c.* 11. Ij nanque prudentissimas naturæ operationes arte importunā præuertendo, D indicant se quæcunque proprij gutturis ingluuiei posthabere. Non omnes autem id tantā ventris luxuria sunt prosecuti. Quarè fuerunt etiam qui summæ quoquè voluptati indulgentes, interdū pariter victu frugali contenti, inter cætera de Pomis inconditis sæpissimè comederunt. Epicurus, vir ille, qui summum bonum in voluptate ponebat, summam corporis voluptatem ex Malorum simplicium comestione se plerunquè percipere asseruit; vir, inquam, ille, qui & si tradatur continentissimæ alioqui fuisse vitæ, modicam tamen in pomis esitandis continentiam nonnunquam præsetulisse visus est; vir iterum ille, qui licèt in cæteris humanis rebus Deorum prouidentiam tolleret, in hoc nihilominus à sententiā suā non parum discessit, cum scilicet in Malis, quibus frequentissimè vescebatur, summum bonum cælitus prouenicns extare degustatione fateretur. *Al. ab. Al. ibidem.* Hinc Gymnosophistæ celebriores Epicurum ipsum in his exactius imitantes adeò victum ex Pomis approbarunt, vt illis duntaxat, oryzāquè simul, & farinā vitam transigerent *Al. ab. Al. D. G. l.* 4. *c.* 17.

Ee gerent

gerent. Quid Philomelas vocamus luſcinias melos tantum amantes? Nulli iudicio meo nominis iſtius ſunt promerentiores, niſi qui non aliud melos dilexerunt, quam quod ex ſuauitate malorum ad illorum palatum allieiendum prouenire nouerunt, niſi quod ex auidâ pomorum comeſtione guſtui communicari ſenſerunt. Idem Gymnoſophiſtæ veri non Philomelæ, ſed Philomeli cenſendi ſunt, cum tantam ex pomis eſitatis caperent conſolationem, vt illis cætera quæcunq; poſtponere delicatiora non dubitarint edulia: Diligentiſſimum ideò ſcholæ iſtius diſcipulum dicere poſſemus Principem Gordianum Iuniorem fuiſſe, quippe qui licet in omni ciborum genere parciſſimus eſſet, pomis tamen abſumendis adeò delectabatur, vt illi propterea dies nuſquam præterierit, qua malorum ſemper aliquid non deguſtaſſet. Sed quantò Princeps iſte Gymnoſophiſticam hæc obſeruando ſapuerat diſciplinam, tantò ab ea diſſentiſſe dicendus eſt Conſtantius Imperator, qui ſemper, quoad vixit tantum aſpernatus eſt mala quæcunquè licet ſapidiora, vt nil vltrà, ſi generis illius omnia fuiſſent, quæ à Solino recenſenrur in reliquijs Pentapoleos adhuc extare pulcherrima forinſecus, intrinſecus autem nil aliud, niſi fuliginoſa ignis materies, cum talem de illis mentionem habet. *Duo ibi oppida Sodomum nominatum alterum, alterum Gomorrhum, apud qua Pomum gignitur, quod habeat ſpeciem licet maturitatis, mandi tamen non poteſt, nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum extima cutis cohibet, qua vel leui tactu preſſa fumum exhalat, & fatiſcit in vagum puluerem.* Quod illi regioni nefanda ob ſcelera eueniſſe clariſſimum eſt ex ijs, quæ leguntur in ſacris. Tantâ inquam animi diſcrepantiâ Magnus hic Imperator huiuſmodi fructus proſequebatur, vt nunquam de illis comediſſe feratur. *Quod autem* (de illo ſic ſcripſit Ammianus Marcellinus) *exterſiſſe eum nunquam nares in publico. nec ſpuiſſe, nec tranſtuliſſe in partem alterutram vultum aliquando viſus eſt. Nec pomorum, quoad vixerat guſtauerit.* Verè mirabilis in hoc, quod ab illo fructu nemine ſecus cogente abhorrere nouerit, à quo primi noſtri parentes, Deo ipſo prohibente abſtinere non potuerunt! Sed ſi gratiſſimus vnquam, ſummoque in pretio habitus eſt hic fructus ab aliquibus, hoc effectum eſt apud Perſas, quibus nec niſi adeſo malo ad nouam nuptam ingredi, nec alio veſci cibo, præter hunc die illâ nuptiali fas erat, nec ex ſelectioribus militibus vllus vnquam regiæ deſtinabatur cuſtodiæ, niſi Thoracem, in quo malorum effigies eſſent impreſſæ deferret, vndè poſteà Melophori nomine indigitabatur. Illum quoque ſupremum honoris gradum mala attigerunt, vt ijſdem atque vuæ pampinis Gratia tertia coronari voluerit, & inſuper ad ſacrificia compléda nonnunquam requiſita fuerint. Etenim Bœotij, referentibus Suidâ, & Polluce, ex hiſtoriâ Symphoriani, rem diuinam malis Clauigero celebrare ſolebant. Cur autem id factum ſit, rationem huiuſmodi adducunt. Cum Herculis, cui ſacra facienda erant, ſolemne feſtum adeſſet, mactandiquè ad aras, vt moris erat, bouis hora laberetur, hoſtiaque à ruſticis adhuc adducta non eſſet, quippè quæ dum ſerius traheretur abrupto fune aufugerat, & ex Aſopi fluuij repentinâ exundatione conducentibus aquarum tranſitus interdictus foret ſacrificuli circumſtantes aræ, munere ſuo fungi volentes, ritum ſacrificij ſic adimplerunt, Fictum ſibi holocauſtum maturo, pulcherrimoquè pomo, ſtipulis pedum; cornuum que vice ſubactis confecerunt, Animal ità mactare putantes, & ſic, licet per luſum egiſſent, numini tamen maximoperè placuiſſe crediderunt, vt & mos eidem ſacrificandi pomis inualeſceret, & ipſe Deus poſtmodũ cognominaretur κρααλῆς μῆλων. Habemus etiam, quòd Tiberius Cæſar articulis ità firmis fuiſſe fertur, vt recens malum digito terebraret. Non erit igitur importunum digito veritatis terebratam fabulam de hortorum Heſperidum ad Hiſtoriam ſic cum Palæphato Scriptore Græco per Philippum Phaſianinum Bononienſem latinitate donato, in ſuo opuſculo de non credendis fabuloſis narrationibus, reducere. Et ſi Heſperides Mulieres, quaſdam (teſtatur ille) fuiſſe tradant, quibus Malus Arbor eſſet, aurea proferens mala, per vigilem Draconem cuſtodita; Et ſi ad hæc rapienda feratur expeditionem Hercules habuiſſe, hæc omnia tamen fabuloſiſſima ſunt, ideòque fide non digna. Veritatem verò facti, ſe ſic haberi proſequitur. Heſperum virum quendam in humanis egiſſe aſſeuerat, qui in Cariâ commorans, duas filias Heſperides ſui nomine appellatas: matrimonio ſuſcepit, & præter has multa quoque fortunæ bona poſſidebat. Inter hæc erant ouium, quæ Græcis μῆλα dicuntur, armenta pulcherrima, cuiuſmodi nunc pariter in Mileto (ſic vt credam proptereà nuncupato) quamplurima, & fœcundiſſima proueniunt, quæ propter

Lud. Viu. in l. 21. Ciu. Dei D. Aug.
Solin. Polyhiſt. c. 48.
Strabo. l. 16
Gen. cap. 19
Lib. 21. rer. geſtarum.
Al. ab Al. lib. 2. cap. 5.
Iul. Poll. de vocab. rerũ lib. 1.
Hortorum lib. 3. cap. 8.

A propter illarum pulchritudinem, & fœcunditatem aurea dicta fuere. Cum autem ad pastum ab Hesperidibus hæc pecora ducerentur, hinc nata est fabula de eisdem decantatissima, tam ab historiæ veriuerbio discrepans, propter amphibologiam duntaxat, quam verbum μῆλα Græcorum, quo non poma tantum, sed & oues innuuntur, præsefert. Huic adstipulatur asserto, quin & aliam addit rationem M. Varro, propter quam pecudes sub mali nomine aureas Græci cognominarint; quod scilicet cum pastorum antiquissimorum quisque ditissimus esset, & illustrissimus, vt Græcæ simul, atque Latinæ Linguæ celebriores, & vetustiores ostendêre Poetæ, vocantes illorum alios πολύαρνας, alios πολυβούτας, alios πολυμήλους, *qui* (vt Varronis verba recenseamus) *pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt*, quemadmodum Argis Atreus, quæ sibi Thyestem subduxisse conqueritur, & sicut apud Colchos Aeta, cuius ad Arietis Vellus assequendum regia de stirpe non erubuerunt Argonautæ proficisci, &c. nè à præcisis Varronis ipsius verbis, quæ sunt ad rem nostram discedamus, *vt in Lybia ad Hesperidas, vndè aurea mala, idest, secundum antiquam consuetudinem, capras, & oues, quas Hercules ex Africâ in Græciam exportauit. Etenim suâ voce Græci appellarunt μῆλα*. Nec prætermittendum est eousque Pomiferarum Arborum speciem antiquis Græcorum placuisse, vt Lychnuchos (hoc nomine vocabatur apud illos quicquid Lucernam sustinet) eo structos artificio vellent, vt Lychnis (id est Lucernis) pensilibus, Arborem mala ferentem æmularentur. Eiusce modi fuit quem Thebis direptis Alexander Magnus cepit, & Apollini Cymæo dicauit. Verum maiores inter vtilitates Pomorum sint Documenta varia ab ijs elicita, quemadmodum sunt Prouerbia, variæquè moralitates varijs eruditionum conditæ modis, hinc ad Parœmialia, abditarumq; rerum tam apertas, quàm mysticas perquisitiones, necnon sanctiones naturæ, Artisquè vtilissimas generalis progressio instituetur.

L. 2. cap. 7.

De re rust. lib. 2. cap. 1.

B

Pli. l. 37. c. 6.

PROVERBIA.

C

Ad arguendos facetè quodammodò humanos errores dicteria non semel vsurpasse videntur, vndè quoties aliquem TANTALI POMA COLLIGERE dicimus, eundem toties ea consectari significare volumus, quibus frui non licet, de quo pulchrè admodum Ioannes Tzetzes in suis carminibus politicis sermocinatur.

Chil. 5. hist. 10. circà finem.

> *Finxerunt quod Tantalus despiciens leges,*
> *Hic consequutus sit talem vltionem;*
> *Medio enim Paludis stat labra alluentis,*
> *Et pomis, atque punicis, pyris, alijsquè Arboribus.*
> *Oneratis omnibus fructu: si igitur bibere voluerit,*
> *Statim totum siccatur pauimentum illud.*
> *Si autem esuriens ex pomis, vel punicis quid voluerit,*
> *Hæc ventus proijcit ad nebulas vmbrosas.*

Sed elegantius ex Iosepho Baptistâ.

D

> *Rex Phrygiæ, Pelopis genitor, conuiua Deorum*
> *Insolita pœnas conditione subit.*
> *Mersus aquis, suspirat aquas è faucibus vnda.*
> *Vt properare potest, sic remeare nequit*
> *PENDVLA curua contrectat palmite POMA,*
> *Eludunt auidas PENDVLA POMA manus.*
> *Sic habet infelix inamœnis ora sub vmbris*
> *Solicitata siti, solicitata fame.*
> *Crimina sic illum stygijs fecere sub antris*
> *Delicijs miserum, diuitijs inopem.*

Ab hoc parum discrepat sensu Μῆλον ἐρανλῆς, in eos enim profertur, qui nil in se præter nomen præclarum habent, vt & Tantali poma nil pro eo speciosum habebant, nisi

Io. Bapt. Cott. 1. epigr. 58.

nomen, illi tamen ſemper inutile, Miſeri ! qui à propoſito, & inſtituto iuſtitiæ digredientes aliena conſectaturi POMVM ATALANTÆ SEQVI viſi ſunt, quantò pretioſius, quippe quod aureum, tantò pernicioſius, quippe quod inſequentes in bruta conuertens. Hæc ex ſui ſpecioſitate damnoſa in mentem reuocāt quod ARBORVM POMA SVOS HABENT VERMES; nam ſi pro pomis huiuſmodi diuitias ſumamus, & hæ quoque ſuas habent curas mortales, vt exempli gratiâ ſuperbia, quæ vermis eſt diuitum, vt innoteſcat quod quaſcunq; felicitates in terris, calamitates ſtatim ſubſequūtur, iuxtà illud.

Nouar. Tom. 2. Adag. 2905. num. 2095. Atalanta, & Hippom. in Leones conuerſi.

—Extremaquè gaudia ſemper —Luctus habet.

Aut vt ad rem Melicus Poeta Ioſeph Baptiſta modulatum reliquit.

Sotto liquida ſpuma è ſcoglio duro,
Et HA POMO GENTIL VERME NOIOSO.

Et alibi *Gioia ſincera mai non dà Natura.*
Ella è nouerca, e vuol di madre il vanto;
S'io del Sol venni à vagheggiar l'vſura,
Pagai tributo miſero di pianto.
Mi finge vn vago POMO, e quello infranto
Porge di ſozzo verme egra paſtura, &c.

Nouar. Adag. 753. n. 635. ex c. 99. Ioſ. Bapt. Poeſ. Melic. part. 1. Son. 209. & 48.

Quantumuis enim fortuna ſit proſpera, illa φαυλότερος φαυλίων μήλων ideſt ABIECTIOR, & inſtabilior eſt VILIBVS POMIS, illiquè propterea nil fidendum, quia non ſemper Μῆλα ἑσπερίδων δωρῆσαι, ſcilicet ESPERIDVM MALA, vt magna, & ſplendida ſolet elargiri, & MALORVM NIMBVS FACILIS eſt, vt comperitur autopſia magiſtra, nam dum quemquam impetere ceperunt infortunia, tunc irrequietè pluere mala dicuntur, ſimilitudine prouerbiali deſumpta ab Arboribus pomiferis, quorum facilè nimis diſcutiuntur poma dum plura ſunt, dumq; maiora, in terramq; ac ſi pluerent, auctore Columellâ decidentia.

Ariſtoph. in Ranis. Monoſ. l. 6. num. 146.

Non aliter quam decuſsâ pluit Arbore nimbus.
Vel teretis mali, vel tecta cortice Glandes,
Voluitur ad terram diſtorto corpore Campe.

Lib. 10. de cultu Hort.

Nullæ ſunt voluptates in terris, quæ non exitiales, quæ POMVM AVREVM FENELLÆ non ſapiant, quæ propriæ ſpeciei blanditiebus amatores ſuos decipere, & occidere nōn comperiantur, vt opportunè, & eleganter ex Cardano ait Cauſinus hoc Adagium hiſtoricè ſequentibus explicans. Cum Remethius (is refert) Rex Scotorum Eruthlinthum Fenellæ filium, eiuſdemq; affinem Malconum Druſſum Regem peremiſſet illa ſtatuam mira arte fabricari iuſſit, in cuius manu Pomum aureum gemmis refertum erat, quod quicunquè tetigiſſet ſtatim mortis iaculis confodiebatur, eoque Regem nil tale ſuſpicantem in Feſticarij oppido interemit. Malum ſanè infauſtum, & verè malum, in cuius aurea ſubſtantia mors luxuriabatur, ac DVRVM QVIDEM, ET ACERBVM POMVM, QVOD TEMPORE NON MATVRESCERET, vt intempeſtiua ſemper funera pareret ſimul, atque præpararet! pomum exitiale non à vite, ſed à mortis Arbore decerptum, quandoquidem vix tactum matris lethalitatem communicabat. Et ſi hoc Adagio ſignificamus vix quempiam eſſe tam fero animo, qui temporis diuturnitate non molliatur ſecundum illud *nil eſt tam durum, quod non emolliat aſſiduitas.*

T. 2. Adag. 2353. nu. 1886.

Monoſ. l. 7. flor. It. lingua pag. 323.

Ac veluti primò taurus detrectat aratra,
Poſt venit aſſueto mollis ad arua iugo.

Propert. lib. 2. Eleg.

Eodem Fenellæ pomo nil niſi proditorium ſemper, atquè ferale, nil niſi ſæuiorem vindictam continuò ſpirans, nil niſi ſtragis amans aſſiduè, nil niſi bella ciens immutabiliter deſignari compertum eſt. Ab hoc malo malorum ſemper fœcundo toto cœlo diſſentit malum illud quod Appium appellitatur ſemper bonorum ferax, vtpote cuius ad rem prouerbialiter de omnibus ſeu pomorum fructibus in genere dicitur OMNE MALVM MALVM, PRÆTER APPIVM MALVM, quia ſingula malorum genera parum ſanitati conferunt eſitata, dempto duntaxat Appio malo, quod valdè proficuum bonæ valetudini perhibetur; & ideo ſola Appia mala medicamenta habentur naturæ omninò amica, tanquam nulla excedente facultate prædita, aut nimium laxandi, ſtringendiuè, humectandi, frigefaciendi, calefaciendiuè, &c. vnde ſyrupus de pomis Sabor Regis in Antidotario noſtro Bonon. deſcriptus pag. 270. ex Appijs malis maiori ſui

parte

A parte conficitur, & ad maniam, ac melancholiam tollendam summoperè confert. Interdum etiam prouerbialis sermo suadentis, de hortantisq; munere fungi videtur, dum vel bona sequenda, vel mala fugienda indicare comperitur. Non semper tamen id Malum minimè malorum causa fuit effectum. A Narsete siquidem vnà cum aliarum Arborum lectissimis Pomis ad Longobardos missum, in causa fuit vt ijdem Barbari sapidissimorum ex qualitate fructuum opimam terræ fœcunditatē conijcientes, in Italiam horribili confluxerint exercitu; locumque prouerbio fecerunt NARSETIS POMA, quo denotamus insignis alicuius vindictæ magno cum astu cōquisitas occasiones. Cum enim hic Narses, ad hoc vt ægrè crederetur eunuchus, se verum Italiæ patrem præstitisset, dum neminem illo fortiorem virum expertus est Totila Gothorum rex martio vigore, & spiritu planè magnus, ab eodem debellatus, Italiæque præfectura laboris in præmium frueretur, eàdem ob ostilem,& inuidum in se animum Sophiæ Iustini iunioris vxoris spoliatus,lanis penso trahendis (proh quæ volubilis inconstantia fortunæ!) damnatus est. Quod probrum perquam indignatus, se talem Imperatoribus orsurum telam iurauit,quam nequaquam dissoluere valerent; & hæc fuit quæ Longobardos specie

Marian. Ruin. Rom. lib. 1. prosa antè epigr. 107.

B fructuum prædictorum illectos ad inuadendam, membratimq; lacerandam traxit Italiam. Eodem tamen prouerbio symbolicè sumpto, *Beatitudinis pignora* significari tradidit Caussinus, in eos illud accommodans, qui ad futuræ Beatitatis bona æstimanda per rerum creatarum species alliciuntur à Deo, lemma supponens *Quæque latent, meliora puta*. POMA ACERBA IMPORTVNO TEMPORE DECERPERE, sia dagiorum more proferatur, pro documento inseruire potest ad cauendum ne aliquid nimis præproperè præstemus. Hinc AB OVO VSQVE AD MALA celebre prouerbium ab Horatio promotum intelligimus, quo tempus in conuiuijs consumptum integrè innuitur; ab Ouo nanquè cœnam incipiebant antiqui, sicut & cum pomis eandem finiebant: quod & in eos quadrare potest, qui à principio ad finem rem diligenter gesserint, & ad alia quoquè negotia transferri valet, vbi principium,& finis cum medio transacto exprimi desideratur. Sic Horatius:

Baron. ad annum Iustini Iunioris II.

Symb. polyhist. lib. 10. num. 64.

Nonar. Adag. 2247. nu. 1753.

> *—— Si collibuisset AB OVO*
> *VSQVE AD MALA, citaret iò Bacche, modò summâ*
> *Voce, modo hac resonat chordis, quæ quattuor ima.*

Serm. lib. 1. Satyra 4.

C Hinc POMOSÆ DELICIÆ significant rem gratam, & valdè placentem alicui facere, quæ valdè arrideat, & coincidit cum prouerbio illo vulgari *papillas contrectare*; sed nonnulli parum castè hoc prouerbio vsi sunt, vbi venereus aliquis actus,& luxuriosus indigitandus foret, lasciuæ scilicet vel malarum, vel mammarum muliebrium contrectationis, hac nixi ratione, quod nempè malum sit Veneri sacrum, & malarum colorem, tumescentiamquè, & figuram sororiantium mamillarum æmuletur. Cæterum fructus omnes suas Arbores decoras reddunt; vndè prouerbium apud Theocritum traductum

Ilicibus glandes, POMO SVNT POMA DECORI.

Eidyll. 8.

Quæ tunc inuicem distincta cognosci dicuntur prouerbialiter, quando multarum rerum experientiam habemus; solet enim de tali homine circumferri, quod MALVM A' PERSICO COGNOSCAT, cum illoquè nostri popelli coincidit *Distingue il bianco dal nero*; vel aptius ad hanc rem, vt nostro vulgo familiare est CONOSCE IL POMO DAL TORSO, nempè distinguit hominem vitæ integræ à vitioso, qui respectiuè

Monos. l. 3. fl. It. l. pag. 110.

D significari videtur per pomum integrum, & per pomum exesum, quod TORSO vocamus. Et ideò transitum à morali ad physicum hominis statum facientes, de homine, aut brachijs, aut pedibus manco, dicimus EGLI E' VN TORSO, & valet etiam de simulacris pari passu mutilis, & eò magis si capite pariter manca sint. Hoc in sensu *truncos* latinè statuas eiuscemodi, quemadmodum & humana corpora decollata nuncupamus. Tritis in medium prolatis Prouerbiorum sententijs, ad abstrusiora quæsita enucleanda conuertamur.

PROBLEMATA.

Plutarch. in op. *Plaut. in Sticho.* *Lib. 4. de nat. rer.* *Ambr. Leo Nolanus. probl. 11.*

SCientificas vltrà curiositates quærere qui studet res, is alienas adulterat volupta-tes, fitquè maleuolus; ignotæ ideò rerum præcipuè dubiarum causæ, vt sic curiosè inuestigentur, *nam* (vt Lucretius cecinit)

—nihil egregius, quàm res est cernere apertas
Ab dubijs, animus quas ab se protinus abdit.

Quod æquè pertinet ad omnes, non est extrà æquitatem, nec à Iustitiâ est alienum. Quæri igitur curiosè potest cur Poma incipiant maturescere ab intimâ, & mediâ eorum parte, & minimè ab ambitu, extimoquè cortice, & tamen Solis actio superficiem pulsat immediatè, quam rubeo solet colore ignis affine pingere. Ratio istius effectus est hæc, quià intus vbi sunt semina, seù mauis Arboris oua, quæ maiorem requirunt seminalis virtutis caliditatem insitam, iuxtà primam naturæ intentionem pars illa fructus seminibus illis proxima magis, tanquam primum vitalitatis alimentum debet ante alias maturari, vt oua seminalia fouere possit; maturescunt etiam prius interiores partes, quia exteriora sunt magis dura, & plus renituntur concoctioni. Vlterius posset rerum naturalium curiosus sectator quærere causam, cur Poma vermem habentia sint odorata magis, mollioraquè, & suauiora gustatu reliquis intactis; Id fortassis erit, quià vermis pomo calidior tanquam sentiens Animal calore natiuo dotatum quandam excitet in pomo eodem caliditatem, quæ concoquat, & maturet pomum, quam concoctionem sequitur odor, & sapor, necnon teneritudo, ac leuitas, & tunc pomum, veluti febriens effectum facit, vt ille conceptus calor nimiam absumat humiditatem, & frigidos, acidosquè reprimat succos; potest etiam esse quòd in verminosum pomum rarefactum aer plus possit, quàm in aliâ poma, & sic cum ad patiendum sint magis disposita huiusmodi poma, citò etiam maturescunt, tanquam in præludio quodam putrefactionis, quę facilè posteà succedit. An etiam quià pomum vlcerosum est, & expurgatur quodammodò per illud vlcus humiditas superflua, & excrementosa, vndè quod remanet pro tunc odoratius est, atquè sapidius. Quî fiat peti insuper potest, cur poma in genere sumpta dum in penuarijs seruantur cellis si sæpius fricentur citrà omnem contusionis noxam corruptioni minus obnoxia redduntur, respondetur quod id efficit motus, qui est causa caloris, & vitæ conseruator in omnibus naturalibus rebus; & quià quiescentes fructus situm, & rubiginem contrahunt, à quâ liberari debent; secus autem fieri debet in fructibus statim ab Arbore lectis qui debent comedi, nam melius est, quod tunc intacti sint, ne flos ille, seu puluis floridus, quo aspersi sunt à naturâ, qui veluti gratiosum eiusdem donum, vel virginitatis candor illibatus cadat, & disperdatur; motio verò fructuum iam veterum diu conseruandorum est veluti exercitium senum, in quibus ob deperditum vigorem, & iuuentæ florem opus est excrementa depellere, tueriquè natiui reliquias caloris. Sed cum accidat, vt persæpè in multis experimur fructibus, quod eorundem Immaturorum Acor dentes ita afficiat, vt in terendis cibis, hi perdoleant, ac si pungerentur, quem stuporem Amygdala, & Portulaca mansæ tollunt. Ratio est in promptu, cùm aciditas illa vehementer desiccet, atque refrigeret dentes affatim, vndè Natura non sufferens repentinas mutationes dolet in illa parte maximè sensitiuâ, quę ideò plus iusto asperior facta, ob inæqualem morsum, punctiones in eodem morsu sentit; cui medetur Amygdala, vel Portulaca fortè ob inimicitiam naturalem, & antipathiam, vel quià mollitie, & humiditate inæqualitatem morsus adæquant, vndè morsus redditur æquabilis, & inoffensus. Prædictam fructuum aciditatem intensiorem cum sit compertum experientiâ mediante, si atramenti loco quis sumat, scribatquè quidquid vult super chartam literas incompertas, & minimè apparentes relinquere, quæ tamen igni admotæ, & calefactæ colorem acquirunt, & visibiles fiunt. Hoc tamen euenire sciendum est ignem agere in illum crudum humorem acidum, qui dum coquitur, & vritur quodammodò croceus, seù rubeus euadit. Scitu tandem minimè iniucundum, & haud inutile foret scire causam propter quàm fructus omnis, dulcis licet, & optimus terræ commissus ad nascendum degenerat, atquè deteriorem induit naturam iuxtà id quod notàuit Theophrastus; sicuti etiam neglectâ plantâ domesticâ, quæ culturam re-

Ambrof. Leo Nol. probl. 9.

Ambr. Leo Nol. pro. 33.

Id. Ambr. Leo probl. 175.

Id. Ambr. Leo probl. 260.

Lib. 2. de Causis. Plã.

qui-

A quirat exactam circumfossionis, ablaqueationis, putationisuè mutatur in syluestrem, & feram, & sterilescit, immò quantum adimit derelictio plantæ alicui, tantum addere videatur cultura, quæ fructus feros mollire valet, & Oleastrum in Oleam transire facit; amygdalamquè amaram in dulcem, & alia similia. Cui perquisitioni satisfieri posse tali pacto non dubitarem, quoad hanc vltimam partem, primò, quòd scilicet id proueniat ex eo quià præparatur planta ad recipiendum, & intrà se admittendum terreum magis elaboratum, & excoctum alimentum, quo mediante succi interni perfectiores generantur, & similiter admittunt magis aerem, radiosquè solis per poros magis apertos, vndè excoquitur melius alimentum ipsum, & materies proxima fructuum defœcatior redditur. Sterilescit verò planta neglecta, atquè nascitur ex semine agrestis, & fera, quià omnia ex seipsis, id est solius naturæ operâ, & ductu, redeunt ad primæua originis propriæ: Aqua propterea nisi arte calefiat, vel sic conseruetur aduentitij caloris ope ipsa redit ad suam naturalem frigiditatem; vndè semen omne agreste est, & terra minimè adiuta culturæ ope cicurantis feritatem plantarum spinas, & tribulos germinare solùm ex seipsâ nouit; sic nostra Natura Humana propter adnexam B materiam prona ad malum, nisi cultura mediante morum corrigatur infructuosa erit spinis peccatorum horrens, nam *pro frumento oritur tribulus, & pro hordeo spina*; doctrinam ergò amplexandam esse patet, quàm huc cognouerimus directam; suauioribus præcipuè literarum argumentis exornatam iuxtà placita quoquè Poetarum

Maranta l. 2. de cognit. simpl. c. 11.

Quapropter edulcare conuenit vitam.

Minuentur atra carmine curæ.

Iob. c. 32. Crinit. l. 1. poet. Horat. l. 4. ode 10.

Moralibus hinc sine morâ documentis est incumbendum.

MORALIA, MYSTICA.

Mores instituendi subeunt, & qui de Pomis Arcani sensus passim delitescunt, pangendi. Et iustè quidem, quià Poma, quæ Mundi totius sunt hieroglyphicum, non possunt non aliquid ad quoscunque viuentes moraliter oppor- C tunum in se continere docendum. Debitum propterea Maiestati primò Diuinæ, quæ Mundum condidit sic per hos fructus sacra nota repræsentatum, postremò Principum qui à Deo dantur, eiusquè vices in terris gerunt, obsequium, suadere videntur. Vndè Vertumnus Hetruriæ Deus ex Varrone, Pomonam adamare fingebatur, vt hanc Deoq; Principiquè reuerentiam seruandam, & Legum obseruantiam à vitio quouis abhorrentem, & ad Virtutes se conuertentem indigitarent illorum temporum Veteres, cum Pomaria sint Ciuitatum illarum symbola, quæ legibus varijs, ijsquè valdè vtilibus, & pulchris ornatæ essent, armatæquè simul & decoratæ, quæ vera sunt Pomaria Atlantæa, Virtute Principum Virorum condita, & Draconi Iudici iustissimo custodienda tradita. Hinc fortè sumpsisse potuit originem Mos decimas fructuum exhibendi Principibus, cùm primò Herculi quoquè fuerint exhibitæ. Hinc Lucullum existimarunt, aliqui ex Antiquis tot opum accessione fuisse auctum, quià decimas fructuum Herculi persoluisset, cui sic alludere visus est Poeta Propertius.

Lib. 4. de leg. lat.

Institor huic soluit Pomosâ vota coronâ,

Cum Pyrus innato stipite Mala tulit.

Al. ab Al. D. G. L. 3. c. 22. 4. Eleg. 2.

D Sed si apud Ethnicos pijssimum simul, & vtilissimum censebatur hoc munus, nec ab ipsis ideò prætermittebatur, quantò magis à nobis veræ Legis sequacibus fructuum, & Pomorum Decimæ debentur Deo Optimo Maximo, Seruatoriquè Nostro Iesu Christo, Deo Deorum, Regiquè Regum, per quem Reges regnant, & Iudices iusta decernunt, gratiarum prius actionibus ex corde persolutis? Præterea nobiliores Animi Virtutes, velut aurea, & pretiosissima Poma, quæ quoscunque suos possidentes, tot quasi Deos efficiunt, veniunt insinuandæ.

Cedere diuitys Animi, Fortuna fatetur.

Claudian. in Epist. ad Olibrium.

Propterea non aliâ de causâ Magnus Alcides, quem toties memorauimus, diuorum Gentilium numero adscriptus censetur, nisi propter has Animi dotes. Iræ moderatio quæ in eo summoperè elucescebat, Auaritiæ Temperantia, quæ illum clarissimè illustrabat, generosusquè voluptatum, & deliciarum omnium contemptus, eundem sui maio-

Erizz. ap. Ricciard. in Com. Symb.

maiorem, & non nisi sibi similem constituebant. Tot Hercules, quin & ipso nobiliores E Christicolæ, si Ethnico non cedant in hisce Virtutibus. Hæ solæ fuerunt in causa, vt illi sculpto tria Mala aurea collocarentur in manu, per quæ nil aliud indigitaretur præter has Heroïcas Prærogatiuas; Vnde Hominem hisce Thesauris insignitum non posse non benè operari designaretur. Ipse Vir huiusmodi Virtutibus exornatus verè *lignum* est illud *Pomiferum*, quod sacris in paginis dicitur *faciens fructum iuxtà genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram*. Hic *quasi naues Poma portantes* celeriter currens in itinere probitatis, peroptimè cognoscit, negligentiam in bonis operibus esse omninò ablegandam, ne isthæc, vt Poma in nauibus tardum iter habentibus, computrescant, iuxtà illud: *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter*. Noscit item, quod sicuti Poma ex succo perfectiori sursum à radicibus attracto, benèque in ligno digesto, procreantur, calorisquè viuifici, & humoris primigenij, nec non influentis beneficio aluntur, ita in se ipso opera bona, quæ nota debent esse Hominibus, vt glorificent Patrem Cœlestem, à calore Charitatis prodire debere, & ab cordis radicibus sursum trahi, crescere, maturari, atque ab honestis moribus, tanquam folijs contegi, & reseruari ad æternæ refectionis vsum, quemadmodum scriptum est in Prouerb. 12. *Vnusquisq; fructu oris sui replebitur bonis*; Vnde est, quod illius opera huiusmodi, tanquam F mystici fructus, videntium oculos alliciunt pulchritudine, recreant odore, beneficijs alunt, & opportunis alios corrigunt medelis. Ille propterea verum sese Pomarium Sanctitatis esse demonstrat; Nam si Pomum, & fructus metaphoricè accipiuntur pro vtilitate, quæ percipitur ex aliqua re, ex illo proborum exemplorum Proximi non modicam frugem demetere possunt; eoque magis, & perfectius mysticum est Pomarium, quo (vt inquit Berchorius) diuitiarum Mundi generosè magis abijcit fructus omnimodè noxios, acerbos, & acres, vtpote qui luxuriantium nimis, & superbientium Arborum, in Christi pauperes minimè liberalium, sunt peculiares, & quaquauersus inutiles, dequè seipsis illud aptissimè replicari merentes: *Fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti*. Sed bonis tantum spiritualibus scatens, quæ sunt vt fructus in parte Arborum sublimiori perfectiores, & sapidiores: *Et erit fructus eius sublimis*, illud sibi coaptari meretur, & ipse de seipso iuremerito potest in hæc verba prorumpere: *Fructus mei, fructus honoris, & honestatis*, Quarè dilectionem veram præseferens *Veniat dilectus meus in Hortum suum, & comedat fructum* G *Pomorum suorum*, ad Deum conuersus poterit exclamare. Sic de Pomis sentitur, quando Moralis tantum est sermo. Sin autem totam ad sublimiora mentem dirigamus, erit adinuenire, quod per Poma Solis, & Lunæ, ac Poma Collium æternorum in Diuinis Paginis nominata denotantur Mysteria sanctissimæ nostræ Fidei, vnà cum mysterijs veteris legis seruatæ, iuxtà illud Canticorum: *In Portis nostris omnia Poma noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*. Sol etenim, & Luna simul iuncta significant inter alia Christum Dominum nostrum, & Ecclesiam sanctam, vera Cœli, rorisquè Poma, quæ Dei gratiam, eiusquè benedictionem semper præseferunt quandoquidem *de benedictione Domini terra eius, de Pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente*. Sic & Arborum tenellarum Poma non esse comedenda citrà quartum annum designant (id Francisco Georgio Veneto tradente) opera humani generis sub quatuor millenarijs annorum primis non fuisse apta vitæ, nam in primis duobus Homines fuerunt absque lege, sub duobus secundis sub lege quidem, sed non iustificante, in quinto, & sexto millenario, post Domini Nostri Iesu Christi aduentum facta est omnium rationabilium Arborum expurgatio, & fructus facti sunt in vitam æternam. Varia facilitas, nil difficultas morum, H cum sint in causâ, vt varij formari possint de ijsdem conceptus artificiosi; non erit igitur abs re Hieroglyphica, Symbola, & Emblemata subinferre circa Pomorum, tum theoricam, tum practicam cognitionem, vt doctrinalis ordo laudabilis continuetur.

Genes. cap. 1. Laur. in v. afferre. Iob. cap. 9. Ex Berch. in Reductor Moral. lib. 12. cap. 69. Sap. 4. Esai. 4. Cantic. 5. Lauret. in v. antiquus Cantic. 7. Ioach. in Apoc. f. 118 Deut. c. 33.

HIEROGLYPHICA.

Non perperam habita fuere Poma pro Hieroglyphicâ Victoriæ notâ in Italiam allatâ à Rogerio secundo in bello contrà Saracenos feliciter gesto, cum alias legamus Apollinem ipsum antè inuentam Laurum deuicto Pytbone, Malo corona-

A ronari solitum, eundemquè morem in Pythijs ab ipso institutis ad victores quoq; transijsse, quando ij tempora laureati, suis interserere tenebantur coronis Mala in Apollinis templo decerpta, teste Luciano. Quare Apuleius de Paride ait: *Tunc animo volenti Phrygius Iuuenis, Malum quod tenebat aureum veluti victoriæ calculum, puellæ tradit.* Adijciatur aliàs pro Marathoniæ pugnæ, & Victoriæ celeberrimæ Monumento, seù hieroglyphico fuisse Mali Arboris Ramum in manu læuâ Nemeseos, quam Phidias ex lapide Pario dicitur Athenis excidisse, cuius corona Victorijs paruis effigiatis insignita cernebatur. Et eâ de causâ Mali Ramus Nemesi gestandus dedicabatur, quod Veneris habitu cæperat eadem figurari. Hinc Mala, quod à Venere concupita cupiditatis, & Lasciuiæ hieroblyphicum præseferunt, vndè illud Menalcæ apud Virgilium

Apul. l. 10. de Asino aureo.

Victoriæ hieroglyp.

Pier. Val. Hierog. l. 54

Cupidit. & Lasciuiæ.

Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad Salices, & se cupit ante videri.

Sic Malo Cydippen Acontius venari contendit; & Malo Hippomenes Atalantam vicit, quo Zonam diù ligatam abstulit, de quo Theocritus

Μῆλα μὲν ἐν κόλποισι Διονύσοιο φυλάσσων

B Idest *Mala sinu condens Bacchi de tempore sumpta.*

Mala enim illa Philetas ait de coronatis Bacchi temporibus decerpta fuisse; qui Bacchus cum lætitiæ, amorisquè titillatione concitet Homines, Poetæ eum passim lætitiæ datorem prædicant. Eiusdem significatus fuerunt etiam Mala ambesa, morsuq; tacta, in amoris signum à Charicleâ Matronâ nobili Diniæ cuidam dono missa. Nec absfuit indè quod Catullus innuit inquiens

Et missum sponsi furtiuo munere Malum.

Quod aduentu matris excussum è virginis posthac gremio prosilierit. Verum vt legitimam tantum Venerem indicarent Mala, siue Malorum ramusculus in læuâ mulieris coniugi suo dexteram porrigentis, collocata, Catulum Fidum comitem, & Domini pariter amatorem, Amoris propterea, Fideiuè, quæ debent interesse coniugio præcipuum hieroglyphicum, antè pedes illius expressit Alciatus, & vtrosquè, sponsum scilicet, atq; nuptam frugiferâ sub hac Arbore constituit, quia fidelis ille coniugum amor, vt plurimum vbi corpora coeunt fouetur, atque redintegratur. Sic sensit cum ex superioribus exemplis scripsit

C

Embl. 190.

Ecce puella, viro qua dextra iungitur; ecce
Vt sedet: vt Catulus lusitat antè pedes.
Hac Fidei est species: Veneris quam si educat ardor,
Malorum in lauâ non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris sunt; sic Schaneida vicit
Hippomenes, petijt sic Galathea virum.

Ex Malis prætereà summè præcocibus, antequè debitum tempus ortis, atquè statim maturescentibus Prosperitatis desumitur hieroglyphicum. Nam fructus illi ficuum, oliuarum, & vuæ, qui in medio vere præter suum tempus orti sunt Regnante Philippo Macedone, summam illi prosperitatem denunciare visi sunt. Nec impropriè tunc Regni Macedonici felicitatem designare poterant, cum nostris quoq; temporibus eadem Mundi totius hieroglyphicum esse declarent Imperatores, Pomum & ipsi, super quod Crux erecta est, manu gestantes.

Felicitatis.

Athenæus lib. 3. c. 3.

Mundi hieroglyph.

D

SYMBOLA.

AD humanam eruditionem Symbola inuenta fuisse crediderim, nam nisi traducantur ad Sapientiam captandam, inutilia sunt, & veluti res emortuæ, quandoquidem

Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.

Mart. l. 8. Epigr. 24.

Eâ de re quoties aliquid aut bonum, aut malum symbolicè perpendendum nobis obijcitur, vbi reconditam ad arcanorum intelligentiam peruenerimus, illud extemplò cognoscimus, quod exindè fugiendum, sequendumuè designatur. Sic quando Malum pro symbolo sumimus, perspectis illius qualitatibus, quid præseferat facilè scimus.

Nam

Nam cum Arbore Pomi nulla voluptuoſior, elegantior, aut delicatior reperiri queat, tanquam viſu pulchra, & ad veſcendum ſuauia mala producens in Paradiſo voluptatis, per illam non ineptè deſignatur Amor, cui Arborem hanc propterea dicatam voluerunt Antiquiorum eruditiores, quia fructus illius pallorem, & ruborem præſeferunt, quibus Amantes prædití ſunt.

Gen. c. 2. Pier. Valer. Hieroglyph. lib. 54. Ouid. de Arte Amandi.

Palleat omnis Amans, color hic eſt aptus Amanti.

Cecinit Ouidius, qui alias ſubitum genarum ruborem Amantibus familiarē obſeruauit.

—— ſubitus rubor ora notauit.

Sed quia iuxtà ſuum finem Amor eſt vel bonus, vel malus, illius ideò quæ ſint qualitates per ſymbolum denotari poterunt iuxtà diſpoſitionem circumſtātiarum ad has Arbores directarum. Vnde bonum tantum, & rationalem Amorem ergà Deum, & homines indicabit Pomum, quando perpendatur vt fructus, vel cordis ad Deum dirigendi figuram habens, vel vt nullis nocendi, ſingulíſque comedentibus iuuandi facultate præditus. Quod & cauſaliter de illius Arbore iuremeritò dicendum venit. Contrà verò quando accipiatur vt Veneri, quæ laſciuiarum eſt Archetypus, ſacrum; nam tunc ſignificat Amorem magis impudicitiæ addictum, quam honeſtati, quam ſignificationem ſibi præſertim arrogat Malum illud, quod ipſa Venus apud Sicyonios altera manu depicta geſtabat, dum Papauer in altera numinis eiuſdem effícti manu collocatum, vim prolificam, & feminis copiam innuebat. In eodem quoque ſenſu deſumitur actus ſub Arbore Malo Pomis certantium, & ludentium, quippè qui veſanorum incontinentis Amoris effectuum fieri compotem, vel omnimodè potius ineptire deſignat. Ad eundem perditum Amorem, ſymbolicè referendum concurrit pariter hæc Arbor, quando ſub illa quamplurimi figurantur Amores, vel ſe ſe mutuò ſagittis impetentes, quorum vnus alterum captiuum faciat, & ligatus nihil contrà reluctetur, ſed ſponte in vincula cedat, vel Athletarum more certantes, illorum vnus Athleticis legibus contemptis alium lædat, aliíque omnes lædentem percutiant, maliſqueferiant, atque Pomario depellant. Tam facilè Malum Arborem, quæ tam bona eſt, pro malis Amoris effectibus deſignandis poſuerunt Antiqui, vt nedum Veneris operationes, ſed & earundem quoquè memoria per hanc Arborem nonnunquam fuerint indigitatæ, quemadmodum quando Ramum eiuſdem in Nemeſis manu collocarunt; indicabant enim Deam huiuſmodi primum fuiſſe ſolitam in habitu Veneris depingi. Sed in hoc laudari poteſt hoc ſymbolum, quod ad bonum quoquè ſenſum deduci valeat. Illa namquè, tanquam benefactorum Remuneratrix, vt Statius aſſeruit lib. 13. hæc habens:

Id. Valer. loc. cit.

Eſt Dea, quam Nemeſim dicunt, Dea magna, potenſque,
Quæ bona cæleſtum conceſſu cuncta Deorum
Poſſidet, &c.

Summum apud omnes conciliabat amorem. Superſtitionum item fuit ſymbolum Pomum, quando quatuor bacillis, quaſi quatuor pedibus fultum Herculis ſacrum deſignabat; nam cum apud Bœotios (vel vt aliqui volunt apud Athenienſes) Bos Herculi mactandus aufugiſſet, illi pro victima Pomum, cui quatuor ſurculi erant infixi, ſacrum fecere. Hic autem vbi Clauigeri Numinis mentionem fecimus, illud pariter in mentem venit dicendum, quod ſcilicet pro ipſo Hercule acceptus eſt Sol ab Heſiodo, quando malis aureis aurea Sydera ab Heſperidibus noctis filiabus cuſtodita, ſignificari ſētiebat; quoniam illa præſeferunt aureum præclaro nitore colorem, & noctu tantum conſpiciuntur, eo quia Sole decidente, pro ipſo (vt diximus) Alcide intellecto, ſtatim appareant Stellæ; Inter quas Venus aureum aureorum radiorum pomum in ſe tanquam manu gerens, reuocat in memoriam Iudicium Paridis tanquam aureum Iouis Pomum pulcherrimæ datum.

Lucian. in Dial. Deor. Iud.

EMBLEMATA.

AD eundem finem ac Symbola, Emblemata quoquè nacta cenſendum eſt quippè, quod inſtructionem humanarum actionum vtraq; reſpiciant, & hæc præcipuè diſertiſſima ſubſcriptionum ſuarum lingua Prudentiam ſemper ſuadeant. Parum abſunt exempla, ſperandum enim in Deo, qui humiles exaltat clariſſimè de-

A denotare videtur Arbor Pomifera, cui surculi paruuli sint inserti: Nam vt hi, non nisi fauente Cœlo, caloreuè mediante, & imbribus saluberrimis Arboream succrescunt in molem, ita & Vir tenuissimæ fortunæ, nisi prospiciente Deo potest ad altiora sustolli. Clarius autem hic sensus exponitur disticho sequenti eidem Emblemati subscripto.

Si faueat cœlum, benè surculus Arbore crescet,
Si faueat Numen, tu quoque magnus eris.

Ioach. Cam. Embl. n. 3.

Verum vt hoc maximè confert ad benè spem dirigendam in futuris, sic & sequens multoperè eruditum est ad docendum, quod in prosperitate præsenti nemo se nimis efferri permittat, ne forsan ineptè superbiens abiectiorem postea statum subire cogatur. Arbor hoc Emblema componit pomis onusta, sub qua folia, & fructus, pluresque ami terram adoperiant, cum inscriptis verbis COPIA ME PERDIT, & hoc disticho addito

Rumpitur innumeris Arbos vberrima pomis
Et subitò nimia præcipitantur opes.

Id. Cam. Emb. 13.

Mali nanq; fructibus nimium onustæ quammaximè laborant, & quodammodò languent, non solum quia effœtæ, sed quia præ pondere dilacerantur, & ramis priuantur B ad perfectam illarum constitutionem pernecessarijs. Duas item elegantissimas similitudines legimus apud Senecam, quæ hoc idem Emblema rectius explicant. Prima est in Epistolâ quintâ ad Lucilium, in quâ inquit: *Magni animi est magna contemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. Vt hæc, eò quòd superfluunt, nocent, sic segetem nimia sternit vbertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas.* Alter locus est lib. 1. de vitæ tranquillitate. *Vt fertilibus agris* (illic habet) *non est imperandum, citò enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas, ita animorum impetus assiduus labor quoque franget, ita quoque præclaris ingenijs, ac alioquin benè natis nihil est nocentius, neque perniciosius, quàm immodica commoditatum, ac voluptatum affluentia.* Aliàs Arbor Pomifera dignitatis statum designat; summa namq; Reipublicæ munera sunt veluti tot Arbores Pomis onustæ, quæ fructus suos nemini conscendentium negant. Iusti sint, vel iniusti, prouentum exindè percipiunt; at hac intercedente discrepantia, quod primis dignitas est decori, nouissimis vituperio. Quo magis illi conscendunt, eò felicius patent illorum Virtutes; & ex aduerso, notiora fiunt istorum vitia, C non aliter quam pudenda simię sublimioribus in Plantæ ramis Poma legentis. Sic innuit Paulus Maccius cum cecinit.

Embl. 22.

Simia qua granidos conscendit in Arbore ramos,
Grataquè de summo vertice Poma legit
Præsidis iniusti est species: cur l quò magis illa,
Quo magis hic, scandunt, plura pudenda patent.

Est deniquè mundana dignitas vt Arbor illa, Poma simul, & Glandes ferens, quam doctissimus noster Bonomius emblematicè exhibet. Hinc homines alit, indè truta sordidiora. Poma gloriæ dabit, si humaniter ages; Glandes dedecoris, si inhumaniter. Sicut enim illa te hominem testantur opera, ita ista te feram declarabunt. Imo sanctius agere in sublimi eiuscemodi statu, solidamquè simul ad cœli gloriam terrestri neglectâ, quæ futilis est, aspirare discet quicunq; duræ quantumuis ceruicis homo, dum animaduertet, quod *— Sic transit Gloria Mundi*
Arboris vt vento decutiuntur opes.

Io. Fr. Bonō. Bonon. Chir Achil. Emblem. 36.

Pro cuius veritatis emblematico testimonio P. Kreiking Soc. Iesu scitè admodum attu-D lit Pomiferas Arbores; quarum

Embl. 158.

Indè quatit Borea, funesta potentia ramos,
Humidus hinc amplas decutit Auster opes
Parte aliâ insanis vertex agitatus ab Euris
Amittit mistis mollia Poma Pyris.

Et æquè eruditè concludit, quod

Sic ostensa fugit fucati gloria Mundi,
Quin spes cum magnas fecerit, illa perit.
Tu tua, ne(verum est)caue vt experientia dicat,
Nam mille exmplis hoc didicisse sat est.

Quoniam delectabilitas admirationi affinis est, Emblematibus iungentur Mirabilia de Pomis generatim sumptis.

MI-

E

MIRABILIA.

PAuca de Pomis hucuſquè licet arcano ſenſu locuti, dixiſſemus, niſi quæ mirabiliora de illis euenere Palladicis traderentur monumentis. Eo nanq; Seculo ſcribimus, quo niſi ſparſas identidem curioſitatibus papyros inſpiciat Mundus, nihil factum ducatur. Sed quid dixi papyros? Parum fuerat apud hodierni temporis Scriptores chartas curioſis inſcripſiſſe characteribus, niſi diligens perueſtigādi cura, eoſdem Poma mirabilibus notis inſculpere docuiſſet. Exhibet enim Abenenis Arabs quidam ex Gabr. Alph. Herrera Hiſpano Geoponico relatus, modum, quo quis poſſit Malum literis pulcherrimis in extima cute, quæ tandem videbuntur naturales, inſcribere. Sic faciendum, inquit ille. Poma ſuper rubra in Arbore pendentia, abſque eo quod inde moueantur, dum viridia ſunt, ideſt ante maturitatem, & rubedinem adeptam ad placitum inſcribenda, cum penna, & atramento, ſicquè relinquenda; dum enim pomum maturum excerpetur, atramento deterſo, ſtigmata illius alba remanent, cute ſcilicet, quæ ſuberat atramento candida facta, & minimè rubificata. Quod tamen non admodum mirabor, cum ſciam, quòd *Omnia conando docilis ſolertia vincit*. Hoc pacto ſuppoſitis artis ſcriptoriæ malis Arabs idem, ſic quoquè præſumebat Naturam ipſam cogere poſſe ad exercendam ſuper eiſdem fructibus picturam. Inter Malegranata Poma quælibet plantabat, quæ ob complicantiam, & communicationem radicum vtriuſquè Arboris ad inuicem, neceſſariò rubra euaſura iactabat, ita vt Punicorum rubor intenſus proculdubio participandus eſſet alijs Pomis. Quæ vtrum vera ſint, nec ne, lectorem ad experimentum relegamus. Nec minus mirabile videtur medicamen illud Geoponicum, quod Pomiferis Arboribus, quæ germinant, nec ferunt fructum exhibetur, dum fiſſæ illarum radici indito lapide fertiles mirè fiunt, & fructuoſæ, cuius etiam virtutis eſt aqua lupini decocti circumfuſa Pomis, quippè quæ illis valdè prodeſt ad fœcunditatem, & bonitatem fructuum. Sed ſi curioſitates indagamus, quid ad rem curioſius, quam Arbores videre fructus abſque ſeminibus, & oſſibus edituras? Siquidem hoc in illis Pomis, quæ in ſalicibus inſeruntur, euenire legimus in lib. 3. cap. 31. Agriculturæ diuerſorū à Mambrino Fabrianenſe ex Hiſpano in Italicum traducto. Sic à Pomis naturaliter auferuntur ſemina; ſic quodammodo ſpadones redduntur fructus, & hoc pacto ſe ſe non parum abnegare natura compellitur, quæ longè minori ſanè vi afficitur quando ſeminum ſedi ſuæ deſtinatorum ipſo die ſolſtitiali, quo folia in Oleis, Populis, atquè Salicibus, & alijs nonnullis Arboribus circumaguntur, permulta inuerti perſentit. Habet autem, ſi quando in aliquibus vim patitur hæc rerum omnium mater, vbi in alijs ſua damna reficiat. Non poteſt ad contraria diutius detorqueri.

Lib. 3. c. 31.

Poma characteribus quomodo notentur.

Poma vtru bra fiant.

Plin. l. 17. cap. 27.

Mali ſteriles quomodo mirè fructiferæ reddantur.

Poma fine ſemine.

Plin. & Frāc. Picus, atq; Mizaldus memor. centur. 7. num. 36.

F

G

Naturam expellas furcâ, tamen vſquè recurret.

Illa quamuis non modicè læſa, dum ablatis ſeminibus, in quibus Thronum ſuum habebat, omnia quodammodo ſubuerti videbantur, nouit quoq; talia nonnunquam, in quā ſpecie vim paſſa eſt, producere, quæ vaſtiſſimam ipſius potentiam mirè teſtentur. Sit in exemplo Pomum Arienæ Arboris Palæ, ad fructuum iſtorum ſpeciem relatus à Plinio. Sic habet ille: *Maior alia Pomo, & ſuauitate præcellentior, quo ſapientiores Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum, fructum è cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine, vt vno quaternos ſatiet. Arbori nomen Pala, Pomo Ariena. Plurima eſt in Sydracis expeditionum Alexandri termino. Eſt & alia ſimilis huic, dulcior pomo, ſed intraneorum valetudini infeſta. Edixerat Alexander, nè quis agminis ſui id pomum attingeret.* Ad naturam igitur ſuam omnia reuertuntur admirabiliter, tametſi per accidens interdiu magnoperè diſtracta. Poma congelata, ſi in frigidam aquam demergantur, id aſſequi ſæpiſſimè viſa ſunt, eodem referente Mizaldo, tota illa glaciata concretione mirum in modum concreſcente, ac reſoluta; Sic partes frigore affectas, modo ne prorſus rigeſcant, ſubſitq; ſanguis aliquis, aqua gelida immerſas, & ſubindè rigatas ſenſim caleſcere tradidit Leuinus Lemnius. Philoſophicam Veritatis inuentionem mirabilem Legalis hic confirmet Auctoritas, quæ rem Pomariam rectè dirigat, atq; continuet.

Hor. lib. 1. Epiſt. 10.

H.N. lib. 12. cap. 6.

Mizald. memorab. cent. 7. num. 51.

H

LEGA-

LEGALIA.

NAturali significatione Fructus nomen Arboribus magis competit, quàm Herbis ipsis, quæ nimis propinquæ telluri culturam exigunt longè diligentiorem, quàm Arbores ipsæ, vnde Poma plus naturæ debent, quàm Arti propria incrementa *L. fructus ff. de vsur.* cuius nominis etymologia deducta à frumine, idest ab eminentiori gutturis parte, quâ vescimur, vel à fruendo, adhuc fauet Arborum causæ, quæ fructus dant facillimos, copiosos, & nullo negotio edules, & quocunque etiam tempore infelici conspicuos, vt sunt Baccæ Hyemales, à quibus tot Animalia sustentantur, quæ alioqui perirent; Hicq; notandum est fructum nos accipere non in generali significatione illa, secundum quam loquuntur leges, nempè *L. 14. ff. de vsur. L. 62. ff. de rei vendic. L. 83. ff. de Leg. 3. L. vsura 121. ff. de verb. signif. L. 88. §. vlt. ff. ad leg. Faleid. L. vlt. ff. de vsur. L. 8. §. 1. ff. de reb. auct. iud. L. vnica §. cum autem C. de rei vxor. act.* Sed pressius pro fructu scilicet illo, qui est edendi causa paratus, & promptus, cuius conditionis est pomum. *Alc. in L. qui fundum de Verb. sign.* Pater autem familias, hoc est Dominus Domus, & fundi fructiferi *L. 195. ff. de verb. signif. L. 4. ff. de his qui sunt sui, vel alien. L. 5. ff. quando dies leg.* ergà fructus ità gerere se debet, vt nunquam desit tempori, aut occasioni colligendorum, & vendendorum eorundem, obseruando leges Patrias vetantes impeditam, atq; peruersam maturitatem, atq; Catonianum præceptum prę oculis habendo, esse scilicet vendacem potius quàm emacem. Tanti legitimè fiunt, & æstimātur fructus præcipuè Pomosi, vt hi specialissimæ cōsiderationis in fundi venditione habeantur; adest *L. 205. ex Paulo I.C. de verb. signif.* quæ habet quod *qui fundum vendidit, Pomum excepit*. Qui verò cupit Rem hortensem, atq; Pomariam inculpatè prorsus exercere, is leges infrascriptas, tanquam fructuosissimas, moderatissimasq; colere, atq; in praxim deducere à IunioModerato Columella emanatas conetur: Prima est Senilem in Prę fecto villæ pigritiam, iuuenilemq; imprudentiā esse fugiendas. Secunda Villicum operariorum esse debere magistrum, non discipulum. Tertia internoscenda, distinguendaq; fore opera rustica, quæ plus corporei laboris, quàm ingenij inuoluunt, vel è contrà, aut quæ æqualiter requirunt manus, & mentem. Quarta festinationem cunctationi præferendam, iuxtà Ischomaci sententiam, qui ait: *Malo vnius agilem, atq; industriam, quàm decem hominum negligentem, & tardam operam*. Quinta frugalitatis vbiq; & syncerę familiaritatis exempla esse proferenda; *nam magna pars libertatis est benè moratus venter*. Sexta feriæ instrumentorum rusticorum lustrationi non desint. Septima sacris, non autem superstitiosis incumbendum cogitationibus, atq; actionibus esse. Octaua nulla de causa procul abeundum à Villa. Nona semitas in agris introductas omnimodè remouendas, limitesq; nullo pacto eliminandos. Decima rarò hospitandum. Vndecima Pecuniam in promercalibus non temerè occupandam. Duodecima otium odio habeatur lethaliter, cum ipsum nihil agere beù nimis doceat male agere. Decimatertia in satione semper sperandum. Decimaquarta syderum influxus obseruandos esse; Decimaquinta imbecillas Arbores à valentioribus opprimi non esse sinendum. Seueriores [at M. Cato Leges Rurales promulgauit, atq; sanctiores Dominum soli magis tangentes, quæ sunt 1. Furem in duplo damni condemnandum, in quadruplo fœneratorem. 2. Maledicum auarum, ignauumq; eijciendum. 3. Quæstum pium quammaximè, & stabilissimum, minimèq, inuidiosum esse debere. 4. Circumspicienda continuò esse omnia. 5. Alienam haud temerè contemnendā disciplinam. 6. Vbi Vinea, Hortus irriguus, salictum, oletum, pratum, campus frumentarius, sylua cædua, Arbustum, & Glandaria sylua in iugeribus centum reperiri poterunt, illum Agrum optimum esse. 7. In omni visitatione Villæ, & Agri numina prius colantor, & salutantor. 8. Et toties quoties ad Villam ventum fuerit, opera, resq; omnes secundum præsentem statum examinantor. 9. Operationum fiendarum series seruis indicitor, & iubetor. 10. Quæ comparanda, reficiendauè cognoscentur, in promptu de facto sunto. 11. Patrem familias vendacem, non emacem esse oportere, & ità auctionem facito. 12. Cito plantato, tardè ædificato. Quæ verò leges Catonianæ Villici officium concernentes, tanquam eius, cui absente Domino omnia agri negotia concredita sunt, & qui cauere maximè debet, nè improuidus ab ope-

De re rust. nu. 2. §. auctionem. *Colum. l. 2. de re rust. c. 22.* *Alciat. in L. qui fundū de Verb. signif.* *Colum. l. 11 c. 1. de re rust.* *Seneca ep. 114.* *Colum. de Arb. c. 18.* *Cato de re rust. in pri. Et c. 1. seq.* *Id. Cat. n. 5.* *Colum. l. 11*

re vincatur, huc ſunt de verbo ad verbum tranſlatæ. Primo igitur *Villicus Diſciplina bona vtatur. 2. Feriæ ſeruentur. 3. Alieno manum abſtineat. 4. Sua ſeruet diligenter. 5. Litibus familia ſuperſedeat. 6. Si quis quid deliquerit pro noxa bono modo vindicet. 7. Familia malè nè ſit, nè algeat, nè eſuriat, opera benè exerceat, facilius malo, & alieno prohibebit. 8. Villicus ſi nollet malefacere non faciet. 8. Si paſſus erit Dominus, impunè no ſinat eſſe. 10. Pro beneficio gratiam referat, vt alijs rectè facere libeat. 11. Villicus nè ſit ambulator, ſobrius ſiet ſemper. 12. Ad cœnam nè quò eat. 13. Familiam exerceat: cõſideret qua Dominus imperauerit, fiant. 14. Nè plus cenſeat ſapere ſe, quam Dominum. 15. Amicos Domini eos habeat ſibi amicos. 16. Cui iuſſus ſiet, auſcultet. 17. Rem diuinam niſi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat. 18. Iniuſſu Domini credat nemini. 19. Quod Dominus crediderit, exigat. 20. Satui ſemen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini. 21. Duas, aut tres familias habeat, vndè vtenda roget, & quibus det, præterea nemini. 22. Rationem cum Domino crebrò putet. 23. Operarium Mercenarium, politorem diutius eundem ne habeat die. 24. Nè quid emiſſe velit inſciente Domino, neù quid Dominum celauiſſe velit. 25. Paraſitum nè quem habeat. 26. Haruſpicem, augurem, hariolum, Chaldaum nè quem conſuluiſſe velit. 27. Segetem nè defrudet, nam id infelix eſt. 28. Opus ruſticum omne curet, vti ſciat facere, & id faciat ſæpè, dum nè laſſus fiat. 29. Si fecerit, ſcibit in mente familia quid ſiet, & illi animo æquiore facient. 30. Si hoc faciet minus libebit ambulare, & valebit rectius, & dormibit libentius. 31. Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat, prius villam videat clauſam vti ſiet, & vti ſuo quiſque loco cubet, & vti iumenta pabulum habeant. 32. Boues maxima diligentia curatos habeto. 33. Bubulcis obſequitor partim, quo libentius boues curent. 34. Aratra, vomereſque facito vti bonos habeat. 35. Terram carioſam caueto ne ares, nè vè ploſtrum, nè vè pecus impellas; ſi ità non caueris quò impuleris, triennij fructum amittes. 36. Pecori, & bubus diligenter ſubſternatur, vngulæ curentur. 37. Scabiem pecori, & iumentis caueto, id ex fame, et ſì impluit, fieri ſolet. 38. Opera omnia maturè conſicias face, nam res ruſtica ſic eſt, ſi vnam rem ſerò feceris, omnia opera ſerò facies. 39. Stramenta ſi deerint, frondem iligneam legito, eam ſubſternito ouibus, bubuſque. 40. Sterquilinium magnum ſtude vt habeas; ſtercus ſedulò conſerua, cum exportabis purgato, & comminuito; per autumnum euehito. 41. Circum oleas autumnitate ablaqueato, & ſtercus addito, frondem populneam, vlmeam, querneam cadito, per tempus eam condito, non per aridam, pabulum ouibus. 42. Item fœnum, cordum, ſicilimenta de prato, ea arida condito. 43. Poſt imbrem autumni rapinam, pabulum, lupinumque ſerito. 44. Per tres menſes poſt vindemiam familia lorum bibat, ſingulique familia integro anno non pluſquam quadrantalia decem vini prætendant bibere. 45. Eâ vxore contentus eſto, quam ei dederit Dominus. 46. Dijs pro copia ſupplicet. 47. Pullos, & Gallinas alat multas. 48. Poma, malaque omnis generis, tam humida, quam ſicca varijs ſeruet in hyemem modis. 49. Propagatio Pomorum aliarumque arborum; ab arbore abs terra pulli, qui naſcentur eos in terram de primito, extollitoque primorem partem, vtì radicem capiat, indè biennio poſt effodito, ſeritoque. 50. Qua diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualos pertuſos propagari oportet, & cum ijs in ſcrobem deferri.* Villicus in ſumma, quemadmodum Conſtantinus ex Florentino Græco Geoponico adnotauit, exemplum eſſe debet omnium in agro degentium, & ad illum, & illius vitam, & mores reſpicientes, reuereantur magis, quam pertimeſcant, illumque habere conuenit ephemeridem, communem agendorum in agro ſententiam iuxtà peritos continentem exactè compoſitam, & ſeriatim exponentem quidquid in ſingulis menſibus, atque diebus fieri ab agricolis expediat, & omnibus exactè prouidebit, & Pomarijs licet propè domum conſtituendis & ad exorſus æquinoctiales, vbi optimè habebunt. Studeatq; præ omnibus Herus, vt telluris ornamenta reſpondeant moribus comptis ad normam infraſcriptarum conſtitutionum.

Cordum, ideſt Serotinum: ſicilimẽta vulgò *guatumi* Rapina eſt locus rapis conſitus.

Id. Cato num. 57.

Quadrantal eſt menſura vnius vaſis pedis quadrati cõtinentiæ.

Id. Cato nu. 143.

Id. Cato nu. 51. 52. & 133. 142. 143.

Aula .i. olla, vas figulinum.

Conſtant. Caſ. de Agric. l. 2. c. 42. & 43.
Varro l. 1. cap. 28. & ſequ.

Palladius l. 1. tit. 34.
Varro de re ruſt. lib. 1. c. 12.

A

LEGES HORTENSES,
Siuè Pomariorum Statuta pro Armonia Delitiarum Animi, & Corporis.

QVantum referat ad beatè (quantum fieri poteſt in hac lacrymarum valle) viuendum, mentem ſolicitudinibus eripere, quantum Animi pathemata moderari, nos vel ipſa noſtra docet natura, quæ deploranda perturbationum illius ſigna deſcribit exterius in corpore, quod eidem quaſi compati videtur; vt illius ex aduerſo compoſitionem oſtendit, per quam compoſitè (niſi quid extrinſecum obſtet) ſe ſe habens & ipſa. Quapropter apud Stobæum doctiſſimè: *Non vita per ſe iucunda eſt, ſed expectorare curas ex animo, caniciem inducentes.* Animo nanquè pacato libentius Religio colitur, & conſequenter hilarius Deo ſeruitur, iuxtà ſacrum præceptum *ſeruite Domino in lætitia, introite in conſpectu eius in exultatione.* Sapientium idcircò Virorum plerique tranquillitatem hanc mentis promouendam ſuſceperunt, ac conſeruandam, tot honeſtæ voluptatis genera non tantum oſtendentes, proprio ſed exemplo ſequenda proponentes. Alijs ad fugiendas anxietates innocenter alia placuerunt; at quamplurimi finem collimantes ad eundem, rure beato delectati ſunt. Nam nonnè beatos, nonnè viuit aureos verè dies, qui rure viuit? Viuendi ſanè pater eſt ager hominibus, & ſolus nouit abſcondere paupertatem. Vrbs autem è contrà plane theatrum infelicitate palam ſcatens. Hac de re Lyricus in epodo quo nil niſi præclara vitæ ruſticæ præconia tractat, exclamabat.

Stob. ſer. 3. B *Pſal. 99.* *Horat. l. 1. epiſt. 10.* *Stob. ferm. 54.* *Li. 4. epo. 2.*

> *Beatus ille, qui procul negotijs*
> *(Vt priſca gens mortalium,)*
> *Paterna rura bobus exercet ſuis,*
> *Solutus omni fænore:*
> *Nec excitatur claſſico miles truci,* C
> *Nec horret iratum mare:*
> *Forumquè vitat, & ſuperba ciuium*
> *Potentiorum limina.*

Prætereà, pauper es? Rure degas, & illuc te quantumuis anguſta ſors alet. Impios odiſti mores? Rura petas, & inibi cum Arboribus quoquè Pietatem florere comperies. Illi, qui nihil mali cogitat, ſatis ampla poſſeſſio campus eſt, quia benè cultus, optimè nutriens. Vrbana voluptas, & æmulatio vulgi deſiderabilis quidem videtur, at fallax eſt. Fructibus, quos rure colligis, te Flaccus erudit, quod

Stob. ferm. 56. *Li. 1. epiſt. 12.*

> *Si rectè frueris, non eſt vt copia maior*
> *Ab Ioue donari poſſit.*

Sed ruris laudes è re nata ſat innuiſſe ſufficiat; illas enim ex profeſſo proſequi non propoſui, nec quæ maximæ ſunt, paucis poſſunt verbis includi. Quoniam interim ex Lucretio *— nil dulcius eſt, benè quam munita tenere* *Singula* doctrina ſapientum.

D Percurrere non pigeat paucas has benè rure degendi leges, quas verè ſapienti dictatas genio, politicæ ſimul, & innocentis vitæ munimenta, ac monimenta, legere eſt poſtibus horti licet vrbani D. Aſtorgij Paſelli Patritij Bononienſis inſcriptas.

Lib. 2.

> *Quiſquis vel Hoſpes, vel Amicus Amicum viſeris,*
> *Atquè in exiles hoſcè incideris hortulos,*
> *Paucalas haſcè lubens, ſeruato leges.*
> *Curas amariores, & quicquid voluptatem corrumpere valeat*
> *extrà limitem deponito.*
> *Paucos Amicos, lepidoſquè paruos in hortos adducito.*
> *Seruorum, atquè affeclarum greges emanento.*
> *Canes abiguntor.*

Vltrà primum, citrà supremum solem ne adito.
Si adiueris, nè maneto.
Nisi oculis, nec hilum libato.
Ore imperato.
Cuncta sic pro rerum copia, vel inopia liberaliter tribuuntor tibi,
Sed res nexui attributas, vel etiam pensiles,
Quæ horti consituram disponunt, nè poscito.
Custos asportari ne permittito.
Acerbos fructus, fœtis exceptis mulieribus, ne optare quidem fas esto.
Si aquis forte erumpentibus, aut alia ratione madueris,
neque qui, nequè quarè quærens, amicus abito.

E

Sic interdum in Vrbe quoque, sed rarò felicia ruris otia si quærantur, inueniuntur, possidentur. Has alias sanctiones rustico-politicas Villæ, & Hortorum in Communi Granaroli spectantium olim ad Illustrissimum Equitem Commendatarium Dominum Constantium de Vizanis eiusdem Patriæ Senatorem, superioribus elegantia nihil dissimiles, & ne quid minus Animi quietem spectantes, eodem iure, quo primò latæ sunt, eodem penitus hic referre liceat.

F

Quisquis es huius ruris incola, & accola, siuè aduena fueris,
siuè indigena, siuè hospes, siuè colonus, mandata hac perlege;
vbi perlegeris, perfice.
In primis Deum propitiato; honestum colito; Virtute lætator,
aduersa nè timeto; secundis nè tumeto.
In cæteris latus, ludibundusquè Genio indulgeto.
Ciuiles, & mordaces curas procul hinc pellito.
Tranquillè, & sinè molestia vitam transigito.
Iram, dolorem, iurgia, rixas, mœrores, tristitiamque fugito.
Amicos quoscunquè aduenientes placidè recipito.
Neminem lædito.
Iocis, nugis, lusibus, deambulatione, choreis, modulatione, cantilenis,
plausu, festiuitate, garrulitate, hilaritate, voluptate,
geniali libertate, dulciquè sodalium alloquio;
sed antè omnia librorum placida lectione
Animum permulceto.
Ioci casti sunto.
Omnis turpitudo, omnis obscœnitas abesto.
Aleas abigito.
Pila, trochus, nuces, abaculi, alueolus, latrunculi, ad otium temporis
oblectandum permittuntor.
Cursu, saltu, vecte, disco, lucta, venatu, aucupio, & mechanicis
interdum fabricationibus, torporem, segnitiemque
corporis euitato.
Comis, verax, liberalis, gratus, affabilis, lepidus,
elegans, iustus, & pius esto.

G

Nebulones, blaterones, susurrones, cachinnones, ardeliones, popinones,
heluones, lurcones, cantillones, bibones, comedones, ganeones,
lenones, scurræ, scorta, parasiti, præstigiatores,
& impostores, furcillis, flagris, & contis detruduntor.
Hirundines Pythagoricas familiares nè habeto.
Serui videntes, audientes, taciti, obedientes, seduli, impigri, fidi
mandata exequuntor.
Opportunè cuncta, & eleganter; sine luxu tamen,
& pompa paranto.
Ingenuorum ludicris, aut serijs rebus ne
se commiscento.
Dapes, & epulas, frugi, & ciuili sumptu, ad vitam tuendam,
non ad mortem ciendam apponunto.

H

Pocu-

A *Pocula, quæ sitim pellant, non quæ conuiuas obruant, propinanto.*
Qualiscunquè sis, nihil imprudens, vel impudens agito:
In omnibus finem cogitato.

SANCTIO.

Si quis aduersus hæc præcepta, & iura ierit, fecerituè ignauia, inertia, mollitiei, impudicitia, immodestia, morositatis, importunitatis, rusticitatis, nequitia, insociabilitatis, reus esto;
& omnes omnium muscarum, culicum, vesparum, asilorum, crabronumquè aculeos infensos, & vltores habeto.
Hæ leges promulgata, lataquè fuerunt sexto Idus Quintilis Anno Domini CIↃ. IↃ. XCII.
B *Quod felix, faustumq. sit omnibus Granarolicolis.*

Has eodem subsequi pacto non credam nefas, quandoquidem tam illarum, quàm istarum lator, ob elegantem præceptorum moralitatem, Cato seculi fuisse non inappositè dicendus esset. Et hæ ferè statim extrà portam, cuius viam Diuo Stephano Bononienses nostri nuncuparunt, & est ea, quà Florentiam itur, ad Hortos, atquè Palatium DD. de Roscijs. Ciuitatis huiuscè Patritiorum inscriptæ leguntur, & scilicet supra Portam exteriorem vulgò dictam *il Portone* his existentibus

RVRIS, ET VRBIS GENIO.

Intus autem

Hanc Villulam, qui animi, aut valetudinis causa inuiserint, ne locus, quia cultus est, deseratur, hasce obseruanto leges.
Deum Opt. Max. ac Deiparam Virginem primum veneranto.
Hæc verna, æstiuaquè Porticus bono genio, gratys, hilaritatiquè dicata esto.
C *Scorta, Scurræ, Parasiti, Præstigiatores, & einscemodi impurum, ac profanum hominum genus procul arcentor.*
Seruorum greges non modò à Pomarijs, sed procul ab vtroque pomœrio excluduntor.
Cæteri qualibet, qualibet lustranto.
Quos ruris Dominus hilaritatis sodalitium erga conuiuas inuitarit.
Curæ, mœrores, tristitia in Vrbe remanento,
voluptas, iocus, & genialis libertas, comitantor.
Mensa eleganter, ac splendidè sinè luxu, ac pompâ, aprico, opacouè loco, pro anni tempore parantor.
In discubitu ætatis honos esto.
Dapes, & epulæ frugi, & ciuili sumptu, ad vitam viuendam, non ad mortem maturandam apponantor.
D *Pocula, quæ sitim pellant, non quæ conuiuas obruant, potantor.*
Interim auium concentu, & aquarum murmure oblectantor.
Remotis mensis, suo cuique genio paulò liberius vti fas esto.
Si qua benè poti licentius dixerint, fecerintuè, ea indicta, infectauè sunto
Scrupulis, latrunculis, aleâ, vt lubet animum oblectantor,
Ira, Dolor, Iurgia, Rixa procul absunto.
Vnusquisq; liberè canito, saltato, psallito, hilaritatis signum ne quod prætermittito.
Abeuntibus pro anni tempore, pro rerum copiâ, & inopiâ, flores, frondes,

ramusculos, poma, olera viritim villicus distribuito. E

Hisce peractis Deo item Opt. Max. ac Deiparæ Virgini gratias agunto,
In Vrbem læti, ludibundiquè redeunto,
Si quis contrà has leges, ierit, fecerit, dixerit, senseritue,
huic & Genius, genialesquè Dij auersi perpetuò sunto.

Reliquæ apud Sanctum Victorem de Barbiano in Collibus Suburbanis Bononiæ, in Ædibus Reuerendiss. Canonicorum Regulæ S. Ioannis in Monte Bononiæ visuntur, in cubiculo scilicet, vbi Bartolus ille Iurisconsultorum Summus sedulam legibus interpretandis operam nauabat. Ijs, siuè Leges Morales sint, siuè simplices admonitiones, absque dubio docemur ad maiorem mentis tranquillitatem possidendam, curis sepositis Rus concedere, quod tanquam portus tutissimus ab impacato ciuilis contentionis Ægæo nos excipiet.

Hospes, Viator, Domesticus, Amicus, quisquis es, si placet tibi locus,
qui placuit multis, magnisquè Viris, immò tibi maximè
placeat, quia summis placuit.
Vnum pro cunctis intelligito, si Bartolum nosti Iuris lucernam. F
Hic, iudice in interpretem commutato, numina loci colebat,
scripta compilabat.
Lato sedili molestum tribunal vitabat Bartolus ipse
Iurisconsultorum Doctor.
Hic tu disce vti rure, foro posthabito, magisque, & pluribus
in otio prodesse, quàm in negotio.
Sapiens vbique agit quod plurimos iuuet,
Si mansurus, loci amœnitate fruitor.
Sin abiturus, adem iucundus venerator, atque inter præclara,
quæ videris hoc reponito.

At longè breuioribus hortensia præcepta his includuntur notis, supra portam Horti Reuerend. PP. Carmelitarum Bonon. exaratis, nimirum

Lassaris studio? recreare in horto.
Vagari, colloqui statis horis licet. G
Libare, auferre nunquam lex est Hortorum.
Ingredere.

Verùm si extrà Ciuitatis nostræ iura, hortensia velimus scrutari præcepta, vna pro cunctis ea sufficiat epigraphe ad suburbanum Antuerpiæ hortum, qui dudum possidebatur à Laurentio Beyerlinck Archipresbytero Antuerpiano, & ab eodem relata in Magno Theatro Vitæ humanæ Tomo 4. vbi de Hortis agit; & sic se habet.

Introeunti hortus edico.
Hospes, qui suburbanum hoc inspecturus venis,
Ne ex grato ingratus fias, hæc iussa audito.
Quocunquè, & passim ambulato,
Vbicunquè & passim quiescito.
Floresq́, fruticesq́, audax lustrato,
Oculisq́, naribusq́, libato,
Manus ne inferto,
Rixosus, harpax, serius, gerro, heluo H
Curas, vel Vrbis proxima fastum tenens
Limine abstineto.
Voluptatis hic locus est,
Quietis hic locus est,
Hanc, & illam sectarier herus iubet,
Dein saluum te abire.
Secus si vis, aut facis,
Tu Flora, tuq́, hortorum præses Deus
Vindicato.

Et quoniam in eodem Viridario legi nonnulla contigit, quæ vtilitatem ab hortorum vsu perceptam concernunt, hic ea recensere non displicet. Hæc itaque sunt ante fores;

Mode-

A *Modesta Voluptati, non Vanitati: Quieti non Torpori,*

Et in ipso horto tres istæ strophæ pereruditæ:

Quem iuuat curis Animum molestis
Soluere, & diri rabiosa vulgi
Iurgia euitant releuare mœstis
Pectora curis.
Hic salutares subeat recessus
Ver vbi æternum, rutiliquè flores,
Et maris ros est, & Apollinaris
Germina Lauri.
Hic datur gratâ residere in vmbrâ,
Otium fessis datur hic Camœnis,
Et nouum curis simul expeditis
Promere carmen.

Aliæ quamplurimæ remanerent istiusmodi Legales Ruris, & Hortorum inscriptio-B nes. Quemadmodum eruditissimæ illæ Laurentij Scholtzij Medici Vratislauiensis editæ Anno Domini 1594. quæ cum numerum impleant 72. totidem interpretes exquirerent. Vnam tantum de nostro Vlysse Aldrouando mentionem gloriosam in Poematio de eiusdem Scholtzij Horto ad Æternitatem inscriptam hîc transcribemus.

— Quià enim attrahit ad se
Ille æui nostri miraclum, & totius orbis
Naturæ orbiculus, & paruus Mundus VLYSSES.
Sic illos adeò titulos, & Gloriam Vlyssis
Iste omnem noster, cum nomine transtulit in se,
Certauit quin, Mundi istum totius orbem,
Præpete curriculo ingenij, & peragrare, sciendo,
Atquè ô si iam idem eesset pati, & istud Vlyssis:
Atquè has, nescio quas, iusto sat tempore functas
Tandem aliquando moras, & longa silentia rumpat.
C *Otia amet: totiesquè hoc natura orbe peracto:*
Iam nobis deinceps sua damna, obitosquè labores
Et mare transmissum, & superatum Pelium, & Ossan;
Collectasquè nouas merces: & magna reperta:
Atq; nouum prorsus Mundum suum: & improba lucra:
Iste redux seclis dignetur prodere Vlysses:
Et nostras implere suis rumoribus aures:
Sequè suis optet, nosque oblectare tabellis.
Certè illi nec longum aberit suus alter Homerus,
Et quorum vota ipse, & spes expleuerit amplas:
Illi etiam, neque Virtuti sua præmia deerunt.
Idquè magis propera mea FELSINA, &c.

Omittuntur ergò reliquæ omnes eiusmodi Leges, nec inconsultò, quià si verbis ab allatis aliqualiter discrepant, sensu planè cum eisdem conueniunt; & si quę vigeret aliquas illarum obseruandi, percurrendiq; cupido, prudentem non pigeat Lectorem inuisere D & Theatrum Vitæ Humanæ prædicti Beyerlinck, tam loco citato de Hortis, quàm etiam titulo de Inscriptionibus §. *Hortorum*, & secum Abbatem Anhusanum libro 1. sui Hortensij, capite 16. Neotericos vtrumquè, & disertissimos Authores. Sedulus, & indefessus sartor, & sator, occator, institor rusticarum, immò amœnissimarum legum obseruantissimus omnium erit, cui quoq; paucula, quæ subiungimus culturæ præcepta cordi perpetuò insidebunt.

CVI-

CVLTVRA.

Sodiad. Columella de Arb. l.c. 18. Ouid. metam. l.4. Id. Colum. c.19.

QVi propria cuſtodit accuratius alienis alios abſtinere docet apertiſſimè. Pomaria foſſas aggereſque inter, atq; macerias Atlantico exemplo conſtituenda

Solidis Pomaria clauſerat Atlas
Montibus, &c.

Intacta volunt proſpici; Fructuum quidem furtum ſemel eſt damnoſum, ſed Arboreorum membrorum vulnera iacturam lethalem important, *nam cacumina manu perfracta, aut à pecore prœroſa in perpetuum corrumpuntur*. Pro diſponendis igitur, colendiſque Pomarijs diligẽs Pomicola ſcrobes in fundo ſemper latiores antè annum fodere debet, ad hoc vt terra ſole, pluuiaque maceretur, radiceſque citius, & tutius comprehendat plantarum præcipuè ſeniorum, quæ tricenum pedum diſtanter collocari debent proximiores, nè ramoſæ ſemidiametri interſecentur inuicem, alteraque alteram lædat, & vt id ſuccedat ex voto non eſt ſpernendus antiquus plantæ plantatæ poſitus ergà cœli plagas, vt perbellè inſinuauit Virgilius, *quin etiam cœli regionem in cortice ſignant*. Satius tamen erit Plantas pomoſi ſeminarij primo ſatas in loco apertiſſimo terræ lætiſſimæ per duos ſolũ ante menſes effoſſæ, & ſtramentis incenſis excoctæ ad ſufficientẽ craſſitiem excretas inſerere, nam poſt inſitionem tranſplantata planta ſemper erit fructuoſior, iuxtà doctrinam Geoponicam; *Arbor inſita fructuoſior eſt, quam quæ inſita non eſt .i. quam quæ cum ramis, aut plantis ponitur*. Omnis quidem inſitio bona cenſebitur, ſed optima illa erit, quæ in ſymbolis exercetur Arboribus, vtpotè facilior, atq; felicior cæteris quibuſcunquè: veriſſimum namq; reperitur, quod *non omne genus ſurculorum in omnem inſeri poteſt arborem*. Pomorum inſitionem Cato tempore veris, & per ſolſtitiales dies 50. circaq; vindemiam fieri poſſe docebat; ſi tamen Inſitoris manus valdè doctæ, atq; exercitatæ in hoc opere, immò fortunatæ comperiantur, vt huic facilis, & tuta emergat ipſa viuax binæ naturæ vnio, iuxtà illud elegantiſſimum Poctæ in hoc veridici dictum,

Id. Colum. c.20. Virg. Georg. lib. 2. Cato de re ruſt. nu.46. Id. Colum. c. 20. Id. Colum. de Arb. cap. 26. & 27. Num. 41. & 51. Lib. 1. eleg.

Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites
Ruſticus, & facili grandia poma manu.

Lib.5.c.10. Plin. l. 15. c.16. Conrh. Heresb. de re ruſt. l. 2. De re ruſt. l.1.c.59.

Laudatiſſima porrò poma inſerenda ex Columella ſunt Scandiana, Matiana, Orbiculata, Sextiana, Peluſiana, Amerina, &c. quæ omnia voluptatem, cum ſalubritate non modicam Domino afferre ſemper valuerunt. Ipſa verò completa poma non niſi poſt Aequinoctium autumnale, & non ante Lunam decimamquintam, nec ſub primam diei horam patiuntur colligi, quæ ſuam nigrore ſeminis maturitatem fateri debent; & quæ caduca erunt ſeparanda omninò ſunt ab ijs, quæ leniter ſint decerpta, eaq; in tabulatis, & cellarijs ſiccis ſuper ſtramina immunia ab aere, alterationis cuiuſuis expertia ſeruãda venient. M. Varro à putredine vindicandorum pomorum regulam huiuſmodi promulgauit, dicens, *Hæc omnia in loco arido, & frigido ſuprà paleas poſita ſeruari rectè putant; & ideò Oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem vt feneſtras habeant, atq; vt ea perflentur curant*. Aliqua tamen poma ſunt, quæ in Arena arida melius conſeruabuntur, alia felicius intrà liquores, vel dulces, vel acres, quæ faciem non immutabunt, ſed benè ſaporem varium concipient; itaut quæ in aere ſuſpenſa manebunt rugoſa fient, & decolora, licet guſtum minus immutatura ſint. Columella inſuper ipſe Poma ſeruanda, operoſius dicas, an felicius, folijs illigabat ficulneis, ea deindè figulari creta cũ amurca ſubacta illinebat, & cooperiebat, atque ſiccata reponebat in tabulato, vel etiam Gypſo concludebat, quæ tamen in amplis capſis ſimpliciſſimè, nè ſe tamen comprimant, ſed ſcobè multà abiegnà interpoſità, fagineum, vel tiliaceum ſuper tabulatum frigidum collocabuntur, pulcherrima diù permanebunt, & velut in Arbore nata videbuntur, itaut picata Palladij vaſa Pomorum conſeruatiua libenter cedere debeant ligneis magnis conceptaculis prædictis naturæ pomorum magis proximis, atque ſimilibus. Super omnia tandem conferunt ad conſeruationem fructuum hæ conditiones, tempus ſcilicet opportunum collectionis illorum, nulla contuſio, nullaque ab aere humente paſſio. Quibus optimæ conſtitutioni pomorum accedentibus integra fructuum illorum ſanitas proprium ſtatum odoris, coloris, atque ſaporis mirificè conſeruabit, atque perficiet. Itaut alimonia, & ſanitas per hæc quoque Poma in Homines feliciter inuehi poſſint.

Lib. 12. de re ruſt.c.45. Palladius in Februar. tit. 25. Conſtant. Caſ. l.10.c. 21. ex Apuleio.

AL-

A

ALIMENTA.

Spermophagi non procul à Meroe Nili maximi fluminis Insulâ habitantes, è Pomis solis victum dum sibi quærunt à primæuo more mortalium desciscere minimè videntur, nec ab hisce multum diuersos ostendunt se Medi Septentrionales, sic & Argiui antiqui, vt Ælianus testatur, qui solis pomis victitabant. Quem fructuosum victum Sapientiæ amicissimum ita carum habebant, & in delicijs Gymnosophistæ, vt ab eo sapientiam nutriri plusquam corpora crederent. Credibile tamen est, non paucos ex fructibus coquere ad meliorem gustum, vel ad sanitatis conseruationem consueuisse populos supradictos, nam, vt sapienter cecinit eruditus ille

Strabo Geogr. lib. 12.
Al-ab. Al. D. G. lib. 4. cap. 17.

Cruda nocent stomacho, prosunt matura tenello
Et calido indulge tutius ista tuo.

Harchius.

Hinc tutissimum illud Arnaldi præceptum duxit originem, quòd scilicet dulce, & B odoratum Pomum assatum, vel in vino coctum, & vbi refrixerit saccaro albissimo conditum, corpus refocillat, suauitate replet, ipsumquè ab excrementis liberat; idemquè ferè operari videntur Poma de genere odoriferorum hyeme maturescentia, quæ stomachum confortant, appetentiam excitant, calores internos nimios, & feruores morbosos remittunt, vomitum arcent; secus verò est de Pomis præcocibus, quæ in vere maturant, nam pomorum natura propriè est autumnalis; & absque delectu neruis inimica & ventribus, facilèquè corruptibilis. Poma in vniuersum, vel sunt austera, vel acida, vel dulcia, vel mixta, vt acidodulcia, acidoacerba, & styptica, vel parum, vel cuidenter, idest subdulcia, &c. Acidis, inest frigiditas cum tenuitate partium; Dulcibus temperies, cum aliquali tamen caliditate; Adstringentibus autem frigiditas cum siccitate terrestri. Acida requirit ventriculus, dum succo præter naturam crasso, non magnoperè tamen frigido, scatet. Austera sunt adhibenda in calidâ ventriculi eiusdem intéperie, atque humidiori cum imbecillitate; Acerbis tunc opus est, dum in summo versatur æstu ventriculus, magnâquè imbecillitate, cui adiungatur humor. Dulcia verò Mala comesta celeriter descendunt, atque distribuuntur; Insipida, & aquea simpliciter refrigerant, & minimè sunt roboratiua, nec laxantia. Supradicta tamen omnia C in casibus etiam antenotatis nisi matura sint, naturæ semper erunt infensa, quia succi prauitatem continent, vtpotè quæ alterationis proficuæ operationem exercere minimè valent ob natiuam suam imperfectionem; ideòquè contrario à sensu prosperè agentia cognoscentur matura Poma, quæ bonitatem suæ speciei reduplicabunt alimentosam eo magis proficuam futuram, si cum pane comedantur, itaut duplici dulcedine, odorata cum crassitie, & consistentia proportionatis, & corpori conferent, animoquè, de quibus dici potest *Exhilarant animos pradulcia, odoraquè mala.*

Arn. villa nou. de salubri esu fructuum.
Gabr. Alph. Herr. l. 3. c. 31. Agric.
Galenus l. 2 de Aliment facult.
Pisanellus de nat. cib.
Cast. durantes.

Quorum quæ dulcedine præualent quemadmodum orbiculata, præcocia, melimela in primis expeti debent mensis, quià non sinunt torpescere Piloron; verum his hyeme potius vtendum est, quàm æstiuos inter calores, propter bilis generationem, quo rempore acidiora magis, grata non solum, sed accommoda temperiei stomachi in vsum ducenda sunt, immò, & aquea, idest humidiora, non sine tamen aliquâ fragrantiâ, quæ tollunt inflammationes, stomacho nauseanti succurrunt, & appetentiam inducunt. Vinum quin immò è Pomis domesticis, maturis, & dulcibus factitium tam prælo, & trusatilibus molis primum, quàm ex fracibus, ac recrementis in aquâ maceratis secundarium, tanquam Pomea Lora pro restinguendâ egregiè siti in rusticis non solùm, sed in delicatioribus viris adhiberi commodissimè potest, vtpotè quod Alimoniam solidiorum quoquè ciborum augere aptum natum deprehendatur, cum è radice ipsâ naturaliter fuerit fortitum referri ad carnem, nec nimis fugacem, vt est vuarum caro, nec ità densam, vt acrodryorum fructuum castanearum verbi gratia. Sed si quis vellet artificiosis ferculis, & compositioribus gratiam sapidissimi gustus conferre concinnari posset Acetum, & Agresta syluestribus quoquè ex Pomis, ex quibus etiam Pomis Gallorum populi Picardiæ potionem quandam vicariam vini dictam *Picheta* vtilissimè componere nouerunt. Idem Normandi faciunt, & vinum è pomis gratissimum gustui parant ab eis vocatum *Cidre*, hoc est pomaceum, quo etiam inebriantur.

D

Platina de Hon. volup. & val. l. 2.
Plin. l. 14. c. 16.
Conrh. Her. Agric. l. 2.
Alph. herr. agricult. l. 3 cap. 31.
Carol. Stedph. ag. l. 3. c. 29.
Strobelberg in Gall. politicom. f. 51.

VSVS

E

VSVS IN MEDICINA.

Lucan. l. 4. bell. ciu.

PVlchra, colorata, matura, fragrantiaquè Poma iam iam caſura in manus Medicas venientia docent, rogant blandè carpi, noſtraſquè verti non modicas, neque paruas in vtilitates.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat.

Exclamant muſæ. Atalantæi curſus illa non appetunt pericula

Dulcia iam ramis paſſim melimela paternis
Ecce cadunt, matura rogant quæ pollice carpi.

Ios. Milius de Hort. cul turâ l. 3.

Fugacia haud timenda ſunt hæc bona Mala, nam & ſuauitate fragrant hyeme cuſtodita, inflammationes internas tollere apta; mirèquè gratificantur ſtomacho, diù quoque ſeruata, remquè valdè ſuauem faciunt, acuendi ſcilicet appetentiam. Mellea ſunt Mala, mille malorum Phalanges expugnantia, omnia Pomorum dulcium genera, & non ea tantum quæ Athenis olim ſtrictò modo Melimela dicebantur, in ſylueſtrem ſcilicet inſita pyrum, vel cotoneum ex Diophane; ſed ea, quæ liquorem fundere poſſunt melle, vel ſaccharo condiendum, & coquendum, vt in penu diutius aſſeruetur Medico, ad leuandum ſuauiſſimè è penis ægrorum corpora: Plurimi in vſu Medico facienda ſunt Poma, quià omnis cita, tuta, & iucunda Medicamentorum quorumuis operatio opem à Pomis imploraſſe videtur, vt ad eadem recurrere Poma calamitoſiſſimis in morbis cogatur quodammodò Medica Facultas. Pomum Calimanum exempli gratia tempore peſtis, ſolo ſui corticis odoro ſuffimento prauos, lethiferoſquè peſtis halitus corrigit; idem Pomum exenteratum, thure puriori infarctum, coctum, & manſum periculoſiſſima Pleuriticorum Apoſtemata, à deſperationis profundo in Hygeiæ portum ſanationis ſcilicet tutæ produxit. Ophthalmici cæcitatis doloriſicæ in tenebris iamiam verſantes Pomorum roſeorum, in aquâ roſaceâ, vel etiam lacte coctorum cataplaſmate luminis actualem dulcedinem, & ſolaris viſionis ſuauitatem oculis miſerrimis conciliatam ſæpè ſæpius experti ſunt. Appia item Poma celeberrima ſubſtantifici humoris proprij profuſione in formam Pharmaceutici Syrupi redacti ex Arte quoq; Saboris Medorum Regis diuturnis, & periculoſis ſuccurrunt capitis, & viſcerum præcipuorum infirmitatibus, vt Cephalalgiæ, ſeù dolori capitis, Quartanæ, Oppilationi ſplenis, Maniæ Melancholiæq; ex aduſtione, &c. Succus Pomorum redolentium, quomodocunq; hauſtus non ſinit elangueſcere, atq; concidere tunicas ventriculi, atq; inteſtinorum, nec eaſdem lædi permittit ab acribus humoribus eo per affluxum concurrentibus, à quibus viſcera induci poſſent, nec earundem partium actiones lædi, imminui, atque deprauari patitur. Cuius rei concludentiſſimo pro argumento illud eſſe poteſt, quod Poma contuſa ſimpliciter vlcera ſanant, tanquam efficaciſſimum partis læſæ correctiuum, & defenſiuum, nè eò fluant humores, & tanquam cruditatum ſuperfluarum digeſtiuum, & velut alexipharmacum venenoſarum quarumuis qualitatum tam ab extrinſeco, quàm ab interno prouenientium. Ad elegantiſſimæ vtilitatis trutinam hic reuocatur Pomorum Conditum, quod cor confirmat, ſyncopen, cordis palpitationem ſedat, aliaſquè præſtat medica maximi momenti iuuamina; quòd ſic fit ℞ Poma odora nulla putredinis ſuſpicione vitiata, depellata, intuſquè purgata, quæ in fruſta idonea ſecta in Iulepo longiuſculo coques, & poſtridiè in Iulepo alio propemodum perfectè coctò per coques, & conditum habebis moſco, & ambrâ optimè aromatizandum, & in vaſe vitreo recondendum cum ſuo ſuperindito illi Iulepo; ſiq; hic Poma ex Frangulis Rubris eſſent ea, præterquam quòd ſanis, & ægris vires in vtroque ſtatu integras conſeruarent floridum ſanguini ruborem defendendum mirificè aſſumerent per os aſſumpta prophylacticè.

F

G

H

Ariſt. de Animal. H. l. 1. cap. 15.

Columella. l. 12. c. 45.

Ex Carolo Steph. lib. 3 Agric. c. 9.

Vide Vech. in Antidot. ſpec. l. 2. c. 28.

P. l. 15 c. 14

Ex Meſue In Antid. Bon. nouiſſ. pag. 265. & 270.

Creſc. l. 5. Agric. c. 12.

Gabr. Alph. Herr. lib. 3. cap. 3.

VVech. Antid. ſpec. l. 2 cap. 25.

MORBI

A

MORBI, REMEDIA.

VT vegetæ, sanæquè conseruentur Arbores Pomiferæ, vtquè curari valeant, dum infirmantur, & ægrotant, non parum aliquando est insudandum, & nisi affluenter succedat lympha simul cum bono euentu. idest fortunatis cum diebus, iacta est alea; hinc Geoponici accuratiores precari solebant è cœlo Lympham, vt propria impleret saluberrima vota, post remedium aliquod Arboreum manu tentatum, cuius implorati auxilij elegans habemus in Varrone exemplum. *Necnon etiam precor Lympham, & bonum euentum, quoniam sine aquâ omnis arida, & misera Agricultura sine successu, ac bono euentu frustratio est, non cultura.* Poma nimis frequenter ægrotant, teste Plinio, dum necessarijs temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defuerint, idemquè euenit ab infaustis, & superfluis imbribus, & ventis poma tabescere, vel cadere cogentibus. Sed nè proprio desit officio diligens Dendriater sequentia hæc aduertere, atque curare debet; Primò, vt vmbræ, & compluuia maiorum Arborum, quæ super ipsa poma cadunt remoueantur. Radices item, quæ alimenta pomis suffurantur per 15. ad minus pedes proximè succidantur. A fimo cauendum est indigesto, atq; verminoso; nam Pomosæ Arbores nimis de facili tentantur Elmintho, idest tinea intestinali cuius loco puluis illis applicetur, & subtilissimus viarum collectus, qui terræ farritæ sese insinuans putrilagines corrigere valebit, & verminationes auertet. Quòd si pessima hæc animalcula insecta inter corticem, & lignum Arboris irrepserint, & veluti terrenæ talpæ, ibi vias anfractuosas, & cuniculos excauauerint, ea sunt modis omnibus persequenda, atque mactanda, hisquè signis illa eadem manifestabuntur, hoc est rubore quodam, qualis est ille, qui in arido ligno conspicitur in parte parumper in tumorem eleuata, idcòque Chirurgicè procedendo pars illa tumens secari, seù findi parumper debebit, & per illius foramen intromisso longo specillo vermis occidi, cicatrixq; demum emplastrari debet bubulo fimo, & cerâ viridi impleri. Formicas dein Poma infestantes omni studio oportet enecare. Furcillatos item in Arboribus Pomosis est inuenire ramos, qui in eorum concauo pluuiam aquam dipsaci adinstar retinentes sunt in causâ, vt hæc nimia humiditas per porositates Arboreas penetrans introducat in poma putredinem; quod malũ tolletur terebrâ subtili, quâ meatus est aperiendus aliquis, vt percoletur humiditas illa putredinalis iamiam effecta, cuius dispositiones prauæ introductæ, vt extingnantur fouenda est cicatrix stercore bouillo, terræ simplici probè admisto. Lachrymantibus porrò, & gummosis Fructetis, in quibus indigestus nimium superfluit humor terrestris, qui acrior etiam, quàm par sit effectus ab aliquâ peculiari latente causâ nutritioni parum aptus redditur, diligens, & exquisita expurgatio necessaria est in totâ, & integrâ Arbore, ab radicibus vsque ad summum; quibus terra circumcircà radices ipsas est mutanda, vetere indè exportata, & noua diuersæ conditionis ibi intromissa, caudexquè postmodum, ramiquè Gummate adhuc infecti sunt probè eluendi, & refocillandi mediante affuso aliquo benigno humore, cui analoga virtus aliqua sit adiuncta, quæ per longam insolationem eidem humori communicari poteest. Arbores tandem illæ fructiferæ, quæ ob nimiam fructificationem videntur ad senium properare varijs cohibendæ sunt modis, subtrahendo scilicet illis ex parte copiosius alimentum terra minus pingui radicibus substituta, quas fortè radices, præsertim vltimas, parum resecare præstabit. Quòd si senium verè ingruat, Arborquè decrepitatem præseferat imminentem, inutilem prorsus futuram, tunc ipsa præcipitari debebit, quemadmodum senibus hominibus olim infirmis, Reipublicæ tanquam inutilibus, immò grauosis apud stultam ethnicitatem accidebat, qui è pontibus præcipitabantur

Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Quibus Arboribus ità præcisis, & exterminatis, nisi germina teneriorum radicum in spem successionis domesticæ, ac fructiferæ futuræ alantur; nouæ aliundæ petitæ plantæ illius Pomarij ciuilitate donabuntur. Sed quià morborum tanquam cicatrices superstitionum mala possunt haberi, has quoque narrare, atque depellere sit animus.

Varro lib. 1. de re ru. c. 1.

L. 17. c. 24.

B

Theod. Celidon. Agric. part. 1. c. 9. Galenus l. vlt. meth. med. c. vlt. idest li. 14. c. 19.

Celidõ. agr. p. par. c. 9.

C

D

Polid. Virg. Adag. 111. Ou. l. 5. fast.

SVPER-

E

SVPERSTITIONES.

EX quibuscunque, tametsi vilioribus rebus, aliquid semper posse hominem perdiscere sentiebat celeberrimus ille Philosophus, qui mulierculam quoque aliquid docentem audire, non indignum Philosopho ducebat. Fatuas propterea Veterum superstitiones circa Pomiferas Arbores obiter percurrere non erit infructuosum, cum exinde tanto maior Orthodoxæ nostræ Fidei lux eniteat, quanto vetustatis illius tenebricosiores apparent, & prorsus inanes erant aniles tares. Multiplicatis illi numinibus, veram diuinitatis omnipotentiam inesse credentes, ea mentis cœcitate miseri laborabant, vt discernere nequirent quàm absurda, quàmuè desipiens hæc illorum foret opinio, & quantum abessent à Veritate, quæ non nisi Deitatis in Vnitate consistere potest. Quod autem peius, & longè detestabilius est, Numinibus illis Hortorum tutelam assignabant, quæ alioquin sordida, & impudica non semel confessi fuerant. Pomonam prætermittamus Pomarijs prælatam, quippè quòd de illa non tot commemorantur libidines, ad aliosquè rigorosius damnandos conuertamus sermonem. Veneris in clientelam posuerunt Hortos Antiqui, Malorum dulcedini neminem diuum, præter ipsam prolectibilitatum Deam magis aptè, magisquè propriè præesse posse credentes, vndè in eiusdem Lasciuiarum typi Fano sanè profano penes Sicyonios Venerium simulacrum à Canarcho Sicyone ex auro, & ebore fabrefactum erat conspicere, palum gerens in capite, manuumquè altera Papauer, altera verò Malum tenens. Ridiculum quidem, & vel ipsis nugacioribus vetulis improbatum consilium, huiusmodi numen præposuisse Pomarijs. Quæ cum Venere (si Venerem pro libidine sumebant) Arboribus Pomiferis intercedere poterat amicitia? Quid eisdem iuuaminis impertiri posse Venus erat dicenda, si Arbores istæ ad germinandum puro dilectissimæ matris telluris alimento, quod multiplici radicum ore pede pressim exugunt, siquè summi syderum Principis incorrupto duntaxat iubare contentæ sunt? Nihil prorsus; quin & omne detrimentum potius ab hoc numine Pomarijs obuenturum censendum erat, cum ad ardores vt plurimum noxios, noxietates tantum suscitari videantur. Sed errorem errores subsequi, & absurdis absurdiora succedere iam video. Præter Venerem, Priapum quoquè prætulere Pomarijs, superabundantem Pomiferarum Arborum fructificacionem per ipsum tantummodò seminalis, prolificæquè virtutis Deum habitum dari, seruariquè posse autumantes

F

G

Pomosisquè ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæuâ falce Priapus aues.

Tibullus Eleg. 1.

Quem vt sordidiori teneri tentigine designarent Ægyptij, præter humanam illi faciem attributam, sceptrumq; in dexterâ collocatum, *αἰδοῖα* sibi turpiter sinistra contrectantem figurarunt. Dicent, vt exindè patrandi virtus indigitaretur, quod superfluum fuisse duxerim, cum id satis apertè denotare potuissent Phurnuti penicilli, qui fructibus illum omnigenis, pro sobole procreandâ symbolis manifestis, onustum, falcigerumquè, ad vlterius indicandum ex putatione fructuosiores Arbores reddi, depinxerunt. Eidem prætereà turpissimi Phalagogiæ sacrificij morem soluebant, illiq; Corinthij magnâ cum veneratione in sacello admodum occulto latriæ contulerunt, heù quàm iniustos honores! Turpe sanè, ac vndequaquè detestandum spectaculum, ad destruendam continentiæ curam summè potentissimum! An ignorabant Sapientes alioquin, & in dignoscendis naturæ secretioribus arcanis non parum oculati Veteres illi, quòd in propatulis hortorum impudicas adorarorum huiusmodi numinum exponere statuas, nil aliud erat, quàm continentioribus quoquè illic spatiantibus Lasciuiem suadere? Methodus quidem ad impetrandos cælitus igneos imbres combusturos cum cultoribus Arbores magis opportuna, quàm ad largas saluberrimi roris effusiones obtinendum. Pro Arborum insuper, atque Plantarum fructibus concipiendis, promouendis, & maturandis adeò soliciti, fuere Veteres ijdem, vt secundum eorum ethnicum morem, dijs suis litarent, Auguria sciscitarentur, Vrbemquè lustrarent, & Agros Amburbalibus, & Ambarualibus, Floralibusquè, & Robigalibus, ac cæteris huiusmodi ferijs institutis, Floram, & Robiginem, aliaq; talia numina inuocantes.

Strabo lib. 8. & lib. 12

H

Fla-

A *Flamen in Antiquis Luceum Robiginis ibat*, &c. *Ouid.4.fast.*
Exit & in Maias festum Florale calendas, &c.

Nec apud ignauum vulgus solummodò stultissima inoleuerunt hæc deliramenta, sed quod deplorabile magis est, eisdem pariter vanissimis nugis eruditiores tenebantur. Ipse M. Terentius Varro, vir ille de re Agraria tam benemeritus, suorum temporum moribus acquiescens, sæculique corruptelam dissimulaturus magis, quàm redarguiturus, in principio sui operis de re rustica duodecim aduocat Deos, sex Mares, & sex Fœminas tanquam Agricolarum duces, inter quos Iouem, & Tellurem magnos vocat parentes, quod omnes fructus cœlo, terraquè contineantur, nomineque Veneris addit Vinalia instituta fuisse festa, vti Robigalia, & Floralia suprà memorata pro Robigo auertendarum à segetibus rubiginum Deo, Deaquè Flora placandis, felicem ad Plantarum, & Arborum Floridam germinationem, atque perfectam fructificationem. Festorum quoque solemniorum apud ipsos Antiquos nonnulla fuere, quæ nisi cum malis perfici poterant, cuiusmodi Græcorum Patrensium erant Laphria Festa, in quibus dum sacra peragerent, cum Animalibus ipsis Arborum Pomiferarum fructus Deos B suffumigijs prosecuturi exurebant. Sed quid stultius, quiduè dementius? Non vnà cum Animalibus tantum poma sacrificarunt, sed ipsa quatuor fragilibus paleis crurum vice suffulta, deficientibus holocaustis, pro primo sacrificij subiecto nonnunquam habuerunt. Bœotiæ Populi ad Atticam habitantes moris huius sacrificandi fuere inuentores, cum Herculi litandum esset, qui propterea & μήλων cognominatur, & sæpissimè tribus malis in læuâ collocatis effigiabatur; Mala enim omnia in genere Dijs suis gratissima Ethnici existimabant, ea ducti superstitione, quod malis etiam apud ipsos certaretur: quod tamen tolerabile fuisset, si mala optimas Virtutes, & minimè pessima Vitia designassent, & nisi Mala, seu Poma pro cordibus Hominum, quorum figuram quodammodò præseferunt, acciperentur, quo sensu corda, votaquè Hominum ad superos esse dirigenda, demonstrant, pro quo indicando, natura ipsa voluit Poma in genere virtute cordis restauratiua, & corroboratiua insignire. Sed nè superfint abolendæ superstitiones fabulis dabimus modò locum, quæ lepidis suis festiuitatibus, ad moralitatem quoque traductis, haud mediocria bona literarum studiosis dispertiri vaC lebunt.

Lib.1.c.1. — *Pausan.in Achaicis.* — *Poll.l.1.c.1 sect. 27.* — *Pier.Valer. Hierog.l.54* — *Meurs.Gr. Fr.pag.139*

FABVLÆ CVM SVIS Moralitatibus.

Post ferè exactam Pomorum in genere tractationem, ad fabulas eadem respicientes descendimus; nec inutiliter forsan. Nam tametsi mendaces fabulæ, quia fictę *At ficta in miseras descendit fabula gentes.* *Prop. l. 2.*

Sua nihilominus mendacitate, humanæ vitæ miserias veridicè detegunt, & speciosæ iocis, atquè moratæ nos promouent ad cognoscendum, quod nos quoque *Hor.in Arte*

Fabula vana sumus, vita hæc est ventus, & vmbra. *Păph. Sax.*

Vtrum verum sit, nil dubitandum, & ecce sub Apologi fictione latens hæc veritas in propatulum exit. Vir decrepitæ senectutis (fabulosè narrat Abstemius) irrideba- D tur à Iuuene quodam, vt delirus, quod Arbores insereret, quarum non esset Poma visurus. Cui senex: nec tu, inquit, ex ijs, quas inserere paras, fructus fortasse decerpes. Nec mora; nam, vt mortem omni ætati esse communem pateret, & animo voluentem diuitias, vt plurimum, falli, iuuenis ex Arbore, quam surculos decerpturus ascenderat, ruens, fractoque sibi collo vitâ miserrimè functus est. Mors ideò singulis æquè imminere censenda, nec senum alioquin prudentium actiones tam facilè culpandę, quia & illa nemini parcet, & isti longo rerum experimento ducti simul, & docti, non nisi perrarò delirare videntur, Nec ad nimias anhelandum est opes, nam

Laur. Abst. in Hecatomythio 2. — Apologus. — Mors omni ætati communis. — Senũ actiones rarò culpandæ — Nimięopes nõ cõcupis.

—Turpi fregerunt sæcula luxu,
Diuitiæ molles. *Iuuen.sat.6*

Quam ad rem opportunum alium ex eodem Abstemio recitabimus Apologum. Malus Arbor Oleam, illo tradente, illudebat, quod exiguas procreasset Baccas, quum *Id.vbi sup*

De Malo & Olea Apol. ipsa ingentia, & quæ vix sui rami ferrent, mala produxisset; sed extemplo vehementi exorto vento, cum pomorum onere, tum vi turbinis, ea poma ferè cuncta ceciderunt, & rami confracti sunt, Olea autem illæsa permansit. Tunc secum Malus, quantò, inquit, melius mihi fuisset minores fœtus edidisse! Sic Arborem illam locutam, & conquestam fuisse fingebat Vir ille insignis, vt humanis mentibus Lucretianum illud insinuaret.

Lucr. lib. 5. *Diuitia grandes Homini sunt viuere parcè.*

Longè enim pulcherrimum est modicis rebus esse contentum, quum amplæ opes, & nimiæ sine ingenti periculo nequeant possideri. Nec possessæ perpetuis scriniorum carceribus damnandæ sunt, nam aliter & illarum possessores semper miserrimi viuunt, atq; omnium egentes, & ipsæ diuitiæ prorsus efficiuntur inutiles.

Loc. cit. *Nullus argento color est auaris*

Ho. 1. c. o. 2. *— Abdito terris.*

Alia eiusdem Abstemij fabella est in huiuscè rei testimonium. Vir quidam auarus (habebat ille) quamplurima, pulcherrimaq; Poma collegerat, cuiusmodi in Hortis Alcinoi, & Hesperidum fuisse Poetæ fabulantur, quibus ità parcebat, vt nisi corrumpi inciperent, ea comedere non auderet. Huius filius oppidò munificus, non ignorans iustitiæ coniunctam esse beneficentiam, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet, sodales suos ad Pomaria sæpè ducebat, illos suadens ad accipiendum ex Pomis quæcunq; vellent, præter marcescentia, quæ Pater illius in secunda mensa sibi semper afferri iubebat. Cui præcepto perlibenter obtemperantes Iuuenes illi, clarissimè demonstrabant nil Auaritie turpius, nil esse miserius. (Cicero 1. off.)

Auarities sordida.

Inter opes enim mendicus opum,

Semper eget Auarus, & semper sordet Auarus

Architr. *Immodica fœdo crimine Auaritię.*

Mart. l. 2. epist. 56. Et quisnam alia de causa confictam credet fabulam de Tantalo inter aquas, & sub Arbore maturis onusta Pomis, siti, fameq; continuè cruciato, nisi vt eiusdem fabulæ verbis describeretur Auarus inter opes egenus, & congesto mendicus in auro? Quid enim

Ouid. in Ib. aliud est, dum *Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem*

Semper eget, liquidis semper abundat aquis.

quàm auarus, qui *Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet vti?*

Quis inquam diuitijs Auarorum non comparet Tantaleum fontem, cuius

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ?

Sic ex Berchorio scribit Balthassar Bonifacius in prima sui Selemni parte

Musar. l. 3. num. 149. *Tantalis vnda sitim prouocat, & indè fabella*

Orta, quod in medio Tantalus amne sitit.

Sed ecce quàm egregiè se morali huic sententiæ subscripsit Alciatus; inquit enim

Embl. 84. *Heù miser in medijs sitiens stat Tantalus vndis,*

Et Poma esuriens proxima habere nequit.

Nomine mutato de te id dicetur Auare,

Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

Hic autem, vbi fugiendum hoc vitium, Poma, quæ liberalissimè ab Arboribus proueniendo, manifestissimum sunt diuitiarum splendidè in egenos effundendarum Symbolum, suadère quodammodò videntur; non erit abs re fatuam meretricis Floræ (quam Accam Laurentiam alio nomine dictam fuisse testatur Gell.) dum vixit, auri sitim, suiq; prosternendi corporis, heù nimis turpem liberalitatem commemorare. Hæc abiectissimo nata loco, quantum paupertatis, tantum speciositatis traxit ab incunabulis. Vt autem tantam pulchritudinem paribus auctam opibus inspiceret, & quia, vt ait Ouidius, (Floræ Meretricis historia. Gell. l. 6. c. 7 & Macr. l. 1. Sat. c. 10.)

Heroid. *Lis est cum formâ magna Pudicitia.*

Statuit honore postbabito diuitias quoquo pacto sectari; Et ecce quam apposité eccinerit Propertius Auaritiam alloquens hunc in modum;

Prop. lib. 3. *Tu vitijs Hominum crudelia pabula prabes.*

Plut. in Põp. Quare Cn. Pompei primum, & exindè Populi Romani commodo diu prostituta, tot bona, proh quàm malè! congessit, vt æternum sui post mortem nomen redditura, Populum eundem hæredem sibi plenarium scripserit. In hoc quidem laudanda, quòd opes suas illis testamento legasset, quibus easdem abligurierat. Hanc tamen adiecit conditionem, vt illi nempè quotannis natalem celebrarent ludis institutis in campo, qui

A qui ab eâdem eis fuerat donatus, & nunc quoque Campus Floræ dicitur, siuè etiam forum olitorium, cùm flores in olera abierint; delicatæquè matri Floræ, rusticus Pater Olitor fuerit substitutus. Quòd cum non satis decorum prudentissimo Senatui videretur, argumento cœlesti conficto, rem pudendam aliàs gloriosam reddere excogitarunt, Dearum illam in albo recensendo, Chlotidemq; nominando, quæ tum Arborum, tum Herbarum floribus indifferenter præesset, pro quorum annua indemnitate, & felici efflorescentia placari deberet. Vndè postea fabulandi ansam desumpsere Poetæ, quod scilicet eadem Nympha non ignobilis fuerit, quæ à Zephyro compressa, ideoq; coniugio ducta dotis loco flores quoscunquè in potestatem ab eo sit adepta. Quod peroptimè expressit Ouidius ipsam Deam sic colloquentem inducens.

Volaterr. l. 6. Anthrop.
Polyd. l. 4. de Rer. Inuent.

Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta latino
Nominis est nostri litera Græca sono.
Chloris eram Nymphe campi felicis, vbi audis
Rem fortunatis antè fuisse viris.
B *Quæ fuerit mihi forma, graue est narrare modestiæ,*
Sed generum matri repperit illa Deum.
Ver erat: errabam: Zephyrus conspexit: abibam:
Insequitur: fugio: fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas ius omne rapinæ,
Ausus Erichthæâ præmia ferre domo.
Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptæ:
Inquè meo non est vlla querela toro.
Vere fruor semper, semper nitidissimus annus,
Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris,
Aura fouet: liquidæ fonte rigatur aquæ.
Hunc meus impleuit generoso flore maritus:
Atquè ait: arbitrium tu Dea floris habe, &c.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
C *Esse putes: tangit numen & arua meum.*
Si benè floruerint segetes: erit area diues:
Si bene floruerit vinea: Bacchus erit:
Si benè floruerint Oleæ: nitidissimus annus:
Poma quoquè euentum temporis huius habent.

Ouid. Fast. lib. 5.

Illique memoratos ludos, quos Florales vocabant, & sacra Floralia, quibus præpositus erat Sacerdos Flamen Floralis pariter appellatus, ineunte celebrabāt Maio, quemadmodum ipse Ouidius asseruit dicens.

Exit & in Maias festum Florale Calendas. *Fastor. l. 4*

In his omnis exulabat modestia, quippè qui omni cum lasciuia, verborumque, motuumque obscœnitate ad satietatem vsquè intuentium, à meretricibus nudatis, dignam in hoc tantum meretricis memoriam habentibus, peragebantur. Opportunè de illarum procacitate Marianus protulit.

Ludi Florales.

Hinc pudor exeessit; redeant Floralia campo,
Fac redeas rursus Flora, pudica redit.

Ruin. Rom. l. 2, ep. 63.

D Quæ Flora pudica si rediret, ea proculdubio foret, quam vt antitypon Pompeiani Scorti, ac tanquam ad purgandos characteres de illo exaratos hic memorare placet. Est autem Flora illa Virgo, quæ vna cum sorore Lucilla perpetuam Deo castitatem vouit. Cumq; Eugenius Barbarus Africæ Rex, latium incursans illas captiuas fecisset in suam abducturus patriam, vbi intellixisset Deo Virginitatem sacrasse, liberas dimisit. Quin ad bella egrediens earum precationibus se commendans, victor redibat, & propterea frequenti lætatus successu, Christo tandem ab illis prædicato credidit, & illas Romam ad martyrium tendentes voluit comitari. Ludos vero prædictos cum semel spectaturus Cato Theatrum intrasset, Populoque vt mimæ nudarentur præ tanti Viri reuerentia flagitare erubescente, euenit vt Fauonius Catonis latus, & ora spirando contegeret, vndè ille commonefactus ea contemplari rem pro pudico non esse decentem, nil vltrà spectacula curans è Theatro discessit. Nec sine mysterio crediderim Ethnicos illos Senatores

Fulg. l. 6. cap. 1.
Th. V. Hum. C. pag. 133. b.
Val. Max. l. 2. c. 10.
Seneca Epist. 97.

talem superinde fabulam confinxisse, deamque more suo mulierem eiusmodi fecisse: siquidem mitius cum fama defunctorum agendum, Proximique defectus non publicandos, sed pro viribus tegendos esse, illos indicare voluisse censuerim, optimum,& emendatissimum existimantes ita cæteris ignoscere, tanquam ipsi quotidie peccarent: ita sceleribus abstinere, tanquam nemini parcerent. Quibus non obstat ludorum indecentia, cum illos seculi tunc temporis corruptela, veræq; fidei ignorantia non parum excuset. Damnandus tamen est semper amor illegitimus (si tamen amoris nomen aliquo pacto mereri potest impudentissima tanti scorti libido) quo lasciuiens hæc fœmina nimis impudicè in quosuis æui sui diuites ferebatur. Amor non virorum, sed opum, non Virtutis, sed vitij. Amor, qui tantò sanctum Amoris nomen demeretur, quantò magis à legitimo discrepat, & diuino obuersatur Amori. Amor omnis Viros inter, atquè Mulieres inuicem cadens, quando non consanguineitatis fœdus includit, si Charitatis fines transcēdat, ad nullam aliam metam tendere debet, nisi ad sacrum Matrimonij vinculum. Huc omnes leges respiciunt, ad hunc finem Iustitia nos dirigit. *Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adharebit vxori sua, & erunt duo in carne vna.* Præter sacras, historiæ quoq; Gentilium pleræq; id confirmant. Et si ab illis suademur, ab istis non dehortamur: Fabulosum propterea sit, vel historicum id, quod habet Ouidius in Epistolis Heroicis de Acontio,& Cydippe non est ad rem importunum. Recensetur illic, quod Acontius Delum ad sacra Dianæ profectus, in amorem Cydippes incidit, illam in frequenti virginum conuentu cæteras alias longè formositate præcellere dignoscens. Quare desiderio flagrans eandem in vxorem ducendi, propterq; generis imparitatem id assequi desperans (nobilissima enim, & valdè diues erat) decreuit ad amatoria se conuertere stratagemata. Duos itaq; Leoninos hos versus pulcherrimo scripsit in Pomo:

Iuro tibi sanè per mystica sacra Diana
Me tibi venturam comitem, sponsamquè futuram.

Pomumquè sic inscriptum ad Puellæ pedes fraudis insciæ clam proijciens, illud cœlitus demissum cepit asseuerare simul, & admirari; quod cum illa curiosius inspiceret, carmina prænotauit, eaquè palam legens, visa est vxoriam fidem Acontio iurasse; Lex enim erat, vt quæquè ad Deum aras in illo templo dicerentur, ea forent inuiolabiliter obseruanda. Pater autem Virginis hæc ignorans, eam alij despondit, quæ repentinâ febre correpta firmius credidit Pomum cœlo verè delapsum, inibiquè se proculdubio Iuuenis thalamo destinatam. Ad illam idcircò sic ægrotantem, & exculti numinis iram fortasse metuentem fingitur Acontius à Poetâ literam facti declaratoriam cum hac antescriptione misisse.

Accipe Cydippe despecti nomen Aconti,
Illius, in Pomo, qui tibi verba dedit.

Et cum hoc eiusdem epistolæ fine.

Aurea ponetur Mali felicis imago,
Causaquè versiculis scripta duobus erit.
Effigie Pomi testatur Acontius huius,
Qua fuerint in eo scripta, fuisse rata.
Longior infirmum nè lasset epistola corpus,
Clausaquè consueto sit tibi fine, vale.

Ad finem igitur se sacro matrimonij iugo submittendi suum direxerat amorem hic Adolescens; quapropter astus, quos ad hæc conducentes commentus erat, non poterant illaudari. Verus est hic amor: hîc conceditur; & quando quis hoc amore corripitur, non statim ab aspectu visæ pulchritudinis in tactum præcipitari desiderat, sed ab illâ, tanquam diuinæ pulchritudinis imagine, ad ipsum Deum contemplandum effertur. Qui sic amat, vt in rem amatam, quo melius poterit conuertatur, intra mediocritatis terminos contineri non poterit.

Verus amor nullum nouit habere modum.

Non ambiget quascunquè, tanquam formas, iuremeritò subire personas, iuxtà Prouerbium illud Italicum, quod passim de Viro impensius amante profertur: *Egli si farebbe di mille forme per seruirla*, vel *Vorrebbe potersi transformare in qual si sia cosa, per rendersele grato.* Nec ad aliud, quàm hoc indicandum traditam fuisse fabulam de Vertumno Pomonam adamante, milleque pro illa subeunte figuras intelligam. Hîc vel à ver-

Margin notes: Plin. Iun. lib. 8. — Matthai cap. 19. — Amorum Acontij, atque Cydippes narratio. — Ouid. Heroid. Epist. 19. — Marsil. Ficin. in conuiuio Orat. 7. c. 15. — Prop. l. 2. Epist. 16. — E, F, G, H

A à vertendis rebus sic appellatus, vel quòd anni reuertentis Poma perciperet, vt declarat Propertius his carminibus,

At postquam ille suis tantum concessit alumnis
Vertumnus verso dicor ab amne Deus.
Seu quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rursus credidit esse sacrum.

L. 4. eleg. 2.

Ille inter rusticorum deos recensitus, Pomonam Nympharum Hamadryadum celeberrimam, hortorumq; solertissimam cultricem, feliciumq; Arborum propterea tutelæ præpositam, & ab illarum Pomis nominatam, Auentiniquè Albanorum Regis temporibus florentem enixè dilexit. Quot figuras susceperit, vt eam ad se amandum, sibiquè nubendum induceret, id testabuntur coætanei Poetæ Propertius, & Ouidius, ille totam commemoratam elegiam superinde struens, & iste iucundissimam narrationis huiusce fabulosæ mentionem habens in suis Transformationibus. Quæ cum nihil sua negotia promouerent, in anum vltimò conuersus, hortos ingressus Nymphæ, quamplurima illi narrauit in eum directa finem, vt flecteretur, sibiquè stabili connubio iungeretur. Verum cum nec hoc pacto quicquam proficeret, anili persona deposita, iuuenilem assumpsit, cuius venustate allectam Nympham in sua vota postmodum facillimè traxit. Vndè satis clarum dignoscatur, quòd amor ad bonum finem directus, finem sibi propositum sortitur. Nec ad bonum finem dirigi potest amor, nisi in bonis moribus collocatus foueatur, vndè nascitur Thalami concordia, quâ nihil dulcius. Is, quibus sic benè constituuntur nuptiæ, beata contigit vita, neque inter illos est inueni re fabulosum illud contentionis Pomum, de quo Mæonides idem verba fecit hoc pacto, Ioanne tamen Tzetze interprete in suis carminibus Politicis.

Vertumni Pomonam adamantis fabula.
Ouid. l. 14. Met. fab. 16

B

Plutar. de prac. cõnn.
Hom. Odyss. 3.
Eurip. in Orest.

In Pomum scribens aureum; accipe pulchra hoc Pomum,
Equè culmine projiciens in medium conuiuij,
Nuptialem confudit mensam, atquè locum,
Et pugnam excitauit Græcorum internecionem,
Iuxtà fabulas & ipse Contentionis Pomum dixi.

Pomum contentionis Homericum.

Sic si steriles essent huiusmodi nuptiæ, ideòquè iurgia parerent, cum sterilitas non C nisi cœlitus veniat, culpam à se facillimè remouere poterit mulier, vel se lepidè fingens Arborem illam Mali sterilem alloquentem colonum, sequè de sterilitate sic excusantem, vt his versibus apud Symphorianum legitur.

Io. Tzetzes Chil. 5. nu. 24.
D. Basil.
D. Chr. super Gen. Hõ. 33.
Hortorum li. 13. c. 11.

Quid frustrà quereris Colone mecum,
Quod quondam benè fructuosa Malus,
Autumnis sterilis duobus adstem?
Non me pragrauat (vt putas) senectus;
Nec sum grandine verberata dura:
Nec Gemmas modò germine exeuntes
Seri frigoris vstulauit aura:
Nec Venti, pluuiaue, siccitasuè,
Quod de se quererer, malum dederunt.
Non Sturnus mihi, Graculusuè raptor,
Aut Cornix anus, aut aquosus Anser,
Aut Coruus nocuit sitic ulosus;
D
Sed quod carmina pessimi Poeta
Ramis sustineo laboriosis.

Quæ *pessimi Poetæ carmina* nil aliud esse allegoricè interpretarer, nisi studium illorum, qui gaudent discordias inter coniugatos disseminare, illorumq; torum efficere, vt ille, de quo Iuuenalis *Semper habet lites, alternaquè iurgia lectus.*

Sat. 6.

Nec nisi fabulam prætereà sapit quod narrat Pausanias in Bœoticis, hoc est Cereris Mycalessiæ in templo, quod noctibus singulis ab Hercule occludi, & aperiri tradebatur, Poma ad eiusdem numinis simulacrum cuiusuis generis essent, exposita, non putrescere, sed totum in annum, tanquam semper recentissima mirabiliter asseruari. Sed breues has faciat, fallacesquè tenebras somnus à fabulis ijsdem excitatus, sitq; Somnus mox accedens *— Somnus agrestium lenit virorum*, &c.
Sitq; *Volucer matris genus Astrea.*

Mart. l. 10.
Ho. l. 3. od. 1
Senec. in Herc. fur.

INSOMNIA.

POmorum in vniuersali iam exegimus tractationem; propterea quod requies aliqua calamum manet: & nè in hac ille diutius torpeat, & somniare videatur, curabimus nè ab alijs ad rem somniata sub silentio prætereantur. Mala itaq; iuxtà dispositionem, in quâ per somnum conspiciuntur, vel bonum, vel malum portendere solent. Vndè si quis in somnis viderit, aut comederit Poma pulcherrima, & dulcissima, non nisi bonum sibi præsagiri cognoscat (si tamen vera sunt, quæ Symphorianus scriptis mandauit) quandoquidem iucunditatem designant. Ijs præterea, quibus se Pomiferas Arbores plantare visum fuerit dormiendo, fertilitas tori, si de vxore soliciti sunt, præsagitur, quippè quod Arbores istæ mulieris, & colonus Viri patrantium, symbola credantur; Addatur insuper quod eiusmodi Mala in Veneris tutela propter dulcedinem tradita ferantur, vnde somniata multam Venerem significare consueuerunt. Sic & Arbores istiusmodi felicissimè virentes, atq; florentes in amœnissimis Viridarijs collocatæ, cum auiculis lepidissimè superaccinentibus, serena tempestate, alijsq; census eiusdem optimè constitutis circumstantijs, somniatæ, præterquamquod optimam temperamenti constitutionem in somniante prænotarunt, docent etiam in prosperum euasuros eidem successus, fortunamuè quantumuis dudum aduersam, ad fauendum eidem qui somnium hoc fecerit, se tandem conuersuram. Contrà verò Poma acida, seseq; aliter male habentia, illorumq; Arbores aut destitutæ folijs, aut procellis, aut fulmine peritæ, vel quouis alio pacto malè dispositæ, si per somnium videantur, contentiones, ac seditiones, & percussiones, atq; identidem mortem præmonstrant; liti nanq; & aduersæ fortunæ dicata sunt, vel saltem præparatam quodammodo materiam vtriusquè status dispositiuam per humores bonos abundantes, vel superfluos omninò malos in corpore existentes denunciant. Mirabilem historiam, vel fortassis somnium aliquod recenset Ioannes Fernelius Henrici Galliarum Regis Protomedicus, Mizaldiquè Præceptor, ex eodem Mizaldo relatus, de quodam comedente Pomum, eius scilicet, quod illi somnum inter, atque vigiliam acciderit. Habet ille quendam fuisse, qui cum aliquando noctu propter maximam faucium siccitatem, obdormiendo quoque ardentissima siti correptus è somno surrexisset, quæsiumquè potum non inuenisset, obuium fortuna Pomum dentibus apposuit; quod cum absumeret, faucibus sibi quendam quasi manibus insidiantem, easq; vnguibus obsidentem, itaut penè suffocaretur, vnaquè subeuntibus immundis spiritibus in potestatem tradi, perquè tenebras à teterrimo cane prægrandi se vorandum impeti sensisse visus est. Hæc omnia postmodum ad pristinam mentis claritatem redactus eidem Fernelio seriatim exposuit. Illum plerique ex infimo pulsus motu, calidoq; parum fortunatè adaucto, ex arentis palati continuâ siccitate, magnaquè linguæ scabritie, propterquè vigilias, & inquietam mentis perturbationem, febricitâtem crediderunt: Authorem iam retulimus, cui tantum fidei adhibendum quantum quisque voluerit, censemus; Magnum tamen, & admirandum portentum, si verum foret, vndè quisque dignoscat suis criminibus semper parata cælitus imminere flagella, quæ cum corpus solummodo percutiunt, maximum diuinæ Pietatis signum præseferunt; cum autem Animam quoquè plectendo ad æternas Tartarûm flammas, quas minus malum est pati, quàm peccasse, damnant, quantò alijs sperandum in diuinæ Maiestatis Misericordiam, tantò eiusdem timendum esse rectissimum Iudicium, incorruptamquè Iustitiam demonstrant. Vnusquisque ergo studere debet, vt corporeos errores, animiquè mendas à se amandet, auertatque, & prorsus corrigat in semet, sicq; illi somnia placida, atquè benigna occurrent, prosperaq; succedent omnia, & opem ferent opes haud inuidæ meliorum doctrinarum percupido.

Hortor. lib. 2. pag. 55.

Mizald memorab. cent 8. num. 8.

D. Aug.

NV·

A

NVMISMATA.

FAcilis non modò, sed diuturna quoque vt esset Pomorum lectio, eorumq; perpetuus Honos Poma in Ære perennarunt Romani, sensum fortassis virtuosæ longæuitatis præseferentes (cum nil perperam ab ijs factum fuisse obseruemus, & quod multiplicem non respiciat vtilitatis finem) Pomum ideò Metallo committi impressum voluere, vt indicarent ex eo soli non esse committendã fertilitatis causam Naturæ, sed manum, cum Minerua quoque ab ipso Colono mouendam; laborandumq; insuper esse, & artificiosè operandum circa naturales effectus, vt hi pulchriores, prætiosioresquè, necnon cariores reddantur; partarum etenim honestis conatibus diuitiarum maior est Amor, quàm earum, quæ simpliciter possidentur, & nullo conquisitæ sunt negotio. Monitum quoque aliud præsignarunt Politici Sapientes maximæ in Republicâ Vtilitatis per hæc Poma, quo nimia opum frænaretur concupiscentia, nè illæ seditionem, & inuidiam irregulariter adauctæ parerent, vndè securitas publica perire posset. Hisce de causis permoti Imperatores Augusti, Augustæquè eorum Vxores, Poma Numismatibus impressa Politicis pro delicijs habuerunt; vt

Plin. sen. lib. 16.

Plat. de Rep

B

Aristot. politic. l. 2.

Demost. 1. Olinth.

ANTONINVS PIVS AVG.
PONTIF. TR. P. III.

Cum figurâ nudâ stante, & dexterâ Pomum, sinistrâ verò Hastam retinente, quasi diceret pluris esse Agriculturam æstimandam quàm Bellum, seu etiam quòd fortes Agricolæ debeant esse, quorum manus minimè delicatæ sint; sic idem

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II.

Eurip. in Rhe.

Ap. Stob.

COS. IIII. Figura stolata, cui Pomum in dextra manu manet Agriculturam innuens Artium omnium esse parentem, & veluti rem sacram, Homini libero, ingenuo, forti, conuenientissimam, Vetustatem non Ære comparandam, sed in Ære conseruandam, tanquam cœleste munus Augustæ Matronæ in suis Numismatibus crediderunt, quemadmodum FAVSTINÆ AVG. PII AVG. FIL.

C

VENVS stans dextrâ Pomum, sinistrâ temonem tenens, aliudquè eiusdem Faustinæ in hunc modum signatum

FAVSTINA AVG. PII. AVG. F.
VENVS S. C.

Vbi Venus dextrâ temonem regit, sinistrâ Pomum gestat, ostendens munus esse laboris pulchritudinem, industriâ excolendam per omne tempus. Item

GAL. VALERIA AVG.
VENERI VICTRICI ALE.

Posuit, vt stantem illam, dextrâquè Pomum conseruantem perpetuo, & benigno respiceret aspectu. Ex Iuliâ Corneliâ Paulâ huiusmndi prodijt Moneta.

IVLIA PAVLA AVG.
VENVS GENITRIX.

In illâ Venus erat sedens, dextrâ Pomum porrigens, sinistrâquè hastam præhendens, similis ex Iuliâ Soæmiate cum hac inscriptione, figurata

IVLIA SOÆMIAS AVG.
VENVS COELESTIS.

D

Vbi Venus sedens apparet dextrâ Pomum exhibens, sinistrâquè hastam puram, cum assistente puerulo retinens; vndè liberalis, sed innocens voluptas innuitur cum animi robore inuicto secura, sedensquè; à quarum Augustarum sensu non discordant duæ Iuliæ, altera seueri, Augusti altera; illa Venerem seminudam stantem cum Palmâ in sinistrâ manu, dextrâquè Pomum, atque hac inscriptione assumens

IVLIA DOMNA AVG.
VENERI VICTR.

Hæc verò Muliebrem figuram stantem stolatam dextræ Pomum concreditum, sinistræ Hastam locatam delectâ sibi dilectam, vt speciem ipsam vultus cœterorumq; membrorum apparentium magnam habere vim captandæ venerationis, atque timoris incutiendi declararunt; in eundem modum, finemquè Augustæ aliæ, nempè Lucilla Luci

ci

ci Veri; Seuerina, Sabinaquè Hadriani Augusti propria venustatis Poma possidere decreuerunt; nam quoad primam, ea sic procedere visa est. E

LVCILLÆ AVG. ANTONINI AVG. F.

VENVS figura stans, dextrâ Pomum, sinistrâ hastam

Secunda est . SEVERINA AVG.

VENVS FELIX.

Dea Venus dextrâ Pomum, sinistrâ tenens hastam 3. Sabiana Hadriani

SABIANA AVGVSTA HADRIANI AVG P.P.

VENERI GENITRICI S. C.

Venus cum Pomo cœteris omnibus pulchrior Numinibus, impari licèt Paridis Iudicio, prælata cunctis, Hastatæ Palladi concors in Castitate saltem fuerit omne punctum tulisse miscendo Vtile immò, & Honestum Dulci, dicetur. In Marco Aurelio Carino Imperatore Æternitatis Augustæ Figuram recognoscamus, qui Figuram stolatam dextrâ Pomum gerentem cum Pauone proximo cudi faciens, cum litteris è directo Numismatis positis

IMP. C. M. AVR. CARINVS AVG. F

ÆTERNIT. AVGG. G.

Innuere voluit potentes velle videri omninò formosos in omnibus, & per omnia, nullamquè in illis turpitudinis notam esse adscribendam. Maiorem apud aliquos Principes opulentiæ curam, quam aliarum quarumcunquè rerum habendam docere videtur Seuerus Pius Augustus in suo Numismate cum figurâ stante, cuius dextera Pomo onusta, sinistra verò duplici cornucopiæ locupletata foret, ab alterâ parte inscripto

SEVERVS PIVS AVG.

P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P.

Aureus porrò Theodosij Nummus statuam galeatam sedentem, quæ in dextrâ manu Pomum cum cruce sustinet, sinistrâ Rhabdum, hoc est virgam, seù sceptrum exhibet literis hisce animatus.

D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

CONCORDIA AVGG. G. B. CONOB.

Concordiam pietati, & auctoritati iunctam formosissimam esse, omnibusquè laudibus dignam ostendit. Alas Honori, & Famæ superaddidit, Honorius Aug. in suo Numismate Aureo, in quo Victoria alata gradiens, dextrâ sertum, sinistrâ Pomum cum cruce gestabat; Honestissimaquè in fronte nomina hæc visebantur. G

D. N. HONORIVS P. F. AVG,

VICTORIA AVGG. COMM.

Mox Focas Imperator Argento signato Victoriam alatam, dextrâ baculum cum cruce, sinistrâ Pomum cum cruce itidem gerentem consignauit, literis hiscè in oppositâ parte scriptis, D. N. FOCAS PERP. AVG,

CONOB.

Vt patefaceret potestatem omnem, & prærogatiuas quascunque meliores à Deo proficisci; & ad cœlum animis gratissimis eleuari nos oportere. Maximianus tandem Augustus in Auro suo Cuso duas figuras in subsellio sedentes, quarum in dextris Pomum esset, & in medio Victoriola assumpsit, & in earundem opposito proprium nomen apposuit. MAXIMIANVS AVGVSTVS

CONCORDIA AVGG. N. N. H

Pomorum itaque fragrantia, ac eorundem Suauitas, Pulchritudo, Salubritas, Vbertas, Æs intrà, Argentum, & Aurum fulgentes pro irrefragabili testimonio præstantissimæ significatuum Felicitatis Apollineæ, Gratiarumquè omnium in Historijs particularibus iamiam explicandarum perpetuò stabunt, queis doctè ditabere Lector amica depromptis manu.


PO-


POMORVM LITHOSCHEMATA.


FOEcundissima rerum Mater, & Altrix Natura Plantas, Arborefquè non contenta fimplici delineatione lapidum intrà membra finxiffe, voluit quoque integris in faxis humidiores cælaffe fructus, Poma nempè, quibus viscera interna interdum addidit, vt Pulchritudo, Suauitasquè imaginaria faltem, huiufmodi guftabilium fimulatis in fpeciebus perennarent. Lapidificam ficcabilis humoris exhalationem, dum vifcofis Telluris portionibus admiftam fenfit ipfa, digerentis caloris folidantifquè frigoris inftrumento mediante, accidentarias formas vnà cum effentialibus fundamentis ludendo feuerè produxit, omniaquè fecundum variam fubiectorum materialium difpofitionem diuerfificauit; vndè compofita hæc mole parua, vel magna, tactilitate lenia, vel afpera, colore fplendida, vel obfcura, figura perfæpè regulari Globofa, vel Angulari fublimiora mouerunt ad fpeculandum Ingenia. Lapidea hæc Poma cùm vegetabilitatis omnimoda non careant prærogatiua, in quibus formatricis, affimilatricifquè facultatis non exiguum elucefcit artificium radicali minimè deftituta incremento Idealia concreta Poma dici promerentur; quorum mentio docta non dedecet Pomaria. Perpetuum fructuofitatis exemplum, & fortaffis etiam incitamentum in Amygdalite lapide, Perficite, Dactylite, Caftanite, &c. habebimus. Sed nobis nunc tria hic inferius pofita Pomorum Lithofchemata à nemine hucufque perpenfa Pomarij noftri Maceriarum, hoc eft primi Vniuerfalis Tractatus Pomorum in genere pretiofum, & prænobile fiant Ornamentum. Primum à finiftris lapidem, quem à D. Blanco de Nigris Pictore Bonon. accepimus reticulatum, terrei coloris, Pondo Vnciarum XIX. apparentem magnitudinem non excedens, duritiei non admodum intenfæ, atq; duobus veluti femiglobis parum compreffis conflatum, & Pomum exiccatum cum rugosâ fuperficie referentem pro Pomorum omnium biffectorum fpecimine confiderandum proponimus. Secundum perfectè Sphæricum, Focariæ duritiei, Ferruginei coloris, durioribus lapillis intimè confperfum, femilibralis ponderis tanquam rotunda Poma repræfentantem in medium adducimus; illius natalia Mons Garganus habet, illiufq; copiam nobis Excellentifs. Medicus D. Albertus Carrodorius fecit. Tertium Pyriformem integrum, & exectum Fufci coloris in extimis, cutem, & fructuofam carnem oftendentem cum candicantibus, & pellucidis interraneis oblongis, partim continuis, partimquè intercifis, inter quæ prominentes puftulas rotundiores, & ceù femina quædam eft videre, longitudinis in totum fefquipedalis, dodrantalifq; craffitiei libras 75. ponderantem, pro fructuosâ Pomorum Anatome admittemus, & illorum præcipuè, quæ Acinifera funt, de quibus in tractatu fecundo primæ partis huiufcè libri fecundi expeditur hiftoria. Hunc mea prope Cafaleana Prædia in Bonon. fuburbanis Rheno imminentibus Collibus elapfo anno 1666. à Studiofiffimo, & perquam Docto Iuuene D. Laurentio de Legatis comitati inuenimus; quem Lapidem faxofo infixum aggeri viæ cuiufdam (quà præcipuum fuiffe antiquiffimis in temporibus iter in Hetruriam conjectari ex pluribus licet) infolentis formæ, fuperficieiquè qualis eft eruginoforum Pomorum cortex dignum exiftimauimus vt iudicio, & examini Phyfico fubijceretur; de huiufmodi Præda læti ad inquirendas in ijfdem locis Cybelei Ethnicorum vetuftiffimi Templi Rudera, quæ ruinofa è crepidine montis confepulta prius, emerfere nuper; cuius quidem aliquot fragmenta Domi meæ afferuo, pereximus. Hunc qui viderunt Doctiffimi, dum meum inuiferunt Mufæolum Viri, Naturam ipfam in eodem fedulam, & egregiam fuimet imitatricem admirati funt; inter quos plurimi facio Præclarifsimi Phil. & Med. colleg. Bonon. Ioannis de Laurentijs Iudicium, fummo in honore apud Sapientiffimos æui noftri Principes, & in Vrbium Principe Roma conftanter receptum.


In Dendrytis lapill. — *Plat. in Timæo.* — *Arist. in lib Meteor.* — *Theophr. l. de Lapid.* — *Seneca nat. Quæst. lib. 3. cap. 17.* — *Christoph. Encelius de lap. & gemm. l. 3. c. 3.* — *Sebast. Foxius morzillus de Plat. & Ar. consf. l. 3. c. 6* — *Strabo. lib. 13. Geogr.* — *Laurent. Ioubert. Decade 2. Paradoxorum* — *In Mus. metall. Aldr. lib. 4. c. 62. pag. 495. 504. & seq.* — *Pl. l. 3. c. 13*

Pomorum Lithoschemata.









VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ,

Libri Secundi, Tractatus Secundi

CAPVT I.

DE POMIS, SEV MALIS In Specie.

ORDO, DESCRIPTIO, NOMINA.

A Syluarum Tetricitate, ad Auream Hortorum Lucem translati duros, & agrestes Glandium cibos cum mollibus, & vrbanis Pomorum delicijs commutauimus; dum autem pulcherrima lustramus intus Pomaria, prima Pomiferarum Arborum specifica occurrit Pomus, seù Malus Arbor, Italicè *Pomo*; *e Melo*, Arabicè *Tufa*; tum quià, post Hominum agrestem feritatem depulsam, primum sibi culturæ Hortensis vindicauit locum.

Tunc victus abiere feri, tunc consita Pomus,
Tunc bibit irriguas fertilis Hortus aquas.

Tibull. l. 2. eleg.

Sic Albij Tibulli poetica cecinit egregiè tuba; tum etiam quià felicitatem Physicam propius attingit ex Sulmonense

D


Proxima Phaacum felicius obsita Pomis Rura.

Ouid. met.

Pomorum porrò omnium literario in ordine isto ea præcedent, quæ Acinos, siuè Gigarta, hoc est Sementica Grana minutula cum putaminibus minimè osseis in ventre gerunt; quæ ideò Pomacinifera vocauimus, vt illa distingueremus à Pomossificis intra suam mollem carnem durissima condentibus ossa medullosa, de quibus deinceps agetur. Non negamus quidem nomen Acini propriè, strictèquè magis Vuarum exiguę pomositati conuenire, vtpote quæ sunt fructus Arborei densè, & aceruatim, seù racematim cohærentes, & admodum minuti, vt tradit Valla, quos propterea non ineptè quis vocaret Acinosos fructus, & Acinigenos; per hoc tamen non tollitur, quin possimus Poma reliqua maioris molis, minusquè humida, cuiusmodi sunt Mala, de quibus in præsentiarum agimus, Acinifera, ob sementicorum granorum exiguitatem nuncupare. Ipsa ergò Malus Arbor est magnitudinis plerumquè iustæ, quæ aliquan-

Elegantiar lib. 4. c. 28.
Ruell. de nat. st. l. 1. c. 4.

aliquando ad amplam aſcendit, aſt nunquam excelſam ad proceritatem peruenit; ipſa E cortice eſt leui, & ſubatro; ramis quidem oblongis, ſed in latitudinem hinc inde fuſis; folia fert laurinis breuiora, latiora tamen, mollia, & aliquantulum birſuta, & inordinata; nodos habet faciebus belluarum ſimiles, adeout ex illis concinnari Perſonæ de facili poſſent, quemadmodum ea, quæ delineata proponitur Simiæ ſimilis, &c.



NODOSA MALINI CORTICIS PARS QVÆ LARVAM HVMANAM APPRIMÈ IMITATVR

Plin. l. 16. cap. 24. Ceſalp. de pl. l. 3. c. 51. De Malis Matthiol. in Dioſc. l. 1. c. 131 p. mihi 200. in ed. cum Bauh. Dodõ. pemp. 6. l. 3. cap. 1. pag. 789. P. Pena &c. in Adu. non. pag. 424. Dorſten. in

Radices illi ſunt paruæ ſummę telluri hærentes; Flos ab ramis erumpit, candidus, aut parum purpuraſcens; Fructus illi ſuccedit maiori ex parte orbiculatus in ſummo floris, inq; imo pediculi aliquantũ depreſſus; illiq; caro ineſt fungoſa, ſuccoſaq, ex quo de facili rugoſus fit; ſapor in maturitate ad dulcem, acidulumq; tendit, in acerbitate verò ad aſperum, & ſtipticũ; ex ijs *Melapia* parua, rotunda, pallidiuſcula, valdè odorata, & dulcia quæ H *Melimela* fortè ſunt, quaſi melleamala, recognoſcuntur; *Roſea* colore, veluti roſarum ſubrubenti mediocris magnitudinis, odore roſaceo, ſapore dulci, ſubacido, & diutius conſeruabilia quam cœtera omnia, valdè excellunt. *Sanguinea* aliquantò roſeis ſimilia, minus tamen odorata, & ſubſtantiæ laxioris, & magis raræ, oblongioris aliquandò figuræ adinſtar mammæ, & tunc acidiuſcula, aliquandò ſtolidè tumentia, *Pulmonaria* dicta à ſimilitudine ſubſtantiæ pulmonum multum manifeſta ſunt; *Ferruginea* colore, figuræ contractioris, duriorìſquè ſubſtantiæ Pyrorum veluti, reperiuntur; *Verna*, præcocia fortè nimis, quæ & *Daca* dicuntur, decolore ſuperficie ferè virenti, ſapida, exiguaquè videntur eſſe ſyluestrium malorum non guſtabilium ſorores vrbanæ. Patet apud omnes Auctores Mala ſemper fuiſſe plurima numero, & tam in genere ſubalterno, quàm in magis ſpecialibus ſpeciebus; Plinius 29. genera innuit, partim ab inuentoribus, partim à Patrijs, partim à figura, item à colore, vt & à ſeminibus, adeòut à

condi-

A conditione castrati feminis aliqua *Spadonia* dicantur, à folijs similiter, & à saporibus, & odoribus. Atheneus commemorauit *Sydontia* ex Corintho, *Vattiana* ex Alpibus Aquileiæ, *Delphica* Dionisij, &c. addens multa peregrina esse, & alia quæ conditoribus suis æternam propagationis memoriam conseruare, tanquam egregij alicuius in vita facti valuerunt, ex quo indubitata fit assertio: nihil tam leue, atque vulgare reperiri iuuans, atque oblectans, quod non parere possit gloriam, cuiusmodi sunt pomosa inuenta, quæ originem suam cognouere à *Matio*, *Gestioq.*, & *Manilio*, item *Claudio*, & *Sceptio* Poma *Scepta*, vt & *Libertino*; Mala *Quiriana*, & *Scantiana* valdè serotina, quæ in dolijs condiuntur ab Auctoribus suis; *Pertisia* similiter, parua quidem, sed saporis gratissimi nuperrimè secundum suum nomenclatorem adoptata; *Amerina* Serotina Patriam nobilitarunt, & *Epirotica Epirum*, & *Gracula*; *Gemella* nunquam singula nascentia, sed bina laudes ingeminant Geoponicas. *Serica* splendida, & versicoloria superbiunt. *Melappia* mellis Apum saporem, & odorem iactant; *Mustea* celerrimè mitescentia, musti mellei dulcedinem referentia, Melimela ob id etiam dicta, palati deliciæ volunt haberi. *Orbiculata* ob rotundam maximè figuram extolli cupiunt. *Orthomastica* à mammarum effigie nurritionem ostentant. *Spadonia* à conditione castrati feminis, sunt veluti casta. *Melofolia* è quorum medio latere folij rudimentum quoddam erumpit, pulchra. *Pannucea* celerrimè in rugas pannosas veluti senescentia. *Pulmonea* leuitate tumente conspicua. *Sanguinea* à colore purpuræ suspicienda. *Parua* deinde adsunt, & *Syluestria* acerbissima, acuto licet odore, parsimoniam commendant. Illaquè demum præpropero aduentu natiuam vilitatem redimere cupientia, quæ *Dacia* dicuntur maximè pallido, & decolore aspectu, ob id fortassis dictæ apud nos Bononienses *Melle-Colare* quia sint mala absque colore, hæcquè eadem videntur esse mala, quæ Bened. Curtius Symphorianus eques Lugdunensis à tempore maturitatis *Ioannina* vocauit, quià circa D. Ioannis Baptistæ festiuitatem esui sint apta, parua, albentia, fugacia, nulla alia prærogatiua dotata, nisi quod edantur prima; à quo Symphoriano plura malorum apud Gallos, vel vernacula, vel indigena nomina referuntur, quæ conferri, vel seiungi cum alijs, vel ab alijs, tam suprascriptis, quàm infrascriptis iudicio legentium poterunt; eaquè sunt huiusmodi, & primò *Rosea*, nobis quidem notissima; dein *Pyromela* proximè ad Pyri naturam accedentia; *Ramburea* prægrandia, rotunda, callofragili, tenero, minimè fugacia; *Rubelliana*; *Cornea*; *Capedina* curto pediculo, serotina valdè; *Cestiniana* austera, oblonga, castaneæ cartilagine; *Francerina* rotunda, ampla, dura, subacerba, seù subdulcia; *Didia*; *Follana*; *Blandurella*; *Prapoma Augustana* suauitate præcellenti in odore, atque sapore simul, oblonga figura, à pediculo in acumen tendentia, fugacia tamen. *Susina* à Susa oppido in Italiæ finibus dicta, parua, orbiculata, per lineas rubentia, gustusquè gratissimi; *Rosea susinis maiora*, à Rubellianis parum diuersa. *Girodeta* Allobrogum, parua, rotunda, subrubra, seù subrussa, multumquè serotina; inter autem hæc omnia recensita nomina, aliaquè Gallica Mala; si Ruellium Gallicum Scriptorem, & Doctorem Parisiensem excellentissimum interrogaremus, quænam illa essent, quæ promerentur laudem maiorem, responderet *Capendua*, *Rambura*, *Passipoma*, *Paradisiana*, *malacria*, *Castinia*, *Francetura*, *Rubelliana*. Ex Valerio Cordo, cordato sanè viro has Malorum specialissimas habemus species, videlicet *Pulmentaria lata*, *Coretitthia* mamillis Puellarum similia, *Pulmentaria rotunda*, *Pulmentaria minora*, *Pulmentaria flaua*, *Dulcia minora*, *Paterniana*, *Orbiculata*, *Oblonga*, *Episcopia*, *Duracina alba*, *Porstorfiana*, *Presiliana*, *Crocina*, *Crocina rubentia*, *Pulmonea maiora*, *Pulmonea minora*, *Vitrea*, *Duracina russa*, *Oenoxymela*, *Angulosa longa*, *Angulosa rotunda*, *Prasomela*, *qua nobis Bonon. dicuntur Francisca*, *Gothardina alba*, *Augustina*, *Rosacea*, *Sanguinea*, *Dulcia magna*, *Oximela rara*, *Parelia*, *Oxymelaminora*. A Trago Germano, Herbarum Germanicarum Scriptore hæc Mala tradita scriptis sunt, videlicet *Pracocia* S. Ioannis, *Augustana* græcè *Glycymela*, idest dulcia mala; *Autumnalia*, quorum alia sunt *Incana*, alia *Lutea*, alia *Variegata*, illaquè dulcia, & aromatica *Capendrina* dicta ab aliquibus. *Poma magna* alba, & dulcia, in quorum ventre semina, dum sunt matura, sonant, à Ruellio *Passipomia* appellata; *Poma magna dulcia*, *rubro colore maculata*, quæ Poma *Domini Dei* Germanicè dicuntur; *Poma dulcia candida* turbinata, & oblonga orthomastica; *Poma Anserina*, *Poma paradisiana*; *Poma acida*, quæ in plurimas subdiuiduntur species, inter quę nume-

Botā. p. 231 Trag. l. 3. c. 14. p. 1042 H. gener. pl. l. 3. capit. 1. pag. 285. & Heresbach. pag. 344. Symphor. l. 23. Hort. c. 1. 2. 3. p. 520. Plin. l. 15. cap. 14.

Hort. l. 23 cap. 2.

Denat. stirp lib. 1. c. 96.

Lib. 3. de Pl. c. 10.

Lib. 3. de st H. st. c. 44.

numerantur Poma *Carbonaria*, *Vinaria*, *Caſalia*, *Armelina*, *Liuida*, *Sorbea*, *Heimeltinga*, *Fœminea*, *Syluestria*, *Gryſea*, *Lutea*, *Candida*. Auctor ſtirpium Sileſiacarum has Malorum recognouit in Sileſiâ ſpecies, primò, *Malum domeſticum*, *Humile*, *Acidum*, *Dulce*, *Muſteum*, *Vinoſum*, *Acidodulce*, *Auguſteum*, *Epiſcopium*, *Anabergicum*, *Appianum*, *Roſeum*, *Parelium*, *Acidogratum*, *Carbonarium*, *Angulosum*, *Duracinum*, *Rubens*; Adeò ſunt multa malorum genera, variâquè Specie, Figura, Saporibuſquè, vt vix enumerari queant, inquiebat Heresbachius Geoponicus Germanus clariſſimus, quæ verò ſecundum ipſum in Gallia Principes partes tenent ſunt *Carpendua* ſuauiſſima, minimè fugacia, & ad aureum colorem tendentia; deinde *Paſſipoma*. In Belgio præcipuæ nobilitatis ſunt *Rabandica*; & apud Germanos in vniuerſum præter exotica, celebrantur *Diſtelina*, & *Paradiſiaca*, & apud Vbios *Poſtellana* aureo rubente colore exornata. Sed ad Italos, Noſtrateſquè redeundo, vltimam Pomorum magis ſpecialium exarationem cum illis abſoluemus; videlicet cum Petro Creſcentio Conciue noſtro Bononienſe, & Geoponicorum Italorum corypheo, dicemuſquè ſpecies malorum omnes petendas eſſe à varietate Saporum, Colorum, Odorum, Magnitudinum, Figurarumquè, & aliarum etiam conditionum, & ita dicentur aliqua Dulcia, Acida, Acetoſa, Pontica, Acria. Alia Alba, Rubra, Viridia, Crocea, Æruginea; Alia Roſeo odore, alia Moſchato, alia Caryophylleo; aliaParua, Magna, Mediocria; aliaquè Longa, Lata, Rotunda, Anguloſa; alia ratione temporis Præcocia, Serotina alia quoad durationem, vel Fugacia, vel Seruabilia; Aliaquè vel Dura, vel Mollia, Solida, Frangibilia, Denſa, Rara, &c. Et ſtante hac Fundamentali Regula horum fructuum nomina, varijs inſpectis cauſis, componere perfectè poterimus, & cum Auguſtino Gallo odorem, colorem, ſaporemq; varijs conſtitutionibus magnitudinis, figurarum, ſubſtantiæ, temporiſquè maturationis accommodabimus; Dulcianis vndè Malis iungetur vel pumila ſtatura, vel mediocris; Moſchatis tempus æſtiuum, vel ſerius; Rubeis, craſſitudo, raritaſuè; Æruginoſis ſoliditas ſubſtantiæ cum ſaporibus varijs, atquè magnitudinibus, necnon duratione. Calimanijs quoq; Malis pulchritudo inerit abſolutiſſima (nam καλὸς eſt pulcher, formoſus) cum illorum figurâ valdè concinna ſit, quæ non eſt omninò orbiculata, ſed nec compreſſa, non tumida, nec exilis, non parua, nec magna, non decolor, nec intensè colorata, ſed de omnibus gratioſè participans, ſicuti etiam cum ſapore medio inter omnes guſtui gratos, & acceptabiles, vti & ſoliditate mediocri, durationequè tandem diuturna potius, quàm breuis depræhenditur; à quibus Calimanijs malis parum diſtant *Pupinia* valdè amabilia; *Roſtaliolaq;* ſanitati conferentia vndequaque grata, atq; *Appiola* celebratiſſima. Theodori poſtmodum Celidonij Bononienſis Agriculturæ ſcriptoris non poſſum non probare methodum nominandi gradatim ſpecies malorum iuxtà eorundem maiorem, vel minorem bonitatem, & exiſtimationem, apud vulgus ſaltem, ipſe *Roſea* mala cunctis prætulit, dein poſuit *Calimana*, 3. *Paradiſea*, 4. *Appia*, & *Appiola*, 5. *Franciſca*, 6. *Cappardia*, 7. *Muſabò*, 8. *Pupina*, 9. *Prestitera*, 10. *Æruginoſa*, 11. *Glaciola*, 12. *Dulciana Iunia*, vulgò *Colare*. His omnibus Vincentius Tanarius noſter item Conciuis Nobilis Bononienſis Nobiliora voluit addere Mala Principibus Viris digniſſima, & ſunt Mala *Cotognina*, à ſimilitudine Cotoneorum in odore, colore, & durabilitate. Deinde *Caryophyllea* ab odore Caryophyllorum, etiam durabiliſſima non ſolùm præcocis, ſed ſerotinæ quoq; naturæ, quæ à Maio exactum vſque ad Autumnum perdurant. Nos autem ſequentes dabimus Malorum ſpecies depictas, quæ cum ſint præcipuæ communes inter huiuſmodi fructus, cætera non erit difficile dijudicare, atque internoſcere, ſi offenderentur, & ſunt *Mala Nana albicantia* Mala Cylindri figura *Muſabò* vulgò dicta, quæ rictum Leonis, vel potius Bouis videntur æmulari, quorum aliqua Cylindricam figuram referunt; Mala *Gemella*; Mala Anguloſa; Mala *Roſea*, ſeu Orbiculata, & Epirotica. Mala *Paradiſea*, & *Mala Paradiſeis* ſimilia; Mala *Æruginoſa*, vel *Ferruginea* maiora, vel minora; *Mala Paradiſea*, quæ Pyrum inuerſũ referunt. *Mala Paradiſea* maiora, alba rubra, &c. Et hæc dicta, vel exhibita Pomorum ad deſcriptionem, ſimplicemq; nomenclaturam exarandã ſufficiant, earum ſcilicet ſpecierum, quæ noſtras nõ abhorrent regiones, in quibus libenter germinant, fructificantq; haud infeliciter. Ad Exotica modò percurrenda accedentes, ea quæ ſolius auditu veniunt à narrationibus non pigeat audire; ſed noſtratum prius Malorum Icones aliquot inſpiciendi concedatur aditus.

Lib. 2. — *Lib. 2. de re ruſt.* — *Agric. l. 5. cap. 12.* — Giornata 5 — *Prim. part. Agric. c. 22.* — *Œconõ. l. 5.*

E F G H


1. Mala

Mala Nana Albicantia.



Mala Muſabò V. dicta, quia Rictus Bouini figuram æmulantur, Malum Gemellum, id eſt ſimul iunctum.

Mala Anguloſa ſubrotunda, *Mele Prete* V. quæ æmulantur quadrangulos Sacerdotum pileos.




Mala

Mala { Orbiculata. Epirotica. Rosea.

Mele Rose Bonon.




Paradiſi Pomum inuerſum Pyrum referens.




Poma Paradiſea dicuntur ea, quæ in omnibus ferè Hortis reperiuntur; Olitoreſquè omnes ſuis inſerunt in Pomarijs, quià odore, & ſapore ſuauiſſimis inſignia ſunt, nec aliqua excedenti qualitate pollent, quà noxia, vel minimum dici poſſint, immò vitæ Hominum conſeruandæ valdè conferentia vbique probantur, ex quibus cordial ia medicamenta viſceribus amœna conficiuntur, vt Syrupi de Pomis, &c. Calore namq; temperatiſs. ſunt, ſubſtantià mediocri conſtant, quà nec cruditates potuere, nec conſtrictiones, relaxationeſuè; ſed blandè habent ſtomachum, & cor refocillare ſucco &c.

Poma.



Mala

Mala Paradiſeis ſimilia maiora, pulpa alba, guſtu dulci, aut ſubacidula In tab. n. 1.
Malum Ferrugineum, *Mele Ruginenti* vulgò in tab. n. 2.
Malum Æruginoſum aliud n. 3.



EXO-

A

EXOTICA.

INnumerabiles penè fructus sub classe Pomorum specificatur, seù Malorum extrà determinatam ad Pyra v.g. Persica, Pruna, &c. stricto modo considerata relationem sese offerunt considerandi; suntq; terrarum longinquissimarum soboles, & ideò tanquam Peregrini, & Exotici per transennam solummodo sunt pertractandi. Caspar Bauhinus incomparabilis Botanicus in sua Pinace Theatri Botanici decem, & octo Malorum Exoticorum Arbores enumerat. 1. est Malus Maluccensis nonnihil spinosa, in cuius ramis formicæ alatæ laccam conficiunt. 2. Goensis fructu octangulari, Carambolas, & Bolunbah, dicta. 3. Guianensis, Pinas, quæ totius Mundi Poma superat. 4. Pomum Nicarague Penzoni, ex Clus. lib. 2. exotic. cap. 28. pag. 55. Cacao fructus. 5. Pomo similis Brasiliana Genipar Theueti, Iuni Pappaeyma Lerio. 6. Fructus Brasilianus Paludani ap. Clus. exot. l. 2. c. 7. 7. Duriacon fructus tribus inuolucris donatus in Iaua. 8. Batan, Darion, Iaca maior, Guanabanus Ouiedi, fructus suauissimus Malacensis. 9. Anon Ouiedo similis Guanabano. 10. Abauo, Arbor radice tuberosâ, Baobab Alpino de Pl. Aeg. cap. 17. & Clus. exot. l. 2. c. 1. 11. Arbor Chinensis fructu Anguriæ magnitudine Brusathaes Scaligeri. 12. Arbor fructu Peponiformi, Pepaios in India hispanica. 13. Higuero Ouiedi; Cuiete; fructus oui struthionis, vel capitis humani figura, seminibus cucurbitinis, pulpa alba, odoris nasturtij, &c. 14. Arbor America folijs Pomi, fructu triangulo. Ahouay Theueti, de quo in Castaneâ, cuius lignum teterrimi est odoris, & nucleus præsentaneum venenum, ex quo crepitacula Brasiliani faciunt, cuius superius figuram dedimus pagin. 300. 15. Locos fructus in Insulâ Magador capitis magnitudine. 16. Fructus orbicularis granis cordis effigie. Macoquuer Virginiensium, seù Tamaraca Brasiliensium. 17. Fructus Indicus tinctoribus expetitus; Brindones, vel Brindoyn. 18. Arbusculа Mali similitudine Lacteum succum fundens, Pinipinichi Monardes. Humor ex ramis incisis effluens ad tres, vel quatuor guttas potentissimè purgat. De quo Castor Durantes

Bauh. in Pinac. l. 11. sect. 6. Ionston. l. 1. cap. 1. art. 1

B

Baobab.

Clus. lib. 2. exot. c. 2.

C

—Pepinichi lac Arboris ordine terno
Est calidum, & siccum; citrinas purgat aquasq;
Bilis & humores validè.

Herb. lit. p.

Apud Ionstonum plura quoque Mala Exotica videre licet ascendentia ad numerum decinum sextum. 1. Est Malus Carambola Malabarensis fructu canino testiculo simili. 2. Ianipaba Brasiliensium; Genipat, Xagua, fructu rotundo magnitudine Mali Aurantij e cortice lento, cinereo, carne flauescente, vinosa, pertinacissimè tingens colore subceruleo atro. 3. Anona Ouiedi nouæ Hispaniæ, Arbor similis Guanabano, fructu variegato, ex rubro, & viridi, optimi gustus, & saporis alexipharmaco. 4. Brusathaer Chinensium, maximæ magnitudinis fructu. 5. Pinipinichist. 6. Ouaieroua Maragnanæ Insulæ Arbor vasta, fructu maioribus peponibus pari, flauo intus, & foris nucleis paruis, & nigricantibus, suauissimum fundente odorem. 7. Pompoquam Tarascorum, & Copalxocotl, fructu exiguis Pomis simili dulci adstringentis tamen saporis materies ligni huiusce Arboris Gummi, seù resinam Copal redolet. 8. Texoctlitera Mexicanorum spinosa mala ferens nostratibus similia, sed parua lutea, &c. 9. Higuero Ouiedi. 10. Acaba fuluomaculata colore, fructu paruo, tenui, odoro. 11. Iarapandiba Brasiliensium, fructu maliformi, supernè plano, extra gryseo, intus flauo. 12. Arbores sex Insulæ Moragnanæ Bannana, Pacourij: VVameabec Acaia, Vuacauæ, VVapyrup. 13. Frutex Brasiliensis innominatus similis Arbori Ianepabæ. 14. Fructus aliquot exotici mala æmulantes, vt fructus Brasilianus Inipappey vuæ non multum dissimilis; Fructus alius Brasilianus oualis; Locos Insulæ Magador; Brandoyn, Breguill; Beninganion. Poma Sodona, & Gumoræ. 15. Malorum Americanorum plura genera, vt mala Guianensia, Poma Nicarague, Poma Diuretica, Mala Guianensia Pinas.


Lib. 1 tit. 1 c. 1.

Clus. exot l. 10. c. 1. de copal, & Anime, &c.

D

Macoc-

Macocquuer Virginiensium fortè, seù Tamaraca Brasiliensium; hunc fructum Indi, exemtis pulpa, seminibusq; implent lapillis, aut crassioribus quibusdam granis siccis, & in lætitiæ signum dum ipsum bacillo aptatum commouent, & agitant magnum edunt strepitum, *ex Clus. lib. 2. exoticorum cap. 2.*



16.Macoquer Virginiensium cuius Iconem attulimus exenterati, & exiccati Pomi. Tandem numerus Pomorum in specie innumerabilis ferè varietatem morum innumerabilem in hominibus indicare quodammodò potest.

Pectoribus mores insunt quot in orbe figuræ,
Qui sapit innumeris moribus aptus erit.

Hinc Mystica, & Moralia specificorum Pomorum aptissimè subiungentur.

MYSTI-

A

MYSTICA. MORALIA.

Optimo Malorum odore allecti, nos in Viridaria Mysticorum tantisper conferamus. Hic sub mysticis hisce Virtutis Arboribus, quæ se veræ Scientiæ veras magistras ostendunt, & vt tot nusquam fabulosi, sed veridici semper Batti Cælum respicientes, Vitæ beatioris semitam rectius indigitant, addiscere licebit, quòd bona fama, bonus odor, benèq; moribus olere, alios est pijs operum proborum exemplis instruere, atque ad bene operandum allicere; vt è contrà scandalum est pessimus odor, & teterrimus, corrumpens omnia. Hic nos Mortales, qui Christi bonus odor sumus, in odorem mysteriorum, quæ ex istis Arboribus eliciuntur, currentes, erudiri poterimus ad benè semper olendum Virtutibus, nè benè semper oleamus sensualibus tantum odoribus, qui mera sunt irritamenta malorum, quandoquidem

S. Ber. sup. Cant. serm. 71.

B *Non benè semper olet, quod benè semper olet.* *S. Hieron. ad Demetr.*

Propterea sacris in Canticis de Anima summoperè Deo dilecta, moralis hæc exhibetur Metaphora: *Odor oris tui, sicut odor Malorum.* Et quidē iure perquam optimo; cum enim Os hieroglyphicè denotet Verecundiam, dum viceversa de impudenti dicitur ipsum os non habere; & ori præsto esse, vt est illud Ieremiæ 12. *propè es tu ori eorum*, significet præstare quicquid postulatur: videtur odor Malorum in ore Virtutes perbellè præseferre meliores, Humilitatem scilicet, & Charitatem, quibus nihil à Deo negatur; Vndè ad exemplum quammaximè proficuum omnibus, de Ore fructuum Mali Arboris optimum odorem olente dici potest, & replicari Canticorum suauis illa Sententia. *Osculetur me osculo oris sui.* Sacris in hisce Pomarijs, eccè quàm viuè Mala meliora Virtutes Sanctorum innuunt; eccè quàm clarè Ciuium quoque bonorum in Patria probitatem extollunt, *Vrbs probis exculta legibus bonos Viros profert*, Sic referente Diuo Basilio Magno in laudem Gordiani Martyris, dicendo; *Sicut Arbores, quæ bona ferunt Poma, propria bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo, sic iste ex nostræ* C *Vrbis prodiens vtero*, &c. Cum igitur hinc habeamus has Arbores Ciuitatis benè constitutæ, sanctisquè munitæ legibus esse symbolum, non malè crediderim Mali Arborem illam fuisse, quam Pythagoras edixit, nec violandam, nec cædendam, dum præserrim præcipuò magis epitheto *Mitis* hæc Arbor appelletur, quòd tantò magis veritatem redolet, quantò satius Mala propter cutis lenitatem, quæ rubro infecta est colore, Mysticè repræsentare videntur Clementiam Principis, atque Misericordiam, quæ peccandi verecundiam teste Seneca, facit, ex qua Amorem ad Virtutes, & per consequens odium ad vitia nasci cuique compertum esse coniectamur. Omnis item Doctrina moralis, quam ex Berchorio de hac Arbore habemus, tota ad hunc finem conducit. Virum enim perfectum, quem per hanc Arborem denotari asseuerat, soliditatem ligni Malini, firmitate constantiæ æmulari notissimum est, vndè Horatius appositissimè canebat.

Cant. 7.

Pier. Valer. Hier. f. 240

Gouschel. l. 3. Elocut. sacr. scrip. Cap. 2.

Ex Diog. Laert.

Seneca. de Clementia.

Lib. 12. cap 94. Reduct. Moral.

Iustum, & tenacem propositi Virum.

Sic & rugositatem corticis, atque frondium istius Arboris vmbrositatem, humilitate vestium, & optimorum exemplorum abundantia Vir huiusmodi præsefert. Sic D & decoram eiusdem florum amœnitatem, atque iucundam fructuum suauitatem, videntibus, & gustantibus summè acceptas, & propter hæc in Medicinis multipliciter efficaces, amœnitate morum, & sanctarum operationum fœcunditate compensat; quare suauis, & amabilis apud Deum, & Homines maximoperè redditur,

Et fructus eius dulcis gutturi meo. *Cant. 2.*

MIRA-

E

MIRACVLA.

Seuerioris Hyemis rigores Autumni, Verisquè ſtipendijs ſupernaturaliter inſignitos habemus per merita Sanctiſſimæ Virginis Dorotheæ. Hæc Virginitatis amantior, quam coniugalium quantumuis caſtiſſimorum amplexuum, Theophilum, quem Thalami conſortem penè coacta duxerat, neſciuit niſi cœleſtibus petere Pomis, dum illi delicias æterni regni ſectandas inſinuans, vt propoſitiones ſuas magis firmaret, eidem (brumâ licèt ſummè deſæuiente) Roſas, & Poma verè Paradiſiaca cælitus impetrauit. Sic Virginis imperio Natura paruit, tametſi legibus non conſtringatur humanis. Capite enim pro fide in Chriſto plexâ Dorotheâ, Theophilo aſtitit Angelus ab ipſâ miſſus cum floribus, ac pomis in calatiſco, iunctum verè Veri Autumnum exhibens. Cui Theophilus:

Marius Bettinus lib. 2. Eutrapel. 5 post Epistol. Doroth. ad Theophilũ. sacrar. heroid. 4.

Formoſe mi puellule — Vnde rigente brumâ,
Eburno geris calatho — Hac Poma: Floſculoſquè?

Angelus verò *Autumnus vbi frugifer, — Brumâ rigente procul*
Æterno Vere floridus — Fert Poma, Floſculoſquè.

tum Theoph. *En Ver in Flore video, — In Pomulis Autumnum.*
Hic vna Ver pomificat, — Floreſcit hic Autumnus.

F

Sic ex ficto, quin potius ex hoſte verus Theophilus, id eſt verus *Dei amator* effectus eſt ab vxore, quam verè Dorotheam, hoc eſt *Dei donum*, ſeù *Deam donis* ſortitus fuerat. Et quidem non poterat non in vtroque ſumma poſthac Sanctitas fulgere, dum vel in ipſorum nominibus tam præclarus diuinitatis character effulſit; Sed ecce quid de illa cecinerit lepidiſſimus Marianus;

Ruin. Rom. lib. 1. epigr. 184.

Dorothea iaces; tumulo date munera florum,
Spargite purpureis lilia mixta roſis,
Reddere collectos Paradiſi ex Arbore fructus
Pro ſibi collatis floribus illa poteſt.
Floribus, & Pomis Superos inuitat ad Hortos
Noſtrum, quod Pomo perdidit Eua, genus.

G

Nec eſt minus auditu mirabile quod de Sancto Caengino Hiberno ſcribit Laurentius Beyerlinkius in ſuo magno Theatro, nimirum ab ipſo (cum Reguli cuiuſdam filium ægrotantem in ſtudio pietatis informaret, & iſte præ morbi ardore, poma ſummoperè deſideraret) Arborem Salicis mirâ Fide benedictam fuiſſe, quæ tunc, & per multa poſthac tempora poma ferre conſueuit. De hac Arbore, per benedictionem Pomiferа mentionem facit etiam auctor vitæ S. Laurentij Epiſcopi Dublinenſis, hæc habens; *Nec ſine fontis dulcedine locus eſt; nam ex eâdem rupe riuulus ſonorus erumpit, apud quem riuulum etiam Salix mirifica reperitur, poma ferens vſque ad hyemale Sancti Martini feſtum, erudiſſima, vt vix à quoquam tum poſſent deguſtari: appropinquante autem Natiuitate Dominica, celeriter matureſcunt, ſolis infirmis pro medicinali remedio reſeruanda.*

T. Vit. Hu. Tom. 1. B. pag. 181. a.

Cap. 16.

EPITHETA, ET ÆNIGMA.

H

Figuræ Malorum ſuperantium cœtera Poma Sphæricitas facit, vt ipſa Mala poſſint appellari *Globoſa*, atq; *ferè rotunda*; & hæc tanquam præcipua fructuum iſtorum Epitheta Italicis hiſce verſibus eleganriſſimè complecti viſus eſt Generoſiſſimus Heros Genuenſis Io: Vincentius Imperialis mihi beneuolentiſſimus Patronus, co præcipuè tempore, quo Bononiæ moratus ille fuit

In lib. inſc. lo ſtat. ruſt.

Raccor quei ſaporiti, e ritondetti
Globi pendenti, in cui già già ſe miri,
Ricama il verde ſen roſſo colore.

Ex lexic. Io. ſcapula.

Et ob hanc cauſam vox μῆλον apud Græcos importat formæ rotunditatem; aſt quoniam μηλὴ ἰσίς nil aliud eſt, quam *Pomus*, idcſt coloris genus, quod ad luteum, ſeù flauum

A flauum tendit, indè insurgit epitheton *Pulchri* Malo conuenientissimum, quod quidem ab Homero fuit propositum, dum legitur in ipso *Pyri punica, & Pulchri Mali forma.* Alia tamen Poma de pulchritudine multum participantia *Venusta* dici promerentur, & alia *Elegantissima*, quià concinnitatem humani capitis quadantenus repræsentant, hoc est Sphæram, seù globum vtrinque parum compressum, in quo Malæ protuberantes aliquam Malorum speciem ostendentes, teste Polluce, colorem rubrum candori egregiè iunctum, seù flauo, aut luteo, qui color dicitur μήλινος, habent, vbi solet ingenui pudoris sedes locari, cum ipsæmet Genæ, nisi fucati naturam præternaturaliter induant, ab innocenti minimè desciscunt puritate. Egregia, vt ita dicam, & nobilis Mali Nobilitas cum prędictis alijs conditionibus Epitheton ei parit in Italico Idiomate, *Leggiadro*, quod coincidit cum alijs hisce vocibus *Galante, Ornato, Pulito, Vago*, quæ latinè redditæ resonarent elegantiam, & venustatem; sic Baptistæ Guarini celeberrima Musa Dramatica cecinit *Così Pomo Leggiadro.*

Putrido verme in Vaga scorza asconde.

Itidemq; famosissimus Tassius *Quand' io ti porgo i vaghi Pomi.*

B Sed eò pertingunt Poma, vt *Lasciua* habeantur, sunt inter donaria, sunt inter iocos, lususquè lepidiores amantum sæpè sæpius iactata.

Malo me Galatea petit lasciua puella,

Et fugit ad Salices, & se cupit ante videri.

Hac de re fuit *contentionem dearum pariens*, quo epitheto illud in proprio Mali Ænigmate decorauit, & est quod sequitur

Nomen habens Græcum CONTENTIO MAGNA DEARVM,

FRAVS Iuuenis pulchri, multarum cura sororum,

Excidium Troiæ dum bella cruenta peregi.

Ideò quãuis de causã *graue*, tum quod propterea quamplurium infortuniorum fuerit causa grauis; cum quià propter sui molem, & pondus, quando multiplex est, Arborem propriam fatiscere cogit, in quo sensu Theochriti interpres Eidyll. 12. habet.

Vt GRAVIBVS Malis superantur Pruna Damasci.

Multum autem cum vigeant, & ad multa valeant Arbores Mali cum suis Pomis, ob id C Virgilius ipse Malos pronunciauit *valentes* in illo carmine

Et steriles Platani Malos gessere valentes.

Valent equidem allicere Mala secretã quadam vi aspicientes quoscunque expectantes forsan odores experiri quamplures suaues, itemquè sapores non paucos degustare pergratos, quod non est commune omnibus fructibus, immò rarissimum, & insoletum, vndè Sulmonensis vates Mala vocauit *Redolentia.*

Et in patulis redolentia Mala canistris.

Alteriusquè vatis splendida Musa eadem Mala *fragrantia* dixit.

Dum simulat legere è multis fragrantia Mala.

Bacchica demum posse appellari Mala non dubitarem, cum Bacchus Malorum inuentor perhibeatur, Malaq; ipsa post vuas plus succi vinosi, & potui gratissimi contineant in sese, quàm faciant quæcunq; alia Poma; sed istorum quamplurima *Purpurea* magis ob colorem appetunt indigitari. Idem Theocritus

At vos ô pueri, qui suaue rubetis Amores -- PVRPVREIS similes Malis.

Verùm hic Malorum vires exponere non erit extrà ordinem, siuè pręter methodum D eorundem fructuum cognoscendorum, atq; virtutes. De Viribus ergò, & Alimentis Malorum vtilis fiat excursus.

Odyss. n.

Galenus in l. Mycrot.

Pergamin. memor. l. l.

Guar. in Comed. d. Pastor fido.

Aminta Cō.

Virg. egl. 3.

Virg. Georg l. 2.

Symposius Ænigm. 82 apud symb.

polyhist. P. Caussini.

Pli. l. 15. c. 27. & Ou. l. 8. metam.

Pontanus

Theocrit. eidyl. 5.

Eidyll. 7.

VIRES, ET ALIMENTA.

QVemadmodum in Moralibus exurgit Bonum ex integrã causá, & Malum ex singulis defectibus, ità euenire in naturalibus, respectu Mali Arboris arbitramur; illius etenim fructus si sit maturus, & ex laudabilioribus speciebus, atq; coctus, vel saltem hyeme custoditus, parcissimèq; comestus innocentissimis gaudet facultatibus; è contrà verò eueniet si aliquantulum ex prædictis conditionibus probis deficiat, quià tunc Malum ipsum erit propriè Malum, idest improbandum & vt ille ait

Georg. Pict. in Pantop. n. 1.

Corda iuuant flammis agitata, at noxia ventri,
Mala quidem neruis, vel nocuisse patet.

In Herbar. lit. M. Sed quæ concisè nimis Pictorius scripsit, Castor Durantes Fusius explicauit monometris versibus *Exhilarant animos prædulcia, odoraq; mala,*
Frigus; & humorem inducunt, & vota ciborum
Proritant, & cordi prosunt; concoctio ab illis
Conficitur; stomachum firmant post addita cænas,
In morbisq; iuuant multum; sed & acria firmant
Ventriculum, succiq; mali est pomum omne, parumq;
Enutrit, flatumquè creat; melioraq; cocta Omnia sunt.

In particulari verò loquendo ab acetosis Malis frigidum, & subtile alimentum memoriæ valdè officiens expectetur. Insipida nullius vtilitatis existimentur; Acerba omninò fugienda sunt; Sub dulcibus mediocribus in qualitate quacunq; moderatè vtendum est, in genere tamen omnia mala, nisi cum omni circumspectione assumãtur vitiosa sũt, nam immatura adstringunt, matura laxant, æstiua bilem gignunt, neruos lædunt, inflationesq; pariunt; & in summa Mala omnia frigiditatem, & terrestreitatẽ sapiunt plus, minusuè corrigibilem, & in meliorem temperaturam reducibilem, dum coquuntur, saccharoq; insperguntur. In Hyemem igitur custodiantur Mala, & ea maximè quę suauiter fragrantia erunt, nam tunc cerebrum, & cor confortant; Phthisicis, & Melancholicis sunt adiumento, humectant enim blandè, & roborant, quorum caro ad calidum, & humidum temperatè vergit; putamina verò calidæ, & siccæ temperiei accedunt; ast nuclei refrigerant, & exiccant; & quamuis Mala per se sumpta, idest solitariè comesta parum nutriãt, parumq; laudabilem sanguinẽ gignant, nutrimentosis tamẽ cibis de facili iunguntur sociasq; vires non imminuũt, sed gratiosè potius roborãt; vndè tempore caritatis Annonæ Malorum ipsa caro, quę prius ad solem, vel in clibano exiccata fuerit artificiosè remollita per elixationem aliquam, & pinsa, cumq; portione suffectæ farinæ triticeæ remista, & in panes coacta, & cocta copiosum, salubre, atq; gustabile suppeditabit alimentum. Ex primo equidem Malorum florido apparatu concinnari non solùm pro sanis conseruandis, sed pro ægris subleuandis varia medicamenta possent, nam sacharo condita florum foliola cordialis, & capitalis optimæ virtutis dignoscuntur, & quæ ex ijsdem floribus integris Aqua in B.M. destillauit ruborem faciei tollit, omnemq; deformitatem abigit lotione mediante per aliquot dies reiterata; quæ verò aqua ex mitibus, edulibus, antequam acesserint Malis destillata fuerit ea valdè confert ad confortandum, & refrigerandum ipsum cor, si mane, & vespere in potu sumatur, & si lauentur ea ter in die serpiginosæ inflammationes; quinimmò Anthraces, herpetes depalcẽtes, abscessusq; pestilentes curat; succulentam porrò pomorun substantiam in syrupum, vocatum de Pomis, redactam non possumus laudare satis, quià plura semper promeretur encomia pro dolore capitis contumacissimo superando, proq; febre quartanã, quę est ludibrium Medicorum, extinguenda, oppilatione splenis reseranda, & omni melancholicã ægritudine tollendã: ab ijsdem certò credendum est Malis Pharmaceuticæ medicinæ elegantissima præsidia parari, sed cosmeticæ quoq; medicinæ suaues pulchritudinis conciliandæ formas effingi, quemadmodum est electuarium ad modum cydoniati palato perquam gratissimum, & in ardentibus febribus accomodatissimum, & ventriculo mirificè succurrens languenti; & quemadmodum est vnguentum mirè refrigerans, & humectans ex carne odoratã pomorum cum pinguedine candidissima suilla, &c. Non parum itaq; refert Mali plantas ità proficuas colere.

Balt. Pisan de cib. nat. — *Diosc. l. 1. cap. 131.* — *Ex lib. ins. il Pane sou uentiuo O. M.* — *Dorstenius in Botam. Antid. Bon non. p. 266.* — *Trag. l. 3. st. hist. c. 44*

CVLTVRA.

Non vnico tempore anni, sed tam Primi Veris, quàm seri sub Autumni initio seri, atq; plantari possunt Mala, quę locis delectãtur frigidiusculis, humidaq; & pingui riguãq; tellure, naturã, vel arte lętatur, multò melius tamen Plantę Malorũ viuiradices terræ sunt committendæ, quam ipsa semina, quarum Plantarum generosiorum maior pars in scrobe est sepelienda, summitate tantum supra terram relicta, radicibus felle taurino prius illitis; Satio hæc, vel Plantatio in locis montanis versus meridianum

Constant. cas. l. 10. c. 18. ex Anat Pallad. in mense Feb. tit. 25.

A num instituetur cœlum; macrum autem, & aridum recusat solum in quo vermiculosa citissimo euadit, & poma fiunt decidua; ouillo lætatur stercore Malus admisto tamen immundo cineri; Eadem Malus Arbor in omnem non solùm Pyrum syluestrem inseritur, & in Cotoneam, ex quo connubio prodeunt Melimela Mala pulcherrima, Atheniensibus olim celebratissima, sed plurimis iungi potest Arboribus æque felici amplexu, vt in Platanum, à quâ rubicunda fiunt Mala. Didymus verò in Georgicis suis mandat insitionem Malorum ritè fieri in Damascena, afferens quoque ex Citrio Malo, Malum insertum semper fructus prolaturum. Si verum est quod Malorum fructus rubedinem acquirant ex rigatione vrinæ ad illorum Arboris radices facta, necesse erit intercedere cum Malis, & cum Hominis temperatura naturalem quandam relationem, quâ mediante istius excrementis humidioribus corruptis, sequatur generatio talis ruboris; idemquè ferè dici posset de rosis, quæ, per tradita ab eodem Constantino in suis selectarum præceptionum de Agriculturâ libris, satæ sub Malis eâdem Mala rubicunda efficiunt. Sed cum folius verè Solis, aut saltem non sinè Sole rubeant Mala, inquiente Plinio. *Cunctis verò quæ fuerunt à Sole, partes rubent*, nisì Sol operetur B directis, vel reflexis radijs in fructuum ipsos si superficies, hæ nequaquâ colorabuntur. Non erubescet certè Villicus, nec timore pallescet, si pomaria sua non procul à domo constituat, benè clausa, atque munita non solùm spinosis sepi mentis, sed oculorum sub tutamine, vt fures externi, atque domestici quoque arceantur, stareque loco coacti sint; ibi poterit commodissimè alumnas suas Arbores in officio continere meliores efficere, atque earundem infirmitates curare, & omnibus necessitatibus occurrere opportunè. Doctrinam Palladij circà Malorum insitiones non negligat, sed memori sub pectore condat, illamquè ad vsum depromat, & syluestria pruna, spinosasq; alias fortissimas plantas, & vegetes in promptu habeat.

Ex Lonicer.

Constant. cas. l. 10. c. 19. ex Berytio

L. 15. c. 14.

Pallad. l. 1. tit. 34.

Palladius de Insit. l. 14

> *Insita proceris pergit concrescere ramis,*
> *Et sociam mutat Malus amica Pyrum:*
> *Seque feros syluis hortatur linquere mores,*
> *Et partu gaudet nobiliore frui.*
> *Spiniferas prunos, armataquè robora sentes*
> C *Læuigat, & pulchris vestit adulta comis.*
> *Exiguam sorbum dulci distendere succo*
> *Nouit, & ad cupidas flectere poma manus.*
> *Stipitibus gaudet nomen mutare salignis,*
> *Et gratum Nymphis spargere flore nemus.*
> *Robora Thyrsigero Platani concordia Baccho*
> *Fœtibus instituit plena rubere nouis.*
> *Illius insolitas miratur Persicus vmbras,*
> *Populeaquè ferunt candida dona comæ.*
> *Mespilus huic paret, lapidosaq; viscera mutans*
> *Tenditur & niueo plena liquore rubet.*
> *Pro sudibus fœtis, & pro pregnantibus armis*
> *Castanea fuluum dant noua mala decus.*

Ibi poterit indefessus pomarij cultor, & custos Scillas frequentes plantare inter Arbores ipsas insitas, vt à vermibus hæ præseruentur, cum huiusmodi animalium pesti D Mala ipsa pessimè subijciantur; stercorationibus item varijs, & affusionibus medicatarum humiditatum, immò & plumbeorum annulorum amuletis trunco Arboris alligatis fertilitati magnum addere pondus, & robur procurabit. Superfluaque omnia, & noxia recidet, luxuriemq; compenset, deficientiamq; omnem supplere omni arte, & industria tentabit; Fætuumquè retentioni intendet, si radicum matrici fissæ lapillos inijciat, qui squallentia cogent viscera prauorum alimentorum fructificationem lædentium obliuisci; vndè prosperè omnia successura sperari possint; ita vt etiam biferæ quoque factæ syluestreitatis absq; feritate, si possibile sit, eædem Arbore sobliuiscantur. Sicque roboratæ in mostrositates minimè incurrent, de quibus aliquid subinferendum nobis occurrit.

Const. cas. agr. l. 10. c. 18.


Plin. l. 16. cap. 27.

E

MONSTROSA.

Theop. l. 4. Hi. pl. c. 16.

INfausto sydere, infesto Aere, infestaquè Tellure Mala Monstrosa quædam Malis videmus quandoquè accidere, vitiato namque istorum alimento in quali, & in quanto, præternaturales formæ, atque figuræ succedunt, ex quibus argui possunt morbosæ saltem constitutiones; non negarim tamen ex vnica materiei alimentalis abundantia insolentem aliquam Malorum cōformationem, vt in Gemello hoc Pomo, Malum minimè portendere; & quoniam circà huiusmodi Gemellum Malum à me sequenti disticho exquirebat quid sentirem Illustrissimus Co. Carolus Ant. Manzinus ex temporaneum aliud distichon responsiuum eidem remisi.



Malum Gemellum in reliquis inculpatum.

Præclarissimo D. Ouidio Montalbano Co. Carolus Ant. Manzinus


Vnus Apex geminum demittit ab Arbore Pomum.
Montalbane, parit quid sua monstra Ceres?

Illustrissimo D. Co. Carolo Ant. Manzino Ouidius Montalbanus.

Gloria Naturæ, quæ sic ditescere nouit,
Manzine, hoc Pomum est, Coniugijq; Typus.

Verùm à syderato Malo, cuius hic subiungimus figuram, non nisi pessimæ possunt erui significationes, quando illius Atrophia paruitatem non modò turpem, sed boni cuiuscunque succi priuationem inducit, cuius vice rubiginosa malignitas, gustui quoque ingratissima pomosam substantiam occupat; vndè facultates omnes naturales frustraneæ ferè sunt redditæ; tristisquè ingruit senectus;

H




Malum Syderatum, & veluti Marasmo de pessimū.

Mon-

A Monſtrabit itaq; ingentia Mala hæc Mali Mala paruitas, inter quæ natiui caloris, hoc indice nimium frequenti, poterit in viuentibus facilis ſuccedere depauperatio. Celerrimam hanc ſenectam in Fructu non ſolùm, ſed in Arbore Mali Plinius Naturalibus in Hiſtorijs haud perperam adnotauit ſcribens *celerrimè verò ſeneſcit, & in ſenecta deteriorem fructum gerit malus*. Verum qui ſyderatas in fructibus malinis monſtroſas figuras à dirâ grandine præcipuè excitatas contemplabitur, is quoque perſonatos cortices Malinos Attellanis Hiſtrionibus olim chariſſimos perſonare audiet, quemadmodum eſt, ille quem ſuprà poſuimus pag. 360. admirabilis certè, atq; terribilis, quem in meo locatum habeo muſæo mihi liberaliter elargitum à ſtudioſo Iuuene Bonon. Carolo Antonio Toſio, quem gratitudinis ergò nominamus, nec minus terroris in omen accipiendi ſunt Malini peruerſæ figuræ fungi, vt ille quem præſens figura oſtendit.

Plin. l. 16. c. 27.




Monſtroſus quoque non parum ſuprà poſitus dici poteſt Mali Arboris Fungus Eſcarius Meſenterij referens Viſcus alimentum minimè deferens Arboreo Iecori, ſed detrahens, à cuius copiâ, atque frequentiâ Eſuriales timeri poſſunt Feriæ, ob fructuum ſubſecuturam Annonæ caritatem, famiſquè triumphalem victoriam, cuiuſmodi Comicus in captiuis enunciauit; *Neque ieiunoſiorem, neque magis effertum fame vidi, nec qui minus procedat quid quod facere occeperit, itaque guttur, venterque reſident Eſuriales Feriæ.*

Plautus in captiuis.

E

Monſtroſum Malum *Muſabò* præcox, & æſtiuum, quandoque autem vſq; ad Autumni medium perdurans, cuiuſmodi eſt preſens, quod inuentum fuit ſemidiaphanum ex accid.



Cum in Autumno Anni 1659. Illuſtriſs. D. Co. Carolus Anton. Manzinus Philoſophus Collegiatus, & Aſtronomus præclariſſimus collegiſſet huiuſmodi ſpeciei delineatæ in Icone præſenti Pomum in Villâ Longariæ agri Bononienſis, quod quidem apparebat pro medietate diaphanum, & veluti ex vitro fuiſſet conflatum, iſtius effectus cauſam à me ſciſcitabatur, mittens ad me Pomum idem conſiderandum, vnà cum epigrammate ſequenti, cum hac inſcript. Illuſtriſs. & Excell. Antianorum Iudici Ouidio MontalbanoCo. Carolus Ant. Manzinus Semidiaphanum pomum dono mittebat.

H

Quantis, Montalbane, modis Natura ſagaci
Contemptu humanum decipit ingenium!
In Corde Autumni collectum ſuſcipe Pomum,
Vel potius gemmam, vel potius glaciem.
Nec Gemmam, aut Glaciem pomum, nec percipis vnum;
Eſt Gemma in pomo, fructus vbi Glacies.
Verum ſi Gemma eſt, tenero quare cortice pollet?
Si glacies; Phœbi quid riget ante focos?
Si pomum, quid non Pomoſo humore medullam
Omniparens toto cortice ſubſtituit?
Hinc abſit Pomona, Ouidi, his Iudice ſubte
Vertitur; haud veſtrum dedecet illa Forum.

At Illu-

A At Illustrifs. Viro, & doctissimo D. Comiti Carolo Antonio Manzino Semidiaphani Pomi ab eo sibi missi Iudicium remittebat Ouidius Montalbanus Ogdoastico sequenti.

Gemmea dicatur Virtus clarissima, qua tu
Manzine, es famam tergeminare valens.
Gemmea: non fructas, quamuis pellucidus hic sit,
Cedit enim Tellas partibus Aerys.
Decolor est, Physicoq; nimis malè peruius igni,
Nec benè Marcoris diffugit ille minas.
Iudicet hac Sapiens Rationis Lege perenni:
Non ego, cui modico Marte Minerua praest.

Iamq; Malorum à Monstris non omni immunibus malitie ad Pyrorum demonstrandam naturam, & affectiones munificas pernici calamo transfretemus; ibi nobiliores fortassis, & ditiores dotes inueniemus, nobisq; dabitur Doctrinam Dendrographicam solidius dilatandi vberior commoditas; cuius Capitis, in hoc Libro Secundo, secundi Rubrica prima Descriptionem particularis huiusce Pyrorum fructus à malis specificè B distincti, & nomina continebit, sicq; ordinibus indulgebimus, & pulcherrimos æqualibus, quantū fieri poterit, spatijs Hortos dirimemus Virgiliani illius memores præcepti.

Indulge ordinibus, nec secius omnis in vngaem — Georg. l. 2.
Arboribus positis secto via limite quadret,
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum,
Non animum modò vti pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus aequas
Terra, neq; in vacuum poterant se extendere rami.

Hincq; sperari poterunt vberrimi non solùm, sed suauissimi eruditionum in Arboribus prouentus, iuxtà illam Sulmonensis Vatis obseruationem elegantissimam. — Ouid.

Aspice curuatos pomorum pondere ramos,
Vt sua quod peperit vix ferat Arbor onus.

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ,

Libri Secundi, Tractatus Secundi

CAPVT II.

DE PYRO.

DESCRIPTIO, NOMINA.

Cesalp. de Pl. l. 3. c. 62 Theoph. H. pl. l. 1. c. 16. Plin. l. 16. c. 25.

PYRVS Arbor Malo parum absimilis est, à quo propter corticem magis rigidum, atque ramos erectiores, foliaquè in superficie lenia, fructumquè turbinatum, cuius pars strictior longiusculo adhæret pediculo, aliquantisper differt. Flores edit Mali floribus simillimos, ratione coloris, tenuitatis, foliorumquè numeri; Amboquè hi flores sunt pleni Veris inditium, & Anni renascētis imago; Eadem ambabus in Arboribus hisce, in Malo scilicet, & Pyro cernitur Catulitio, gestiente naturâ primis in efflorescentijs Animam proferre; Carnem habet in fructu Pyrus Malina densiorem, vndè fit quod maior, datâ paritate molis, reperiatur in Malo succositas, minor tamen versus centrum acetositas; in extremis æquè benè olent Pyra, & Mala, id est vnumquodque horum in sua proportionali specie eodem modo se habet, itaut parallelizent fructibus in ambobus sapores, in suaucolentia, atque gustabilitate æquali. Maturè quidem germinat Pyrus in vniuersum, quamujs aliqua illius species sit præcox; eadem auctu facillima est, tam ex cacumine, quàm ex latere feliciter germinans; Austrino ab aere, & nebuloso, dum floret, sicuti etiam Malus, maximopere læditur, itaut fœtus amittat; ipsâ eadem Arbor Pyri grandiori in ætate fructifera magis redditur, atque fœcunda, si Plinio credimus, quod intelligi tamen deberet, nisì in primâ ætate nimium fuerit effæta. Grana Sementica ipsius fructus tunicam habent tenuissimam, atque putamen coriaceum. Pyrus syluestris à domesticâ probè dignoscitur ob paruitatem fructus, & illius ingustabilitatem, & spinas propter erectas, & crassas. Omnis prætereà Pyrus, hyberna præcoce exceptâ, messis tempore semina reddit; interquè Pyros domesticas aliæ sunt, quæ æstiuos habent fructus fugaces, aliæ autumnales, aliæ hybernos, qui rigidiores prouocant elementorum iniurias impetteriti, & nisì ab Arbore separentur nunquam mitescunt. Pyrorum prima velocitate

Theop. l. 7. c. 6. & l. 4. c. 12. & l. 2. c. 11. & l. 3. c. 7. H. pl.

Plin. l. 16. c. 27.

Theoph. H. pl. l. 1. c. 18.

Id. Plin. lib. 16. c. 26.

H

non

A non solùm, sed odore mosci superbiunt *Moscatula* dicta, parua quidem mole, sed virtute magna; colore insuper ex viridi flauescente, cum rubro interposito bellula, sub quo genere posset reponi Pyrus Poluuilleriana Bauhuini folijs malinis ferè, ex insitione fortè sorbi alpinæ orta. Quibus in ordine secunda succedunt *Iuniola* paulò maiora, benè succosa, quæ fortè sunt Plinij *Falerna*, succi propter abundantiam Iunio mense maturantia; Tertiò sunt Pyra *Lactea* albidioris succi, rudioris què figuræ, atque coloris minimè pulchri, sed sapore multum expetibilia; quartò sunt *Glaciola* translucida; quintò *Sementina* tempore seminum maturescentia, rubello flore à Sole deriuante prædita; mox *Regia*, *Papalia*, *Cucurbitina* magnitudinis ingentis, & serotinæ maturationis; sed de his inferius tractabitur cum de Generibus, & Differentijs agetur, nunc Nomina tantum, & illorum originem prosequi, atque venari debemus. Dicamus itaq; Pyrum Arborem, quæ Græcè ἄπιος, & ὄγχνη dicitur, quæque secundum sibi vindicat in Pomarijs locum, Malo excelsior, si non communior, propter fructus à terra distantiores ἄπιος appellata, voce scilicet significante longinquitatem, quam carmine tetigit elegantissimè Iosephus Milius.

Hist. vniu. pl.l.c.4.T.1
Plin. l. 15. cap. 15.
Cor. Heres l. 2. Agric
De Hortor. cult. lib. 3.

B *— Pyra iamquè in frondibus ardent*
Excelsis: altumquè timent hinc mitia casum.

Altius itaque assurgens, & montes felicius scandens quàm Arbor Mali; solum intrà lætum, & humidum in longam crescit ætatem, cuius diuturnitati nulla tarditas potest afferre fastidium. Pyramidalem propter figuram fructus, nomen Pyri acquisiuit hæc Arbor. Sed propter acerbitatem magnam, qua verba tolluntur, nè proferri possint Pyrus syluestris dicebatur ἀχράς, cuius meminit Aristophanes. Hinc Trasibulus (quod valdè notatu dignum est) occasionē arripuit propriam taciturnitatem excusandi dolosam, & muneribus venditam Lacedemonijs Legatis, quibus contradicere debuisset, nam simulauit se comedisse Achradas, hoc est pyra syluestria, & ob id loqui non potuisse; In particulari ast descendendo magis adsunt Pyra quædam, quæ *Volema* dicuntur, eò quià volam manus præ magnitudine implent Auctore Seruio. Pyra *Carabella*, vulgò *garauelle*, quià *Cara inter Bellaria* reponuntur. Pyra *Cystella* sunt ventricosa, nam κύστις græcè est venter. Pyra *Glacialia*, vulgò *ghiazzole* imitantur translucida C in substantia glaciem; Pyra *Lardaria* ex eo quod laridum suillum referant, & imitentur in apparentia quadam sectionis. Pyra *Regina* parum quidem regij præter nomen habent, regiaquè melius dicenda forent à rigore, & asperitate, non quidem saporis solùm, sed substantiæ simpliciter, quà nil excogitari possit peius, dum intus intractabiliter obdurescit, adeò vt in prouerbium abierit apud nos Bononienses de quocunque obstinatissimo, cui obijcitur, quod sit Pyri regij callosum intestinum *Magone di Pera Regina*. Pyrum *Papale* est quasi Pomum admirabile, à voce *Papæ*, quæ est interiectio admiratiua, deductum. Pyrum *Ciambrusinum*, vel *Ambrosinum*, ex eo quod videatur ambrosium succum continere sub veste tenuissima, atque pretiosa, quæ olim dicebatur *Cia*. Pyra *Regia* in sensu directo, quià multis alijs comparata quandam in suo genere maiestatem ostentent alijs præferendam. Pyra *Castanea* à sapore fortè castanino, potius quàm à colore sic indigitata. Pyra *Steatapia* dicta à voce græca στέαρ ατος hoc est adeps, quià videantur adiposa, vtpotè substantiæ solubilis. Pyra quæ à *Ficu* denominantur, & sapor Ficuum dulcis, & figura ficuum crumenam tumidam repræsentans talia dici voluere. Pyra *Sementina* sationi frumenti propria maturatione adsistere D videntur. Pyra *Gallica* Nobilissima, & vetustissima nomina conseruant. Pyra *Musctea* vindemiarum tempore maturescentia. Pyra *Lupa*, quia heluonibus aliquando expetita nimis procaciter fuere, huiusmodi sortita sunt nomen. Pyra *Angela* bonitatis haud minimum præseferunt, nomine tenus saltem, argumentum. Pyra *Granella* granis pluribus, veluti miliarijs præduris circa sementem in corpore gerendo, sibi nomen hoc fecere. Pyra *Bergomatica* Bergomensi ciuilitate spoliari, neque apud exteros, & longissimo neque temporis tractu, nunquam passæ sunt. Pyra *Citria*, *Limonia*, *Cepola*, *Saccharomana*, *Moscatula*, & alia huiuscemodi à forma, vel odore, colore, saporeuè supradictarum rerum ab ijsdem nomina mutuarunt. Sicut & Pyra *Cotonea* magna, inæqualia, colore subflaua, subausteroquè sapore. Pyra demum *Ampullacea* Pliniana, & *Cucurbitana* à forma ampullæ, & cucumbitæ quam referunt. Et ea, quæ à proprijs nominibus Virorum Princıpū nuncupata fuere *Dolobeliana*, *Pomponiana*, *Tiberiana*. At inter

Philipp. Beroald. in comm. l. 7. c. 9. Columella de re rust.
Terent. in Eunn.
Lucret. l.4. de n. r.
Li.15.c.1

inter Genera, & differentias, quæ à nobis exarabuntur hic ſucceſſiuè recognoſci fortaſſis poterunt iam ſupraſcripta nomina conuenientiſſima rebus apud aliquem ſcriptorem Geoponicum ex ijs quos ſeorſim ad vberiorem Dendrologicam notitiam afferemus. In genere generaliſſimo Pyrus Arbor latinè dicitur, græcè ἄπιος, de domeſtica loquendo, quià ſylueſtris ἀχρὰς dicitur, & ὄχνη. Hebraicè *Eggas*. Arabicè *Humechte*. Gallicè *Poirier*. Italicè *Pero*. Hyſpanicè *Pyras*. Germanicè *Birrebaum*. E

GENERA, DIFFERENTIÆ.

IN ſubalternorum generum, atque inſpecialium magis ſpecierum multiplicitate Pyra non ſolùm cedunt Malis, ſed ſuperant Mala, cum quibus tamen multa communicant nomina, quorum alteritas multoties variat, ob linguarum ſolam varietatem, vt Plinius accuratè diſcurrebat: apud quem ſuprà tricenas Pyrorum ſpecies eſt inuenire, inter quæ nobiliſſima ſunt *Moſchatula*; gratiſſima guſtui *Cruſtumina*, vinoſiora *Falerna*; pediculo productiſſimo *Dolobelliana*; Mammoſa *Pomponiana* Rubra *Fanoniana* ſuperbis paulò maiora; Iucundo ſapore acidulo *Autumnalia*; Grandia, & Colorata *Tiberiana*; Serotina *Amerina*, Græcaquè, & *Tarentina*; coloris teſtacei *Signina*; Purpurea *Onychina*; Odorata *Myrapia*; Hordeo contemporanea in maturando *Hordearia*; ſationis frumenti ſocia *Sementina* minimo ſeſtilia pediculo *Regia*; Longa, & Viridia *Viridia oblonga*; Grauia *Volema*; Vindemiatricia *Muſtea*. Benedictus Curtius Symphorianus in ſuis Hortorum libris plurima Antiquorum ſcribit fuiſſe ſpecifica Pyra. 1. *Hordeacea* Columellæ, vel *Hordearia* à comitatu eius frugis. *Sementina* quorum meminit Cato, Varro, & Macrobius cum reliquis *Macrobianis*, ſeù *Cloatianis*, ſic inquiente Macrobio *Pyra hæc, quæ videmus varietas nominum numeroſa diſcernit; nam idem Cloatius ſic eorum vocabula deſcribit. Antianum, Cucurbitinum, Ciritum, Ceruiſca, Calculoſum, Cruſtuminum, Decimanum, Graculum, Lollianum, Lanuinum, Laureum, Laterenſianum, Marapium, Mileſium, Myrteum, Nœuianum, Orbiculatum, Præcianum, Rubile, Signinum, Tullianum, Titianum, Turrinianum, Timeſum, Præcox, Volemium, Meſpilium, Serum, Valerianum Serum*; Quæ *Cruſtumia*, ſiuè *Cruſtumina* olim à Cruſtumio Thuſciæ oppido ex parte rubent, & *Glaciola nunc* in Italia vocari exiſtimantur; *Amerina* ſeriſſima omnium; Syria, quæ nonnulli *Teſtacea* putant eſſe à colore, alij credunt eſſe *Tarentina*, alij *Coroela*. *Picentina* olim Romæ celebratiſſima, quæ bonitate cum *Signinis*, & *Syrys* contendunt, vndè Iuuenalis F G

Signinum, Syriumquè Pyrum de corbibus yſdem
Æmula Picenis

Li.15.c.15
Platina de Hon.volup. & valetud.
Li.23.c.13
Cato.nu.7.
Varr.l.1.de re ruſt.cap. 59.Macrob Saturn.l.3. cap.19.ex Choatio ordinatorum Græcor.l.4.
Satyra 11.

Libralia dicebantur ea, quæ libris non vncijs ponderabant. *Venereorum* ſub vexillo erant Pyra pulcherrima, & ſpecioſitate colorum à Venere ſpecificata; Hæ Antiquorum differentiæ iam prætactæ differre non modicum à Neotericis videntur, quæ à Patrijs, & à qualitatibus, effectibuſquè diuerſis deſumptæ ſunt; adſunt etenim Pyra, quæ à tempore feſtiuitatis D. Ioannis, quo maturitatem aſſequuntur, *Ioannina* dicuntur, alia *Laurentiana*, alia *Martiniana*; *Bergomatica* alia; *Damaiana*: *Mariana* tenerrima, & fugacia, *Vbertina* crocei coloris; *Rubelliana*; *Roſata*; *Calliana* odorata; *Bicipitia*; *Strangulonea*, à ſapore ſtrangulatorio; *Papalia* Italica ampla ſucci ſuauiſſimi; *Chriſtiana* herbacei coloris ſubnigri, & ſucco dulciſſimo referta Galliæ familiaria, vbi Chriſtianiſſimus imperat; *Turonenſia* valdè pretioſa; *Sertana* oblonga; *Edua*, & *Pſeudoedua* ampla, colore nigro, quæ ſub cineribus cocta ſolummodò eduntur; *Amabilia* ſi coquantur iucunda futura, cruda verò acerbiſſima; *Regia* Hiſpanorum, & *Comeſea*; Ruellius modernorum Pyra hæc tantum agnoſcit *Bonchreſtiana*; *Mariana*; *Chia muſcata* magnitudinis variæ; *Roſea*; *Bicipitia*; *Turbinata*; *Martiniana*; *Aurea*; *Bergamota*; *Strangulanea*; Ex Trago autem hæc licet intueri genera. *Grandium*, *Exiguorum*, *Oblongorum*, *Rotundorum*, *Orbiculatorum*, *Dulcium*, *Acerborum*, *Siccorum*, *Succoſorum*, *Satiuorum*; *Sylueſtrium*, *Præcocium*, *Serotinorum*, *Mecherlingorum*, *Enulatorum*, *Coquinariorum*, *Adipoſorum*, *Carneorum*, *Hircinorum*, *Benedianorum*, ad quæ *Cruſtumina*, & *Falerna* fortaſſis reducentur; *Dominicorum*, ſeù *Sacerdotalium*, *Regalium*, *Fœmineorum*, *Eccleſiaſticorum*, *Hyemalium*, *Leonardeorum*, *Nauticorum*, *Feſſeorum*, *Milinghio-* H

De nat. ſt. l.1.c.114.
Herb.l.3. cap.45.

A *ghiorum*; *Lamlosiorum*, *Moschatellorum*, *Caprinorum*. A scriptore Stirpium Silesiacarum sequentia Pyrorum Genera notantur primò, Pyri satiuæ Vrbanæ Arboris, quæ Apios est Dioscoridis; *Precoces*, *Auenaria*, *Farinacea*, *Mariana*, *Moschatellinæ*, *Mellea*, seù *Melapia*, *Saccharapia*, *Lardinæ*, *Nobiles*, *Hyemales*, *Serotinæ*, *Pyrossea*, *Strangulatoria*, *Adiposa*, *Hydrapia*, *Coccinea*. Valerius autem Cordus isthæc enumerat, nempè Pyra *Praepositana* latæ basis, inquè obtusum mucronem desinentia; *Lardina*, *Globosa*, *Cannabina viridis coloris cum maculis*, *Campana* à figura campanæ flauo colore punctata, *Regalia* grandia, & ventricosa; *Turgida* regalibus minora, colore cæsio, & ad rubentem tendente; *Bonnana* à Bonna oppido Rheni; *Steatapia*, seù *Adipea*, *Virginea maiora*; *Virginea minora*; *Chriugasta* veruecini ventriculi æmula, colore cæsio, & qua solem aspexerint rubente; *Leonina*, *Pendula* steatapijs similia, nisi quod longo dependent pediculo; *Margaretana*, *Hyemalia*, *Ossea*, *Augustana*, *Mellea maiora*, *Moscatellina*, *Schaffiira* melleis maioribus similia, sed paulo oblongiora, suauissima; *Cerea*, *Rostia*, *Cinerea*, *Potima*, *Ouata*, *Palatina*, *Rombacea*, *Zucharina*, *Paclemiana*. Ad pediculum *Ventrosa*, *Humida*, & *Mellea Flaua*, *Cœnobiana*, *Vitrea*, *Templaria*, *Cotonearia*, *Parisiana*, *Thelyphona*, *Brassicana*, *Vasta*, *Succulenta*, *Grauuchen* à colore; *Punicea*, *Prasina*, *Hydrapia*, *Conaria*. Petrus Crescentius noster conciuis famigeratissimus in Arte agraria sua Pyrorum genera voluit ab anni mensibus discriminare, vndè Pyra Præcocia vocauit *Iunia*, alia deinde *Iulia*, mox *Augustea*, & successiuè *Septembria*, proximè *Octobria*, & denique *Regina Hyemalia* propriè, quæ nunquam maturantur in Arbore, & tunc solùm dulcescunt, cum mitia fiunt iam collecta, & seruata diù, quâ ratione syluestrium Pyrorum generi illud idem Pomum adiudicauit, vti è contrario dulcia omnia Pyra sub genere generaliori domesticarum Arborum reposuit; Celidonius dein, Bononiensis & ipse Geoponicus illa Pyrorum genera tantum prosequitur, & enarrat quæ Bononiæ sunt cognita, & hæc sunt *Moscatula maiora*, *& minora*; *Glaciola Præcocia*, *Glaciola Augustana*, *Saccharomanna*, *Sozzobona*, *Bugadana*, *Bergamotta*, *Cepola*, *Papalia*, *Garzignola*, *Caruellia*, seù *Carabilia*, *Citria*, *Limonia*, *Francesia*, seù *Gallica*, *Fichia*, *Cistia*, *Granella*, *Sementina*, *Zambrosina*, *Lardaria*. Vincentius demum Tanarius Nobilis Conciuis noster Bononiensis hæc vsitatiora apud nostros Pyra recensct; Tres *Muscatellorū* Pyrorum species, paruam scilicet, paulò grossiorem, & magnam; Pyra deindè *Iunia*, deindè *Augustana*; item *Glaciola*, *Fabarola*, *Limonia*, *Sozzobona*, *Saccharomanna*, *Battochia*, *Rabbiola*, *Dominica*, vulgò *signore*, *Imperialia pulcherrima*, *gustosissimaquè*, *Bonchristiana* hyemalia, & æstiua. *Lupa*, *Spinosa*, *Florentina*, *Gallica*, vulgò *Francese*, gratiora, & minoris durationis in æstate; *Sementina* crassiora, & minutiora; *Granella*, *Æruginosa*, *Chambrosina* alba, & nigra, & minuta, quæ Glarona dicuntur; *Bergamotta*, quæ vocantur ea sic dici existimat, quasi dominantia, *Cepolla odorata*, *Corabelia* durabilia, *Cotonea*, *Fichia*, *Gnochia*, &c. Nos inter immensas manuscriptorum Aldrouandi nostri farragines indigestæ molis, has inuenimus Pyri species Bononiæ ab eodem obseruatas, quarum tamen paucissimas delineatas simplicissimè reliquit, & hæ fuere *Pyrum Glaciale*, vulgò *Ghiacciolo*, Pyrum *Castaneum* saporis castanini perpetuò; Pyrum *Reginm*, vulgò *della Regina* colore flauescente; Pyrum *Garauellium* colore ferrugineo, Pyrum *Regium ventricosum*; Pyrum appellatum vulgò *Perosigo*; Pyrum *Gallicum*; Pyrum *Papale*, colore partim roseo, partim flauescente; Pyrum *Ciambrusinum*, maculis nigricantibus signatum; Pyrum *Vastum* D superficie sulcata, & inæquali; Pyrum *Lardarinm* vulgò, superficie inæquali; Pyrum exiguum *Fauarolum* vulgò appellatum; Pyrum *Glaciale* aliud; Pyrum *Regina* vulgò dictum; Pyrum *Cistellium*; Pyrum *Viride* vibicibus ferrugineis respersum pugno maius, librale, saporis optimi; Pyrum *Gentile* tam crudum, quàm coctum admodum suaue, figurâ ouali, longitudine magnâ, & latitudine similiter notabilissima, colore subuiridi diluto, & rubro, in parte ea qua soli obuertitur est punctis subfuscis obliquè respersum, quod Pyrum vocatur quoque *Erytrophorum* à colore rubro, & viridi dum maturum est. *Pyrastrum* deniq; hoc est Pyrum maxime agreste nodosius est vrbana, vt habemus ex Theophrasto, quod antequam fructum coquat folia deperdit, vitam longissimè licèt producens; nec vnquam fit verè Pyrus, intra suos aculeos fructu pusillo nimis; Hoc eduli caudice rimoso, & hiulco cortice horrenti relinquamus; In longinquissima Indorum Loca Pyrifera inuestigāda calamum traducamus. Ionstonius sexde-

Lib. 2. l. p.
L. 2. de Pl. cap. 9.
Lib. 5. c. 10
Part. 1. agr. ca. 29. m. s. ap. me.
In. l. 5. insc. econom. del cittad. in villa.
Tom. 14. obseru. m. s. pap. 188.
In Ald. obseru. T. 18. pag. 81.
Lt. Hist. pl. c. 13. & 15
Et l. 2. st. pl. c. 3. & l. 4.
H. pl. c. 14. & l. 6. c. 1.
Ion. l. 1. Hi. nat. Ar. a. 7

sexdecim exotica Pyra describit, quorum primum est *Murucuge* Brasiliensium, è cuius Arboris inciso trunco lacteus effluit humor, qui densatus officium præstat ceræ in obsignandis tabulis. 2. *Araca* dictum Pyrum exiguum, & gratissimi saporis acidi, flaui, rubri, & viridis coloris, singulis anni mensibus proueniens. 3. *Iracaba* in Maragnana, idest in continenti Indiæ Occidentalis, vbi maximus ille fluuius excurrit Maragnon dictus per tradita à Consaluo Ferrãdo Ouiedo, cuius Arboris folia sunt ferè ficulnea, fructus pyriformes subflaui corticis, cum carne intus sapida, & nutrimentosa. 4. Eiusdem regionis supradictæ *Copouichouassou*, necnon *Oumery* optima pyra, illud longioris, hoc crassioris figuræ. 5. *Palta* Peruanorum Pyrum magnitudine insigne; in Insula D. Dominici substantia illius maturi æmulatur teneritudine butyrum. 6. *Lata* Pyrum Iuineæ orbicularis folijs, fructuquè pyraceo rotundiore, aurei, atque etiam rubentis coloris intus, & foris. 7. *Guanauanum*, seù *Annona* Pyrum, in noua Hispania appellatum *Maniar blanco*, cuius medulla dulcis est, & alba, 8. *Acayaiba*, seù *Acaiaiba*, & *Acayou*. Pyrus est Arbor ligni durissimi, gummi fragrans æstate fundens folijs iuglandis pertinacissimi, odoris aromatici, floribus vmbellatis odoratissimis, fructus oualis, aut etiam rotundi, carne spongiosa, fibrosa, & lenta, cum succo dulciacido adstringente, ex eo Brasilienses vinum exprimunt multum durabile, & multarum virium, 9. *Macuitaiba*, seù *Mocitaiba* Brasiliensium Pyro syluestri, sed magnæ adinstar Quercus similis fructibus tamen paruis præditus in summo, ceù globulis striatis myrobalanorum. 10. *Arasa* Brasiliensis Arbor paruis referta Pyris optimi gustus. 11. *Innominata* Pyrus Brasiliensis syluestri Pyro similis aspectu, & folijs, sed ligno fragili, flore singulari, fructibus paruis admodum, & cylindraceis. 12. *Arbor Sinensis* pinguedinem sebi instar ferens Pyro nostrati simillima in omnibus præterquam in fructu, qui cerasum magnitudine non excedit, cuius caro alba est, quæ decocto fructu liquescit, dein & frigida, mox vt sebum cogitur. 13. Pyrum *Bermudense* eleganti colorum varietate sparsim maculatum. 14. Pyrum Virginianum *Mesague Sunaux* impensè rubens omniquaque, 15. *Insula Sancta Maria* Fructus, seù Pyrum quoddam magnum muculentum intus gerens succum, sanum tamen, & virtutis refrigerantis. 16. *Agnacath* in ea Indiæ parte proueniens, quæ sub Terra Laboratoris est versus isthmum Darıem, Pyrus est perpetuifolia, coloris viridissimi, & nitidissimæ superficiei, cuius fructus perpetuò viridis est, etiam maturus, dulci, pinguiquè succo, butyri sapore refertus, qui mansus fortissimos bellatores in castris veneris instruit. Sed si quis Differentiarum omnium, & Generum causas, seù rationes ingeniosè prosequi, & explicare posset is Architrenij Poetæ Metricum Archetypum oculis sibi subijciat, & meditetur ea omnia quæ deficiunt adhuc inexplicita.

In 3. vol. nauigat. Rhamn.

Et Pyrus huic sacrum, tituli dat regula nomen,
Et Pyrus hancquè vola, plenus denominat orbis,
Et Pyrus hincquè dedit materna angustia nomen,
Et Pyrus Augusto, qua patrinante vocantur,
Et Pyrus hac nota est, & filia lata Roberto,
Et Pyrus est huius alius Raptista Ioannes,
Et Pyrus à quouis pretio signata vel oris.

Symphor. Hort. l. 23. cap. 14.


Brumalis sitibunda cibi, durantia ventrem
Sunt Pyra, ventosum non edat illa latus.
Cortamen hac colat, & fungi cui cura maligni,
Nec pipere, & mulso, melleuè cocta nocent.


Hugo fridauall. de sanit. tuen. l. 2. c. 7.

Pyrorum qualitates, & prærogatiuas Tetrasticho hoc eruditus Germanus ἰατρὸς ἄριστος breuissimè compendiauit, sed illorum formas, atque figuras ξυλογραφικῶς ad viuum expressas, quæ in subsequentibus paginis locantur, dedit.

Pyra

Pyra Angela.






Pyra Lupa, vulgò Bononiæ, ſubflaua ; Appiana fortè Cordi.

Pyra Bergomatica, *Bergamotte* vulgò.




Pyra

Pyra { Carauella, vulgò Rubefcentia.
Carauella Ferrugineo colore.
Carauella alia Ferrugineo fubnigro colore.




Pyrum Caſtaneum Immaturum.
Pyrum Caſtaneum Maturum.




Qua ratione Pyrum hoc denominetur Caſtaneum, non eſt tam facile determinare; poſſunt tamen nonnullæ rationabiles adduci coniecturæ denominationis huiuſmodi; prima eſt ſimilitudo Pyralis huiuſce carnis in colore, atque ſoliditate cum carne caſtaneæ maturæ adhuc humentis, & mollis ſtatim ab echino extractæ, in quo ſtatu Virgilius caſtaneas molles vocauit. Secunda coniectura poteſt eſſe caſtaninus Pyri huiuſce ſapor, & fortè etiam facilis exiccatio; non auderem dicere ſpeciem hanc Pyri potuiſſe prodire ex inſitione Pyri ſuper caſtaneam Arborem, quià præterquamquod non conſtat fieri poſſe Plantæ Pyri, & Caſtaneæ compræhenſionem, conſtat ex ordinaria regula inſitam plantam Veteris obliuiſci ferè totaliter.


Ecl. 1.

Pyra { Fauarola Albicantia.
Fauarola Albicantia alia.
Fauarola alia. }




Pyri ſpecies dicta *Pero Figo.*
Pyra Garzignola, ſeù Patauina.






Pyra

Pyra { 1. Gallica minora, *Francese vulgò*
2. Sementina.
3. Glacialia.
4. Et alia Sementina.



Pyra


Pyrum Gentile Bononiæ dictum Erytrophorum, propter Colorem, &c.



Pyrum Glaciale Hyemale,
Et Pyrum Glaciale *Ghiazzolo* vulgò
Pyra Glaciola,
Et Pyra Cyambrusina.









Plinius lib. 15. cap. 15. Pyrorum meminit, vbi ait Crustumina Pyra Gustu esse gratissima, dicta à Crustumino oppido iuxtà Veios, quæ ex parte rubentia putantur. Proxima ijs Falerna à potu seù abundãtia succi; sed nomina variant apud varias gentes

Pyra

Pyra Granella V. Maiora.




Pyra inæqualia, 2. Pyra Hyemalia Spinosa Verdiera.



Pyra

Pyra Limonia duplicis generis.



Pyra Limonia Maiora.

Implent maximè manum ob ſui craſſitiem; vt vix media parte claudi, & comprimi poſſint. Similia etiam ſunt quibuſdam Pyris Lardarijs maioribus vocatis, quià cum matura ſunt, inſtar adipis, aut Lardi liqueſcunt; A pediculo ad vmbilicum vſque longitudine ſunt 7. digitorum; pediculo verò magno, & craſſo Arbori adhærent. Suauiſſimum habent ſaporem cum maturuerint; & ad Bergomatia in ſapore accedunt. Nonnulli verò Bononienſes hæc pyra vocant *Bugadare*; licèt etiam aliud pyri genus apud Bononienſes eò nomine vocetur.

De

De Pyris Limonijs Minoribus.

Limonia enim hæc à Bononienfibus appellantur. Ea ego voco Limonia minora ad differentiam fupradictorum, quibus minora funt; referunt figuram cuiufdam Limonis fpeciei, fed in faporis fuauitate fuperantur à maioribus; & hæc cocta meliora funt, quàm cruda. Habent nefcio quid faporis acidi.

De Pyris Citrijs ad hoc fuperius genus adhuc fpecies Pyri maior referri poteft, quam Pyri Citrij nomine infignirem, nam Citri apparentem fpeciem perbellè repræfentat. In reliquis conuenit Pyris Limonijs fupradictis.

Pyra Iacobeta. Pyra Sucheramanna V. fimilia Sozobonis, feù Socijs bonis. Pyra Auguftana n. 3.





Pyrum Papale.




Pyra


Pyra Regalia Ventricosa, longitudine 4. vnciarum; totidemque latitudine, maculisq; subcastaneis viridia.


Pyra Gallica rotundiora, seù *Pere Francese* mediæ magnitudinis.






Pyri Reginæ ſpecies colore flauo.
Pyra Reginæ vulgò dicta.





Pyra Gallica Maiora.
Pyra Gallica alia vibicibus insignita.



ÆQVIVOCA, DENOMINATA, Etymon, & Inſignia.

A Πιος ſatiua Pyrus, & eiuſdem Fructus Græcis vniuocè dicitur, quaſi neuter illorum habeat πιότητα, vt ſentit Euſtathius, hoc tamen intercedit diſcrimen, quod Arbor fœmineam ſemper, Fructus verò maſculam interdũ habet denominationem. Sunt tamen, qui ab *Apia* Regione vocari ſtatuant, eo quod ibi prius inuenta ſit hæc Arbor, & alio terrarum exinde tranſmiſſa. Nec deſunt, qui præter Pyrum, ἄπιος dicant *Agrioraphanum*. ſylueſtrem ſcilicet raphanum, qui & ἰσχιάς vna cum carica ſolet appellari. Alias autem à Latinis apium exponitur, multaſq; herbarum ſpecies inuicem congeneres (σέλινον Græcia vocat) ſignificat. Prætermittimus *Apion* fungi ſpeciem, & adiectiuum ἄπιος pro longinquo poſitum obſeruamus. Sed ſi *Pyrum* latinè conſiderabimus, inueniemus, quod Pyra (Πυρὰ νεκρῶν Atticis) nomen æquiuocat cum nomine Romano *Rogus*, & nihil aliud eſt, quam quadrata lignorũ Strucs compoſita ex lignis odoratis, & pinguibus, in cuius ſummitate defunctus à cognatis collocabatur ferali cum lectulo, & ornamentis, vt cremaretur, cuius meminit Homerus inquiens, *centum verò pedibus longam quòquò verſus dimenſi ſunt Achilleam myrmidones apud Troiam*. Lege tamen cautum fuit Athenis, ne ſumptuoſæ nimium Pyræ fierent, vndè lignorum ad id paratorum leuigatio prohibebatur, quam legem inter ſuas Romani Decemuiri receptam tulere teſtimonio Tullij. *Rogum Aſcia ne polito*, quibus ſic inartificioſè conſtructis lignis, ceremonijſq; adhibitis nonnullis vnus ex defuncti neceſſarijs admota face, auuerſoq; vultu accenſionem moliebatur, ne officium illud volens præſtare videretur. Tot ſunt Pyri nominis æquiuoca, quot ſunt ab igne denominata, quæ ſanè plurima ſunt Πῦρ, πυρὸς, τό. Pyr eſt propriè, & principaliter ignis, à quo *Pyra* Arborea propter acuminatam figuram verſus ſuum deſinentem principium dicta fuere; quemadmodum *Pyrois* ſtella Martis; *Pyritis* lapis focarius inter naturalia. *Pyramis* Geometrica figura ſolida è latâ inferius, deſinens in acutum supernè ad modum flammæ ignis; & in artificialibus Pyrgus Turris, & *Pyria* Vas caldarium ad ſudores ciendos, aut etiam Thuribulum; & Diana *Pyronia* apud Lernæos culta, ad quam ignem Argiui deportabant. Geographi plurimis terræ locis eandem originem denominationis tribuere, vt *Pyrenæis* montibus (ita dictis à *Pyrene* Bebrycis filia in ipſis à feris laniata) & pluribus oppidis *Pyrrha* dicti, inter quæ peculiariter adeſt nunc *Pyrs* mons Vrbs Germaniæ ad Rhenum alias *Spira*. Geographos comitati ſunt in hoc denominandi more res varias, & alij; nam Romæ vnam ex Regionibus Vrbis illius Dominæ gentium partem *Pyrum* vocabant, quam Martialis incolens ſic memorauit.

Lib. 18. Il.

Nardus in li.6. Lucretij de natu. rer. p.618.

Homer. Iliad. π.

Athen. l. 5. Meurſ. l. 5. pag. 194.

Plato in Tim. ap. Herodotum.

Plin. l. 3. c. 3. & l. 4. c. 5. Ptolom. G. l. 2. tab. 1. Europa, & l. 2. t. 9. Eur. & l. 5. t. 1. Aſia

F

G

> *Longum eſt ſi velit ad Pyrum venire,*
> *Et ſcalis habito tribus.*

Lib. 1. epig. 95.

Ita *Pyri Vallem*, ſeù *Pyretum* denominat Adricomius Vallem Raphaim iuxtà Ieruſalem ad Occidentem, & hanc *Syluam fletus* vocat Ioſephus; & iure quidem meritò; nam Philiſthæis maximam fletus exhibuit cauſam, ibidem à Dauid cœlitus adiuto bis proſtratis, & longe, latèq; fugatis. Inter denominata à Pyro, reperitur & Pyrola Herba vulnerariæ Virtutis, ideſt agglutinantis, quæ ab aliquibus etiam dicitur Limonium à ſimilitudine fructuum horum in folijs; de qua Cluſius, Fuchſius, alijq; Botanici tractant. Adeſt quoq; ſpecies quædam Fungi marini Zoophyti, quæ dicitur Pyrum marinum, nam huiuſmodi fructum æmulatur, vt eſt videre in Aldrou. noſtro l.4. de Zoophy. c.6. Sed aliæ nos expectant nomenclaturæ. Politicos hicq; Legumlatores, exercendi ergò ingenium, circa nomenclaturarum noſtri fructus æquiuoca patienter audiamus; *Pirhica*, ſiue *Pyrhiche* ſaltationis quoddam genus erat armatorum Iuuenum apud Lacedemones, qui pyrhicarij dicebantur gymnaſticè ſe exercentes ad numerum carminum, quæ frequentibus *pyrhichijs* conſtantia præcinebantur, ictuſq; iaculorum, atq; luctationes corporum componebant, de quibus Plato intelligebat ſic ſcribens in ſuis legibus, *ſed Gymnaſtica rurſus eſt duplex ſaltatio, & luctatio, ſaltatio quoq; alia Muſæ verba imitatur magnificentiam ipſius, libertatemq; obſeruans*. Non multum hinc abeſt referre cauſam denomina-

Adric. num. 238. & in deſc. Vrbis Hieruſ.

Lib. 7. de legibus.

H

tio-

A tionis ludi cuiusdam, qui à pueris apud Argiuos practicabatur dum per iocum in quodam festo salientes, atq; psallentes *Pyra* syluatica iactu decutiebant, vndè ij dicebantur *βαλλαχράδες*, idest *Pyrorum* syluestrium, quæ *ἀχράδες* nomine insigniuntur, proiectores. Denominationes, aut symbolicæ, aut æquiuocæ quæque sint indiuiduæ virorum, mulierumuè cōsultò omittuntur, ne nimis diuagemur extrà rem minimè necessariam, & in sola hominum voluntate chimericè fundatam, aut *Pyrami* Thisbes Amasij, quod & fuit Cognomen Christophori *Pyrami* Geographi peritissimi, & etiam ex Boethio significat terminum rotundum acutum sic appellatum à forma *Pyri*, flammeam æmulantis effigiem. *Pyrasi* militis Troiani ab Aiace interempti, &c. nomina fuere; nec est immorandum in peruestigatione cognominum à *Pyris* varias in familias deductorum, quemadmodum fuit Prosapia Sanctissimi Sixti Quinti P. O. M. de *Perettis* dicti, cum *Pyro* in insigni inter leonis anteriores vngues montibus ex altis marchiæ, atq; sub Religionis sydere felici: à qua denominatione non distat Gens *Piratia* Bononiensis Castri. Gaudet quoq; Florentia per quam nobili *Perutiorum* familia, cuius gentilis tessera tria Pyra aurea in glauco parmulæ læuore continet, in signum humanitatis qua semper excelluit B hæc gens; quod phrenoschema gentilitium pariter esse Stukeleyorum in Regno magnę Britanniæ testatur P. Petrasancta; Pyrorum quoq; familiam in Gallia floruisse testatur Vulteius ad Iacobum Pyrum Burdigalensem habens.

In l. tess. gētil. pag. 513

Io. Vulteius lib. 4. epigr. n. 82.

Si Galli vires, mihi si data vena Poetæ
Ausonij, patria, gemmaque, luxque tua.
Æterno canerem victurum carmine nomen,
Deque PYRO per me mentio clara foret.
Posse placere diù despero, aut viuere, sed tu
Viues tunc nostrum cum Pyra perdet opus.

CVLTVRA.

Lapidosæ Telluris duritiem, & ariditatem à Pyrorum genere sustineri non posse, optimè scimus, nam illud aquosis, & vberibus gaudet locis, terramq; cribratam, C & lætamine imbutam desiderat, ipsam verò vidimus Plantam solummodò ritè satam, excultam, insitam feliciſſimè crescere non, ram ex viuiradicibus pullis, vel stolonibus auulsis, quàm ex insitione super syluestrem Pyrum, Malum, Fraxinum, Amygdalum, Spinam, Ornum, Cydonium, Castaneam, Mespilum, Malumpunicum, &c. Pyra certissimum est, quod nō omnia eodem tempore seruntur, sed aliqua mense Martio in frigidis locis, in calidis autem nouembri, iuxta Palladium, quoniam non eodem tempore florent; Quæ specie oblongiora, aut magis rotunda sunt à Virgiliarum occasu ad Brumam vsque commodè seri possunt, ex Plinio, reliqua verò genera Hyeme melius media ab occasu Sagittæ, & Subsolanum, aut Septentrionem spectantia. Pyri tamen plantas probè radicatas scrobes optimè subactæ recipiant, Nouembri mense fortè melius, quàm alio tempore, debentq; nouenorum pedum in distantia collocari, nè ramorum amplitudo propriæ, atque propinquæ officiat Arbori grandiori facto, tabemq; & vermiculationes ibidem inducat; quem morbum latentem dignoscere, & palam haberi docuere aues, quæ rostro corticis pulsantes superficiem cauam lignositatem in-D tus resonantem ostendunt: Plantata pyrus, cum adoleuerit, altè ablaqueandam Geoponici docent, cui truncus radicum fissus, & cuneum tædæ pineæ in radice recipiens, salubritatem à terra cinere parumper mista hauriens perpetuò impartitur generosam germinationem, atque fructuositatem. Sociabiliſſimam esse Arborem Pyri, non vna, sed plures euidentiæ demonstrant, & ni obstaret vmbra nimis vasta ramorum, & artuum illius ingentium, qui ampliſſima frondeaveste vitalem Solis lucem proximis adimunt minoribus plantis plurimas ipsa felicitaret plantas, viciſſimq; felicitaretur à socijs iisdem; terra namq; vbi Pyrus syluestris sponte nascitur, vineis aptiſſima, & frugifera ostenditur. Sitempestiua item Pyrus domestica Salici inseratur, fructūm serotinum, vt adoptiuæ tunc matri morem gerat, quantum poſſibile est, profert, quemadmodum testatur Io. Baptista Porta; quinimmò ex traditis à Ionstono Scriptore nuperrimo habetur Pyrum insitam, varias sese effingere, & immutare in species solere; nam fructus Mo-

Constantin. Cas. de agri. l. 10. c. 22. & 23. Ex Diophane.

Palladius in martio. Li. 17. c. 18.

Conrhad. Heresb. l. 2. Const. l. 10. c. 3. Plin. l. 17. c. 12. & cap. 24.

Collumella de re rust. l. 5. c. 10. & lit. de Arb. cap. 24.

Palladius. Porta mag. nat. l. 3. c. 9. & 10. & 15.

Ionſtonius l. 1. artic. 7.

Morapora dictus prouenit ex Pyro ſuper morum inſita, vndè Pyrum prodit in pulpa coccinea, & per totum egregiè rubens; eodem pacto *Pomapora* fructus nil aliud eſt, quàm Pyri, & mali in vnum veluti conflatum Pomum naturæ Malinæ, atque Pyralis apud Batauos pluries obſeruatum; itaut ſi quis Pyrum Proteum Arboreum appellaret, poeticè quidem loqueretur, ſed non omninò fabuloſè; & quid ni poterimus nos vnum admirabiliſſimũ certè proponere perpendendum curioſioribus doctis innentum in Arbore Pyri, quo illud idem attributũ reale eſſe hanc ſcilicet Arborẽ Arborũ Proteũ dici poſſe ſit manifeſtum? & quomodò clarius haberi poteſt Pyrum Animalium quoq; formas ſubire, dum Hædinam formalem induit intrinſecus pellem, & ceù ſubuculam ſibi texit, & condit ex eâdem pelle in eo ſtatu, in quo proxima Chirothecarum materies ab Alutario remiſſa videtur eſſe, & vt ſunt pelles vulgò dictæ *Camozzate*, voce ex græco deducta χάμαι ὄζω *parum oleo*, molliſſimæ, ſubtiles, pallidi coloris ad ſubluteum tendentis? En exemplum huiuſmodi pellis inuentæ in Arbore Pyri à præclariſſimo noſtro Aldrouando, quam ipſe in ſuo Cimeliarchio recõditam, cum innumeris alijs ſpecioſiſſimis rebus ſub numero 627. reliquit, cuius nullam aliam potui mentionem, aut hiſtoriam reperire inter illius ſcripta, quæ maiori qua potui diligentia nõ ſemel volui, atq; reuolui.

Ex lib. inſcripto plico dell'Arte del tingere. *lib. 3. cap. 1.*



PYRI CORTEX INTERIOR MEMBRANACEVS. EX CIMELIARCHIO ALDR. 627

Io. Bap. Porta mag. nat. l. 2 de nouarum plãtarum productione.

En, inquam, exemplum effectus purè naturalis quàm maximè admirandi, cui ſimile quodpiam in Arbore quadam Pyri, quæ in Horto rurali ob ſenectam perierat ego iam à 35. circiter annis caſualiter obſeruaui in parte craſſioris brachij eiuſdem Arboris ſuper terram ibi relicta, & ſemiputrida, hoc eſt diſſolubili effecta, itaut citrà omnem dubietatem credam effectum huiuſmodi potuiſſe à cauſa quadam proxima, & ſymbolica pro dire, quæ relationem conſeruarit arctam inter ſubſtantiam nutrientem, atq; nutritam, cum huius faciliori conuertibilitate, & validiori aſſimilatrice facultate vegetantis Arboris Animæ, nempè ſi Arbor Pyri lætamine caprinarum pellium impinguata fuerit, quemadmodum acciderat in loco meæ obſeruationis prætactæ, quia ſolitum ibidem antea fuerat; oues ex morbo mortuas ab opilione ſimul cum pellibus clam ſepeliri. Poſſumus ergò id repetere, quod in huius voluminis exordio aſſeruimus, Arbores ſcilicet Animantum in genere ſenſibilitatis vltimo in confinio, excluſiuè tamen, locari poſſe, quandoquidem

de ſecr. Hor. l. 3. c. 5.

Infima ſupremi tangunt ſuprema ſecundi.
His virtus ſimilis ſemper ineſſe ſolet.

Pallad. lib. 14. de inſit. & in Auguſto lib. 9. tit. 6.

Quod ſi lapidoſa terra ex Mizaldi obſeruationibus lapidoſos parit in Pyro fructus, è contrà erit in molliſſima, & pinguiſſima terra, vt Arbor eadem partes molliſſimas aliquas poſſit concipere: Sed præceptorum Palladij Rutilij illuſtris de re ruſtica ſcriptoris haud immemores eſſe debemus, qui de Pyrorum inſitione etiam Auguſtana metricis monimentis infrascripta conſignauit.

Germine cana Pyrus niueos haud inuida flores
Commodat, & varium nectit amore nemus
Nunc capit hirſutis horrenda ſororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela Pyros.
Nunc teretem pingui producit acumine Malum,
Fraxineaſquè nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi miſceere fructu
Inſtituens dura dat ſua membra cuti.
Et ſteriles Pinos, & inertem fœtibus Ornum
Dotat, & ignotum cogit amore decus.

Hu-

A *Huius & immissi vertêre cydonia rami,*
Pomaquè confusus blanda creauit odor.
Castanea septos aspro velamine fœtus
Exuit, & placido pondere mutat onus,
Mespilaq; exarmat pugnacibus horrida membris;
Malaq; tranquillo cortice vota premit
Creditur in Lybicis sua germina nectere ramis,
Lataq; puniceo posse decôre frui.

Verùm non sat est coluisse ferro subdiali Pyrum Arborem pro illius fructus acquisitione, atque auctione cæterum auxilijs, sed oportet fructum ipsum possessum inter ædes priuatas pacificè colere pro illius conseruatione, alioquin frustraneus redditur finis deliciosæ degustationis intentus à principio productionis eiusdem fructus, nam vt aptissimè cecinit Musa Nasonis.

Io. Baptista Porta mag. nat. lib. 3. cap. 11.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.
Casus inest illic, hîc erit artis opus.

Ouid. 2. de Arte am.

B Non modicum erit ergò Artis opus Pyra primò colligere suaptè natura conseruabiliora, quæ matura sint satis, non autem nimis, die placida, atq; serena, decrescente luna, & in postrema illius quadratura, vigente quã maximè solis calore circa meridiẽ, immo secundũ aliquos intẽpesta nocte, absente luna, omniq; cruditate semota, radicalisq; marcoris, absq; suspicione, eaq; vel singula folijs ficulneis, sed non cadiuisobuoluta cistis vitilibus recondantur, vel creta figuli circumlita; vel in vasis fictilibus picatis inuersis inter Scobes obruta; singulis Pyris secundùm aliquorum sententiam intra totidem fictilia vasa operculata, & picata benè clausis, & in vase magno iterum simul repositis; aliqui non defuere, nec desunt etiamnum qui facilius, & fortasse felicius seruare Pyra modò sequêti contendũt, magnis scilicet in capsis, seù abacis abiegnis in loco calido, & sicco collocatis, pyra reponentes, quorum plura strata inter lignearum scobium siccissimarum puluinaria alternatim componentes, ea sic ab omni tuta aere, corruptiuaq; quacunque humiditate, per integrum, & amplius annum pulcherrima, sapidissima, & innocua perennant. Veritati huic non parum profuturas Historias esse cum mihi persuadeam C nonnullis Pyrorum ad tempora relatis accidentibus rubricam proximè instruemus, cognitis tamen primum, & depulsis, seù mitigatis breuissimè eiusdem Arboris morbis, Itaut Maronis elegantissimi Iambici omninò verificentur.

Porta mag. nat. l. 4. c. 4.
Plin. lib. 15 cap. 17.
I. Ba. Porta in Oecon. l. 4. m. n. c. 4.
Id. Porta mag. nat. l. 4. c. 13.
Anton. Mizal. de iecr. Hor. l. 3. c. 5.

Hortus salubreis prebet corpori cibos:
Variosquè cultus sæpè cultori prefert, &c.

Et post non nulla

Oblectat Hortus, auocat, pascit, tenet:
Animoquè mæsto demit languores graueis;
Membris vigorem reddit, visus capit:
Refert labori pleniorem gratiam:
Tribuit colenti multiforme gaudium.

Virg. in Hort.

MORBI, REMEDIA.

D EST Morbus quidam nimia fœcunditas, quæ fructus minores, minusquè sapidos, immò deformes efficit, Arboremquè ipsam perdit, quæ vrgente, ac iniquo pondere pressa cadit, atque disrumpitur. Quare succurrendum Arbori est quantocyus, illiusquè rami plus iusto grauiores subleuari debent validis sudibus, atque fulciri; doctissima Iani Pannonij Musa, quod Geoponici omnes præcepere suauissimè nobis insinuat, Arborem ipsam loquentem dum introducit.

Ianus Pannon Quinquecclesiensis Episc. l. 1. eleg. 2.

Illa ego, quæ rectò cœlum modò vertice adibam
Arbor: humum paruit verro cacuminibus.
Nec me externa grauant aliena pondera molis;
Sed premor infelix fœtibus ipsa meis,
Euertêre alias cum sanis fulmina flabris
Fertilitas nobis exitiosa fuit, &c.

Et post multos versus concludit.

Ergò

Ergò aliquod miſeris fulcimen ſubÿce ramis,
Forte quod hinc carpas cum remeabis: erit.
Sic leue quod portas ſit onus: ſic ipſe tuorum
Nil vnquam poſſis de pietate queri.

M. Varro li. 1. de re ru. cap. 14.

Et ſicuti quandam redolet impietatem Arbores ægras, & præſertim Pyros non curare, ità crudelitatis, & amentiæ quoque effectus eſt Pyra decerpere acerba, aut flores eiuſdem Arboris diuellere, nam nihil denuò renaſcitur eodem ſcilicet anno, nec deperditum inſtauratur, quòd prægnationis idem habere non poteſt, vt enim mulieres habent ad partum dies certos, ſic Arbores, & fruges, quemadmodum diſcurrebat M. Varro; Quod Pyri Arbores ab auſtrinis flatibus noxijs, atq; ferè peſtilenribus valdè lædanrur, iiſque flantibus flores non ſolùm irreparabiliter amittant, & fructus tenellos, ſed vermes putredinis auctores concipiant non parum dolendum eſt, ſed his occurrere malis impoſſibiliratem quandam inuoluit; quare particularibus ſaltem morboſis cauſis incumbendum eſt ſeriò, vt citò exterminentur. Pyri ergò dum floreſcunt ſi ægrotare cernantur curandæ ſunt fœce vini veteris radicibus affuſa, & per 15. dies reiterata, vt inde Planta vigorem veluti aſſumat, atque retentricem facultatem adauctam ſentiat; quę medicatio floridam non ſolùm in Arbore inducit temperiem, ſed fructuoſam ſimul & dulcem prolificationem felicitat. Iunio ſpecialiter, & Iulio menſibus docet Palladius Pyrorum fructus qui Arborē plus iuſto onerabunt eſſe interlegendos, & ex ijs vitioſiores quicunque, vt ſuccus qui malè feriatè impenditur ad meliores vertatur; dulcia porrò vt efficerentur Pyra, fęcundæq; redderentur illorũ Arbores Conſtantinus Cæſar hoc pacto procedebat, videlicet vt truncus Arboris ad terram perforaretur cuneuſquè querneus, vel fageus foramini immitteretur; Et ad præſeruationem ab ipſa verminatione tandem Pyrorum radices Plin. docebat felle bubulo illiniri, & Pharmaceuticum videbatur proficuum proferre inſtrumentum Geoponicis familiare, & expertum; Hunc morbum verminationis, cui non parum ſubijcitur Pyrus, ſi quis contorſionem diceret, & metaphoricum dolorem exiſtimaret in errore minimè verſaretur, quia effectus ille diſtorſionis in Arboreis truncis verminoſis apparet, qui in parturientibus mulieribus obſeruatur, dũ membra omnia præ dolore contorquenrur ad, excluſionem fœtus, quam totis viribus moliri debēt patientes; Sed memorabiles circa Pyra ſucceſſus recenſeantur.

Id. Caton. 131. Conſtant. l. 10. c. 23 Pallad. in Iulio. Ruell. l. 1. de nat. ſtir. c. 114. Theophr. l. 4. H. p. c. 16. Nonius.

HISTORICA.

L. 2. de Rep. lib. 3. & 10 De vita trã quil. lib. 1. epiſt. 5. Lege 3. tit. 52. de prof. & med. Inſtit. tit. 2. de iure nat. g. &c. ſed ius. Virgil. Æn. lib. 3. L. 16. c. 26, Theop. l. 2. H. pl. c. 4. & l. 3. c. 10. & l. 2. c. 20.

POetarum lectionem, quæ plurimum affert oblectamenti, neceſſariam in Republica, vt illius cuſtodes animo vegetiores fiant ad labores regiminis perferendos Plato edixit, quià obſcœnos tantum à Republica alienos voluit, vtpotè noxios, cuius cauſam cenſuit Seneca non aliam afferri poſſe, quam quià vniuerſæ vitæ rectè formandæ rationem optimi tantum Poetæ monſtrant; vndè ij accipiendi ſunt, vel tanquam Hiſtorici, vel tanquam Ethici iucundiſſimi, ſuauiſſimi; neq; de pudicis & ſapientibus Poetis intellexiſſe credendus eſt Imperator in lib. 10. Codicis, dum Poetas ipſos priuilegijs priuatos pronunciauit: *Poeta nulla immunitatis prærogatiua iuuantur*, nã in Inſtitutionibus ſe declarauerat egregios tantum, & ſublimes in vnaquaq; natione verorum Poetarum nomine dignos eſſe; magnam propterea fatebimur inter veram Poeſim, atq; Hiſtoriam veriſſimam cadere affinitatem, cum nonniſi veris à Poetis Hiſtoricarum eruditionum prodeanr monumenta. Laerrem Vlyſſis Patrem Hortorum culturâ maximè delectatum fuiſſe, eumq; ſingula Pyrorum genera eidem Vlyſſi haud perperam indicaſſe Hiſtorica veritare medianre, atq; Poetica, teſtatus eſt Homerus; tantam non fuiſſet Vlyſſes idem fortaſſis aſſecurus prudentiam, atq; fortitudinem ni primam Arborum diſciplinam, & Philoſophiam à Patre apprehendiſſet; vndè Vlyſſis ab Hoſte tantam formidante Virtutem Patria eadem Terra diris addicta fuit.

Et terram altricem ſaui execramur Vlyſſis.

Pyrus Arbor, quæ monioſa libenter ſubit ex Plinio, & ex Theophraſto feruidas, nimis deſpicit Regiones, vti eſt Ægyptus, neq; omnibus in locis æquè benè relecari ſe permittit ad fructificationem, vt de Pyro Phocide Chij referunt, quæ diminuta melior euadebat; nam hæc Arborum æquè dureſcit vbiq; atque ſpinas omnibus quidem locis, ſecundum

tradita

A tradita ab Auctoribus geoponicæ disciplinæ plantari potest,& præsertim à Lonicero,sed tamen Patrias aliquas à se peculiariter adamatas habet, vbi felicissimè nō solum crescit, sed habitantibus omnia quodammodò fieri,veluti Arboreus quidam Proteus,atq; Vertumnus, desiderat, vt apud Tirynthios ex Æliano intelligimus, & circà Bosphorum Cimmerium in Panticapeo Vrbe vbi omnium laudatissimæ istæ fuere semper Arbores mirè crescentes, atq; multipliciter fructificantes. Apud Calabros quoq; antiquitus æstimabantur non parum Pyra vbi Hortorum studiosissimi, & fructicolæ illi conuiuis suis, & hospitibus nō vno præparatos modo, diuersarumq; specierum pro varijs gustus blandimentis fructus apponebant, & si qui superfuissent mensis illis volebant hospites eosdem, & conuiuas onerari,quibus si recusassent munera,succensebant, fructusque despectos porcis,recusantium ad ignominiam,obijciebant; vndè Horatius huiusmodi morem clarissimè scriptum reliquit.

Lib. 3.

Plin. l. 16. c. 32.

Non quo more pyris vesci Calaber iubet Hospes,
Tu me fecisti locupletem, vescere sodes.
Iam satis est; at tu quantum vis tolle benigne:
Non inuisa feres pueris munuscula paruis.
Tam teneor dono, quàm si dimittar onustus.

Li. 1. Epist. ad Mæcen.

B

Humanos fructus Ferinos facere nil aliud est quàm humanitatem inhumanè ferire; clarissimè quidem demonstrat pyri symbolicam Humanitatē Historicus quidam euentus relatus à clarissimo, & doctissimo Scaligero; is testatur in Vasconia Pyrum se vidisse, quod Humanam tam ad amussim referebat faciem, & caput, vt pro capite verè humano in Pyrum mutato fuerit à Pastoribus ad loci illius Regulum allatum; Pyrum in summa belluinum non esse fructum satis apertè declarat astuta Vulpes, quæ Pyrum renuit, nec illud admittit inter cibaria, non quia non edere possit fructus, sed quia carnes auidissimè auet.

In exercit.

Astuta ingenuum Vulpes imitata Leonem.

Horat. l. 2. Sermonum.

Hæcque magna difficultas comestionis Pyri in ipsa vulpe abijt in Prouerbium Poetico insignitum Plauti modulo.

Tam facile vinces, quam Pyrum vulpes comest.

In Mustellaria.

C Cum autem ad Historiam non minus quàm ad cibariam pertineat rem formicarum prælium relatum à Pio secundo Pontifice Maximo, quod ob possessionem aridæ Pyri pastus causa in Agro Bononiensi admirabiliter successit ad continuationem historicæ narrationis Pyrorum, Vsus earundem fructuum in cibis rationabiliter venit exarandus.

De Europa cap. 53.

VSVS IN CIBIS.

ADeò gratificari stomacho iam experimur Pyra meliora sapido, suaueolenti,solidiusculoq; succo, quem præbent,siticulosis præcipuè, atque famelicis, vt à voluptate nunquam dissociata videantur, iuxta Silij descriptionem

Altera Achæmenium spirabat vertice odorem
Ambrosias diffusa comas, & veste refulgens,
Ostrum qua fuluo tyrium suffuderat auro.

Lib. 5. belli pun.

D Pyra condimentorum capacia quamplurium, quibus plurimos nobilissimos quoq; fructus superat, arctam cum ventriculo relationem conseruant; ex eruditissimi Germani sententia, sic canentis

Sed ratione tibi vis est noscenda Pyrorum,
Quæ pomis stomacho sunt magis apta tuo.

T. Harchius

Eadem Pyra secundum Galeni sententiam quintuplici prędita sapore noscuntur,alia enim sunt austera tantum, vel acerba; alia acida; alia dulcia, alia mixta, & composita; alia tandem aquea,& insipida. Balthassar Pisanellus med. Bonon. haud inglorius de re cibaria tractans, Pyra docet esse frigida in primo, & sicca in secundo gradu, & quæ dulciora sunt,temperatiore quoque temperamento fruuntur,habentquè semper vt stomacho benignè conferant, illius appetentiam excitando, excrementa deorsum propulsando, & præcipuè cocta cum saccharo, quibus vinum superbibatur; syluestria è cno-

Lib. 2. de Alim. facult.

De nat. cib.

Pag. 347. & 281. è contrà Pyra fugienda sunt tanquam incicurabili sapore, austeritate semper nocua, & E præsertim ieiuno ventriculo, vndè illud Castoris Durantis monitum; *si ieiunus edat* *Ælian.l.3.* *pyra lædunt*, nam recrudescere faciunt omnem in corpore chymum, cui occurrunt, & *Alex.ab Al.* in quem agant; longissimaq; assuefactione vix tolerabilia credi possunt, quamuis Ar- *D.G.lib.3. cap.11.* gæi, atque Tirynthij ijs solis victitasse perhibeantur, quià Venerem, & genituram valde debilitant; qua ratione ductus Palladius liquamen de Pyris Castimoniale composuit, *Lib. 3. in Febr.t.24.* quod fit maturissimis pyris cum sale calcatis integris, quorum carnibus resolutis, & conditis intra vasa fictilia illa post tres menses suspensa iucundi saporis, & albidi colo- *Porta mag. na.l.4.c.10* ris substantiam fundunt. Illa tamen Pyra vndequaque probanda videntur in cibis, quæ Sapa ipsa condit, & præcipuè Tarentina, Mustea, & Cucurbitina, secundùm Catonem, atque Antiana, & Semenzina Varronis, quià Pyrorum hoc modò delentur vestigia quæcunque difficultatis, concoctionis, distributionisque alimentariæ, quem blandum, & benignum effectum præstat quoque vinum dulce in quo pyra coquantur, cuius nos certiores fecit Palladius. Edulium fortè melius, atque suauius, non pro bellarijs secundæ, sed pro gratissimo intinctu ciborum omnium primæ mensæ, ex pyris præcipuè sementinis depilatis, & exenteratis, & vsque ad illarum dissolutionem decoctis in sapa F *Columella l.12.c.14.* nos Bononienses paramus, quod Saporem, quasi Sapyreum dicimus. Ex ijsdem pyris siccis rusticum fit opsonium hoc pacto, secundum Columellam, accipiuntur in æstate media dulcissima Pyra, & in duas, vel tres partes arundine, vel osseo cultello (nam ferrum oportet vitare, vtpote relinquere valens stipticitatem aliquam attactu mediante) diuisa ad solem ponuntur, donec arescant, nullo negotio seruanda, quæ pro pulmentario cedunt, eaque apud nos Bononienses *Caponum* nomine indigitantur, ex eo forsan quià facillimè capiuntur in cibis, vel manibus præhenduntur, vel quià possint capere omnem artificiosiorem etiam condituram. Pyra tandem nobis suppeditare possunt vinum, & acetum, ne quid illis desit ad integram nutribilitatem, extracta se- *Pallad.in Febr.hoc est in l.3. de re rust.tit.24.* cundum Artem à Palladio edoctam, sic enim infit ille *Vinum de Pyris fit, si contusa, & sacco rarissimo condita ponderibus comprimantur, aut prælo; hyeme durat, sed primo acescit æstate. Acetum sic fit de Pyris, pyra syluestria, vel asperi generis matura in cumulo reseruantur per triduum, deindè mittuntur in vasculo, cui fontana, aut pluuialis aqua miscetur, & opertum vas per 30. dies relinquitur, & subinde quantum sublatum fuerit aceti ad vsum, tantum redditur aqua ad præparationem.* Nouisse tamen velim Pyro- G rum comestores parcè illis esse vescendum, & dulcibus tantum, coctisque, atque mediocribus in duritie, & soliditate substantiæ, qualia sunt secundum cellum Crustumina, vel Meuiana, & Tarentina, & Signina, quæ facile solubilia sunt

VIRES IN MEDICINA.

Franc.Mar. Grapal. de parti.adiũ. Pyrorum ope magna effici posse in Medicina neminem latere posse arbitrarer, qui vnam tantùm illorum virtutem alexipharmacam nosset; fructu namq; & folijs, & ligno, præsertim radicum, vis inest mira, qua hæc fungis, & boletis incocta vigorem omnem ab ijsdem adimunt, illosq; securos reddunt. Et qui Buprestim hauserint, *L 3.ff. ad leg.Cornel. de sic.& venef.* pyro comesto cuiuscunque generis, conualescere possunt, & à veneno, à quo tantopere abhorrent Leges liberari; Pyrorum exiccans qualitas prima vnà cum moderata frigiditate in substantia, quæ secundas propter qualitates alexiteria est, vulnerarios de- H clarat eosdem fructus, ex obseruatione quoque Galenica; eorundem præterea non sim- *Ruell.l.1. de nat.stirp c.115.* plex naturalitas facit, vt ex illis Fotio duritias molliat, Cataplasma discutiat, Dilutum fluxiones sistat; Pyri folia, & rami adstringunt; Ligni cinis, qui contra fungorum strangulationes validissimus est calorẽ in se retinet. Semen fructuum, quià cum melle tri- *Platina l.2. de Hon.volupt.& val.* tum, ac ieiunis traditum dolorem iecoris submouer, temperatissimum est anodynum; Tota tamẽ Arbor in vniuersum stipticam cõseruat naturam, vt ex doctrina Dioscoridis habemus, & quidquid ex ipsa medicè cõponitur illud adstringentẽ possidet facultatẽ, ita *Ex Albert. Const.l.6.c. 17.& l.7.c. 8.* vt illius sola radix à muliere pregnante delata abortus prohibeat, immò, vt aliqui volunt, in lecto parturientis abscondita, partum remoratur. Ideòq; Vinum ex Pyris medicatum, ex illisq; in specie, quæ Apia dicuntur, *Apites* dictum, secundum tradita à Constantino Cæsare, aluum adstringit leniter, & quo plus distabit ab acerbo, atque austero

cò

A eo minus semper adstringet, verum sub maiore quoq; dulcedine constrictionem aliqualem congenitam habebit; fructuum quinimmò maturiorum, imo & dulciorum Liquamentum castimoniale dici promeretur contrà venerem haud ingratè efficax; & quod omnium pyrorum acerbissimum est, nimirum syluestre, ijs est præditum folijs, quæ in acetum coniecta ipsum acerbissimum reddunt; non temerè tamen vsurpandum propter colicæ passionis inductionem cuilibet scire interest. De qua re Georgius Pictorius sic scribebat.

Ruell. l. 1. cap. 114.

Constant. Lib. 8. c. 35.

In Pantopolio.

> *Et vacuum ventum astringunt modò pyra, repletum*
> *Soluunt, Iliacam sed peperisse valent.*

Adsunt quædam alia in pyris pro medicina, quæ valde digna notatu esse existimamus, vt grana in illis existentia, quæ habent à natura, propter ingenitam, & occultam quandam, vim pneumonica esse, & vitijs pulmonis mederi, quod viscus à tabe, & fraciditate præseruant; renibus tamen non ita sunt amica, nec illis exhibenda vnquam erunt, qui lithiasi sint obnoxij; Illa quoque proprietas Pyri syluestris subsidendi, & fundum vasis petendi in musto, cui aqua fuerit admista, analogiam quandam cum Pomo vuæ, & B Vino videtur habere; At vires adhuc inexploratæ ad nobilia vocant experimenta, necnon artificiosas expectant exercitationes.

Symphor. Hort. l. 23. c. 17.

VSVS VARII.

PYrus, & maximè syluestris, hoc est Pyraster lignum dat ad plura vtilissimum, vtpotè durissimum, æqualiterque læuigabile, vndè ad instrumenta œconomica, ciuilisque vitæ leniter traducendæ fabrefacienda facit; ex illo Disci, Tabellæq; lusoriæ non solum fiunt, sed Sutoriæ quoque, quæ ferrum non retundentes, sed potius acuentes ipsæ minimè scinduntur; Pyro non modicum debent Aldrouandi Opera Omnia innumeris rerum naturalium figuris æternitati consecrata, nam ligno Pyri syluestris excisa sunt, & impressa papyro quæque in illis delineata repræsentantur. Nul- C lum est Lignum quod Abacarijs melius inseruire possit pro ligni pretiosissimi Ebeni substituto, quam lignnm Pyrastri, quod colorem atratum, atque læuigationem admittens, & retinens insigniter Indorum lignis nobilitatem suffurari perbellè videtur; Ex hoc Ligno Coronamenta plana, seù Coronices Dolari, seù Scalptili Artificio egregiè cōponi possunt; ex eodem tornantur affabrè Columnæ in Archi ectonicis Musæolis Dædaleo Arcularioru opificum magisterio concinnatæ; Lignosam suam habet carnem hæc Arbor homogeneam, quæ venas, & neruos sibi adeò identificatos gerit, vt illis carere omninò videatur, æquè fortis vbique viuaci colore prædita, & subrubro, vulnerisque patiens, cuius est immemor, vt nusquam appareat. Subtilissimæ namquè rimæ, striæquè à cultro scalpente inductæ, & effectæ non interciduntur, hebetanturuè de facili, dum fortiter comprimuntur, asperiusuè tractantur: in his Mystica, & Moralia non obscurè vt legantur Rubrica sequens admonebit.

Ruell. lib. 1. de nat. st. c. 115.

D MYSTICA, MORALIA.

PYramidem aptius, quàm alias figuras Pyrum repræsentare, si oculis credendum, non est quod ambigatur. Quam effigiem cum exprimant flammæ, quæ in ima sui parte latiores, in acuminatum posteà desinunt fastigium, hinc factum fuit, vt Pyrum à Pyr, quod tum Græcè, tum (vt aiunt) primæua lingua ignem designabat, denominaretur. Illud itaque Pyramidis nomine in præsentiarum, tametsi figuratè, appellare non erit abs re. Quicquid arcanæ propterea, moralisque cognitionis circa propositum subiectum in votis est exponendum, allegoricæ huic Pyramidi pro voto appendere licebit. Vtilissimum quidem, nam per istius nouæ Pyramidis Basim rerum humanarum deiectionem, & obscuritatem intelligere possumus, vt & sur-

ſum ad illius cacumen, quod eſt acutum ſcandendo, inſtruamur, quod per mentis acumen ad Diuinarum rerum cognitionem deuenire debemus, & vt exinde vera vitæ felicitas deſignetur; nam clariſſimè patet non omnem vitam eſſe felicem, ſed illam tantummodò, quàm à multis huius Mundi negotijs ſe paulatim ad vnum colligentem, atque ad Deum, tanquam ad Apicem ſummum ſuas quaſcunq; dirigentem actiones, Morum Probitas inculpata fatetur, non ſecus ac in Pyro ab ima parte diffuſa ad ſuperiorem acuminatam deuenitur, & vt in Pyramidali numero, quod Pyrum ſignificare, propter figuram non malè poteſt, à multis tenditur ad vnitatem, in ipſaque Pyramidis figura latitudo in vnum apicem terminatur. Sed ecce quod quantò Pyramidalem ignis effigiem referunt Pyra, & ipſa Pyramidata, tanto ab illius leuitate, ſua diſcrepant ponderoſitate. Pari quoque pacto natura nos arguit obijciendo, quod quantò ſimiles ſumus Deo, cum illius imagines vocemur *Fecit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, tantò ab illo diſſentimus operibus; nam nedum maximum amorem, quo nos ille proſequitur, amore mutuo non rependimus, ſed quod deplorabilius eſt, nimia terreſtrium appetentia, quæ nos in tartara præcipitat illum ingratiſſimi, vt plurimum lædimus, illum mortalibus irritamus peccatis longè ponderoſioribus omnibus ponderibus, cùm Beata Cœlorum conuexitas non poſſit vnum, quamuis de minimis ſuſtinere peccatum. *Nihil coinquinatum intrabit in regnum cælorum.* Aſt in tanta noſtra calamitate nos non omnimodè infelices, ſi tam grauem peccati ponderoſitatem ab illa oppreſſi perpenderemus; alicuius enim in nobis non improbi effectus, per accidens ſaltem origo fieret, vt euenit in Pyris, in quibus poſt cibum eſitatis oneroſa qualitas quicquid in ventriculo reperit comprimendo, quammaximè proficua ſit ad integram decoctionem promouendam. Sed heu nimis infauſtè in nobis illud in dies verificatur, quod malum ſemper malum, & minus malum eſt malum pati, quam malum facere. Siquidem ſiquis inter Homines malus eſt, alios inficit, & malitia vnius ſemper ſuum ſeruans venenum, animabus aliorum hoſtiliter aduerſatur. Et ſi ab Iſidoro fuit obſeruatum, teſte Berchorio, paucas ex tenerrimis hiſce Pyramidibus plus ponderis in ſe habere, quam multa Poma, in humano quoque genere quotidiano pariter experimento patet, quod acrior eſt in nocendo malignitas, quam in iuuando beneficentia; plus aggrauant Rempublicam mali, quam adiuuent boni, & plerumquè plus valet malorum improbitas, quàm bonorum fauor, eòque grauior eſt alijs improbus homo, vt damnoſa grauitate, ſolidiſſimis alioquin corporibus non cedat, quandoquidem *Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium.* Hoc autem accidentale iuuamen, quod ab abſumptorum Pyrorum grauitate percipitur, in mentem reuocat methodum illam, qua reprobi cæteris hominibus graues fiunt ipſos permultis opprimentes vexationibus; vnde notum fit, quod dum per illos iſti exercentur, Iuſtorum virtus inter aduerſitates nitidior efficitur, nam ideo Deus potentiores eſſe iniuſtos permiſit vt operari malum poſſent, & vt virtus eſſet pretioſa, quod rara eſt, & malis etiam ad laudem bonorum Deus vtitur. Quid autem plura requirimus ad comprobandam hanc veritatem? ſcire ſufficiat quod *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Frigida item, & ſicca comeſtibilis hæc Pyramis perhibetur, vnde è conuerſo qualitatibus illius ad homines per applicationem translatis pateat malos vbiquè malos, & ob amiſſam Charitatem in proximum adiuuandum frigidos, atque ob repulſam Pietatem ſiccis eſſe præcordijs, nihil perpendentes quod non alia de cauſa ipſi abundant, niſi vt Pauperibus ſubueniant, quibus indigentibus non ſuccurrere idem eſt ac eos perſequi, quod eſt impijſſimum, quippe quia *Pauperem, & mendicum perſequi ſola ſæuitia eſt, & crudelitas: cuius nec honor quæritur, nec abundantia facultatis ambitur.* Malas hucuſquè ſymbolicarum iſtarum Pyramidum paſſiones, & actiuitates myſticè expoſuimus, reliquum eſt vt eodem ſenſu palinodiam recinentes, agamus quoq; de proficuis earundem viribus, quandoquidem hi fructus ob ſaporem dulcem, quo in ſuo ſtatu perfectiori præditi ſunt, dum & guſtantibus gratiſſimi ſiunt, & ventrem laxant, ſpei dulcedinem, & ſpiritualis conſolationis effectus ſuauiſſimos, tanquam ſacra nota deſignare nouerunt, eo maximè cum ex illis ſoluantur nexus conſcientiæ, quæ ſic expurgata Deum propitiatorem acceſſat, *qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra*, vt ex Gentium Doctore Paulo. Hi fœtus Arborei, ſi iterum accipiantur, vt Pyramides quidem, ſed paruulæ, tenerrimæquè cla-

Cartar. fol. 164.

Gorop. Hierogl. lib. 7. fol. 100.

Gen. cap. 1.

D. Aug. in Enchir.

Chryſ. ſup. Io. hom. 40.

Id. ſup. epiſ. ad Philip. ſerm. 15.

Berchor. reduct. moral. l. 12. c. 120.

Plutarc. de amic. & adul.

Eraſm. in epiſt.

Eccl. c. 22.

Lact. de Ira Dei.

D. Aug. de grat. & lib. arb.

D. Paul. ad Rom. 8.

D. Aug. cõtra Donat. 2

Baſil. hom. 5.

Caſſiod. ſup. Pſal.

S. Paul. 2. Cor. 1.

A clarè denotabunt Opera Misericordiæ, quæ cum diuini Timoris verè sancti, vastissimæquè, & altissimæ spei fundamenta concedentis sint pignora, tenerrimum quoque sibi conciliant apud omnes amorem, magnum præterea, atque honorabilem hominem illa sæpè replicantem efficientia; Adijciatur quod & Animam eiusmodi hominis ad nouissimorum considerationem impellendo, sunt in causa, vt & peccatorum effugatio, & pœnitentia, atque perseuerantia procreentur. Quare Cassianus Misericordiæ laudes his verbis elegantissimè cōplectebatur. *Sola Misericordia est, cui omnes Virtutes cedere honorabiliter non recusant*. Vt malas vlterius, atque facilius exuant, si quas habent qualitates, & vtilissima sint, requirunt Pyra, vt vel dum comeduntur, vel immediatè post, vinum bibatur, iuxtà prouerbium illud,

Cassian. sup. Psal. 14.
Cassian. in Epist.

Fert Pyra nostra Pyrus, sine vino sunt Pyra virus.

Quo nos docere videntur vtilissimum esse cum mundanis calamitatibus, nè erga animam lethales fiant, haurire vinum tam sacræ Doctrinæ, quæ Bonis est Vbertas, quam suæ Contemplationis, quæ suauis est Fidei Merces. Cognito igitur tam Glorioso termino discere debemus vitam nostram ignis figuræ conformandam esse, si ad felicitatis
B finem, qui sursum est, pertingere velimus. Accuratam Morum culturam maximi semper fuisse momenti, & propterea nunquam esse omittendam nos manifestissimè docet in Pyrastrum insita Pyrus, quæ optimos ferre fructus didicit egregiè, ostenditquè naturam etiam obstinatiorem euinci posse, superiore mediante validissimæ, liberèquè potentis voluntatis imperio; reluctentur quantumlibet sensus ipsi, qui semper seruilis conditionis sunt, & appareant sensuales aliquæ primæ motiones, hoc inculpatè accidet, & absque rectarum actionum præiudicio, cùm in merè naturalibus, neque mereantur homines, vel demercantur; adsit aliquis v.g. temperamenti prædominanter biliosi facillimè accensibilis, & in excandescentias valdè pronus, ille, si Viris sanctis adhæserit, Christiquè Passionem, & Crucem propriæ memoriæ solidissimè infixerit, cum sancto sanctus erit, & iure consuetudinis, quæ secundum iurisconsultum quoque est *Ius quodam, moribus bonis institutum* vtetur tutissimè, & fructuosè simul; *mitisq́, fiet, & humilis corde*. Vndè Beatitudinis quoque terrenæ particeps erit *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, quam Oraculum illi promisit Diuinum. Pyrastrum intueare in Py-
C rum, insitionis ope, conuersam, illa quidem in inferiori parte signa propriæ syluestreitatis dabit, sed in superiori parte optimos edet fructus, & sapidissimos. Idque peregregiè descriptum in epigrammate græco sic inuenitur.

D. Aug. sup. Psalm. 20.
Id. in Man. c. 13.
Id. lib. 1. de Trinit.
Gorop. fol. 101.
Euripid. in Iphig. Aulid.
Antholog. Rostoch. ca. 20. ep. 16.
Psal. 17.
Psal. 33.

Ὄχνη, χειρὸς ἐμῆς γλυκερὸς πόνος: ἡ μὲν ἐφ' ὑγρῷ
Φλοιῷ φλοιὸν ἔδυσα θέρει: πλέονθεν δ' ἐπὶ δένδρῳ
Ῥιζῶθεν, δένδρου δὲ τομῇ, καὶ καρπὸν ἀμείψεν.
Νέρθε μὲν ἀχρὰς ἔτ' ἐστιν, ὕπερθε δ' ἄρ' εὔπνοος ὄγχνη.

Incerti Authoris Græci antiqui.

Quod amica Laurentij Legati sic inuertit musa.

Mi dulcis labor est Pyrus hæc; ego quippe tenello
Cortice conseui, & ramus nouâ in Arbore iecit
Radices, Plantaq́, talit bona sectio fructûs,
Namq́, infrà siluestris adhuc, Pyrus optima suprà est.

Laur. Leg. in Libello Epigr. e Gr. traduct.

Idemquè confirmatur ab alio Epigrammate Callinij græci Poetæ peruetusti elegantissimo.

In Anthol. Rostoch. ca. 20. ep. 2.

D

Ἡ πάρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζείδωρος ὀπώρης
Ἀχράς, θηροβότοιο φέριστον ἐρημοσύνης
Ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος, ἥμερα θάλλω
Οὐκ ἰσὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.
Πολλὴ σοι φυτοεργὲ πόνου χάρις: εἵνεκα σεῖο
Ἀχρὰς ἐν εὐκάρποις δένδρεσιν ἐγγράφομαι.

Quod sic metricè ab eodem Legato inuersum libenter afferimus

Quæ prius in syluis spurios generando, Pyraster,
Fructûs, deserti futilis Arbor eram:
Floreo mansuescens externis insita ramis,
Non mea deque meâ pondera fronde fero.
Insitor idcircò tibi debeo multa, Pyraster
Inter laudatas connumerata Pyros.

Laur. Leg. ibid.

 adeo

Adeo vt concludi poſſit laudabiliſſimum illud Lyrici dictum

Horat. l. 1. ep. 1.

Nemo adeò ferus eſt, vt non mitteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem accommodet aurem.

Sic & inſpecta huiuſce Rubricæ meta his Pyramidibus illam notabimus, indicantes in illo quoque legendo Beatæ Vitæ finem ob oculos verſari debere, vt ſatius has Pyramides,& vota illis appenſa in Immortalitatis Templo ſiſtamus;in quem finem eruditiones illæ, quæ impietatem de medio tollere poſſunt, cùm egregiè colliment ſequentem Prouerbijs de Pyro rectiſſimis Rubricam committemus: ſed ante omnia memores eſſe debemus vbique adeſſe pericula, quæ nos circumſtant, Phyſicomoraliter loquendo vt ex moraliſſimo Seneca habemus dicente: *Miraris apud te aliquando pericula acceſſiſſe, quæ circa te ſemper errauerunt.* Siquidem *Sors omnia verſat*, atque vt Silij quoque muſa confirmat *Per varios praeceps caſus rota voluitur aui:*

De Tranquill. anim.

Virgi. egl. 9.

Stl. l. 6.

Adeo vt pro vitæ noſtræ recta ad vltimum ſcopum,& finium optimum glorioſæ adipiſcendæ immortalitatis directione nobis puriſſima ſemper ſeruanda conſcientia eſt; caſus Druſi Pompei,qui cùm iactum in ſublime pyrum ore excepiſſet, idquè altè in guttur deſcendiſſet, reſpiratione præcluſa, ſuffocatus interijt, nos efficaciſſimè monet, vt vbique, & ſemper morituri viuamus; En Druſi caſum mirè id exprimentem melico Baptiſtæ carmine decantatum.

Ioſeph. Bapt. centur. 1. epig. 56.

Sæpè Pyrum dextrâ iaculatur in aera Druſus,
Cùm puer innocuos vult agitare iocos.
At cadit hoc celeri tandem per guttura lapſu,
Fataque vitalem præripuere viam.
Sic puer ipſe perit vitæ ſpiramine cluſo,
Et Pyra lethali dant alimenta Pyra.

Sic & Antiphanes Demophanis F. Comicus obijt in Chriſt. annos natus LXXIV. caſu Pyri ictus, vt refert Suidar. Hinc Prouerbia veritatem omnem probabunt.

PROVERBIA.

PRoba Verba, immò probatiſſima Vera ſi vnquam fuêre Prouerbia hîc aderunt, impietatem duntaxat ferientia. *Pro Pyris Furfur non accipimus*, & vt Italico Prouerbio commutationem aliquam rerum quarumcunque valdè inæqualem innuente profertur, *non barrattaremo le Pere in Semola*. Si contra impios ſæuiendo, ſæpè, ac ſæpius eos in ſcopum noſtrorum ſermonum conſtituamus. Si contrà illos omnes Leges clamant, omnis quoque Doctrina, quam Leges omnes amplectuntur, illis parcere non debet. Res ipſa ex ſui natura id expoſcit; Quid enim aliud eſt Prouerbium,niſi commune omnium verbum? niſi vulgi concordis Sententia? Et quid magis ſentiunt Vniuerſitates, quàm impios inſequendos, opprimendos? Quoniam verò impiorum duo ſunt genera, alterum includens eos, qui nocent innocentibus, alterum illos, qui nocentibus parcunt, inculcandi prius ſunt primi, quorum maior eſt numerus. VRSVM quidem tradunt prouerbialiter loquentes nonnulli SEMPER PYRA SOMNIARE; & hoc colligentes ex illo carmine

D. Io. Chryſoſt. & Lactãt. de Ira Dei.

Monoſ. l. 7. num. 72.

Semper auarus auet; ſemper Pyra ſomniat Vrſus.

Innuere intendunt,quòd ſicut Vrſus,qui fructibus maximè delectatur in cibo,quemadmodum expoſuit eruditus quidam de iſtis animalibus appoſitè canendo.

Bargæus li. 3. Cyneg.

Pomaque decutiunt ſummis pendentia ramis.

Semper auet huiuſmodi fructuum capturam, crediturquè poſſe tam vigilans,quàm dormiens ſenſibilem hanc ſpeciem in ſenſibus retinere, ſic homo quæcunque ſibi grata ſunt, per ſomnum videt, quandoquidem ea in ſomnis occurrunt, ex Ariſtotelis mente, quæ ſummopere deſiderantur: ſed huiuſce cenſus homines, feris ipſis deteſtabiliores, nedum vt Vrſus Pyra, crimina omnia ſibi placentia ſomniant; verùm malè cogitatis, & peius deſideratis acquieſcentes, illa, quod eſt deterius, opere complent, & ſic perſeuerantes in ſua ſibi complacent impietate, peccatis hoc pacto peccata ſuperimponentes. Vndè naſcitur quòd tam proni ſunt in delicta, vt otiari credant quoties vel tantiſper ab illis abſtinent, & tanquam CALABRI HOSPITIS XENIA æſtimantes;

D. Hier. 1. ſup. Amos.

ſicut

sicut enim apud Calabros mos inolueerat, vt quando quis comi hospitio acciperetur, ille Pyris, quorum maximus est in illa regione prouentus, tanquam communibus apophoretis donaretur, adeò vt hoc in prouerbium transiret; sic & homines istiusmodi alios lædere, & semper iniquè agere, tanquam commune aliquod, ideoquè decens apud seipsos æstimare videntur, dum nullo nec ad Deum, nec ad Proximum habito respectu, quæcunque aggredi facinora non dubitant. Miseri! qui etsi magno sint innumero, aut nesciunt, aut scire non curant, quod peccantium multitudo, criminis non facit impunitatem. Sed plusquam miseri, dementes! nam cùm certè sciant suis criminibus necessariò deberi pœnam, non præmium, non tamen ab illis desistunt, ac si plus tormenta diligerent, quæ culpam consequuntur, quàm gaudia, quæ pœnitentia gignit; hoc autem nihil mirum, cùm omne peccatum ex stultitia ortum habeat, & illius proprium sit impudentiores reddere peccantes. Non semper tamen hi rident; dum enim sic peccãdo Dei similitudinem perdunt, coguntur quoque, vt bruta, infelicissimos transigere dies. Peccati natura grauissimum pondus est, & plumbi talentum. Tanto igitur oppressi pondere, iumentis ipsis viliores efficiuntur. PYRA QVOQVE VVLPES COMEDIT. Illa enim, etsi animal sit ex sui natura sagacissimum, raptu viuens, carnibusquè ordinariè vescens, fame tamen vehementi compulsa in defectu carnium, pyrum esitat, sed admodum difficulter. Vndè natum huiusmodi prouerbium, teste Plauto, dum ait,

Tam facile vincens, quàm Pyrum vulpes comest.

Pessimi pariter huiuscè generis homines, vulpium in Orthodoxa Ecclesia nomine non indigni, dum illam malis operibus deuastant, adeo vt dicatur in sacris: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit*, in profundum miseriarum collabentes, tametsi perinuiti, perinde ac vulpes pyrum comest, ea subire coguntur à quibus summoperè abhorrent. Qui verò nequissimi fiunt, nocentibus parcendo, ij sunt Iudices iniqui. Pauciores quidem numero, sed grauius peccantes, quippè qui Iustitiam negligentes, qua tantum Respublica sustinetur, Iniustitiam decernunt, qua Respublica ipsa maiorem inimicum non habet.

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur,

Illos itaquè dum & amor, & odium, & proprium commodum adeò rationis expertes reddunt, vt nesciant veritatis splendorem dignoscere, dicendum est inter impios impiissimos esse. Rationis inquam expertes ita redduntur, vt contemplando Iustitiam ab illis tam improbè administratam dici verissimè possit *Margaritas ante porcos proiecta*; aut vt communi circumferunt Itali parœmia LE PERE COTTE SONO CADVTE IN BOCCA A' PORCI, siue vt melius fortassis diceremus,

In patulum cecidere suum Pyra cocta palatum.

Sic enim significamus magnum bonum homini valde indigno contigisse. Dum enim vt plurimum muneribus corrumpuntur, aut nolunt, aut nequeunt iustas proferre sententias, æquè ac si ACHRADAS COMEDENDO consonantiam vocis ad æqua decernenda perdidissent. Quod dictum aliqui in prouerbio traxerunt ex facto Thrasybuli Atheniensis, qui infamium istiusmodi Iudicum, nisi typus adæquatus, Reipublicæ tamen, & Patriæ suæ proditor effectus (vt dicemus) exemplar aliquod esse poterat. Hic circà Olympiadem V.C. annumquè antè Christum natum CCC IIIC. cum deberet Lacedemonijs Legatis in Senatu contradicere, obstructumquè sibi muneribus os persentiret, hoc scommate se liberauit à responsionis præstandæ munere, dicendo quod *Achrades comedisset*, idest Pyra acerba, quæ vocem nimis raucam, & obstrictas fauces reddunt, & fuit idem, ac si dixisset *Argentanginam patior*. Quarè prudentissimè iudicasse censendus est Cambyses Rex Persicus, quando peroptimè cognoscens maxima damna, quæ in Rempublicam huiusmodi Iudices malè iudicando moliuntur, Sisamenem Iudicem, eo quod pecunia corruptus iniustè iudicasset, occidi mandauit, occisoque corium detrahi, detractumq; in lora concidi, eoq; tribunal, in quo perperam iudicarat adoperiri, atque eius filium Otanem ibidem sedere iussit, vt & ipse periculo patris ab iniquo iudicio caueret. Curauit.n. vt qui alios malè iudicando perdiderat, & ipse male perderetur moriendo; quod & alijs accidere solet, quandoquidē *malos malè perdit Dominus*: nam sicuti quando PYRVM IAM MATVRVIT, illud propter grauitatem cadere oportet, vnde

[Margin notes: Al. ab Al. D.G. lib.3. c.10. — D. Amb. de Virg. lapf. — D.Greg.16. mor. — D. Io.Chrys. sup. Io. cap.6. hom. 41. — Id. sup. Act. Apost. c. 4. hom. 10. — D.Greg.19. moral. — D. Io.Chry. de Iacob, & Esau serm. — Id. sup. Matth. 1 hom. 1 — Polyd.Virg. Adag. 165. — Plaut. in Mostel. — Cant.2. — D.Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei c.21. — Iuuen. sat.8 — Arist.Rhet. 1. — Menos. l. 6. num. 33. — Philipp.Beroal. in Cō. lib.7.c.9. — Columel. de re rust. — Herodot. ex Text. in officina pag. 603.]

de etiam dicimus CAGGIONO COME PERE, Plautum imitantes, vbi dicit. E

Tam crebri ad terram decidebant, quam Pyra.

Plaut. in Rud. Ita quilibet impius multis facinoribus patratis, pœnas tandem ſuorum peccatorum neceſſariò luere debet, illum nimis exceſſuum aggrauãte grauitate, & ideò cecinit Flaccus.

Angel. Monoſ. in lib. florũ 1. alia lingua. L. 5. nu. 80. & pag. 237 & l. 6. num. 172.

Rarò antecedentem ſceleſtum

Deſernis pede pœna claudo.

Solent enim huiuſmodi homines, vel facinoroſi ſint, vel Iuſtitiam adminiſtrando illam corruperint, identidem ſtulteſcere, nequè vt anteà callidos in euitanda ſui captura ſe exibere. Nam ſe aliter res habere non poteſt, quandocunque verum ſit, quod *impiorum oculos culpa claudit, ſed pœna aperit*. Et hoc pacto in laqueos incidunt incorruptæ Iuſtitiæ, quæ retia non immeritò tendit iſtiuſmodi hominibus, & in illos operatur id, quod innuit aliud Italicum, immò Bononienſe Prouerbium plebi tantum accommodum dictu, ſcilicet FAR LA PERA, dum eos detegit, inſequitur, & eſt in cauſa, vt eiuſmodi pereant improbi viri; quod adagium fundatum eſt ſuper ſimplici homonymia, quaſi diceretur FA, CHE QVEGLI PERA. Et vtinàm hoc omnibus improbis, dum adhuc viuunt eueniret, nam de illorum ſalute non omnimodè foret deſperandum! Quod horribilius eſt, *in hoc mundo non omnia impiorum ſcelera punit Deus*, vt ipſi *maiorum malorum debitores, æternis damnati ſupplicijs, aduſquè nouiſſimum quadrantem perſoluant*. Et hæc ſufficiant, abiectioribus alijs omiſſis Adagijs, quæ Monoſinus recenſet, cum parum, vel nihil ad rem noſtram faciant. F

Horat. l. 3. Od. 2. D. Greg. 15. mor. In li. inſcr. Vocaboliſta Bol. D. Greg. 25. mor.

APOPHTHEGMATA.

D. Greg. 12. mor. Monoſ. flor. It. ling. l. 6. nu. 153. & lib 8. pag. 356. Aelian. l. 3.

Argvta, ſapidaq; Sententia, digna verè docto, & politico viro fuit illa cuiuſdam Athenienſis reſponſio cuidam extero, quo tempore Ariſtoteles iudicij timore Athenas deſeruit, interroganti, quænam eſſet Athenienſium Ciuitas? dum reſpondit; *pulcherrima; ſed in ipſa agreſtis Pyrus in Pyro conſeneſcebat, & Ficus in Ficu*: calumniatores intelligens. Nec minori polluit acumine Scomma illud paulò ſuperius allatum, quo Thraſybulus alter Athenienſis ſe ſubtraxit à munere reſpondendi Lacedæmonijs Legatis; dixit enim ſe *Achradas comediſſe*, & propterea vocem amiſiſſe. Sed nemo Poetis melius reduces voces Pyri Arboris in Epithetorum decora prolatione aduocabit. G

EPITHETA.

Plin. l. 16. in proœm.

Latini Scriptores, & præcipuè Poetæ Pyri Arborem, & fructum varijs Epithetis decorarunt. Illam enim propter culturam, vel exercitam, vel remotam, *domeſticam*, vel *ſylueſtrem*, quaſi *urbanam*, vel *ſyluis gaudentem* identidem appellarunt. Nobilioris autem generis Pyrum, quod *fructuoſa* maximè ſit, *prægnantis* dum vix flores depoſuit, *grauidaq́;* cognominarunt Epitheto.

Nec quaties GRAVIDAS lancea ſana Pyros.

Cuius fructus iam maturati molliſſimi ſunt, adeò vt de Pyro in Pinum inſerenda Theocritus latine conuerſus cecinerit. H

Eidyl. 1.

— Ferat hæc Pyra MOLLIA Pinus.

Poſtremæ verò ſpeciei Arbores, quia licèt ſint ſylueſtri duriſsimo de genere, cicurari tamen ardentius expetunt, ideòque aptæ ſunt ad in ſe recipiendos Arboris aduentitiæ ramos, ad impoſterum mollius, atque felicius fructificandum, ea propter lepidum *Inſitiui* cognomentum promeritæ fuerunt ex Horatio.

In Exod.

Vt gaudet inſitiua decerpens Pyra.

Omnis autem Pyrus cum ſatius, & libentius in montibus proueniat, quàm in plano minimè iniuſtè ſolita eſt appellari *Montana*. Non ignobiliter quoque à patrijs, in quibus mirabiliter creuerunt, & fructificarunt Pyri, illarum fructus *Syrius*, atque *Signinus* appellitatus eſt, Virgilio canente.

Georg. 2.

CRVSTVMIIS, SYRIISQVE Pyris, GRAVIBVSQ; Volemis.

Et

A Et ex Iuuenale *SIGNINVM, STRIVMQuè Pyrum de corbibus ijsdem.* *Sat. 11.*
Ab Hadriano Cardinali in sua venatione, quâ Virgilio concinebat, ita pariter admodulante

Ad hæc CRVSTVMINIS Pyris abundant.

Et à Mantuano Baptista de ijs Pyris, quæ *Glaciola* vocari tradidimus, sermonem habente, *Glacialia* nuncupata eo carmine.

Iam Pyra quæ dicunt GLACIALIA, carpere tempus.

Ad hæc si quamplurima ex Pyrorum generibus sibi quisquam Epitheta conficere vellet, hic ad ea quæ superius scripsimus de istarum Arborum differentijs confugere poterit, vndè fortasse nec incontentus prorsus, nec inconsultus abibit; sin autem figuram istius fructus contemplabimur, illa cùm è lato in acutum desinat, erit in causa, vt non immeritò *Pyramidale*, ac *turbinatum* vocare possimus Pyrum. Præterea non tantum *cultoris* Pyri fructum, eum in perfectiori suo statu sit, *maturum* dicere debemus; verùm & *optimum*. *optima nec desunt Pyra* *Io. Franc. Camœn. in Dial. Bucolicis.*

B Egregius Poeta Camœnus canebat. Cæterum Pyri quantumuis asperæ, tardèq; germinantis fœtus comestibiles sunt, quum & ij nihilominus maturescere soleant ferè cuncti, Rutilio Palladio auctore; *Lapidosa* insuper dicta est Pyrus, non tantù quod respectu vel ligni, vel malorum *Dura* valdè sit, sed etiam quia eiusdem Plantæ quædam species inuenitur, cuius fructus in ventre circa semina videtur habere lapillos. Hoc autem non officit, quin & illi, & illius fructui, sicut & cæteris Pyris non inconueniat *superbi* epitheton, tum propter odorem fructuum moschatum, saporesq; perexcellentes plurimos, formæque figuras, & varietates, tum quòd lignum habent, quod superbis inseruit, nobilioribus, s. lignosis structuris capsariorum fabrorum affabrè exindè fabricantium lignosa machinamenta pulcherrima, & pretiosissima. Ea quoq; de re *coloratum*, atque *venereum* dicetur huiusmodi lignum, & eò maximè si respiciamus ad venustatem tot colorum, quos & recipit, & retinet, quibusuè pretiosiora exotica ligna æmulatur, immò quadantenus eadem superare contendit; videantur Neotericorum admirabilia opera, & habebimus quo non inuideamus Indicis remotioribus Terris lignorum pulchritudinem, aliasquè præstantiores prærogatiuas. Sed cum Epitheta hæc

C de Pyro minimè somniata, aut fabulosa existant, vtpote quæ ab intimis eruta sint proprietatibus eiusdem de insomnijs, & fabulis Pyri ea subiungemus, à quibus per contrarium firmabuntur antedicta. At verò nolim haberi pro insomnijs, vel fabulis Epitheta quædam MALORVM, & PYRORVM Parallela; nam SVPERBA sunt Mala præcocia parua, quæ primos in mensis accubitus, seu positus, propera quoque, & parum edaci procacitate quærunt; nec minus SVPERBA sunt Pyra præcocia, parua, moschatula, scribente Plinio. *Eadem causa in Pyris taxatur superbia cognomine; parua hæc, sed ocyssima*; quorum odorata exiguitas Apris apertissimè perhibetur inuisa; & in alijs paruæ molis Pyris, & maximè ijs, quæ à Rabie *Rabiola* nuncupantur, necnon ijs, quæ à sucei paupertate *Succhella* vocantur, excitat odium: quæ omnia prima tabella inferius posita representat. Nec absimili ratione Mala quædam speciosa facillimè venalia *Prasimela* dicta à venditione, quæ græcè πωλεῖν dicitur, vulgò verò apud nos *Francisca* nuncupata, quia libera, & robusta cognoscuntur; aliaq; item Mala *Callimana* vulgariter dicta, quasi καλλιωσμένα μῆλα, hoc est Mala pulchrius, vel venustius reddita (quia καλὸς est formosus) ex vna parte amari amant, suaq; concinnitate, atq; sapiditate, in

Lib. 15. cap. 15.
Prouerbiũ pro Apris non sunt Pyra moschatula.
Ῥάβδος Baculus.

D mole quoq; mediocri vigente, cum Pyris PYROCHLORIS virentibus (nam χλωρὸς est virens) acidulis (quorum aliqua species *Iunia* dicitur) atque cum Pyris *Sementinis* congeneribus pulchris, castis (cum σεμνὸς sit castus) præueniant, itemq; eum Pyris Citreis, rusticorum nostrorum voce *Sacchettis* dictis, vtpotè, quæ elegantissimos referant sacculos sapidissimo humore refertos experi voluntjex his Substantiæ modesta Puritas, Formæquè Maiestas imperio digna, imbecillas quamuis inter mulieres castitatem caute saliter solet exercere, secundum id quod discurrebat Græcus ille Poeta Moralis antiquissimus Naumachius. Sed nimia felicitas, qualis est Pyrorum odoris suauissimi, viuidissimiquè ruboris moschatellorum *solet excitare superbiam*, cum nimietate namq; Sortis non videtur stare Bonitas vera, vt bene sentiebat Horatius

Val Cordus.
Ref. supra pag. 381.
Ap. Stob. in laud. nupt. & vit. diuit.
Menander apud Stob. serm. 22.


— Benè est, cui Deus obtulit
— Parca, quod satis est, manu. *H. lib. 3. ode 16.*

Mala

Mala Æstiua, seù præcocia, quæ pro meris mensarum ornamentis, atq; pro eduliorum simplicissimis condimentis vsurpantur, citrà tamen aromaticitatem, & ita videntur habere, vndè superbiant, hosquè proferre sensus idem fructus sic fingi potest.

Nolo minor me timeat, despiciatq; maior.

Chilo ap. Ausonium.



Vide pag. 361. lit. B. & D.

Pyra

Pyra
- Muſchatella, ſeù Superba Plinij.
- Muſchatella Maiora.
- Rabiola, vel Rabula, *quæ fauces radere poſſunt, qualitate quadam propria.*
- Suchella, ſeù *Zuchella* vulgò, hoc eſt Cucurbitina parua.
- Suchella maiora.





Vide ſuperius pagin. 381. lit. A. & D. & pag 382. lit. F. & p. 383. l. A. & lit. B. & C.




Pag. 383. lit. C.





Mala Franceſca Praſimela Cordo: πρᾶσις *venditio*, πράσιμα *venales; vndè Mala Venalia ſonant Praſimela.*

Mala Callimana καλλιωμένα μῆλα *Mala pulcrius, ſeù venuſtius reddita.*



Pyra

Pyra Cedrina, seù Citrea.
Pere Sacchette vulgò.



Vt supra memorata pag. 381. lit.D. 397. & p. 383. lit.B.

V.pa. 383. lit.B.



Vide pag. 381. lit.A. & p. 382. lit.F.

Pyra { Iunia Viridia.
Viridia acidula, quæ Pyrochlora seù Aprochlora dici possunt.


Χλωρὶς idem est ac *Virens*, *herbidus*, *viridis* ad modum Germinum recens è planta nascentium.

Pyro Sementino congener.

Cuius nominis ethimon ſi ad Græcum reducetur dicendum foret, quod

πυρὸς eſſet triticum ἁγνὸν, *caſtus*, nam caro pyrorum huiuſce ſpeciei ſuccedanea Frumenti eſſe poteſt exiccata, deinde pinſa poſt remollitionem in aqua calente, inquè placentas, vel panes coacta, qui Caſtimoniam cuſtodire valebunt, ita vt, cum Seneca dixerit in Hippolyto *Sancta paruis habitat in tectis Venus*, frugalitatem ſectantes caſtæ Mulieres dici poterunt *Cereris Vittas contigere digna*, immò pulcherrimæ, clariſſimæ, iuxtà ſapientiſſimi ſententiam Regis. *O quàm Pulchra eſt caſta Generatio cum Claritate.*

V. ſup. pag. 381. lit. C. & p. 382. l. F. & pag. 383. l. C.
Iuuen. Sat. 6.
Sapientiæ 4.



INSOMNIA

INSOMNIA. FABVLÆ.

TAntam coniunctionem, & similitudinem habent inuicem Insomnia, & Fabulæ, vt somniare videatur qui tractat fabulas, & fabulari qui narrat insomnia. Vtraque ideò hîc copulare non malum. Si de Insomnijs sit sermo, Symphorianus habet quod Pyra Satiua qui somniat, prosperum illi euenturum creditur negotium proximum, ex eo, quià Pyrorum fructus solerter adseruatus, atque conditus, diu permanet imputrescens. Si de Fabulis, est Apologus de Pyro Vrbana, atque Syluestri colloquentibus, atque diligentiam villici, & operum illius præstantiam extollentibus, & laudantibus, tanquam absolutè necessariam in percipiendis generosis fructibus, ad quos ferendos Natura sola, artis ope minimè adiuta, non potest adspirare; quæ quidem fabula in hoc carmine egregiè depicta est à viro eruditissimo.

Lib. 2. Hor. pag. 55. Laurentius Abstem. in Hecatom. 2.

Roscida Poma gerens fœcundo creuerat Horto
Agricola duri varijs Pyrus insita ramis,
Vmbrabatquè suos alieno tegmine truncos.
Hanc iuxtà agrestis tales non edere fœtus
Sueta, nec externis opibus fœcunda virebat,
Poma per incultos spargens syluestria ramos.
Quam vicina soror dictis carpebat amaris,
Quod non grata homini ferret, nec commoda brutis
Poma, sed austeros cunctis præbentia succos.
Cui Pyrus agrestis turbato hæc edidit ore:
Si mihi adoptasset generosa ex Arbore ramos
Agricola quoquè cura mei, quibus insita quondam
Tu paris Ambrosia succo certantia Poma
Syluestrem posuissem Animum, nec dona tulissem
Inferiora tuis, nec mensæ ingrata secunda.

Ex quibus infertur quod

Artibus ingenuis teneros ni instrueris annos
Non erit vnde rudi maneant de pectore fructus.

Hæc quoniam vanitatis, immediatè saltem, argui posse videntur, si monstrositates adiunctas habuerint, extrà ordinem haberi non promerebuntur.

MONSTROSA.

HVnc Pyri Syluestris monstrifici ramum, quem sic ab Aldrouando nostro Illustrissimo inscriptum inuenimus inter innumeras tabellarum botanicas imagines, delineatas tantum, relictas in suo Musæo non ausim dicere Pirastri germen fuisse, neq; Ornopyrum Virgilij.

Ornusque incanuit albo —— flore pyri.

Virgil. l. 2. Georg.

Et multo minus Pyrum Lanugine salsa obductum, cuius inuentionem Theophrasto Bauhinus adscripsit, quod prius præstiterat Ruellius. Et quamuis Pyrus Mali odoræ Arbori, Punicæq; Malo Cotoneo, Moro, Amygdalo, Terebintho, Quercui possit inseri, ex harum Arborum singulis primum Pyro alimentum conformatiuum radicale suppeditantibus non video quomodò hæc Pyri species prodire possit, nihil de illarum formalitatibus apparentibus seù configurationibus retinens; & nisi dicatur (quod facilius euenire potuisse credendum est) hunc ramum esse degeneris ex genere Pyrastri ex Pyro, non autem Pyrastri absolutè, cum secundum Theophrasti doctrinam Pyraster non valeat fieri simpliciter Pyrus, Pyrus tamen in Pyrastrum vitiosè verti possit, rem hanc si non dirimendam, exornandam saltem à Leonida Græco relinquimus, itaut hæc Arbor de se ipsa loqui sic videatur.

Bauh. H. vniu. pl. T. 1. l. 1. c. 4. Ruell. l. 1. de nat. stir. cap. 22. & cap. 19. & cap. 115. Theop. l. 2. de Hist. c. 3.

Μὴ μέμφη ἀπίστερον ἀεὶ θάλλουσαν ὀπώρην
Ἀχράδα, τὴν καρποῖς πάντοτε βριθομένην

Anthol. cap 20. ep. 3.

Οππόσα γὰρ κλάδοισι πεπαίνομεν, ἄλλος ὑφέλκει
Οππόσα δ' ὠμὰ μένει, μῆτρι περικρίμαται.

Vt ab Legato noſtro verſum eſt.

Ne me, immaturos quià ſemper ſpondeo fœtus
Carpe Pyrum ſylua, fructibus vſque grauem.
Quotquot enim in ramis maturo ſubripit alter,
Immatura ideò ſunt Pyra quotque vides.

Laur. Leg. libello traductor. è Græco.

Pyrus Syluestris Monſtrifica.



INSIGNIA

A

INSIGNIA, SYMBOLA.

PRo publico Nobilitatis valdè conspicuæ Syntagmate excelsos Arborum fructus Humano Generi non parum vtiles stare posse nemo ambigit. His enim, aut Camporum latè patentium gloriosum Dominium, vel ditissima fertilium Hortorum possessio indigitantur. Nec Pyrus eo caruit Honore, quo cæteræ Arbores in clarissimorum Virorum Insignibus adhibitæ. Quanta siquidem sit Perettæ Familiæ Celsitudo, cum in Sixto Quinto Pontifice Maximo fuerit adorata, notius est, quam pluribus referatur. Hæc verò Leonem Magnanimitatis tesseram cum tribus Pyrorum fructibus in dextra, tanquam vbertatis notâ in Stemmate erigens magnanimè semper, & vbertim agendum indicare visa est, & id exemplo clarissimo comprobauit magnus ille Alexander Perettus Cardinalis V. Cancellarius eiusd. Sixti Nepos, nostriq; Illustriss. & sapientiss. Aldrouandi liberalissimus Mœcenas. Cuius nomine insignita Villa Perettorum Romana in hæc à nostro Mariano celebrata est.

Arald. Bobac. c. 10.

B

Campus hic, antè Pyris ardens fumantibus, est nunc
Villa Perettinis nobilitata Pyris.

Ruinarum Romæ lib. 3 epigr. 119.

Non paucæ quoq; reperiuntur Regijs, & Amplissimis in Ciuitatibus familiæ nobilitate insignes à Pyris denominatæ, quæ Pyra in Insignibus plura ferunt, vt est in florentissima Florentiæ Imperij modo Etrusci Principe Vrbe, & alibi. Præterea non defuere nonnulli, quibus libertas mirum in modum arridebat, qui, vt hanc propriæ mentis, siuè libidinem, siuè constantiam exprimerent Pyra pro symbolis erexere, cum Agesilao lacedæm. Rege dicentes *metimur libertatem, quæ sinè frugalitate esse nequaquam potest.* In Hortis nanquè ità excellit magnitudine Pyrus Arbor, vt cæteras Arbores sibi velit esse subiectas in quo sensu Tragicus ita canebat.

Plutarc. in Symp.

Seneca in Hippol. act. 2.

Arborque celso vertice euincit nemus,
Quam non maligna cadit, aut resecat manus,
Ingenia melius rectà se in laudes ferunt,
C *Si nobilem animum vegeta libertas alit.*

Sed Problematicas de Pyro Quæstiones videamus.

PROBLEMATA.

PEndet à curiosa quidem, nec non erudita solutione duplex de fructu Pyri Propositio, prima erit quare Pyra non inueniantur sanguinea, colore scilicet purpureo per totam substantiam internam infecta, quemadmodum Mala nonnulla prorsus sanguinea, rubro scilicet humore coalita, & tamen color ille rubeus Pyro conuenire magis dici posset, vtpotè floridus color, & suauis fructui nobiliori, ac perfectiori iunctus: Huic autem occurri posse difficultati tali pacto autumarem dicendo Pyrum non rubescere in internis vti Malum, quia fructus Mali Pyro rarior est in substantia, frigidior, humentiorque; vndè illius temperies, in qua prædominatur aereitas sanguini animalium symbola, Hepatis Visceri sanguificanti analoga est, cuius intemperiem, calorisquè excessum corrigere valet, & affectum præter naturam tollere, quem ab epigrammatario, atque Satyrico versibus expressum habemus

V. sup. pag. 260. lit. H. & p. 361. l. B. & p. 362 lit. E. F.

D

Io. Thomas Freigius quæst. phys. l. 4. p. 83.

Tum te igitur morbus agitat Hepatarius, &c.
— Feruescit sanguis, & ira — Scintillant oculi, &c.

Ambr. Leo. Nol. probl. 383.

Pro qua re variæ medicamentorum ex Pomis formæ in Antidotarijs, & alibi apud eruditos proponuntur, inter quæ Poppæana vnguenta Poppææ Neronianæ inuenta, de quibus Iuuenalis.

Plaut. in Curculione Pers. in sat.

Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana — Spirat.


Pyrum itaque terrestrioris, igneæq; prædominantis constitutionis ad flauescentiam potius in internis inclinabit, quàm ad ruborem, quem in extima cute, quæ natura est spermatica magnâ ex parte concepit. Et hîc Mala sanguinea proponuntur consideranda sequenti in schemate, in quo coloris intensio validissima cernitur.

V. suprà p. 361. lit. D.

Iuuenalis sat. 6.

Mala Sanguinea vibicibus ſanguineis obſcurioribus.

Vide ſuperius pag. 360. lit. H. & 361. lit. B.



Altera, ſeù ſecunda Propoſitio Problematica eſt hæc, Pyra inueniuntur *Steatapia*, ſubſtantiæ ſcilicet, quæ Adipis adinſtar, atque Liquaminis inter mandendum diſſoluitur in ore, quod non verificatur de Malis, quibus non competit huiuſmodi proprietas; cuius rei cauſam perquirenti neceſsè eſt recurrere ad ſubſtantiam Pyri non ſimplicem, ſed compoſitam, cuius partes non ſint arctè ligatæ, diſſolutuquè propterea faciles: eatamen non debebit dici Pinguitudo, ſed quid proportionale Pinguitudini, quæ intrà fauces cogitur, vt butyrum ſub primo mandendi tepore, quod calore, & motu augeſcente diſſoluitur; nec abſimili ratione Lotorium vnguentum, id eſt Sapo ex Oleo, vel Sebo eſt quidem pingue quoddam, ſed emundans, non maculans, vt omnes aliæ pinguedines, & oleoginoſitates deturpantes pannos, quia eſt corpus eterogeneum ex aereitate olei, atque ſubtili terreſtreitate, igneitatequè cineris, & calcis conſtans; quod corpus diſſolubile de facili quoque deprehenditur. Lardariorum propterea Pyrorum inſpiciantur figuræ, H


Ambr. Leo Nol. probl. 21. & 331.

Pag. 381. l. C. & B. 383 lit. C. & p. 390. in Fig.

Pyra

Pyra Lardaria Maiora, Steatapia, Flaua, Purpurea. Et hæc ſunt illa Pyra Batioca, apud nos Bononienſes *Pere Battochie, o Bachiocbe*, ſic dicta à figura quadam antiqui Vaſis Vinarij, quod Batiocus latinè, græcè verò τὸ βάτιον vocabatur; horum fructuum color ad aureum tendit, cum eleganti rubedine ſecundùm partem; ſapor maturorum delicatus eſt inter melleum, & vinoſum dulcis; odor conſimilis; ſubſtantia mollis, & ſolubilis. Senibus valdè arrident, crudaquè manduntur hæc Pyra, ſed non diu durant parum ſeruabilia.


Vide ſup. pag. 381. l. A. & B. C. & pa 383. l. B. & C. D. στεατόω eſt impinguo, & στέαρ adeps.



Pyra

Pyra Lardarola minora, vulgò Steatapia, quià ad inſtar Adipis, vel Liquaminis in ore manducantium liqueſcunt.

Pyrum Gentile, *Franco* vulgò.





Sed hæc Pyra Gentilia hîc ad producendam optimorum fructuum γωΐθλιαν in Capite ſequenti de Ficu non abs re locata intelligantur.

VLYS-

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ,

Libri Secundi, Tractatus Secundi.

CAPVT III.

DE FICV.

ORDO, DESCRIPTIO.

TENVICORTICIS Pomi ſuauiſſimi Ficus, quem aliqui doctiſſimi Viri Gloriam Plantarum dixerunt, Hiſtoriam aggreſſuri, ſi τρώξιμον ipſum antonomaſticè appellabimus, id eſt maximè comeſtibile Pomum, atque maturum, non errabimus profectò. Illius humiditas magna quidem ex parte mellea eſt, ſed vinoſitate nō caret, vndè multis debet præferri Pomis. At quia non poteſt ipſemet Ficus propriiſſima in ſignificatione, ſtrictèq; & rigoroſè loquēdo, Pomum dici, quod Malis primò, & per ſe competere videtur, ex eruditiſſimo Alciato; idcircò præmiſſa in primis, & ante omnia Malorum, & Pyrorum, illis ſaltem affinium tractatione, de Ficubus tertio loco ſermonem inſtituimus, vtpotè qui magni nutriminis, ſuprà cæteros fructus, ne ipſis quidem exceptis vuis dulcioribus, ſi quid Hermolao Barbaro D credimus, obſeruentur, & non omninò impropria ſint Poma, cum ſiguram, & magnitudinem pomis decentiſſimam poſſideant. Decet id, quod auro melius apud Græcos antiquitus iudicabatur, locum illum tenere, qui numero perfectiſſimo notetur, primo ſcilicet imparium numerorum, & initio ſolidorum corporum ex pluribus alijs conſtantium, & trinitatem quoq; naturæ ſubſtantiarum repręſentante, Intellectualis ſcilicet per inuiſibilem florem; mathematicalis per innumerabilia granula, quæ in ipſius fructus ventre clauduntur; & ſenſibilis, per obiecta ſenſuum egregia, & præcipuè guſtabilitatis. Quantum porrò ad iſtius Arboris deſcriptionem attinet, mediocris illa cernitur eſſe magnitudinis, licet aliquando grandeſcat, & obliquitatem effugere contendat; nam quo breuior eſt, eò contortior euadit. Cortice circundatur læui, quandoq; autem aſperiuſculo, cinerei coloris, quem ſi ſaucies albus promanat liquor lacti ſimillimus, ſapore acris, odoreq; rutam redolens. Ligni materies illi eſt alba, carnoſa, mollis,

Io. Vrſinus. Poeta Laureatus eleg. 14.
Plin. li. 15. c. 18.
Conſt. Caſ. li. 7. Agric. c. 35.
In l. Qui fundū ff. de verb. ſignif.
Ananius apud Symph. Hortor. l. 34. c. 1.
Macrob. l. 3 Saturnal. c. 20.

Theophr. Hist. Pl. l. 1. cap. 17. Nicand. ex Bod. in Th. lib. 2. c. 4.

lis, sed tenax aliqualiter, & fungosa, quæ fracta non restituitur. Rami geniculati medulla sambucacea imbuti sunt; folia ex neruo, cortice, & carne constant, vitiginea, sunt, aspera, nigricantia, ampla, palmata, & aliquot sinibus excauata; quæ cùm tria sint principaliter, indè ficulneum folium Græcè dictum fuis Θρῖον, Latinè verò Tripete. Florem nullum gerit, sed illum intus tantùm concipere creditur. Fructus edit in singulis foliorum alis singulares in summitate sessiles, & pediculum versus Pyramidales: ij granis veluti sinapis numerosissimis, exiguis inter fructus carnem colore flauescentibus sunt grauidi, vacuo tamen relicto centro, cuius vacuitatis vestigium apparet in summo fructu, vbi basis pyramidis constituta est; Cætera fructus idem plenus est humore melleo, dum tamen exquisitam attigit maturitatem: eiusdem exuberantia, lacrymam quandoque in ostiolo centri basis prædictæ exudat, quæ concrescit: pellicula tandem tenui, & molli totus ambitur. Arbor hæc citò senescit, vel quia paucas habet radices, licèt longas, & obliquas. Senescens tamen fertilior euadit. Illi tantus est amor fœtuum, vt folia sæpè deserat priusquam fructus, quos etiam serotinos, hyeme nondum exacta, intempestiuè præcoquit. Hoc tamen de domesticis, & naturæ mitioris ficubus tantum est intelligendum. Siluestris enim nũquam ad maturitatem perducit fructus, si quos tamen, & hos admodum paruulos edit: est siquidem velut infæcunda; sed quantum felicitati fructuositatis in ipsa demitur, tantum radicibus illins additur virium; vndè marmoreas duritics, ex semine plerunque indetermiuato nascendo, disrumpit. Hinc Martialis.

Const. Cæs. l. 10. c. 45.

Theophr. l. 2. de Hist. Pl. c. 3. & l. 2. de causis Pl. c. 12.

Marmora Messala findit Caprificus, &c.

Martial. l. 10. ep. 12.

Nunquam integrè poterit describi Ficus, nec illius demonstrari præstantia, nisi maxima eiusdem vtilitas perpendatur, quæ vnà cum Vuæ commodo, cæteris fructuum, quorumcunque generibus præponderare videtur. Nam Ficus, & Vua inter omnia, Poma principatum obtinent, Ægineta Iudice, propter supremam succi bonitatem. En Imperatoris Iuliani sententiam in hæc verba expressam. *Homerus ille sapiens, cæteros fructus partim ob magnitudinem, partim ob colorem laudat, soli Fico dulcedinis nomen attribuit*, &c. Et post non multa. *Quin & regales mensas ornant, atque ad omnium, conuiuiorum ornatum adhibentur; neque intritum, neq; scriblita, aut panis dulciarius, aut denique condimenti genus pari suauitate vnquam reperietur, adeo mirabilis est iste cibus præ alijs omnibus*. Hinc elicitur maximam esse infelicitatem carere Ficubus, & Vuis, quod sacræ paginæ nobis irrefragabiliter confirmant, vt ex Regio licet arguere Psalte, maledictionem diuinam contra rebellem Populum enarrante: *Percussit Vineas eorum, & Ficulneas eorum*. Et similem ex Osea præcinente *Et corrumpam Vineam eius, & Ficum eius*. Sed modò curabimus inuenire fructuum horum Nomina cum Originibus eorundem: *Exiguus labor est, ingens verè vtilitas*.

Epist. 24. ad Serapionē.

Ps. 104. versu 33. Osea c. 2. Aratus in Phæn.

NOMINA ETYMOLOGIÆ.

TAM fructuosarum, quàm herbacearum simpliciter Ficus partium nomenclatura curiosa est. Nam Ficus nomen, vt sic, & Arbori toti competit, & integro fructui, cum libertate tamen, cum secundæ, vel quartæ declinationis grammaticæ, tum generis tam masculini, quàm fœminini, respectu fructus tantùm; nam Arbor, & præcipuè fructifera, vt Ficus, nunquam potest à fœmininceitate recedere. Huic & declinationis, & generis ambiguitati Ficus, seu pro Arbore, seu pro fructu sumatur, adamussim respondet illud Hebraicum *Theenah* Græcè Συκῆ per contractionem ex Ionico Σύκεα pro συκέα, ratione Arboris tantum fœminino genere dicitur. Et hæc duplex est, συκῆ μέλαινα, vel etiam ἥμερος, hoc est Ficus satiua nec non συκῆ ἀγρία Ficus syluestris, id est Caprificus, quæ, & ἐρινεὸς solitaria, vel ἐρινεὸς ab Erino Ciuitate, vel à mænibus asperis illius appellari solet Σῦκον verò dicitur ratione fructus neutro genere, quod *Sycophanta* nomen componit. Eosdem Ficorum fructus Naxij inter Græcos speciali nomine vocabant Μειλίχα melleam propter dulcedinem. Arabes autem *Sin*, *Fin*, & *Tin* nuncuparunt. Idem Ficus nomen indiscriminatim sumptum apud Gallos dicitur *Figue*, Germanos *ein Feige*, Hispanos *Higo fruta*. Determinatum autem, ad Arborem Gallicè *Figuier*, Hispanicè *la Higuiera Arbol*, Germanicè *Feigen Baum*.

Hieremi c. 8.

Itali

A Itali eodem vtentes vocabulo erga fructum, & Arborem, tam hanc, quam illum nominant *Fico*, in genere tantum masculino. Fœmininè siquidem sumptum turpe quid denotat. Fici verò fructus siccati ceperunt apud Seplasiarios barbara voce dici *Carica* à Caria regione, vnde incomparabili quantitate proueniebant. Quod bene notat Otho Brunfelsius in Onomastico Medicinæ simplicis. Eædem & *Syriacæ Ficus* antonomasticè dictæ sunt ob ingentem pariter earum multitudinem ab orbis illa parte quondam mitti solitam, vt patet ex Plinio, qui de Arboribus Syriæ loquens aiebat. *Syria peculiares habet Arbores, In Ficorum autem* (supple genere) *caricas, & minores eius generis, quas* cottana *vocant*. Aridus iste Ficus Græcè vocatur ἰσχάς, ἀδος, ἡ, deducta voce ab ἰσχνὸς, quod est macer, gracilis, tenuis, & apud Hebræos dicitur *Defelak*. Nec iniuria *sacram Ficum* vocantes Athenienses, ἱερὰν συκῆν dixere, tum quia Deorum Ambrosia fructum hunc scatentem cognoscerent, tum quia solebant in quadam solemnitate, quam ipsi vocabant Πλυντήρια Ficuum massam gestare, & hanc iidem Παλάθην appellabant, quasi compressos Ficus ad modum laterum. Recens autem, & maturus idem fructus domesticus ἡγητὴρ, idest Princeps alimentorum magis mitium, in cuius fundo

B foramen vmbilicale quodammodo dictum fuit, auctore Polluce ὀμφαλὸς, & ab alijs *flos* vocatur. Hi fructus, cum melleum sæpè sæpius liquorem effundant, ipsorumq; pediculi oppositi in parte, qua hærent Arbori lac pro sanguine gestent, erunt propterea digni Ficus vt dicantur *terra fluens lacte, & melle*, quod certè congruit prænobili sui nominis etymologiæ, fœcunditati scilicet, cum Ficus dicatur quasi *fœcundus*. Hanc nominis originem confirmant innumerabilia ferè illa semina, seu grana, quæ includunt hi Fructus, & quæ Κιλ χρωμίδις Galenus, idest *miliaria*, Plinius *frumenta*, Belgæ *pediculos* appellarunt. Ficus verò immaturus, vel non maturabilis, qualis est Caprifici, dicitur latinè *Grossus*, Græcè verò ὄλυνθος. Idem paruus Caprifici fructus, si tamen hæc Arbor aliquo pacto sit ferax, appellatur κράδη, sed tantum propter illam affectionem, qua huiusmodi fructus, æquè ac folium (quod θρῖον Græcis, & *Tripete* latinis nuncupatur) vento vibratur, & concutitur, vt placet Nicandri Scholiasti, quia vox ista κράδη ramum, seu surculum ficulneum, qui facile vento quatitur, & decussatur, significat; κραδάω namq; idem est quod *vibro*, seu *quatio*. Dicitur autem *Caprificus* hæc Arbor, eo quia veluti

C Capra, editiora tantum, præruptaq; carpit loca. Nomen verò simplex Ficus cæteris dignius, compositorum nominum, in diuersis, & compositis generibus, & differentijs dignam præbuit materiam, vt *Sycomoro*, *Schirmah* Hebraicè; *Morosyco* Dioscoridis, & *Celso*, illi scilicet Arbori, quæ alijs dicitur *Ficus Ægyptia*, seu *Ficus fatua*, vel Ficus Pharaonis: A nominalibus causis ad reales digrediamur, vt Ars rectè sequatur ingenua, certa & minimè fortuna fallax, iniqua.

Lib. 15. c. 19. & l. 13. c. 5.

Plutarch. in Symp. 7. qu. 4.

Hesychius, & Suidas.

Io. Meurs. in Gr. feriata.

Benedict. Curt. Symphor. Hort. l. 24. c. 2.

Isidorus.

Macrob. Saturnal. l. 3. c. vlt.

Demosth. ολυνθ orat.

Nicand. ex Eod. in Thephr. l. 2. c. 4

Id. Theophr. lib. 2. Hist. Pl. c. 7.

GENERA, DIFFERENTIÆ.

TOT Ficuum, vt aliorum quoque omnium fructuum Genera distinctè haberi possunt quot Differentię petuntur à natali loco illis felicissimo, à Magnitudine, tam Arboris, quàm Pomi Figura, Colore, Sapore, Moribus, hoc est germinandi, crescendi, maturandiuè modis, alijsque conditionibus diuersis conspicuis. Ficorum quidem ingens est numerus, ex Naturæ non solùm liberalitate, sed ipsius Ar-

D tis sedulitate proueniens. Genera tamen generalissima sunt Præcocia, atque Serotina, nam reliqua specialiora Genera sub his duobus militabunt; sub Præcocibus erant Tiburtina Romanorum popularis, Chelidona; sub Serotinis Hyemales, Duricorij, & Serotini. Magnitudo aliam vult esse Arborem Macroficum, aliam Chamæficum, & Laconicam, cuius meminit Aristophanes in Agricolis, quam nos dicimus *Fico Nano*; Figura mox fructuum discrimina parit essentialia, nam alius est Ficus cucurbitinus, mamilleus, longus, breuis, pyriformis, sessilis, & ille, qui græcè dicitur Βουνιας, idest magnus, nam præpositio græca Βου est augmentatiua, idemquè fortasse marisca dicitur iisdem græcis, quià ob magnitudinem disrumpatur, vt mariscæ solent, qui opponitur cottanis ficubus paruis syriacis, de quibus Hesychius κόττανα εἶδος σύκων. Color multas Ficuum distinctiones notabilissimas facit, vt albi, nigri, pallidi, viridis, lutei, purpurei, subrufi, cærulei, rubei, variegati; Palmarum color

Casaubonus ad lib. 3. Athenæi cap. 32.

Phœni-

Phœnicios Ficos ab alijs disterminat eosdem Ægelides dixere quidam ab Ægila Tribu, de quibus Epigenes; Albedo, Albulas Ficos declarauit ex Macrobio; Leucomphalium Ficum vmbilici saltem candor nominauit; & similem ob rationem Ficus Λευκομφαλιδὸς, seù Leucophius lucerinus,& Sycobasileus Athenæi,& Leucophalius Ariticus Theophrasti. Arasius albus Plinij latissimi, & minimi pediculi. Rhodius item, & Hæmonius apud Carios. Coruorum nigredo Coruinum Ficorum Genus constituit;ita est Coronius Strabonis; Megaricus, Ater Asinastrus Macrobij; Alexandrinus, Atertellanus longo pediculo olim in honore habitus Romæ; Barbachiter item; & Aritius ater.; Porphyrites Ficus inter nigrum, & rufum apparens. Chelidoniusq; è nigro rubescens ad purpureum tendens, vnde Columella de illis ita scribebat.

Purpurea Chelidonia, pinguesque marisca:

Arundineus variè maculatus, & ex duobus oppositis coloribus Erythrocomela non lydius purpureus emicans. Alios Patria diuersa suos ciues ab alijs vult esse discriminatos Ficus, vt Chalcidica, Lydia, Chia, Caunea, Laconica, Tiburtina, Libyca, Africana, Cottanea, Caria, Phibalea, Alexandrina, Lydia, Phrygia, Rhodia, Tarentina, Saguntina, Tellana, Herculana, Hircana, Mariana, Ægilia, Marsia, Numidica, Pelusia, Tusculana, &c. Auctores insuper varij, vel amatores insignes Ficus specificare diuersimodè valuerunt propria in ijsdem fructibus nomina perpetuo figentes; vndè Ficus Labiani, Liuiani, Calphurniani, Pompeiani, Nauij comitiales, Augustei, &c. prodiere: Sapor varius fructus eosdem distinguere sciuit, quamuis idem sapor in genere dulcis sit in omnibus, & nunquam exulet ab ijsdem, sed delitescat tantum in aliquibus; alij itaq; Ficus apparent acidi, alij insipidi, quià hic parum, ibi minimum est dulcedinis. Alij sapore pingui alij sacchari, alij mellis, plus, minusuè præditi sunt alij Thymû redolent, alij falsi apparent, vt de Chijs tradidit Martialis.

Chia seni similis Baccho, quam Setia misit:
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Sed quis specialiora prosequi posset Ficuum nomina, quæ sanè innumera sunt? Laconicos suos Ficus, cæteris post positis, Aristophanes nobis extolleret. Athenæus plures haberet, quos laudaret Leucophæos, Ægilides, Leucobasilicos, Codineos, Dracontios, Omas, Aratios, seu Cerinos. Hermippus, Coturnicinos, Corniceos, Phibaleos. Philemon regios, Myrrhinos Antiphanes, & alios Nicander. Plinius caricam maioris, cottanamq; minoris speciem Ficus, Mariscam, Biferam, Albiceratam, Cyprium similem Vlmo, Ægyptiam, Amplissimam, Pyriæmulam, Idæam magnitudine oliuæ, & sapore mespilaceo; Alexandrinam Tiliæ folio sinè lacte; Chalcidiam; Chiam multiplicem, Lydiam, Mamillanam, Callistruthiam, Africanam, Rhodiam, Tiburtinam, Liuiam, Pompeianam, Herculaneam, Aratiam, Porphyritem, Popularem, Serotinam, Chelidoniam, Duricorticem, Tarentinam prædulcem Omam dictam nobis proponet considerandas. A Macrobio recensitas videbimus sequentes Ficuum differentias Africam, Albulam, Arundineam, Asinastram, Atram, Paluscam, Augustam, Biferam, Caricam, Caldicam, Albam, Nigram, Calphurnianam, Chiam, Cucurbitinam, Duricoriam, Herculaneam, Liuianam, Ludiam, Leptoludiam, Marsicam, Numidicam, Pullam, Pompeianam; Precociam, Tellanam, Astram; Domesticas, & Hortenses Arbores Ficorum non alias cognouit Columella, quàm quæ his clauduntur versibus.

At grauis Arcturi sub sydere parturit Arbos
Liuia, Chalcidicis, & Caunis æmula Chys,
Purpureaque Chelidonia, pinguesque Marisca,
Et Callistruthis, roseo quæ semine ridet,
Albaque, quæ seruat flaua cognomina cera,
Scissa Libysca simul, picto quoque Lydia tergo.

Sed ab Antiquis ad modernos scriptores transitum faciendo nostrates interrogabimus de Ficorum speciebus, quarum fructus viuentes videmus, & esitamus, antequam ad longinquissimas Regiones lustrandas pro exoticis dignoscendis transeamus. Celidonius noster Bononiensis Geoponicus has delectas, & à se cultas Ficorum species molles præbet legendas, Brogiottorum scilicet, quos ità dictos crederem præ summa sui dulcedine ab Ambrosia Deorum cibo, quasi *Ambrosiottos*, & conueniunt, cum Æmonijs Athenæi: Imperialium, eorumquè vulgò dictorum *Inganna Villani*, Leucaserico-

Marginal notes: *Saturnal. l. 3. c. 20.* — *Lib. 15.* — *Plin. l. 16. c. 27. de f.c. mariscis.* — *Cic. 2. de diuinat.* — *Caunia ficus medionem faur.* — *Platina de Hon. volupt. & valet. l. 1. Coctanos dici ait à ciuitate quadam Syriæ, vel Numidiæ.* — *Tusculanos ficus olim magnificatos memorat Al. ab Al. D. G. l. 5. c. 21.* — *Martialis l. 13. ep. 23.* — *Palladius in martio.* — *Lib. 12. c. 5.* — *Lib. 13. c. 5. & 27.* — *Lib. 15. c. 18.* — *Lib. 3. Saturn. c. 20.* — *De cultu Hort. l. 10.* — *Agric. mss. p. p. cap. 19.*

E F G H

A ſoricorum; Caualleror um, Gentilium, Lazareorum, Coruorum, Sampieriorum, Faraonorum, & Caricarum. A Tanario verò conciue quoque noſtro Bononienſi tanquam abſolutiſſimo ab Oeconomo, & Ciuico, & Villenſe inſraſcriptas habemus Ficorum ſpecies, primò sũt Fici Faraonij albi, & nigri omnium ad maturandum primi, deinde Fici vulgò dicti *Inganna Villano* (hi falſam maturitatis faciem oſtendunt; quam græci φιλωνας vocant, nam φυλῶ apud illos ſignificat decipio) mox Lazarij albi, & nigri, vt & Caſtaneoli, Toſcanelli, Madamæ punicei, Coruellini nigri, Gentiles ſublutei, Porcini, Paſquini, Sampierij, VVerdechij, Bruſchiotti albi, & nigri, Candellini, Mellonij, Carici albi, Auguſtani nigri, Tortorini, Granelli, Lardarij, Caualleri punicei. Ex miſcellaneis obſeruationibus manuſcriptis præexcellentiſſimi noſtri, Aldrouandi hæcquoque didicimus Genera Ficorum raritate commendabilium, & ſunt. Primò Ficus Ferruginea, 2. Ficus Amethyſtino, Luteoque colore, 3. Ficus viridis oblonga. 4. Ficus Vrbana trifida magna. 5. Ficus monſtrifica vrbana, magna, gemella. 6. Ficus figurà peponis, colore luteo, & viridi; Suam impatienter nos reuocant ad Pinaeem, & ad vniuerſam plantarum Hiſtoriam Dendrographi Bauhinus, atq; Ionſtonus, &
B exoticas præcipuè ad plantas celeri greſſu luſtrandas compellunt; Ficumque marinam Theophraſti folio craſſo, nec magnitudine præſtanti, colorequè corticis puniceo, ſicco pede pertranſire nos cogunt. Ex Pinace itaq; tres, & decem habentur Ficorũ exoticorum ſpecies, ſeù differentiæ, poſt Ficum communem genericè contradiſtinctam; Chamæſycum, ideſt Ficum humilem, & pumilam, atque Caprificum, hoc eſt agreſtem, & aſperam Ficum, primò Ficũ *Papaie* Peruuianorum exponit. 2. Ficum *Cucurbitiformem* Nigritarum. 3. *Peponiformem Chinefzipangu*. 4. *Malacenſem* ſemialexiteriam, & ſemiuenenatam, ideſt à parte Orientis ſaluberrimam, & Occidentem verſus lethalem. 5. *Goanam Cotoneifoliam*, ex cuius cortice veſtes Indi conficiunt. 6. *Indicam ſpinoſam, Tunal*, & *Tuneopuntiã*. 7. *Cochinilliam*, *Tunal Greyn* ad colorem. 8. *Cardis*, ſeù *Tuuadem*, Spinoſam, Syluestrem, Infructiferam. 9. *Opuntiam Oſteocolleticã ferruminatricem*. 10. *Mippicasababa*, Ferruminatricem. 11. *Cereum Peruuanum Spinoſum*, ſeù euphorbium, fructu rubro nucis magnitudine. 12. Indicam *Lanem*, *Spinoſam*. 13. Indicam *Humilem Minimam*; Ex vniuerſali deinde plantarum Io. Bauhini, & Clabræi
C Hiſtoria hæ Ficorum exoticæ habentur Arbores. 1. Fructus exoticus Cluſj à *Paludano*. 2. Alter Cluſj fructus exoticus à *Plasean*. 3. *Pimpinichi* Arbor lacteſcens. 4. Arbor *Radicum*. 5. *Enſenda* Congi. 6. *Pala Ariena*. 7. *Tala*. 8. *Pala Plinij*. 9. *Muſa Onniedi*, Ficus Indica Acoſtæ, Palma fortè Theophraſti. 10. Ficus Indica *Linſcotani*. 11. *Paconera Americana* Muſæ ſpecies. 12, & 13. *Palmites* duplex. 14. *Opuntia* vulgò herbariorum. 15. *Opuntia agnata* ferruminatrix. Ex Ionſtono tandem, hæ Ficorum Arbores numero 25. decerpuntur 1. Ficus *Peruuana*. 2. Ficus *Nigritarum*. 3. *Chinefzi pangica*. 4. *Amacortic* nouæ Hiſpaniæ. 5. *Amatzquitl*. 6. *Itzamatl*. 7. *Iaruma* Iucaienſium. 8. Ficus *Indica Orientalis*. 9. *Tuniſicifera*, ſeù *Tuna* Indorum. 10. *Nopalnochetzli* nouæ Hiſpaniæ. 11. Ficus *Sinenſis Heurnij*. 12. *Cereus Peruuianus*. 13. *Ferruminatrix* Indorum. 14. *Caiababa*. 15. *Ambayba* Braſilianorum. 16. *Amauae* Maragnanæ Inſulæ. 17. Ficus *Indica lanis piloſa*. 18. Ficus *Indica humilis*. 19. *Muina Braſilienſium*. 20. *Iito* eorundem. 21. *Iaracatia*. 22. *Papaiofera* Tabacenſium. 23. *Mamæira*. 24. *Iamacaru*. 25. Fructus exotici *Ficus ſpecie*. Quarum Arborum ſingulares Hiſtorias conſultò omiſimus, hiſque generum, & differentiarum nominibus
D contentos fore lectores credidimus, quià de rebus nominetenus tantum cognitis, & nõ re ipſa notis, atq; perſpectis agebatur, ne nauſeam, & faſtidium pareremus, nam etiam quod dulce eſt, ſi modum excedat, graue fit, vt prudentiores cenſuerunt, & vt ille inter Græcos melliſluus Poeta aiebat, epulis ſatiatus aliquis, libens iterum viliore victu fruens delectatus eſt. Literarios itaq; Iconum cibos intellectui legentium hic exponemus.

Lib.5. Econ del Citt. in Villa.

Lib.12. ſec. 1.

Lib.4. H.pl cap.7.

Bauh. H. vniu. Plant l.1.c.45.

Cluſ. in Acoſtam. c.41.

Admirab. Arbor Straboni.

Cluſ. exot. l.4. c.14.

Lib.1. c.66 & ſequ.

Lib.1. ca.2. artic.2.

Io. Bod. à Stapel in Theop. l.4. H. pl. c. 5. Ficum Sinẽſem depingit folijs laurinis, & fructu rotũdo racemat

Ariſtoph. ap Suidam.

Eurip. in Antiope ap. Stob. ſer. 61

Capri-

Caprificus.

Plin. l. 15. cap. 19.


Caprificus ſylueſtris Arbor fructus edens nunquam matureſcentes , ſed mirabili quadam vi cæteris Ficubus domeſticis maturitatem facilem, & citam tribuentes ; nam Caprifici fructus hoc habent , vt propria ex putredine quadam animalcula de culicum genere progignant, quæ Pſenes, & Cnipes ab Ariſtophane dicta ſunt, & illa, deficiente in ventre matris alimento, ad cognatam Ficum domeſticam tranſuolantia illius fructus auidiſſimè dum perforant crebro morſu ſibi familiarem incoctilem maturationi obſiſtentem ſuccum exugentes, ad morem Hirudinum Hæmorrhoidibus applicitarum, quæ ſanguinem tantùm atrum, & fœculentum attrahunt, ita depurant, vt quod reliquum eſt, per accidens totum perficiant, & *ſanum, vegetumq; reddant Ficum.*

Plin. l. 17. cap. 27. Caprificorum nigriores, & in petroſis naſcentes maximè laudantur, quoniam Frumenta plurima habeant; Caprificatio ipſa poſt imbrē.



Ficus

Ficus Virgato Fructu.



Ficus figuram Melopeponum habens, id eſt virgatus, & diſtinctus pigmentis alternis colore luteo, & viridi, quæ tæniarum ad inſtar iuxtà ſe inuicem poſita ſunt, non autem rimis, aut diuiſionibus inciſis diſtincta, magnitudinem tantam habet, quantam Ficus vulgariter dictus di *Madama*, quæ eſt inſignis, atq; notabilis; colores in aliquibus variant iuxta diuerſitatem forſan alimenti, vel aeris, & tempeſtatum: matureſcunt menſe Septembri; rarus eſt hic fructus, & an ab inſitione artificioſa prouenerit, vel ex peculiari ſpecie, adhuc latet. Quod ſi vera eſſent quæ Palladius in Martio, titulo 10. docuit, Ficum ſcilcet bicolorem enaſci ex duobus ramis, v. g. albæ, & nigræ Ficus inter ſe vinculo arctè ligatis, & contortis, vt germina miſcere cogantur humores, & tali pacto, amborum temperaturam ſeruantes coniunctim diſtinctam, id eſt minimè confusã, neq; in tertiam quandam coaleſcant naturam. Sat ſit quod hæc obſeruatio fuerit, teſtimonio noſtri longè clariſſimi Aldrouandi obfirmata, prout ſic nos eam iuuenimus ab ipſo ſimpliciter memoratam inter eius manuſcriptorum miſcellanea.

Ficus Indica cum Flore, & Fructu.



Ficus hæc Indica non videtur eſſe ea Arbor, quam deſcripſit Theophraſtus lib.4.de Hiſt. plant. c. 5. & de cuius fructu tetigit lib. 1. cap. p. deque illius radicibus egit lib. 1.c. 12. nam è ramis radices minimè dimittit; quamuis folium eiuſdem Arboris Ficus Indicæ peltatum dixerit eſſe lib.4.c.5. quia fructum admodum paruum magnitudine ciceris, Ficui tamen ſimilem ei tribuit. Folium habet hæc noſtra Arbor Ficus Indicæ ſimile folio Opuntiæ Herbæ, quæ Ficus Indica ab omnibus indigitatur, & quam Theophraſtus idē pro exemplo radicationis Ficus Indicæ Arboris aſſumpſit lib.1.c.12.dicens; *Circum Arborem frequens radicum concurſus, qui caudicem nequaquam attingit; ſed ab eo paulò diſtat; huic ſimile, vel potius quodammodo mirabilius, ſi quid ex folÿs radicē dimittat; qualem circa Opuntem Herbulam eſſe quandam enarrant.* Sed quia in eodem cap. 5. libri 4. de Fi-

A de Ficu Indica loquens Theophrastus vnam,& alteram Arborem innominatam describit fructu fortassis æmulam Ficubus dicens *est & alia Arbor,& magnitudine insignis, & suauitate fructus,amplitudineq; mirum in modum praecellens; hoc Sapientes Indorum,qui nudi degunt cibo vtuntur; alia cui folium specie pralongum simile pennis Struthiorum quæ super galeas imponuntur longitudine duorum Cubitorum.* Possumus propterea asserere hanc nostram Ficum Indicam à veteribus non fuisse descriptam, sed simpliciter indicatam. De Ficu Indica Theophrasti Plin.l.12.c.5.col.7.c.2. Strabo Geogr.l.15.à qua vmbraculũ fieri dicit tabernaculo multicolumnio simile, de qua Neoterici multi scripserunt. Clusius in exoticor. l.1.c.1. qui eam ab alijs etiam modernis scriptoribus descriptã fuisse notat, vt à Linscosio, tãquã de Arbore Goana ibi dicta *Arbor radicũ*,& à Ferdinãd Lopez l.7.c.3.H.Or.Ind. tãquã de Arbore Malacensi dicta *Mãgin*,& ab Ouiedo in 1.p.h. Occid.Ind.l.9.c.6.sub nomine *Mãgle*,& à Pigafeta l.1.c.4.desc. Cõgo sub noie. *Enzãda*.

Sycomorus Giumez vocata.



 Ficus

Theophr. l. 4. H.pl.c.2.

Ficus Cypria, quæ ſic in Creta nuncupatur natura proxima eſt Moro Ægyptia, nam illa quoque fructum caudice, ramiſq; craſſiſſimis fert: niſi quod germen quoddam ſine vllo folio, tanquam radiculam mittit, cui fructus præpilatur. Caudex magnus, & populo alba ſimilis folium vlmo in fructus quaternos perficit, toties'q; germinat, ſed nullum ad maturitatem perducit, niſi pomo ipſo immaturo inciſo, emiſſoq; lacte, dulce Ficubus non abſimile, & interna groſſis ſanè conueniunt, magnitudine autem pruni eſt. Hæc Theophraſtus, quæ omnia adamuſſim quadrant Arbori propoſitæ. De Sycomoro Giumez Proſperus Alpinus de Pl. Æg. cap. *6.* agit plenè dicens eam naſci in arenoſis, & ſterilibus Ægypti locis; folia habet mori folijs craſſiora, candidiora, aſperiora; non naſcitur ſemine, quia eo caret in fructu, ſed propaginibus, & niſi verberetur Arbor, non fœcũdatur; longiſſimæ eſt vitæ, adeout credatur adeſſe quandã Sycomorum in Mathera Ægypti adeò antiquã, vt eadem in ſui cauitate receperit latitantem B.V. cum Puero Ieſu illuc Hieroſolyma fugientem. Ap. Dioſc. hæc habẽtur. *Sycomorum aliqui etiã Sycaminum, id eſt morum vocant, cuius fructus ſycomorus etiam propter inefficacẽ guſtum appellatur. Arbor eſt magna, Fico ſimilis frondoſa, multo lacte abũdans: folys mori, pomum ter, aut quater anno fert non ramis vt Ficus, ſed caudice ipſi caprifico non diſſimile, dulcibus groſſis, ſine granis interioribus, ſed non matureſcit, niſi vngue, aut ferro ſcalpatur. Naſcitur plurimum in Caria, Rhodo, lociſq; non multi tritici feracibus, &c.* Et paulo poſt addit *gignitur, & in Cypro Arbor genere diſtans, quæ cum ſit vlmus, prædita tamen eſt folys ſycomori, fructu pruni magnitudine, multò dulciore ſupradictis, cætera ſimilis.* Sycomorus Ægyptia, Moroſico, Ficus Pharaoni Giumez, Tothel Theueti, Sycamine Theophraſti Ficus folio mori, Ficum in caudice ferens. Sycomorus quaſi inter Ficum, & Morum Arbor fructu Fici, at folio ſimilis Moro; fructus ipſos fert caudice, non ramis, & eſt prædulcis, abſque granis interioribus, qui, vt matureſcat debet ſcalpi, ſerratis vnguibus, & oleo inungi; quarto dein die detrahitur, etſi Fauonius adſpiret, tertia tãmẽ die ibi alius ſubnaſcitur; ſepteno partu per totam æſtatem fæcunda, & in maturo fructu gratus odor apparet; Syrię in ſyluis frequẽs, in Ionia in Cnido, Rhodoquè, &c. Sycomoris à Bauhino in Pinace lib. 12. ſect. 1. aliquot adiunguntur differentiæ, quarum poſtrema Ambulon Scaligeri dicitur ex Aruchit inſula, & fructibus ea ſcatet minimis coriandri magnitudine, in cortice illos producens cãdidos, ſed hæc innuiſſe ſufficiat. Nullam cum Sycomoro ſimilitudinem, vel cognationem habet Arbor Pſeudoſycomorus Mathioli, quæ neque credenda eſt vna ex Tuberibus Plinij, licèt Cæſalpino id placeat, ſed ad bacciferas Arbores ablegandã, melius Azedarach Arabum nominanda. Vocum at ſequantur Conceptus, atque Concentus in Æquiuocis, atque Denominatis explicandis.

Bodeus à Stap. innot. ad Theop.

Diſcorid. l. 1. de. med. mat. c. 144. de Sycomor.

Ex Homer, odiſſ. 8. Strabo lib. 16. Geog. ſycamine eſt Sycomorus.

ÆQVIVOCA, DENOMINATA.

Publ.

Difficilis eorum, quæ placent eſt cuſtodia. *Sycori* propterea, nempè Ficorum cuſtodes, quibus συκῶν, non *Sicoris* Cingæ fluuius in iberum defluens nomen dedit; miniſterium ſatis quidem pulcrum exercere dicendi ſunt, ſed difficile, cum præſertim pulcra ſint difficilia ſeruatu. Sed quo maior eſt labor, eò potior eſt vtilitas. Quare conandum eſt ijs ad quos ſpectat, vt συκώδεις iſtæ deliciæ inacceſſæ prædonibus ſeruentur, etiam ſi non ſine vi agendum foret. Quod vel in ipſa literaria τῶν συκῶν anatome ſuaſum poteſt obſeruari. Fici enim *Syca* Græcè æquiuocant, cum *Sica* gladio Latinis à ſecando dicta, à qua ſicarius nuncupatus eſt latro, gladiator, & homicida. Sed melior Fici æquiuocatio fruges reſpicit; quia Fici Pomum Athenienſes vocabant ἡγητήριον, quaſi ante omnes fruges inuentum, ex eo forſan, quia Ficaria Grana frumentorum æquiuoca nomenclatura veniebant, quorum granorum minutiei reſpectu κεγχραμίδες dici voluere Ficus, nempè *miliares.* Idem requirunt, & Ἀμασυκάδες *Amaſycades* ex Heſychio, quæ Mala ſunt, ſeù Pyra ſimul cum Ficis prouenientia. Non tantam ſibi poſcunt diligentiam, vt ſeruentur *Sycomori*, quæ Συκάμινος, & Συκομορέα dicitur, fructus, *Sycamina*, mora nempè maiora nuncupati, quandoquidem ſyluestris admodum naturæ, vt pariter immaturabiles illi fructus, quos breuiſſimo numero profert *Caprificus*, à nonnullis *Chamæſyce*, nempè Ficus pumila vocata, ſatius quàm *Chamæſyce* herba illa paruula repens, in terra vineali proueniens, ſic dicta, eò quia lactuginoſa ſit, quem-

Ruellius. Dioſc. l. 4. c. 110.

A quemadmodum & Peplus herba *Chamæsice* prædicta aliquantò maior, quæ propterea vt cum Fico æquiuocet, Συκῆ dicitur, cum alias vtræque nullam habeant nostra cum Arbore forma tenus conuenientiam. Cùm verò subeat τὸ Σύκιον ex Galeno decoctum Ficuum arefactorum, ex hoc etiam in mentem reuocatur ipsius tanquam æquiuocum *Sicyon*, transposito duntaxat iota, quod eandem habet vim ac Τ ψιλὸν. Est autem vrbs vetustissima Peloponnesi XII. *M.* pass. à Corintho distans, à qua vicina regio, Achaia scilicet, & Arcadia, *Sicyonia* appellata est, Incolæ *Sicyonij*. Nec minimum forsan haberetur argumentnm afferendi huic Oppido, Regioni, & Populis τὸ σῦκον, hoc est Ficum, (nullum Syciona regem memorando, sed attenta duntaxat prædicta υ. in ι. transpositione) denominationes attulisse, si diceretur istos in græcia extitisse, in qua primò Συκῆ adinuenta est. Quod certò certius verificatur de *Sycino* Insula ex Plinio, quam vulgò nunc *Sichino* dicunt, Stephano, & Ptolemæo *Sicinus*, alijs *Sicenus*, non paucis *Sicynus*, & mediat inter Melon, & Polycandrum. Item de *Syco*, quod Plinius, & Ptolemæus *Sicum* dicunt, & est Vrbs Dalmatiæ Maritima apud Liburniæ limites, nunc vulgò dicta *Sebenico* *Philosycorum*, illorum scilicet qui Ficubus auidè vescuntur, vt Plato solebat.

Gal. in lex Hipp.

B Ast *Ficeta*, seu *Ficaria*, vel *Ficulnea* τὰ συκίδα, vel συκῶνα Græcis dicta frequentare (quæ sunt loca Ficubus consita) *Ficitores Ficitatis*, hoc est Ficorum vindemiæ semper amantes expectant, vt illis dulcia tractanda, gustandaq; simul exhibeant. Hanc propter dulcedinem *Melichium* Naxij Bacchum, & Lacedæmonij *Sycitem* cognominarunt. Inde in Ficu Virtus, & Panis, & Vini consistere connotabatur. Hinc etiam Ficum Vitis sororem faciebant Græcorum nonnulli, Συκῆν pariter ab eadem vocantes viam illam Athenis, per quam templum Cereris Eleusinæ petebatur. Et propterea tanta Ficui dignitas, atque nobilitas conciliata est, vt insigniores admiserit denominationes. Romanæ siquidem Vrbis conditori nomen vel impertita sit, vel ab ipso proprium nomen acceperit, hoc certnm est, quod *Romula* quoque nuncupata fuit Ficus, sub qua pueri ambo Romulus, & Remus Lupæ sugebant Rumina, propter quæ lactuginosa eadem Ficus *Ruminalis* dicta est, *Rumia* exindè lactentium Dea conficta, & proprij nominis originem trahente. Sic Ouidius

Athen. l. 7. capit. 1.
Plutar. 4. Sympos.
Athen. l. 3. cap. 5.
Iulian. Lessignan. de Cogn. Deor. Gentil. l. 3. cap. 5.
Onuphr. Panuin. de Vrbe Romana.

> *Arbor erat, remanent vestigia, quaque vocatur*
> *Romula nunc Ficus, Rumina Ficus erat.*

C Is autem locus in quo sub Ficu prædicta Romulum Lupa, Remumq; pauit, lupercal exinde appellatus est, & situs erat in regione octaua, quam *Ficelias* (licèt alij septimam regionem faciant) Veteres illi Romanorum Proceres, totam suam Vrbem, ne dicam Orbem ab hac Arbore libentissimè denominaturi, constanter appellari voluerunt, ad Ficuum vbertatem fortassis auspicandam. De hoc loco mentionem habet Martialis ad Nepotem ita scribens

Pl. lib. 15. c. 19.
Varro l. 2. de re rust. cap. 11.
L. 2. Fast.

> *Bis viciæ Nepos (nam tu quoque proxima flora*
> *Incolis, & veteres tu quoque* Ficelias)

Præter hanc regionem erat & Vicus vetus, *Ficelia* pariter & ipse nuncupatus in via Nomentana, *ita à Ficis, & copia Arborum Ficorum*, vt inquit eruditissimus Raderus *dictus*, à quo non eadem tantum via, sed & Porta insuper ipsa Nomentana *Ficulnensis* quoque fuit appellata, vt ex Liuio sic scribente patet. *Via Nomentana, cui tunc Ficulnensis nomen fuit*. Idem Romanorum Seniores non Imperij tantum, sed & liberorum inhiantes propagationi, felix, fortunatumquè ducebant fœcunditatis exemplum sibi, &

Lib. 6. epig. 20. ap. Rader. & 27. ap. Farnab.

D posteris ob oculos ponere, vndè aliqui suarum familiarum agnomina simul, atque cognomina à Ficorum fructu mutuati sunt, quemadmodum *Caricia* familia, & *Carica* à Caricis. Sic enim Romana testantur Monumenta

HIRNIVS OCTAVIVS, CARICIA, ET
FESTA CAROLINA C. VALERIO
SVRO, ET SIBI PARTEM P. XXX.

IOVI DOLICHENO
M. AVERONIVS KARICVS
D. D.

Apian. de Inscr. sacros. Vetustatis.

Eodem pacto nomen habuit, & cognomen *Ficinus* ille de *Ficinis* medicus duobus abhinc sæculis, qui librum edidit de Pestilentia Italicè, quem posthac Hieronymus Ritius latinitate donauit. Eius filius fuit magnus ille Marsilius Florentinus nemini doctorum non cognitus ob Philosophicam præcipuè doctrinam. Florebat anno 1490. Medica multa einsdem extant monumenta. Edidit inter cætera Antidotum Epidemiorum, & Præseruationem secundæ valetudinis, Basileæ per Cratandrum excusas 1532.

Pasch. Gal. in Bibliot. Medica.

Eiusdem oratio de laudibus Medicinæ, & nonnulla alia Medica habentur in operibus illius simul editis Basileæ per Henricpetrum in folio. Ab hoc pariter fonte cognomen emanasse videtur Ioannis *Ficardi* Francofurtensis I. C. qui Galeni librum de libris proprijs, de ordine librorum suorum, de præsagijs ex insomnijs, quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, & de exercitatione paruæ pilæ Latinis adiunxit, & Cratander primum excudit Basileæ 1531. Huius rationis est & cognomen Familiæ *Ficueroe* in Hispania, quæ folia itidem quinque *Ficulnea* viridia, & decussatim posita in insignibus habet. Subit etiam memoriæ villa quædam in agro Ferrariensi ad Eridanum, quam incolæ *Figarolo* nũcupant, nos *Ficarolum*, & hæc etiã memoratur ab Ortelio in tabula eiusdem status. Non defuere tamen qui temporum successu virtutem in loquendo dissimulantes, Ficorum nomen in malum sensum deduxerunt. Sic *Ficos* Nymphyon vocarunt, Sic integram Familiam Martialis insimulauit.

P. Petrus de Tess. Gentil p. 514. In Theatr. Orbis. Parad. de antiq. statu Burgundiæ cap. 8. Lib. 7. epig. 59. ap. Rad & 70. ap. Farn.

Ficosa est vxor, Ficosus & ipse maritus,
Filia Ficosa est, & gener, atque socer.
Nec dispensator, nec villicus vlcere turpi,
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter iuuenesquè, senesquè,
Res mira est; Ficos non habet vnus ager.

Cuius irrisionis origo ex nominis *Ficus* corruptela, & æquiuocatione manauit, cum cæperint Medici morbosum quendam affectum, & vlcerosum, figuram Ficus grandioris, sed insipidæ, quæ græcis συκῶν dicitur, æmulantem, τὸ σύκωμα, nempè Ficum nominare, ex quo in ludibrium idem Fici nomen transijt. De fædo huiusmodi morbo sic eleganter locutus est Celsus. *Est etiam vlcus, quod à Fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur, caro excrescit, & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt; alterum vlcus durum, & rotundum est, alterum humidum, & inæquale.* Et tunc non est generis ambigui, & incertæ declinationis, vt Ficus fructus, sed restringi debet ad secundam tantum declinationem, & ad genus masculinum, vt lepido cum sale inquit, & innuit Martialis in Cæcilianum scribens

Scholiast. Aristophan. Lib. 6. c. 3.

Cum dixi Ficus, rides, quasi Barbara verba,
Et dici Ficos, Cæciliane, iubes.
Dicemus Ficus, quas scimus in Arbore nasci.
Dicemus Ficos, Cæciliane, tuos.

Lib. 1. epig. ap. Rad 56. ap. Farnab. 66.

Et quamuis non omninò sint concordes Charisius Grammaticus, atque Priscianus, meliorum tamen Scriptorum lectio supradictæ fauet regulæ, vt omnis exulet scientiarum hostis æquiuocatio. Quo pacto, & genere *Ficus* Romanis vocatur piscis quidam mollis, Asellus minor alter Aldrouando nostro nuncupatus, in eius Piscium Historia à doctissimo Io. Cornelio Vteruerio, altero ex antecessoribus meis in lucem edita, vbi & Tinca Marina Ficus itidem appellatur. Alio nomine morbus prædictus *Marisca* Latinis vocatur, vndè Satyricus Iuuenalis aliquot ex ijs vlceribus patientes ita sugillauit.

Aldron. de Pis. l. 3. c. 3. & 9.

Caduntur tumida, medico ridente, marisca.

Sat. 2.

Hinc callidam ex *Ficeto* captans ambiguitatem idem Martialis *Ficetum* appellauit impudicas partes, quia illic *Ficosa* nascantur vlcera prædicta, sic amarè locutus in Labienum *Vt pueros emeret Labienus vendidit hortos.*
Nil, nisi ficetum nunc Labienus habet.

L. 12. epig.

Eadem ratione moti Veterinarij quoque, callum quendam in cruribus equorum nascentem *Ficum* vocitare consueuerunt, quem Paracelsus pro medicamento matricali proposuit. Hinc quoque fœmininum istius vocis in patrio nostrates idiomate distraxerunt ad turpia, & obscæna significanda, & ad minus actum quendam iniuriosum, quo pollicem inter indicem, & medium digitum exporrectum dirigentes in aliquem, hunc tacitè taxabant fœdæ libidinis, aut alicuius alterius vitij. Contumeliosa hæc irrisio locum habuit, vt infra dicetur, inter scommata Prouerbialia Danthis, Villanij, & aliorum scriptorum Florentinorum, necnon apud fabulatores antiquos tum Etruscos, tum Bononienses, vt apud Ioannem Sabbatinum de Arientis, & alios, penes quos legitur *Far le Fiche*, pro conuiciari, & calumniari, &c. Hoc ideò conuicium cum per Italicum vulgus admodum inualuisset, expressè prohibuerunt, indictaquè pœna damnarunt Romana Statuta, sub rubrica speciali *de facientibus Ficum*, his verbis: *Item si quis alicui*

Dictionar. Paracelsi. In lib. delle nouelle. Ang. Monos. l. 3. st. It. lin. p. 319.

cui

A *cui signum, seù Ficum fecerit iniuriosè, in xx. solidis pronisinorum puniatur Cameræ Vrbis*. Non tam malè detortum legitur adiectiuum *Ficatus* σύκωτος. Defertur enim ad significandum tantum quod Ficubus infarcinatum est, vt apud Ætium συκωτὸν ἧπαρ, id est *iecur Ficatum*, v.g. porcinum Ficuum esu præparatum. Cæterum minus certè peccaret qui verbis tantum, & non factis, id est digito loqueretur contra quemlibet, ipsum, vel à similitudine τῆς συκώσεως, hoc est *Ficationis* in mento, propter tumiditatem *Ficulosè* exulceratiuam, inæqualem, & graueolentem, vel in oculis ex interioris palpebræ dura, & asperiore scissura *Sycomium*, vel *Ficonem* appellando, nempè turpem, ineptum, maleferiatum, & abiectum, nam quantò superatur in dimensione superficies à corpore, tantò vincuntur à rebus, ceù ab oculatis obiectis verba.

Segnius irritant animos demissa per aures, &c.

L. 2. c. 88. *L. 2. c. 27.* *Plaut. in Stic. habet.* Nucibus Fabulis, Ficulis. *Galen. l. 2. meth. 2. cō. 2. in 6. de morb. vulg. 4. in lib. de ocul. c. 9.*

Multa propterea per iocum à Poetis dici permittuntur. Hinc lepida illa æquiuoca præclarissimi cuiusdam Neoterici in Idæalem fœminam nomine *Ficariam* non impune tantum, sed etiam cum eruditionis præmio legere licet.

B
Vitemus quas producit Ficaria Ficus,
Ceù qua tergeminus fert aconita canis.
Si tales Ficus comedat Ficedula pinguis,
Protinus in maciem totus abibit adeps.
Si tuus has Asinus gustasset, docte Philemon,
Pone suum subitò mortuus esset herum.

Balthass. Bonifacius Musar. lib. 4. num. 53. & 34.

Item ad eandem rem.

Ficitor huc venias, nam Ficosissima raucis
Te mulier precibus terque, quaterq; vocat.
Si fœcunda tibi colitur Ficaria, nullam
Ficitor inuenies vberiore solo.
Ficos, & Ficus eadem Ficulnea profert,
Insita ceù profert non sua poma Pyrus.

In nullum magis quadrarent hæc improperia, quàm in vnum Clodium Albinum plus iusto Philosycon. Fuit enim summus Ficorum heluo, peior bellua, nempè Aue C *Ficedula* (συκαλὶς est Græcis) quæ, quamuis rationis expers, ad mensuram tamen alitur, iustèquè pinguescit huiusmodi cibo. Hanc Martialis ita loquentem introduxit.

Iul. Capitol.

Cùm me Ficus alat; cum pascar dulcibus Vuis,
Cur potius nomen non dedit Vua mihi?

L. 13. ep. 48

Ita nec eundem Clodium, & vnà quempiam turpe agentem *Caricinus* Ficuum color minimè tegere valeret. Non ipsum, licèt impium, impiorum amici, quippè quia impij, tuerētur *Sycophanta*, collectores nempè vectigalium pro Ficubus, qui non nisi calumniari sciunt, & deferre, *Sycophantiamquè*, infame scilicet, & *Sycophantiosum* quadruplatoris officium exercere. Nisi enim vomitu non recidiuo semel purgari vellet, inanis foret omnis excusatio, quæ in homine quantumuis leui in promptu solet esse, iuxta illud Comici Poetæ comiter canentis

Athen. l. 3. cap. 5.

Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui pretij,
Quin pudeat, quin purget sese, &c.

Plaut. in Aulul.

At nos tandem obseruato Zoophyto quodam inter Alcyonij species, pro *Ficu maris* ob magnam eius cum Ficuum fructibus similitudinem existimato, declinabimus ab horrendo illo specu iuxtà Eleusinen Atticæ Ciuitatem, propè Cephisum fluuium, in loco, quem *Caprificum* appellarunt, quo Plutonem, rapta Proserpina ad inferos descendisse fama est. Literariam denique in hoc dulci æquiuocorum, & denominatorum Ficus salo nauigationem terminantes, portum in Sicilia tenebimus. In hac enim Insula (seu *Sicaniam*, seù *Siciliam* vocemus) vt ipsam ex Arborea *Syci* denominatam facere non sit absurdum nulla *Sicani* Regis habita mentione multa subibunt monumenta obseruanda. Nam omnibus temporibus Ficus feracissima fuit, illas non ad nos tantum, sed & per totam passim Europam elegantissimè desiccatas mittens. Quæ cum caricæ modo vbiq; appellentur in officinis, nomē *Caricus* reliquerunt oppido cuidā in hac Insula, vulgò nunc *Chura*, ex Gerardo Mercatore. Prætereà *Sycaam* Vrbem hîc erit inuestigare, in qua detestabimur memoriam *Sycai* Titanis in *Sycaam* Arborem nostram conuersi vrbiq; prædictæ nomen dantis, licet ab alijs hoc attribuatur *Syci* Nymphæ, de qua in fabulis

Symp. Hort. l. 24. c. 10.

Bauhin. ad Math. in Dioſc. lib. 1. c. 145. Cluſ. rar. pl. l. 5. cap. 7. Bauhin. in Phytopin. n. 15. in Prodromo lib. 5 cap. 3. Plin. l. 22. cap. 23. Nicander in Alexiph. Fridæuall. de tuen. ſan. cap. 9. Nicand. in Alexiphar.

fabulis agemus. Sed rem hanc Æquiuocorum vnà cum Denominatis à Ficu cùm Botanicis abſoluentes dicemus maritimam quandam Plantam folijs ſubrotundis ſeriatim diſpoſitis vnà ſuper aliam ad modum Opuntiæ *Ficum* appellari; Papauer item ſpinoſum herbam alios dixiſſe *Ficum infernalem* terribile denominatum. Fungorum tandem ſobolem breuis pediculi non peltatam, ſed figuræ pomoſæ turbinatæ Ficum, & terræ *ζύμν*, hoc eſt fermentum alios appellaſſe, fermentum quidem pituitoſi humoris in Arboribus ipſis, & in tellure humiditatis cuiuſdam inter generationem, & corruptionem glutinoſæ; hinc fungorum alij ſunt purè terreſtres, ideſt in terræ viſceribus procreati, vt Tubera, de quibus Fridæuallis egregius ſcriptor metricè loquebatur

Terrea ferte, aqueoque madentia Tubera rore
Alba, fameſcentes ſint nigra veſtra coqui.
Vltima ſint noſtra poſt pulmentaria cana
Mixta ſint in noſtris vt Venus ipſa iocis.
Si turgent, æquum eſt: ventoſa tonitrua, & imbres --Hæc genuere, &c.

Alij ſunt terreni ſecundum quid, hoc eſt in ſuperficie terræ naſcentes, alij ſunt Arborei, quorum figuræ vel ſunt ouales, vel ſpongioſæ, vel digitatæ; terreſtrium autem admirabiliſſimi ſunt Lyncurij fungi, qui è lapide Lyncurio, ſiue Lynceo fæcundiſſimo toto ſubnaſcuntur, & præciduntur anno, quemadmodum Arboreorum laudabiliſſimi ſunt Ficarij, Nicandro Colophonio Medico, atque Poeta Iudice in hunc modum ſcribente

Συκέης ὁππότε σέλεχος βαθὺ κόπρῳ
Κ' ἀκκρύψας ὑδάτεσσιν ἀεννάοισι ποτίζῃς,
Φύονται συθμέσσιν ἀκίριοι, ὧν σὺ μύκητα
Θρεπτικὰ μέτι χαμαιζήλους ἀπὸ ῥίζης προταμοιο.


Quos græcos in latinum hunc ſenſum vertimus verſus

Altius egeſtâ terrâ cum à ſtercore cortex
Fici detectus fuerit, purgatus & vnda
Inſperſus multa, tuti naſcentur ab imo
Fungi, ſed quorum caput ab radice ſecandum.

Non prætcribimus tamen Ficiformem Fungum amplum etiamſi non inuentus in cortice Fici, ſed Quercus fuerit, quem ad nos humaniſſimè miſit vir clariſſimus delineatum à ſe primò, & ante omnes quoſcunque obſeruatum Excellentiſſimus Petrus Natus Florentinus ſub nomine Fungi Querni vermiculati; in quo conditiones ſequentes Fici pluſquam Fungi naturam oſtendentes apparent; nam Μύκης iſte Δρυὸς erat Autumnalis, Caudeus in Arbore, Hemiſphæricus, Seſquilibris, Quincunx, Candicans intus, ſplendidè Ruſeſcens exterius, Dulcis, Mollis, haud Inſuauis, non ingrati Odoris, Temperatus, Veſcus, vermiculatim Apophyadicus; Rubiginoſi capillitij quandoque cirrati; parum Foraminoſus, multipliciter Loculatus; Viuax, diuq; Seruabilis. *Remotâ* (cum Satyrico) *Erroris nebula* (hoc eſt quauis Ficuum æquiuocatione) *quid enim ratione timemus --- Aut cupimus*? Fructuum prædulcium Culturæ nos accingere non dubitabimus.

Vide ſuperius p. 221.

Iuuen. Sat. 10.



CVLTV-

A

CVLTVRA.

FOEmineam propter mollitiem Ficus ad crescendum prona surculis de Ficeto propagatur, non quidem magnis, nec ex ligno trunci facillimè putrescente, neque ex fructus granis ob degenerem succrescentiam, & quia illorum ariditas tarda est nimis, & ab ea vix emergere possunt cauliculi. Animaduertendumq; est Varronis iuxtà Præcepta nè frigidis in locis Ficeta constituantur; in temperatis verò locis cõmodum magis tempus est secundus anni mensis; sed in æstuosis Nouembri de mense radicatæ plantæ telluri feliciter cõmittantur; in parum frigidis terris melius erit sub æquinoctium vernum ante, vel post per dies aliquos eas deponere, quæ plantæ præcoquæ sint, vt ante imbres ad maturitatem germina fructus perducere valeant. Si Talea, vel cacumen plantetur absque radicibus, id nonnisi Aprili mense fiat, illaque findenda est, in cuius scissura paruus est ponendus lapillus, fimoque oblinenda est bouillo; in eo verum oculatus esse debet Agricultor, vt Taleæ sint bene oculatæ, præsertim in cacumine, atque frequenter nodosæ, & ceù articulis benè roboratæ, à quibus sperari poterunt copiosi non solum Ficus, sed sapidissimi, qui solem orientem amant, cœlumq; potius calidum, quàm frigidum, terramquè solutam potius, quàm densam, nec intensè arentem, vti nec multum irriguam concupiscunt; nec latere debet quod dum ligatur germine magis viget prælata, sed fructum deteriorem parit, excepta Ficu Laconica, quæ riguis gaudet, & delectatur maximopere locis, & aliquantum saxosis, quemadmodum creditur esse terra Olgiani comitatus Bonon. septimo, vel octauo ab vrbe lapide distans Orientem versus super modicè accliuis Collibus; ibi enim pinguiores sunt, & sapidiores Ficorum fructus; è contrà euenit in locis humentibus, & vmbrosis, in quibus obtusi saporis, & aquei nascuntur Ficus; vbicunq; autem sint plantandæ taleæ iam radicatæ, & quæ iam germen emiserint, per totum Aprilem sine timore telluri committentur, & in particulari situ, locoq; conuenientiore naturæ specificæ plantæ, vt v.g. Fici Mariscæ in cretosiori tellure, & apertiore sub aere volunt disponi, & vt Africanæ, Herculaneæ, Saguntinæ, Hibernæ, Tellanæ; atque pediculo longo pinguem, stercoratumq; agrum expetunt. Ficus insuper insitionem Geoponici varias super Arbores vltrà suam congenerem, & non solum vere, sed alijs quoque temporibus, etiam per æstatem, vsque ad hyemale solstitium, si Florentino Geoponico Græco fides est adhibenda, fieri docent. Aprili tamen mense vlteriori sine mora, secundùm Palladium, & intrà corticem, grandiori existente plantâ, vel fisso in ligno, ergà iuniorẽ, secto arbusto secus terrã breui manu est operandum; nam nimia cunctatio vires adimit, dum introducto aere per poros secti surculi anniculi, gemmeique, atque Arboris ipsius insertioni subiectæ, substantifica humiditas euanescit. Aprilis quidem mensis erga loca sicca insitorem sedulum exposcit, sed in humentibus Iunio tutius mense coniugium vegetale est prorogãdum, cum mensem hunc antecedenti æquipollere docuerit experientia. At Morus, & Platanus ab antiquioribus Geoponicis prælatæ reliquis Arboribus fuere ad Ficus insertionem, vnâ exceptâ Caprifico, quæ symboleitate naturali ex agresti fit facillimè ciuica, & licèt Amygdalus Arbor ad insitionem sustinendam non vocetur, ipsa tamen gaudet perennitate plantæ Ficus: Palladium suis id carminibus confirmantem audiamus:

M.Varro de re rust. l. 1. c. 41.
L. 1. c. 41.
Pallad. in Feb. tit. 25.
Const. Cæs. lib. 3. c. 4.
Cato de re rust. c. 8.
Pallad. in Ap. tit. 5.
Idem in Martio.
Corb. Her. Agr. l. 2.
Constant. Cæs. lib. 10. cap. 76.
Pallad. lib. 14. de insit.

B C D

Persuadet Moris tetrum mutare colorem
Ficus, & inuasis dat sua iura comis.
Se quoque miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudet vincere poma modum.
Insignes folijs Platanos, felicia mensis
Brachia gaudentes Vitis honore comas.
Ingrediens pingui se cortice maxima Ficus
Seruat, & optatos implet adepta sinus.

Intrinsecam, & essentialem Mori, & Ficus Arborum relationem, quia clarè manifestat Columella, Palladij doctrinæ iam expositæ credendum est, & licèt in vsu nonreperiatur nostro hæc æuo talis insertio, attamen ea non est reprobanda.

Lib. 10. de cultu Hort.

Dum canis Erigones flagrant Hyperionis æstu

Arbo-

Arboreos aperit fœtus, cumulataque moris
Candida sanguineo manat fiscella cruore,
Tunc præcox bifera descendit ab Arbore Ficus.

Fossionis intereà, necnon Caprificationis obliuisci non debet Ficorum diligens cultor, quæ Caprificatio fit, aut suspendendo Grossos, & Caprificos Ficuum Arboribus ipsis excultis, aut easdem Caprificos satas, vel plantatas circà Ficeta in illorum Maceriebus, vel rudia intrà Rudera alendo; maturescent namque hoc pacto Fici, & citò, & tutò, absque eo quod inungantur subrubentes ijdem, auaritiem quandam maturitatis præseferentes, quasi quod ipsam denegare velint Syciphagis. Caprificorum quoq; adiumento facilè poterit succedere, vt post artefactam paruulorum Grossorum magnitudinem fabæ vix assecutorum decussionem ad serotinos habendos magnitudine præstantes Ficus, voti fiat integri compos Agricola; idemquè euenire feliciter deprehendetur, si quis pumilam vellet in vasi habere Ficum, quæ inuersis plantatis exurgit de surculis, nam hæ quoque plantæ mirè fructificabunt, quod fieri præstat in locis vbi pluris æstimantur, tanquam rariores hi fructus, qui Regionibus solùm in feruidioribus copiosissimi sunt, vt in Palestinâ, Africâ, Hyrcaniâ, Lydiâ, Cypro, Locisquè Maritimis pluribus circà Bisaltiam, Amphipolim, & Grestoniam; in Macedonia item, Thessalia, Græcia, Hispania, Galliaquè de quâ Prouincia sic scripsit Strobelbergerus: *Est quoque magna subsidio in Gallo Prouincia fructus bifera Ficus, vbi Vere, & Autumno perelegantes syluulas quasi videas*. Et in Italia demùm præcipuè Orientaliori, & Meridiem versus apricis in collibus, in quibus locis Ficus aridæ parantur, non solùm pro rusticis eibarijs, sed pro condimentis etiam nobilium eduliorum, & mensarum quadragesimalium ornandis, augendis, quorum Ficuum siccandorum modum fusè docet Columella, qui consistit in actione solitaria solis in ipsis omni studio procuranda Ficubus supra crates mobiles, & asportabiles dispositis, procul ab omni terrena humiditate, atq; nocturni roris suspitione; qui tandem fructus siccati caricæ tunc dicti, vel in cadis seruantur bene compressi, cum interpositione odoratarum herbarum, vtpotè Rosmarini, & aliarum similium, vel in series oblongas quadruplicatas in latitudinem, & cannarum ligni subtilissimis virgulis transfixas. Quoniam autem Ficus Arboris ætas in loco, vbi non patiatur, aut ictus septemtrionalis flatulentiæ, aut neglectam prorsus culturam, octuaginta perhibetur ab aliquibus annorum, quæ extensibilis etiam ad centum vsque deprehensa est annos, In quâ periodi humanis ætatum partitionibus, non absimiles cognoscuntur. Ita vt quatuordecim annis adolescat in pueritia, dein vigeat Iuuenis ad vigesimumquintum, mox consistat ad quinquagesimum, vlteriusque decrescat senilitet quò vsquè repuerascat in radicum nouellis germinibus; de quibus Platonica illa sententia Virgilianis versibus explicata verificari potest ad vnguem, vt scilicet mortua velut Arbor, ad vitam reuertatur, nouamq; iuuentam illius vegetans induat spiritus.

Pallad. in mēse Iunio Tit. 5. *Constant. Cas. l. 3. c. 4* *In Gallia polisicomedica descript. p. 257.* *Li. 12. c. 15* *Camerar. in Hor. med.* *Virgil. l. 6. Æneidos.*

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem, &c.
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

Et vt benè cultus labor elabi non sinat fructuosam prosperitatem Arboris, Morborum læsiones, atque Actionum naturalium iuuamenta nouisse, vt illæ amoueantur, hæ verò promoueantur oportet.

MORBI, REMEDIA.

NVllus insensilis, at corruptiui doloris sensificus magis index notari potest quam vermiculatio, quæ Ficui maximè infesta conspicitur; conceptus heù nimis frequenter vermis in ligno Ficus, aliquamdiù quidem celatur, sed cum maxima vigoris Arborei iactura prosilit è cortice de repentè facto rimoso, itaut cum Seneca Ficum possimus alloqui vermiculosam à principio.

Plin. l. 17. cap. 24. *Seneca in Troade.*

——cruciatu eloqui,
Quodcumque celas adiget inuitam, dolor
E pectore imo condita arcana eruet.

Ver-

A Vermes generat Coſſos, Ipſeſquè interna Ficus ſubtilioris humoralis materiei putrilago, ea dum gradum inſigniorem acquirit Ceraſtes edit Scarabeos valde exedentes lignum, ſonumque alcuius ſtridoris edentes, quos deteſtatus eſt non parum Theocritus.

Ipſe malos odi Scarabeos, namque Philonda
Arrodunt Ficus, ventoque ferente recedunt. — Eidyl. 5.

Sunt & quorundam culicum genera infeſta Ficui, quæ creduntur ex humore corrupto dulci ſubdito corticibus naſci. Hoſquè culices Græci vocant ψῆνες Pſenes, quos Caprificulneis peiores, quià difficillimæ matureſcentiæ, ſeù potius immaturabilitatis indiuidui ſunt comites, agnoſcimus. Accedit Syderationis morbus in Ficu, à quo morboſo affectu immunis videtur eſſe Caprificus:Impetigine inſuper laborat Ficus,& Cochlearum cutem deturpantium adnaſcentiâ. Podagra item, atq; Chiragra etiam tophacea, ad Articulos tum maiores, cum minores fluxione morboſa humorali intercurrente, atque craſſeſcente tentatur Arbor eadem, cui ſuccedit maciès, fragilitas, tabes, inareſcentiaque. Ficus ſæpè ſæpius abortire contingit ex eruditate, vel etiam defectu fructiferi alimenti, vnde Ficarius cultor ergà Ficum eandem dicere poteſt Ἀποσυκάζω decerpo

B ſcilicet, ſeù deligo Ficus immaturos, nam cogitur tunc tẽporis colligere Ficus eoſdem, vel iam caſuros ab Arbore, vel in terram ſub Arbore ſparſos, vt aliò projiciat. Radicatio poſtmodum, atque Cradicatio, duo videlicet morbi Ficuum familiares ſecundum Theophraſtum, fiunt dum inareſcunt, marcentque radices, & dum Rami, qui Cradi appellãtur germinatiuis deſtituuntur viribus,& contabeſcunt; Alius adhuc morbus Ficuum iuxtà doctrinam Theophraſti, qui Aula dicitur venit exarandus; hic fit, dum nimijs præ pluuijs Arboreę glabrantur radices; Et demum Frigiditas aderit,& Contractio contracta vel ex vulnere, vel ex defectu natiui caloris. His præmiſſis ægritudinum theorijs curatiua inſtant remedia. Præſtatque multis præternaturam Affectibus Præſidijs ſecundum naturam multis occurrere, morientique variè ſuccurrere Plantæ. Contrà Verminationem itaquè Arboris Sal, & Cinis plurimum valent ſi verminoſo inſpergantur vlceri, cui Ruta dein apponitur, quæ Arborem à putredine vindicare poteſt, vermeſque necare. Scillâ Bulbi de genere mederi poſſumus eidem verminationi pomorum Ficus, illius laminas in Arboris ramos transfigendo, ex Plinij teſtimonio ſic ſcribentis: *Fi-*

C *cus, ſi Scillæ (bulborum hoc genus eſt) inſeratur ocyſſimè ferre traditur pomum, neq; verminulationi obnoxium.* Ficui verò deciduo propter nimium plantæ ſuperfluum humorem vt matri adhæreſcat hæc inciſuris per obliquum leuibus phlebotomanda eſt. Ad Tineas Ficuum curandas Italica lentiſcus pro remedio valido celebratur, ſi eiuſdem inuerſus ramus radicibus Ficus interfodiatur. At pro debilitate germinationis, fœtationiſque ſubleuanda non parum conducit rubrica amurcæ permiſta fimo addito, radicibusq; in primo frondeſcentiæ tempore applicita. Contrà verò nimiam foliorum luxuriem, vt ſuperfluitas inanis reprimatur valet cinis radicibus circuncisis impoſitus. Solent virides adhuc ficulnei fructus cum tempore vulcanalium tonuerit colorem, atque calorem natiuum amittere, & ne hoc malum contingat ſolers debebit Agricultor prophilacticis hiſce vti præſidijs, ſtipula videlicet hordeacea, qua vinciri debent internodia ramorum, hoc eſt ſpatia inania inter gemmas; inſuperque illinitione trunci cum ſucco mororum; Et tandem Algæ ſalitæ radicibus fici intertextu Scabies terra mundatur in ficulneo trunco, eiuſque ramis lotione diſſolutionis rubricæ in aqua ſimplici. Formicas abigit eadem rubrica butyro, & pice liquidâ mixta trunco obducta; item coracini

D piſcis in Arbore ſuſpenſio; quamplures porrò, & magnos præcauet morbos in Ficu Caprificationis generoſum remedium, quod conſiſtit in ſuſpendio groſſorum caprifici, eiuſque ligni ramis Domeſtici Ficus circa ſolſtitij tempus exequendo, cuius remedij ſuccedanea ſunt Abrotoni Virgæ; Calliq; foliorum Vlmi, ſi eidem ſuſpendio addicantur; Me liuſq; fortaſſis erit Arietina cornua circa radices fici Arboris obruere, nam hæc maturabiliores, amabilioreſq; reddent ficulneos fructus. Pro verminatione iterum, atq; iterum ficulnei vegetantis ligni curandâ nouiſſe oportet medicamenta θεῶν χεῖρες Deorum eſſe veluti manus, quæ à leuioribus quidem incipiunt, ſed ad valentiſſima quoque aſcendunt, vt cecinit Ouidius.

Corpora vix ferro quadam ſanantur acuto,
Auxilium multis ſuccus, & herba fuit.

Quare ſi amuleta non ſufficiant, ſi cineris vis ineſficaciter diſpergatur, ferro res eſt de-

cer-

Marginal notes: Eidyl. 5. — Ariſt. l. 5. de Hiſt. Anim. c. 32. — Theoph. l. 2 c. vlt. de H. pl. & l. 2. c. 12. de cauſis pl. — Plin. l. 15. c. 19. — Plin. l. 16. c. 25. — Lib. 5. de cauſ. c. 11. — Lib. 4. c. 16. de H. pl. — Theophr. l. 1. de cau. pl. c. 19. — Lib. 17. c. 11. — Conſt. Caſ. l. 10. c. 46. — Cato de re r. n. 94. — Plin. l. 17. c. 27. — Collum. lib. de Arb. c. 20 — Conſt. Caſ. l. 10. c. 40. — Conſt. Caſ. l. 3. c. 4. — Pallad. in M. tit. 14. — Lib. 2. de rem. am.

cernenda; inſequendi, perſequendiquè ſunt hoſtes verminoſi, & omnino maſtandi; oculos illuc, mentemquè aduortat indefeſſus ficitor Colonus, manumquè ferro armatam vermium cauernis admoueat, illorumquè nidulamenta, & quiſquilias omninò remoueat. Ita enim Arbores probè cultæ, atque curatæ non macreſcent. Ciborum igitur vſum ritè explicemus; *iucunda eſt poſt venationem menſa plena* Hippolytus apud Euripidem in Hippolyto ſic ſentiebat: Nam ſolet Natura

Horat. l. 1. ep. 2.

Lucretius l. 5. de nat. rer.

—— Nitidas fruges, vinetaquè lata
Sponte ſua primum mortalibus ipſa creare.
Ipſa dedit dulces fœtus, & pabula læta,
Quæ nunc vix noſtro grandeſcunt aucta labore.

VSVS IN CIBIS.

Al. ab Al. D. G. l. 3. c. 11.

Li. 7. dipn.

Lib. 5. de tuenda valetudine.

Lib. 2. de Alim facul. c. prop.

Ap. Athen.

Pſellus de Victus rat. ad Conſtan. Imper. l. 1. c. 1. & vlt. & l. 2. cap. propr.

De Ficubus

Vitæ melioris exordium Ficus eſſe Syciphagi Athenienſes irrefragabilibus argumentis comprobarunt, teſte Athenæo, *Ficus, ò amici viri, mortalibus elegantioris vita magiſtra fuit, vel hoc argumento, quod locũ vbi primùm Arbor hæc inuenta eſt, ſacram Ficum Athenienſes vocarunt, ipſiusq; fructus ἡγητηρίαν, id eſt cultioris vitæ ducem, quòd ante mitiores omnes cibos inuentus.* Meritoquè Ficubus inter poma, quæ nunquam nocuerunt recenſeri datum eſſe à medicorum Principe, atque Magiſtro Cl. Galeno videmus. Innocuos verùm eſſe verè Fici fructus, tam recentes tempeſtiuos, quàm aridos Nucibus Auellanis, Piſtaceis, Amygdaliſuè commanducatos docebat Pſellius, addens eos nutrire plus cæteris omnibus Pomis corpus; ſoloſquè plenè manſos aluum citare, abſtergere, immò non parum lædere. Nam ij ſenibus maturi, ac pauciſeri congruunt, atque puellulis ſaluberrimum ſunt alimentum; vndè Pherecrates ità de Ficu ſentiebat

Aſpexit noſtrum ſi quiſpiam aliquando Ficum ferentem
Cum tempeſtiua eſt,
Puellulis vt niteant obtritam in cibum dat, tanquam
Medicamentum non vulgare Ficus ſit.

Vberrimas inſuper, pretioſiſſimaſquè fructuum anni opes eſſe Ficus exiſtimarunt, prædicaruntq; eruditiſſimi Viri, inter quos Eob. Heſſus.

Ergo tot inter opes regnantis fructibus anni,
Prima locum meritò Ficus, & Vua tenent.
Vtraque nam ſuccis implet melioribus, & nil
Quæ noceant vitij damna ferentis habent.

Cùm itaque Ficuum Fructus vitæ ſenum, & puerorum æquè conferant pretioſiores auro, nuſquam ſupprimendo quòd vitæ poſthabendum eſt, pronunciari debent, iuxtà Hipponactem Poetam Epheſium antiquiſſimum, Pierio tamen Interprete.

Cit. à Stob. et ab Athen. & Pier. Val. in epig. Gr.

Si quis domi recondat auri plurimum,
Ficuſquè paucas, comparetquè ſeruulos
Duoſuè, triſuè, indicabit illicò
Auro domi præſtare Ficum plurimo.

Ficuum grana ſementica, frumenta dicuntur.

Ficus prætereà ex eo ſaltem dici poſſunt ciborum exoptatiſſimi, dum Inuentum Cereris Frumento maius ipſi manifeſtiſſime cogniti fuere; ſtetitquè eiuſdem Cereris pro munere pane longè pretioſiores haberi; exemplum Phytali nullam ſuper hoc dubitandi relinquit anſam. Is etenim exigui poſſeſſor agelli iuxtà Marathonem ab Athenis in ortum diſt. 10. mille paſſus, quod Cererem propè Cephiſum fluuium hoſpitio excepiſſet, à Cerere ipſa ob præſtiti beneficij memoriam, & gratitudinis ergò donatus ſurculo ficulneo fuit, qui primum in Attica coaluit, id referente Pauſania, ex eiuſdem Phytali ſepulcrali elogio

Ἐνθαδ' ἄναξ ἥρως φύταλος ποτὲ δέξατο σέμνην
Δήμητραν ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν
Ἣν ἱερὰν σύκην θνητῶν γένος ἐξονομάζει
Ἐξ ὅθι δὴ τιμὰς φύταλος γένος ἔσχεν ἀγήρω.

Quod ſic inuertit Calderinus.

Hic

A *Hic situs est Heros, Cererem qui in tecta recepit.*
Phytalus, hic quondam Populis ea dulcia Poma
Monstrauit, Ficos nomen dixere priores
Phytalus æternos ex hinc sortitus honores.

Pierius autem sic interpretatus est.

Hic quondam Hospitij Phytalus suscepit honore
Legiferam Cererem, quæ molli cortice Poma
Prima dedit, dixere sacram mortalia Ficum
Ora; genus Phytali decus hinc insigne secutum est.

P. Valer. in epigr. Gr. à se lat. fact.

Ficuum Poma, ceù fructuum decus ob naturalem, & minimè fucatam eorum dulcedinem, & suauitatem dici possunt Mel vitæ, sanitatisq; Thesaurus, Virtutumq; omnium fomes ità vt nullus sit fructus, qui Ficubus in nutriẽdo præcat. Elluchasem Elimithar medicus Arabs de Ficubus hæc habet. *Eliguntur albæ magis, quam nigræ propter earum subtilitatem, & temperantiam caliditatis earum, & difficultatem corruptionis ipsarum; & Ficus vniuersaliter expellunt sorditiem sub cute generantem pediculos; cõferunt etiam* B *pectori, dorso, maciei, renibus & coitui, & malo odoratui, delentq; grossitiẽ splenis.* Eminentissimus Vitalis de Furno Cardinalis, qui iam à 500. annis opus conscripsit egregium de seruanda sanitate hanc suam de Ficubus profert sententiam, *Ficus bona, & matura si à senibus comedantur rugas faciei eorum, & corporis restringunt. Taurus item indomitus, si ad Ficus Arborem ligetur, repentè mansuescit. Lac Ficus habet vim coagulandi lac ad faciendos caseos, si in lacte, de quo fieri debent casei, misceatur: sicut flos cardui caseatis.* Et de carica hæc præposuerat. *Carica Ficus est sicca, quà communiter vtimur in Quadragesima. De caricis fertur, quod si frequenter à senibus in cibum sumantur, prohibent ne rugæ in eorum pelle fiant. Est autem fructus dulcis ad cibum, & medicinam vtilis, multum nutrit, & impinguat; Sanguinem multum, & grossum generat, debilesque confortat: In via medicina pectus mundificat, tussim sedat, vocem clarificat, faucium tumorem mitigat, renes, vesicam, & matricem purgat. Cocta in vino cum absinthio Hydropicos curat, trita cum sinapi aurium pruriginem purgat, &c.* Crescentius dein noster conciuis nob. Bonon. Eminentiss. Furno ætate paulo inferior, in suo de Re agraria doctissimo opere, quod duplici Idiomate, & italico scilicet, atque latino, secundum illius C Sæculi ru lioris stylum simplicissimum, exarauit, sic loquitur de Ficuum alimonia. *Ficus cæteris fructibus laudabilior est, & nutribilior, sed grossos creat humores; virides verò sunt cruda non perfectè matura; parum est calida, magis grossa, propter dominium terrestris partis in ea; vndè Hippocrates ficut quanto longinquior à maturitate tantò minus calida, & grossa; perfecta matura est calida in primo gradu, & temprata inter humiditatem, & siccitatem. Ficus extrium rerum compositione consistit scilicet semine, pulpa, & cortice, seminis nutrimentum nullum, vt arena, vel lapidis; cortex siccus est vt cutis, propterea durissimus ad digerendũ; caro nutribilior, salubriorq; existit, &c.* Sed & Baptista Platina Cremonensis Romanus Aulicus, tempore subsequenti ducentorum annorum, ducentis ab hinc annis de Ficubus scribens inquit, albam Ficum ex felicibus esse Arboribus, Ficusq; recentes calidos, & humidos esse, qui omnium fructuum innocentissimi sunt; siccos præseruare dictim sumptos incolumen aduersus veneficia omnia. Balthassar multo post Pisanellus Bononiensis Medicus supradicta omnia confirmauit, optimã Ficubus nutribilitatem tribuens, atq; vim præseruatoriam contra venena. Hoc tandem vnum circa D Ficuum integram notitiam nosce oportet, vt nimia, & solitaria vitetur dulcedo, quia hæc irrationabiliter vsurpata bilescere naturaliter etiam solet, & verti omninò in amaritiem; itaut dulcedo excedens fructibus Arborem spoliet, sed veriori dulcedine magè priuet edentem; apte quidem cecinit ille de Ficuum dulcedine.

Plin. l. 15. c. 19.

In Tacuino sanitatis 1.

Cap. 171. & cap. 85.

Cap. 85.

Agricult. l. 5. c. 10. pag. mihi 225. edit. Basil. Henr. pet. 1538.

Bapt. Platina de Hon. volupt. & valetud. cap. vltimo libri primi.

In lib. tract. della nat. de' cibi. 1480

Te fures spoliant, spoliant te rostra volucrum:
Dulcedo, ò Ficus, te tua persequitur.

Ex V. Tanario lib. 5. Oecon.

Sed longe vtiliori pronunciasset Calamo, quod morali Iustitiæ Prudentia Physicè quoq; est æquilibranda; vndè qui dulcedinem renuit omnem amaro gustu, animoq; censendus est, & è contra nimiæ suauitatis amans amaritudinem persentit succedentem. Nimia namq; suauitas suspecta esse debet, iuxta illud Ouidianum.

—fac timeas, & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris fieri tristia posse puta.

4. de Ponto 3.

Summam hanc dulcedinem nocentem affabrè depinxit eruditissimus Pictorius, quæ in summa Ficus maturitate deprehenditur.

Si noua sit Ficus nocua est, nam fluxibus apta
Narratur, sicca ni sociata nuci est.

Cui doctissimus Quercetanus libenter adstipulatus est, dum Ficus inter æstiuos, & oporinos fructus optimum præstare dixit alimentum, dummodo ij eomedantur horis matutinis cum pane, & pauco sale, quibus merum superbibatur. Nemo exquisitiora, melioraq; Bellaria Ficubus adinueniet, vtpotè legitima, & veriora mensarum ornamenta, in hunc finem à natura rerum parente, atq; magistra instituta, cùm antiquissimis illis temporibus, in quibus dominabatur aurea mediocritas.

Et nux ornabat mensas cum duplice Ficu.

Hunc naturæ morem religiosè amplexati Lacedæmones suis in conuiuijs, quæ Phedia nominabant, præter certam farinæ, vini, caseiq; quantitatem Ficuum quinque semiminas singulis conuiuarum mensis destinabant; subijsdem peruetustis temporibus alij solebant Greciæ populi ipso politici Ianitoris Anni Ianuario mense, in prima scilicet calendarũ omnium dulces anni dies auspicari, cũ eo die Ficus inter alia tum Dijs, tum Amicis, ac propinquis elargiebantur. Quam caros habuere Ficus Cares in minori Asia inter Lyciam, & Ioniam magnam Tauri montis partem incolentes, ij fructibus hisce, quibus quammaximè abundabant omnia pretiosiora fieri volebant, & perfectiora. Athletæ & Pugiles antiquiores corporeos tunc corporis habitus ad sũmum bonitatis gradum minimè periculosum euehebant cum antè carnium esum Ficubus ferè ex toto victitarent. Zeno Stoicæ Philosophorum sectæ Princeps caricis animosè vescebatur, vt assuesceret æquo animo ferre cuncta. Anchimolus, & Moscus in Helide philosophantes, vt inquit Athenæus, Ficubus vtebantur in victu modico, vt vires animi, corporisq; non modicum adaugerent. Multum quoq; Ficubus delectabatur Democritus, ideòq; Græcus ille Poeta Philippus Macedo nonnunquam cognominatus, cuius plurima passim leguntur Epigrammata in Florilegio Græco, hoc inter cœtera modulatum reliquit, quo Ficum introducit ita loquentem.

Τὸν φιλοσυκείην Δημόκριτον εἴπου ἐφεύρης
Ὦ 'νθρωπ', ἄγγειλον τοῦτο τὸ κοῦφον ἔπος.
Ὡς ἡ λευκοδέτωρος ἐγὼ καὶ ἐφαίρεις ἤδη,
Κείνῳ συκοφορῶ τὰς ἀπύρους ἀκύλους.
Σπευσάτω, οὐκ ἰσχυρὴν γὰρ ἔχω στάσιν, ὥσπερ ὑπέρθεν
Αγρίτου χρήζει δρέψαι ἀπ' ἀκρέμονος.

Quod interprete Legato nostro sic latinè sonat.

Sicubi Democritum gaudentem fructibus, ò Vir,
Inuenias, illi paucula, quaso, refer.
Albos quòd Ficos iam tempestiua parauit;
Cocto nec tales præmanet vlla cibos.
Festinet; nec enim tutus mihi status; & ille
Fructus intactâ carpere fronde cupit.

Persarum Reges ex Plutarcho, cum apud Parasgadas sacris regio more initiarentur caricas in cibum sumebant, tanquam libamen Dijs carissimum ambrosium simul, atque nectareum, Ægyptij die 19. primi mensis Mercurio sacra facientes nonnisi Ficubus, & melle vescebantur, vt illam forte acquirerent dicendi dulcedinem quæ

—regit dictis animos, & pectora mulcet.

At non solum Sirisci, vasa scilicet viminea Ficus siccos asseruabant, sed testacea quoque, atq; doliaria ex ijsdem Ficubus humidis vinum, acetumuè continebant, arte extractum, vtrumq; illa quam docent Geoponici, hosq; inter Constantinus Cæsar, & Columella. Sed quià ficulneus vsus eibarius, medicinales prouocat vires, & ille præsertim vsus qui picenis in Ficubus quadragesimalia ieiunia dulcorantibus, vnà cum Pyris eadem arte paratis exercetur, de quo Reusnerus.

Picenas Ficus, & Iberis insita Pruna,
Pomaque nectareis accipe mixta pyris.

Iam Medicinas explicabimus.

VIRES

Georgius Pictorius in Pantopol.
Ios. Querc. In Diætet. Polyhist. sect. 3. c. 1. Sec. Priscianum.
Horatius lib. 2. serm. sat. 2.
Strabo Geogr. l. 2.
Oribas. collect. l. 4 40.
Laertius
Psellus de rat. vict. l. 2
de caricis.
Al. ab Al. D. G. l. 3. c. 11.
Laur. Leg. in Libel. traductor. è Gr.
In Artaxer. Ben. Curt. symph. Hor. l. 3. c. 8.
Pier. Valer. Hierogl. lib. 53.
Virgil. l. 1. Æn.
Cæl. Rhodig. l. 9. c. 3.
Const. Cæs. l. 7. agric. c. 35. & l. 8. c. 33.
Columell. l. 12. c. 17.
In Pomar. poetico.

A

VIRES IN MEDICINA.

INnumeræ prodeunt, atque ingentes è Ficubus medicæ vires; cum enim hi fructus calido, & humido polleant temperamento principijs vitalibus nostris respondente vitam vegetam diutissimè conseruanr, quemadmodum euenit feliciter in ipso Medicorum Coryphæo Galeno, qui longæuitatem centum, & octo annorum à Ficubus acceptam retulit, vndè illorum vsum senibus idem commendatum reliquit, quod si valent Ficus venenis aduersari, iuxtà Simeonis sethi doctum experimẽtum, poterunt quoque grauissimis alijs morbis mederi. Aluum in primis laxant Ficus maturi recentes, quamuis ficci potius illum irritent, ex eo quia calidiores sunt, plus alentes, & sitim inducentes; suntque Analogici gutturi, arteriæ, asperæ, Thoraci toti renibus; Vesicæ. Illorum enim decoctum pro gargarismate inflammationibus tonsillarum, & gutturis succurrit; triti cum fermento, & sale, & emplastrati pestilentia vlcera molliunt, & disrumpunt quo medicamento sanatum fuisse volunt Ezechiam Regem, & quo etiam medicamine addito pauxillo atramenti sutorij, deploratæ ferè tibiarum fluxiones, & Cachoetica vlcera sanationem acquirunt vt medici tradunt immò sola pinguissimi fici substantia carcinoma, non vlceratum mirifice subleuat. Præterea renes ab arenulis liberant fici. Attenuante quoque vi potiuntur, maturatiua, discutiente, & cum papaueris syluestris folijs ossa extrahunt si coctæ illinantur partibus propinquioribus, omnibusq; Rheumatismis contrariantur. Dentium dolores fici pinguis cortex elixus auferre valet, si decocto eiusdem lauentur dentes. Cum Malicorio Pterygia molestissima fici optimè curant. Crudorum liquor, cum synape concisa ad gutta vnam, vel alteram auri tinnitu pruriginoso detentæ instillatus auditum non sinit amplius molestari; iidem Ficus cremati in conuenienti cerato compositi, & pernionibus appliciti frigidam omnem perniciem extinguunt. Folijs Arboris Ficus strumæ, lichenes, & Alopeciæ curantur, Hœmorboidesque excitantur. Lac Ficuum menstrua ciet cum oui luteo, aut cera lutea exceptum, & pectini appositum. Idem lac cum Axungia mixtum verrucas tollit; dentibus excauatis, & dolentibus impositum causæ dolorificæ medetur, sed & morsibus animalium venenatorum obsistens ipsa venena fugat; illudque nobis ansam philosophandi præbet circa Ficus alexipharmacam virtutem ipsam recognoscentes ab alto pendere, & à tota plantæ, fructusque substantia prouenire, dum internus ille succus ficulneus alimentalis, & magis excoctus, & elaboratus circa eundem fructum huiusmodi efficacia donatur, sicque mithridaticam illam compositionem venenis admirabilissimè aduersantem, cuius magnus Pompeus deuicto eodem Ponti Rege compos factus fuit, alijsq; communicauit admirabimur, quæ fit ex vnica iuglande, duobus Ficubus siccis, folijs 20. Rutæ, & Salis vnico grano, de qua Iuuenalis.

Lib. 5. de tuenda valetud. *Gal. l. 2. de Alim facul.* *Hipp. l. 2. de Diata.* B *4. Regum cap. 2.* *Plin. l. 23. cap. 7.* C *Ionstonius.* *Mizald. memorab. cent. 2. nu. 80.* *Satyra 14.*

—— atque eme quod mithridates
Composuit, si vis aliam decerpere Ficum.

Sed Medico-poetarum de viribus medicis Ficuum relationes audiamus. Primo sese offert Iodochus Harchius Medicus Germanus, qui germanas Ficus proprietates, & virtutes sequenti imparis modi carmine prosecutus est.

In Enchiridio Med. de simpl.

D

Est matura tuo Ficus satis apta palato,
Soluitur hoc ventris dura saburra cibo.
Siccarum natura calens humore remoto,
Prauiridis maius munere munus habet.
Incidit tum phlegma tuo de pectore fundit,
Pulmonumque malis auxilio esse solet.
Cum Ruta, & Nucibus obsistit sumpta veneno,
Abscessus mollit, Phlegmona cuncta coquit.
Vlcera costarum, quæ vel cacoethica dicas,
Sanat pruritum, qui tua membra quatit.
Attamen è crasso generat quem sanguine lendes
In calido reparat (monstra molesta) thoro.

Plura Castor Durantes hexametro tantum versu de viribus Ficus exaggerauit, illorum

Pag. 184. lit. F.

rum assumendorum metam salubritati seuerè indicens, dum eiusdem fructus immodico E vsui flatulentias, pruritus, scabies, putredinesque minatur subsecuturas; quod tamen valde timendum est, nam compertum habemus ex varijs, & doctissimis Scriptoribus Græcis quod solus Ficuum esus meridianus febres parit, & primo ex Aristophane.

In Proagone.

Ægrotantem verò aliquando ipsum æstate cum vidisset,
Vt ægrotaret etiam ipse, meridie Ficus comedebat.

Eubulus item idem obseruasse se iure iurando affirmabat.

In Sphinogocarione.

Per Iouem ita est; etenim rectè non valebam ò vir optime,
Vtque nuper Ficus edissem meridie.

In Sirenib.

Nicophon asseueranter non solum quod supradicti duo dixere replicauit, quoad accessum febris meridianæ Ficuum esitationi, sed certitudinem, & citissimum effectum addidit addita somni meridiani conditione. *Vestrum si quis Ficus meridie recentes posteaquam esitarit, obdormiscat, febris protinus cursu aduenit.*

Hæc est Durantis Romani Medici metrica Ficuum historia.

Calfacit, humectat, abstergit, discutit, aluum
Cit, lotiumque simul Ficus, tum menstrua ducit F
Maturat strumas, emollit, concoquit, atque
Expurgat renes, tussi veterique medetur;
At matura recens aluum, soluitque, citoque
Sudorem, papulasque, sitimque & tormina sedat;
Sicca auget vires, aluo vtilis, arteriaque.
Renibus, & vesica, nec non gutturi & ipsi,
Hydropicisque & anhelis valdè est apta, caducis
Et morbis; tussi & veteri; vitijsque medela est
Pulmonum, iecorique obstructis, atque lieni;
Pernio cedit ei; tum ventrem hac flatibus implet,
Excitat & scabiem, & pruritum tum subinanem,
Sublaxam & carnem generat; nimio illius vsu
Hectica fit scabies, & lendum copia; tandem
Antè cibum Ficus benè sit matura, bibatur G
Lympha deinc frigens, poterit nihil inde nocere;
Dum ne sint nimia; immodicoque fruaris in vsu.

Aetius Tetrabibl. 1. serm. 1.

Illud tamen Mali (quodcumque est cum AEtio loquentes) *ex nimio ipsarum esu accedit*; Etsi verum est quod idem subiungit AEtius; *At verò mellitum ex ipsarum in aqua coctura paratur, vim melli similem habet.* Ficus ritè, & rectè assumptus, & vsurpatus vim Balsamicam obtinebit, nam præter iucundissimam dulcedinem vim habet corporum conseruatiuam adinstar salis cuiusdam, vel cæli sudoris, siderumuè saliuæ cuncta seruantis, nec tutius intentum huiusmodi possidebitur quàm Thymi, aut piperis cum pauco sale aromatizatione, & conditura. Prædicta omnia ad Caprificum transferendo secundum illam proportionem, quàm natura syluestris erga familiarem, & domesticam admittit dicere possumus Caprifico vires in vniuersum valentiores esse quàm Ficui domesticæ, detracta fructus bonitate, nam Caprificus calidior est, partiumq; magis tenuium, vndè efficacius in omnibus operabitur, & propterea Valentius abstergit, ità vt venarum etiam ora aperiendo exulceret; eius grossi triti verrucas, & thymos illiti emolliunt, atquè discutiunt, & illorum decoctum parotides sanabit. Quod autem spectat H ad Sycomorum fructum habentem nulla præditum acrimonia, exiguæquè dulcedinis, ea tanquam Arbor mediam occupans naturam inter morum, & Ficum, ambabusq; congener remissius operabitur, viresquè debiliores, atque refractas exhibens. Cum Fridæuallo concludamus vires medicas Ficuum in vniuersum esse illàs, quæ in decasticho sequenti continentur.

Plin. l. 11. c. 12.

Lud. Nonn. de re cibar. l. 1. c. 40.

Galen. l. 2. de Alim. facult.

Hugo. Fridæuallis de tuen. sanit. l. 2. sect. 5. cap. 1.

Igne tepet modico, primoq; est tempore Ficus
Mollior, vrens mox sitit igne magis.
Candida purpureis, nigrisque est gratior, omni
Pinguior hac fructu est, vberiusque fouet.
Si noua sit nocua est stomacho, & descensibus apta
Effluet, ardens, ni sociata nuci est.

At

A *At ſiccata aperit, ſordeſquè potentius effert,*
Nec minus iſta mali ſanguinis eſſe ſolet.
Frigida membra calent Ficu, præcordia lenit,
Et caput, hanc primam menſa, liberquè ferant.

Actionibus non amplius læſis per morbum, Vſus varij Arborum modò ſunt expetendi.

VSVS IN VARIIS.

ET Pacis, & Belli materiem nobis ſuppeditat amplam Arbor Ficulnea, quia Ficulneis ramis latè frondentibus coronabatur olim Bacchus Sycites, atq; Melichius Ficuum nempè repertor, Pacemquè rogare videbatur ſolaribus redimitam frondibus vt ſibi vellet terrarum vbique aſſociari

Ouid. l. 1. faſt.

Frondibus Atticacis comptos redimita capillos
Pax ades, & toto mitis in orbe mane.

B Saturnus Agriculturæ parens pendentibus coronatus Ficis idem exoptabat, ad hoc, vt Veneris Aphrodites natalia ſub pacis ipſius auſpicijs renouarentur, quibus ex ligno Ficus veretrum confectum græcè φάλλον in pompa liberi Bacchi geſtandum, & quod dein ex aluta rubra πολιών dicta, vndè polimenta, id eſt teſticuli porcorum appellationem ſumpſere, poterat applicari; Alludit huc Ariſtophanes in Acharnenſibus

Plautus in menachmis

Σφῷν δ' ἐστὶν ὀρθὸς ἑκτέος
Ὁ φαλλὸς ἐξόπισθεν τῆς κανηφόρου.
Ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν, ἄσομαι τὸ φαλλικόν,

Beyerl. Th. V. H. in S. pag. 434. f.g.

Hoc eſt *Vobis quidem rectus tenendus Phallus eſt,*
Eum ſequendo qui caniſtrum baiulat,
Poſt vos canam ipſe cantionem phallicam.

Virgilius *Oſcilla* Phallos vocabat, Pinibuſquè ſuſpendi ſolita ſcripſit, vt & nos inter Pini ſuperſtitioſa trademus. Quarè id fieret docent abundè Diodorus, Herodotus, & Plutarchus. Hic etiam in medium adduci conuenientiſſimum fuerat ex Ficulneis folijs

Diod. l. 1. c.7. Plut. l. de Cupiditate opum.

C Smegma Morinum dictum ad repurgandam, venuſtandamquè cutem, denteſq; coſmeticè dealbandos, Venerique adultæ offerri. Mars ex oppoſito non paucam iure belli ſibi depoſcit partem in Ficubus iiſdem. Lignum namquè Scutis aptum, in quem ferratæ cuſpides ictus retuſos, & inanes experiebantur ſibi voluit adiudicari; quod lignum alio etiam nomine ſibi debitum prætendit, quia fontibus necandis denſiſſima fumigatione ignitum illud adhibebatur, & quia victoriarum inter præmia efferebantur Ficus, iiſq; ſtatuæ coronabantur triumphales. Vitæ inſuper œconomicæ, atq; ciuili, illiuſquè exitus non parum adiumenti, atq; decoris addere ſemper potuit Arbor Ficus; Ficus namq; Indica longè, latèquè multiplex, ramoſis columnis naturales excitans porticus æſtiua indigenis illis præparat maximum contra æſtum habitacula. Ligni Ficulnei proprium eſt coctiles adeò reddere carnes recenter mactatas, aut vetulas Myſtillis, & Taratallis coquorum inſignioribus, vt nil omninò deſideretur pro citatis prandij cuiuſuis, aut cænæ lautioris apparatibus; quod creditur prouenire à vapore quodam acuto è ligno Ficus prodeunte, & penetrante carnem, illamquè macerante; nec iiſdem egregijs deerunt piſces coquis, dum aquatilibus hiſce animalibus terreſtres Ficus, iuxta Columellæ

Columella lib. 8. de re ruſt. c. 17.

D præceptum ficci ſemper obijcientur, & quoniam inter humanæ generationis primordia prima parens mortalium Eua Ficubus coronata, atque amicta fuit, hinc Ficus habuit à natura, vt veſtimentorum fabricæ nobiliori quoque, atque artificioſæ magis conferre nonnihil poſſent, idquè nobis demonſtrat hiſtorica Bellonij auctoritas, teſtatur enim ille Fici folijs, vt & mori Antiochiæ Bombices ali, ibiquè ad hoc plantari, & coli Ficus pumiliones, & Moros; & hæc eſt cauſa coniugij Ficuum, & Mori in Sycomoro Arbore compoſita ex Ficu, & Moro. Nullum tandem lignum apud Ægyptios pro thecis, ſeu loculis humanæ effigiei ſuorum medicatorum funerum aptius videbatur ligno Sycomori, quod eludit temporis edacitatem, blattaſquè, & cariem contemnit; de quibus Ægyptiorum funeribus doctiſſimè diſſerit Io. Nardius Florentinus in ſuis eruditiſſimis ad Lucretium commentarijs, figuras exhibens varias ligneorũ præſertim ſimulacrorum, inter quæ aliquot magna oſtendunt funus Ægyptium cum ſuis ornamentis aſſeruata in

in obſeruat

Ap. Herodotum in Euterpe l. 2.

Ergasterio Serenissimi Magni Ducis; & plura parua cubitalia, & semicubitalia funus E tantum referentia solita locari ab Ægyptijs super arcas funerum stantia; ex quibus minoribus quatuor in publico Musæo Bononiæ habemus; & cum ijdem Ægyptij soliti essent noctuarum parua simulacra ex lignis ijsdem fabrefacta, aliaquè etiam animalia tutelarium numinum adinstar super arcas sepulcrorum ponere, nonnulla quoque horum animalium inter nobilissimam Cospiani Musæi supellectilem videre licèt, quæ Ficulneo ex ligno, vt conijcere possumus constare creduntur; quæ cum redoleant execrabilia illa Ethnicorum sacra, de Ficarijs Vsibus eorundem Antiquorum in suis sacris sermonem aliquem instituemus.

VSVS IN SACRIS ETHNIC.

Saturnal. lib. 1. c. 11. Plurimæ lectionis auctor Macrobius nonis Iulij scribit diem fuisse Festum Ancillarum; Iunoni etenim Caprotinæ die illo Liberæ, pariter & Ancillæ sacrificabant sub Arbore Caprifico in memoriam egregiæ, & laudabilissimæ virtutis, F quæ in Ancillarum animis pro conseruatione Reipublicæ, eiusq; præcipuè decoris olim apparuit: nam post Vrbem captam, cum sedatus esset Gallicus motus, Respublica verò esset ad tenue deducta, finitimi opportunitatem illam inuadendi arrepti, Posthumium Liuium Fidenatium Dictatorem sibi præficientes literas ad Senatum miserunt, quibus arroganter postulabāt ad se velle ab Senatu mitti Virgines, Matresq; familias, alioquin de Romanæ Ciuitatis reliquijs actum esse crederent, nihil eo casu saluum fore minitantes; cumq; Patres in ancipiti deliberatione suspensi viderentur, Ancilla quædam nomine Tutela, seu Philotis optimè consulta ex improuisò, pollicita est se cum cæteris Ancillis sub Dominarum nomine ad hostes ituram, & matrum familias, virginumq; amictibus indutæ, quod cum præstitissent, & ab hostium duce in castris distributæ fuissent, viros illos plurimo vino cœperunt hilariter prouocare, diem festum apud se esse callidè simulantes, quem vbiq; debuissent celebrare, quibus sopore occupatis signum illæ Romanis dederunt ex Arbore Caprifico, quæ propè castra reperiebatur, & hi repentinâ irruptione hostes adorsi omnes illicò superarunt; Memor itaq; beneficij tam singularis, G & tam magni, ipse Senatus omnes ancillas manumittendas esse duxit, & iussit. Doteq; eis ex publico ære constituta, ornatum, quo tunc erant vsæ ferre concessit ijsdem, diemquè ipsum nonas Caprotinas nuncupauit, ab illa scilicet Caprifico, ex qua signum victoriæ cœperant, & in ipso sacrificio solemnitatis celebrandæ, lac quod ex Caprifico manat propter memoriam felicissimi facti adhiberi debere statutū est, de quibus Caprificialibus festis, atque diebus Stephanus Aqueus Bituricensis hæc adnotata scripsit; Caprificiales dies caniculares dicti, quod eo tempore liberi simul, & Ancillæ sub Arbore Caprifico sacra faciebant, erat autem initium Capricorum post exortum canis, qui dies vulcano sacer erat, vt ex Ouidij carmine sic canentis licet deprehendere

Stephanus Aqueus Bituricēsis in com. ad Pl. lib. 11. c. 15

Ouid. fast. 4.

Nocte sequente diem canis Erigonius exit,
Est alio signi reddita causa loco,
Proxima Vulcani lux est, &c.

Tantæ existimationis erat in sacris ipsis antiquorum Ficus, vt Dijs illis suis Ethnici carissimos, & acceptissimos crederent hos esse fructus, quare in expiatione, atque purgamine vrbium præter offam, & caseum ijsdem indignatis Dijs offerebant Ficus sylue- H stres, ita vt sacrificia pro peste abigenda, quæ ab iratis Dijs procedere credebatur, non sine Ficubus fierent; de qua re Tzetzes

Io. Tzetzes chil. Hist. 5. tit. 23. p. 92
Id. Tzet. ch. 5. tit. 25.

Pharmacus, purgamen tale erat olim,
Si calamitas apprehenderet Vrbem Deorum indignatione,
Siue fames, siue pestis, siuè & nocumentum aliud
Omnium deformissimum ducebant ad victimam
In purgamen, atque Pharmacum Vrbis laborantis.
In locum autem offerendam statuentes hostiam,
Caseumquè dantes manu, & offam, atque FICVS
Septies enim cædentes illum in veretrum
Scillis, Ficubus agrestibus, atque alijs ex agrestibus,
Et cinerem ad mare spargebant ad ventos.

Eun-

A Eundem penè ritum obseruabant in festis Thargelijs Græci, quæ Apollini, & Dianæ celebrabantur mense ϑαργηλιῶν immolantes humanam Hostiam, illam verberantes Ficubus agrestibus, deinde conburentes igne infælicibus lignis excitato, & ante omnia ciuitatem lustrabant caricis è collo dependentibus nigris, qui pro viris, albis qui pro fœminis fuisset immolandus; imò & à circumstantibus ferri solitos ramos oleagineos lana obuolutos, ex quibus cæteros inter fructus Ficus præcipuè pendebant, testis est Io. Meursius in Græciâ Feriatâ. Vbi agebatur de dulcedine, & suanitate quauis tum corporis, tum animi auspicanda Ficus intercedebant antiquitus; nam vindemiæ mellis attici famigeratissimi, hoc est æstiuæ mellationi signum initiale dabant Ficus ipso Capricificiali die Saturno sacro. Siculi suis in vindemijs hilaritate plenis Bacchi statuæ faciem musto, & Ficis oblinebant; & apud Naxios Bacchi facies Ficulnea fuit, quod tanquam Fici repertorem eum venerarentur; idemquè à Lacedæmonijs obseruabatur, qui liberum Patrem Sycitem à Ficubus denominabant; dumquè Ficu, & melle sacra Mercurio facere solebant antiqui dulcedinem eloquij, & veritatis huiusmodi hieroglyphico ostendebant, nam super omnia decet eloquentem vera dicere, nam *fraude perit virtus*.

Lib. 4. cap. 144.

Plin. l. 11. c. 15.

Ouid. lib. 1. fast.

B Nec perperam colebatur olim Romæ Ficus in Comitijs nata vnà cum Iustitia, & Veritate practica, & fulguribus ibi conditis sacra nullus erat locus Dijs sacer, nulla functio ad Superos relata, nullusquè mos virtutem aliquam à cœlistibus dependentem inuoluens, quo non accederet, cui non adhæreret Ficus; Ficubus recentibus cirenenses coronari ex eo voluere cùm Saturno sacra facerent Agriculturæ parenti, quià gratitudo efficit vt *Dij tibi sint faciles, & opis nullius egentem fortunam præstent*. Mos verò ille Atheniensium, quo sponsi caput Caricis onerabatur, quod seruis nouitijs quoque dum primò intrarent Domini domum iubebatur pacem, atque concordiam tacitè prædicabat quasi diceret. Ficus ipsa fulminum hostis intrà Domorum septa plantata

Tota domus duò sunt, ijdemquè parensq;, iubensq;.

Ergò Leges proferendæ sunt.

Plin. l. 15. c. 18.

Ouid. lib. 1. de tristibus

Plutarcus.

Ouid. lib. 4. metam.

LEGALIA.

C Sinè Moribus Leges vanas esse, minimèque proficuas ex multis fieri potest perspicuum *L. more 5. ff. de Iurisdict.* Rectè quidem Lyricus canebat.

Quid leges sinè moribus. Vana proficiunt?

Mos erat apud Atticos Aratricum colere Heroa quià, non sat est Terram proscindere ad fœcunditatem, sed Hostes quoque interimere pro Ciuium salute, atque diuitijs tutandis necessarijssimum fuit; Attici ergo suis iustissimè vetauere ciuibus Ficus, siuè caricas apud eos nascentes aliò asportare, nè caritas annonæ induceretur, & nè rerum victualium pretium nimis augeretur in magnum pauperculorum damnum. Iniquissimum existimabant morem, atque iniustissimum filios pane priuare, illumque exteris, & ignotis prodiga nimis anaritia tribuere. Et qui furtim Ficos auehebant Sycophantæ pessimi dicebantur, & publici occisores, quouis atrociore supplicio dignissimi, propiore vocabulo Danistæ, & Dardanarij appellandi. *Nullum adepol hominum est genus tetrius, nec minus bono cum iure, quam danisticum*, vt habemus ex Plauto. At Sycophantæ in bonam partem sumpti dicentur potius vtiles non mediocriter ipsi Reipublicæ, vtpotè qui

Horat. oda 24. l. 1.

Io. Laurëb. Gracia antiqua p. 22.

Plaut. in Mostellaria

D præerant tributis ex mercatura Ficuum vini, & olei, & fraudatores mulctabant, vndè mirabatur eruditus ille Poeta nominis huiusce Sycophantæ malam significationem, quamuis apud Aristophanem illud significet accusatorem, detractoremque sceleratum, ex eo quia imaginariè, & falsò manifestet Ficos, tunc enim Dardanarij vox quæ Annonæ vexationem importat significatum semper habebit amplius, quam Sycophantæ.

Sycophanta nomen immeritò
Viris improbis. est tributum:
Nam qui foret bonus, & vrbanus, is debuit
Indicatis Ficubus mores approbare suos.
Nunc autem flagitiosos, cùm sic nominent,
Dubitare id cogit, cur id factum sit.

Et quoniam Ficus dulcis, tam potentia quam actu, & tam in primo, quam in secundo termi-

Collumella de cultu H. l. 10.

Alexides Poeta.

In Pluto.

Leg. in Dardanarios ff. de pœnis.

termino actualitatis ſemper debet iuuare, nunquã autẽ nocere; Hinc eſt, quod Ficus Arbor ex Lege duodecim Tabularũ nõuẽ pedibus ab agro vicini debet abeſſe; nec in cibos familiares debet venire abſque moderamine inculpatæ aſſumptionis. Hinc Cato cibaria ruris operarijs iuſta lege ſanciens Ficos iam ab Arbore lectos, & ibi non amplius pendentes, diuerſis temporibus diuerſas ad menſuras, variaque ad pondera diſtribuendos eſſe, his verbis edixit *Familia cibaria, qui opus facient per hyemem, tritici Modios* IV. *per æſtatem modios* IV. V. *Villico, Villicæ, Epiſtatæ, Opilioni modios* iij. *compeditis per hyemem panis p.* iiij. *vbi vineam fodere cæperint panis p.* [illegible] *vſque adeò dum Ficus eſſe cæperint, deinde ad p.* iiij. *reddito*. Hincque patet licere ſeri & operarijs veſci fructibus Hortorum, & Vinearum, ſeù Agrorum Domini, in quib propria Domino conferunt opera, ſed parcè, & per modum ſimplicis opſonij, aut partis etiam ipſius panis, ſuccedaneè quodãmodo, & propterea tempore, quo Ficus incipiunt matureſcere panis ratio minuitur operarijs ipſis, quod iure quidem fit, minimè autem iniuria; ſicque operarius villicus vti poteſt fructibus ad neceſſitatem tantum, non autem frui fructibus, quod importat dominium, & facultatem aliò illos aſportandi, & de illis ad libitum diſponendi, & eoſdem quomodolibet diſtrahendi pro commoditate propria, & pro quæſtu; Nam qui verè fruitur, vt Dominus, non ad vſum tantum quotidianum, ſed & ad abuſum, & ad compendium, & quæſtum fructibus fruitur, & fructuum tam collectorum, quam pendentium poſſeſſionem integram habet, emolumentaque omnia inde prouenientia percipit, vbi laborator, & collector ruſticus comedere tantum poteſt de illis, quantum illi ſat eſſe poſſit non ad implendum ventrem voraciter inſatiabiliter, ſed ad famem, ſitimque tollendam. De fructibus pendentibus habetur in legibus mentio, vt in *L.* 44. *ff. de rei vendicat. L.* 12. §. *Iulianus. L.* 27. *ff. de vſufructu, &c.* quibus fructibus diuino veluti munere vti innoxiè licet, quo ſpectat Prouerbium Italicum, etſi ruſticum, legaliſſimum tamen, ſi rectè intelligatur; *Fructus* (ſcilicet) *agrorum eſſe Dei, atque Sanctorum. I frutti ne i campi ſono di Dio, e de' Santi.* Quod Fœcũdiſſimis euenire Ficubus comperimus. *— neq; enim cereremq;, famemq; —fata coire ſinunt.*

De re ruſt. cap. 56. — *Epiſtata procurator, præfes operum.* — *Compediti nihil operantes.* — *Ouid. 8. metam.*

FOECVNDITAS.

Arboribus, quæ competit fœcunditas alternis ea tantum vicibus annorum, vna excepta Ficu perenniter feraci, ſolet apparere; hæc enim Arbor tanti fructificí vigoris eſt, vt nunquam nimietate ſibi detrimentoſa laboret, quamuis integræ ætati detrahatur aliquantum toto ſuæ vitæ curriculo nimium effœtæ. Bifera Ficus, & trifera quoq; non contenta fructificatione, tempora nec timet ſæpè ſæpius hyberna, neque foliorum caſus, dum fructus ipſos tenaciter amplexata illos imperterritè durare contendit, aeriquè conſeruari ſecundo per Boreæ tela, contraq; penetrabile Frigus adurens, vt grauiora paſſis finis in Veris initio maturatæ comeſtibilitatis concedatur; quibus interim filijs valdè dilectis lac internè ſugendum præbet; vndè Ficulneum lac in Arbore propria eſſentialiter fœcundum fœliciſſimi illius Diuinæ Bonitatis Lactis ergà fœtus tam nouos, quàm veteres, quaſi modò geniti eſſent omnes infantes rationabiles, ſinè dolo, quædam videtur imago. Iuſtiſſima propterea, immò Sanctiſſima fuit Sententia illa maledictionis à D. N. Ieſu Chriſto Seruatore, Æternoquè Iudice in ſterilem illam Ficum Euangelicam fructibus etiam hibernis orbam, vtpotè in alienam nimis à fructuoſitate ſibi naturaliter competente prolata; qua nos docemur ſemper eſſe operandum pro ſalute Animæ noſtræ, etenim Sapiens vnumquemque noſtrum alloquebatur, *Quodcunq; facere poteſt manus tua inſtanter operare*, & ſic ab otio, tanquam ab hoſte lethaliſſimo eſt fugiendum modis omnibus

Quæritur, Ægiſtus quare ſit factus Adulter:
In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.

Neruca Fici Arboris lignoſitas, abſq; duritie impenetrabilis ipſa multiplicem, atq; durabilem pandit fructificationem, quæ Athletis olim corporeos addebat neruos, Philoſophiſq; mentis acutiem imparticbatur, dum omnes hi Ficubus comeſtis ætates tranſigere ſolebant. At ſementicorum granorum minimeitas fœcunda telluri concredita citò Arboreſcens ex tenuiſſimis, & humillimis principijs ad excelſa perueniri virtute medi-

Ariſtot. l. 1. de Pl. c. 3. — *Pl. l. 16. & l. 17. c. 27.* — *Theoph. l. 2 Hiſt. pl. c. 7.* — *2. Act. 2. D. P. 1. Cor. 3.* — *Eccleſ. c. 9.* — *Ouid. l. 1 de remed. Am.*

A mediante facile posse ostendebat; Eademquè Ficuum sine flore fructificatio ambitionis omnis absentiam, auaritiæq; exterminationem indicat abundè; Florem ideò Ficus non habet fructui præcedentem, nè validæ suæ fœcunditati derogetur, si ad flores fructuum excubet ambitio florida inutilibus fucata faciem coloribus; ita vt fœcunditati Ficus id, quod ad Stiliconem ab se laudatum Claudianus direxit, meritò applicari possit.

Pier. Valer. l. 57. Hier.

Trudis auaritiam, cuius fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis, foribusquè potentum
Excubat, & pretijs commercia poscit honorum
Pulsa simul.

L. 2. in Stilic. laudem.

Hinc Ficuum fœtus visceribus matris immediatè, atque inconcussè adhærentes caducitatis nescij, propriam regalibus titulis, & præeminentijs dignissimam dulcedinem non possunt deserere. Planta ergò Ficulnea probè constituta, nullaq; præter naturam affectione laborans, sub cælo degens temperato, terræquè sibi congruenti hærens erit iugiter fœcunda, & fœtus semper fouens, quos si vitales, atque maturescentes præter consuetum dabit edendos ordinariæ natiuitatis tempore, illa optimum sibi omen, B Dominisquè suis felicitatem denunciabit, quemadmodum euênit aliquando Philippi Macedonum Regis temporibus, cum ex duplicata Ficuum fœcunditate, quæ tunc accidit, Regni illius amplitudinem subsecuturam ominati sunt; huiusmodi naturę miracula maximæ scilicet fructuosæ fœcunditatis vident perpetuò Prouincia Bonæ spei dicta apud Indos, & multæ aliæ regiones Indicæ nouiter obseruatæ, quæ Ficus habent vno semestre ferentes & fructus, & folia ab vna parte, & alio semestre in parte opposita frondosæ, fructiferæq; simul; extremæ similis fœcunditatis nuperrimum conspeximus in ciuitate nostra Bononiensi exemplum anno Domini 1659. mense Martio intra Claustra nobilissimi Cœnobij Patrum Heremitarum Augustinianorum, & in Viridario Habitationis adm. Reu. P. Magistri Aloysij de Torellis Bononiensis Prioris tunc Prouincialis, doctissimi Historici, & Concionatoris eruditissimi; ibi Arborem Ficus de genere Brogiottorum erat videre mediæ ætatis, rectam, proceram, semipedalis crassitudinis in caudice supremo sese in Brachia expandente suprà Meridionalem Murum, vltrà quem in distantia duodecim, vel tredecim pedum altior alius erigebatur paries; Hæc C Arbor plurimis Thallis instructa viuidam viriditatem præseferebat, in quibus ramis ferè enodibus, cum plurimos præcedentis Autumni serotinos conseruasset per totam hyemem satis placidam fructus, ipsos maturare cœpit æquinoctialibus solis radijs expositos, ità vt ipse loci Dominus per plures dies vnam, vel alteram lancem maturis Ficubus numerosè onerans singulo mane diuersis viris nobilibus eos dono mitteret, quorū præcipuus fuit Illustriss. & Excell. Princeps D. Alphonsus Gonzaga Nouellariæ, &c. Comes, & Dominus, tunc temporis Bononiæ moram trahens, à quo ob eius singularem, & incomparabilem benignitatem notitiam hanc recepi; sed quia vnica tantum hæc fœcundissima Ficus obseruata fuit anno illo, nulli fuit locus vniuersali præsagitioni, sat sit de illa eadem cum Plinio dicere. *Admirabilis est pomi huiusce festinatio vnius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ.* Primæ quidem naturæ partes in hoc effectu sunt adscribendæ, sed in locis multò frigidioribus nostro hoc situ Ars ipsa præualentior est, vt accidisse in Cracouiæ Regia Vrbe Polona testatus est Reuerendissimus P. M. Guilielmus Focus Dominicanus, & Inquisitor Bononiæ, qui dum, ibi tanquam Prouincialis suæ Religionis ageret, viderat in cuiusdam Mercatoris viridario D Plantas nonnullas Ficuum verè feraces, & fructiferas in Vere medio, quoniam teporem hyemis artificiosum per totam tempestatem glacialem degustarunt; de hac eadem fœcunditate Plantarum Ficus artificiosè promota locutus est Plinius *sunt & hyberna, quibusdam Prouincijs sicut Moesiæ, sed Artis, non Naturæ. Paruarum genus Arborum post Autumnum fimo contegunt, deprehensaq; in his hyeme grossos, qua mitiore cælo refossa cum Arbore, atque in lucem remissa, nouos soles, aliosquè quam quibus vixere auidè, tam quæ iterum nata accipiunt, & cum venientium flore maturescunt alieno præcoces anno, in tractu gelidissimo.* Omnis denique Ficus fœcunditatem innatam possidet, iuxtà genus suum aut præcox, aut serotinum, album, nigrum, &c. & tam mite, quàm agreste, veluti est Caprificus, quæ licèt immaturabiles proferat Ficus, vult tamen bifera, triferaq; recognosci, vt attestatur Plinius dicens *in Cea Insula Caprifici trifera sunt, primo fætu sequens euocatur, sequenti tertius.* Concludentissimè propterea dici potest plan-

Iudic. 9.

Athenæus lib. 3. c. 3.

Part. 8. Ind. Occid. Ios. Acosta l.

Columella l. 11. c. 3. θαλλοι est virescere.

L. 15. c. 18. in Fi.

Plin. li. 15. c. 11.

Plin. l. 16. cap. 27.

Loco ſupra citato. Nic. Reuſn. in Pom. Poet

plantam Ficus etiam ſeneſcentem amantiſſimæ fœcunditatis nunquam obliuiſci, quæ opprobrium ſterilitatis pati minimè vult, vndè vt proferat fructus non eget incitamento, ſed medicamina ſolùm maturitatis conſequendæ in egeſtate deſiderat *Ficus ſola ex omnium Arborum fœtu maturitatis cauſa medicatur* ſic inſit Plinius; quod quidem mirabile eſt, atq; ſympathicũ. Vndè Mirabilia, & Sympathica Ficuũ hîc haud immeritò veniunt oſtendenda, iam notæ, & decantatæ ſunt fœcundæ, atq; valdè ſuſpiciendæ Ficuum prærogatiuæ.

Fœcunda Ficus fructibus — *Eſt nota de dulciſſimis:*
Sua Arbori pulcrum decus: — *Suoq; cultori cibus:*
Aluo bona, & pulmonibus — *Lactente ruma carpitur.*

quò ſpectat illud Angeli Claudij Ptolomei Senenſis in laudem Nobilium Matronarum Bononienſiũ in octonis Italicis verſibus cõpoſito volumine trium librorum, *Impr. Bon. 1514. in 4.*

Quiui il Fico d'egitto ancor ſi vede,
Che come è colto l'vn l'altro ſuccede.

Iumenta quæuis Ficos recētes baiulando, rabida fame corripiuntur. Chamæleõ circa Caprificos ferus, alioquin innoxius ex Plinio.

MIRABILIA, ET SYMPATHETICA.

Ficus perpetuò virẽtes vbi enaſcantur. *Strab. l. 17. Plin. l. 5. c. 9 Varr. l. 1. c. 7 de re ruſt.* Sycomoros odere Lupini. *P. Campan. l. 1. de Animal. tit. 93.* Sycomorus niſi ferro, aut vngue ſcalpatur non maturescit. *Lib. 2. de H. Plant. c. vlt* Culices Ficarij Ficos immaturos arrodendo ad maturitatem promouent. Pſenes inimici Centrinibus. Iidẽ à Cnipibus deuorantur. *Aldr. noſter l. 3. de inſec c. 5. de Culic ſub tit. Vſus in Varijs.*

IAndiù Ficum literariè conſcendimus; iandiù dulcem illius doctrinam orbi tradendam ſuſcepimus; iandiù primarios illius fructus exhibuimus: nunc reſtat Autumnus Mirabilium, quæ pro ſuauioribus ſui fructibus Mineralis hæc Arbor ſpondet, colligendus. Hinc abſint profana quæuis, quæ Palladios huiuſmodi fructus obtrectando, maiori ſemper illos amarè carpendi famèq; rabièq; afficiuntur. Equorum dumtaxat, Aſinorumuè, & Iumentorum quorumcunque ſit hoc peculiare, non Hominum, vt quoties Ficus recentes baiularint inſatiabili ſtatim bulimia corripiantur, & Chamæleontis vt circà Caprificos ferus ſit, cum alioquin innoxius prædicetur ſolertioribus aliquot hæc tradentibus naturalium rerum perſcrutatoribus. Pro curuis huiuſcè generis Animabus paſcendis, non hæc proferuntur. Macreſcant ſua ſemetipſos inuidia rodente Zoili quicunque ſeueriores, qui non vt Lupini ſycomoris infeſti ſuas terminant antipathias, vbi longiuſculum inter illos cadit interuallum, ſed tanquam Lupi voraciſſimi, toto licèt Oceano diuidente proximis infenſiſſimi ſunt, illorum famam dilacerantes; rabidoq; propterea liuore conficiantur; nam illorum detractionibus non obſtantibus, perpetuò virebunt, minimèquè deciduas comas præſeferent ſalutares huiuſcemodi Scholaſticæ Plantæ, vt adamuſſim accidere tradiderunt plerique Ficubus, & Vitibus ad Elephantinem Inſulam ſpatio ſemiſtadij diſtenſam infrà vltimam Nili fluuij cataractam, vbi finis eſt Ægyptiæ nauigationis, enaſcentibus. Sed quid arcere adhuc vſque contendimus Sycophantas à Mirabilibus Ficuum perlegendis, attrectandis, deferendis? Malè quidem diximus, idquè fatemur. Neceſſarium eſt omnimodè illorum opus, ad hoc vt doctrina, quam obtrectarint clarior eluceſcat. Sycomorus niſi ferro ſcalpatur, aut vngue, non matureſcit, vt tradunt diligentiores Phyſicarum rerum perueſtigatores; Literaria quoque monumenta niſi obtrectatorum ſæuitijs impetantur, ad gloriam emergere nequeunt. Ij credunt multum officere, & tamen ſummopere proficiunt haud ſecus, ac Culices Ficarij ſeſe habent ad fructus Caprifici. Illorum productio, licet minimum quidem ſit opus naturæ, non minimè tamen mirabilis eſt, quippè quæ in non minimam vtilitatem euidentiſſimè directa ſit; & eſt quod hæc Inſecta creberrimè Ficos arrodendo, maturationem illorum promouent, & perficiunt ad miraculum vſque. Culices iſtos gigni, tradit Theophraſtus, in Caprificis, & ex putreſcentibus egredi fructuum eiuſdem granis, quandoquidem poſteaquam euolarunt, grana Ficubus nulla apparent amplius, ſed in iiſdem portiunculæ aliquæ eorundem animalculorum, ceù veſtigia illorum, cernuntur. Huiuſmodi Culices Pſenes vocantur, valdè què diſcrepãt ab alijs Culicibus, qui Centrines dicuntur, & otioſi ſunt, ac veluti Fuci inter Apes, atquè vtræque hæ culicum ſpecies ad internecionem ſeſe oderunt, dum illos iſti ſua poma ingreſſos inuenientes occidunt. Genuini culices rubri ſunt, & verſicolores, alijq; albeſcunt, & imbecilles ſunt, ac in planis naſci nequeunt, & à Culicibus, qui veſicis vlmorum innaſcuntur, & Cnipes appellati ſunt, deuorantur. Quomodo autem perficiant Culices ipſam Ficuum maturationem, ac conſolidationem, & veluti fixionem in Arbore, ne decidant, creditur eſſe, quia continuis, & crebris morſibus crudum

A crudum Ficuum succum absumunt, & solaribus radijs viam aperiunt, vt fructus percoquere valeant; Quem sensum expressit perbellè Plinius dicens: *Caprificus vocatur è sylnestrium genere Ficus, nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, alijs tribuens, quoniam est naturalis causarum transitus, atque è putrescentibus, identidem generatur aliquid. Ergò Culices parit: Hi fraudati alimento in matre, putre eius tabe ad cognatam volant: morsuq́; Ficorum crebro, hoc est accidiore pastu aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus solem primò secum inducunt, cerealesq́; auras immittunt foribus apertis; mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi absumunt, quod fit & sponte. Ideoq́; Ficetis Caprificus permittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes in Ficus ferat, &c.* Hucusque clarè satis, & disertè locutus est Plinius. Num autem hic solus sit finis naturæ in horum animaiculorum generatione, nec nè, quemadmodum dubitat Scaliger, parum refert id prolixa disputatione venari; sat sit effectum naturæ propitium nosse, sci. licet maturationem illorum fructuum vel primario, & per se, vel per accidens, & secundariò; sat sit cognoscere, quod & Bibliomastices hoc idem ad vnguem præstare videntur dum (vt diximus) aliorum scripta crebris maledicentiarum morsibus impetentes, B lacerantes, sunt in causa, vt eadem ab Eruditis mage perquirantur, magis exoptentur. Sed frustrà metuuntur istorum dentes; Fulmina sint: non hæc exindè patientur detrimentum. Ficus fulmina non metuit, dum ab illis intacta semper mirabiliter præseruatur. Illorum probra mare sint, in quo licèt sycologia demergatur, non tamen absumetur, sed gloriosior iterum resurget, vt eadem mirabilis est proprietas ligni Ficus Ægyptiæ à Plinio recensita, quod in aqua positum submergitur quidem, sed postea madefactum facilius exurgit. Sæuiant ij quantum velint; Tauri feritatem æmulenrur, imò transiliant; non tamen his quicquam officient. Accedant, & se sua sæuitie exarmari sentient, & his attrectatis absque dubio mansuefient. Hæc mira Ficuum natura, summèq; commendanda virtus, vt quantumuis feros ad se alligatos Tauros mitissimos omnimodè reddant; vt illos feritatem deponere quodammodo videantur, & docendo cogere, & cogendo docere, adeò vt hi tangi postmodum à quibusuis pueris, atque fœmellis impunè palpari non indignentur. Hoc & Caprifici ramus eorundem Taurorum collo appensus, vel tantum folia cornibus circumposita pariter efficere valent, & illos C vlterius ita compescunt, vt penè immobiles maneant, quod ferè incredibile videtur, & tamen Plutarchus, & Constantinus Cæsar id asseuerarunt, idemque à multis experientia fuisse comprobatum se audijsse testatur Iul. Cæl. Baric. De qua re sic cecinit doctissimus quidam Neotericus Balduinus Cabellaus è Societate Iesu in Epigrammatibus selectis.

> *Cornea cui fruticat lunatæ gloria frontis*
> *Asperaq́; irarum germina, & arma tument.*
> *Taure ferox animi, dulci mitesce sub Vmbra*
> *In mores Ficus blanda dat ire suos.*

Insunt & aliæ quamplurimæ virtutes huic Arbori, quæ non minorem, ac allatæ sibi captant admirationem. Id Lignarij fabri, id Coqui, & id Institores claro testimonio fatentur. Primi enim, si pro suis operibus Sycomori lignum citissimè arescere exoptant, quoties illud secus fluuiorum ripas, aut aquarum aliarum decursus exposuerint, desiderio suo rem maximoperè fauentem experiuntur. Sin è contrà ad eadem illorum opera magis conducat idem lignum adhuc viride, nec potuerint illud statim à matre recisum elaborare, sufficit vt illud in aere suspendant, & illorum voluntas mirabiliter ad- D implebitur; illic enim nunquam exiccatur. Huiusce rei veritatem filiam esse experientiæ nos edocent Memorabilia Mizaldi. Ad illam confugiat qui hæc non credit, & sibi satisfieri illo tradente obseruabit. Coqui subsequuntur, quorum ars non minori adiumento ab his Arboribus afficitur; nam ex traditionibus eiusdem Auctoris constat cochlearia ex Ficulno ligno confiata hac peculiari pollere virtute, quod carnes ad celeremcoctionem promoueant, aut earum elixationi sæpè admota, vel vnà cum illis elixata. Hoc & ex eodem doctore Caprifici cauliculi consueuerunt operari, sed euidentius cum bubulis carnibus excocti, quod & vitri fragmento ex fœni, aut silicis cinere instructo permulti quoque adscripserunt. Aliam quoque alio pacto euidentissimam vtilitatem Coquinaria ex his Plantis effectu nil minus admirabili consequitur; & est, quod si illa, vt confestim cibaria gallinaceis ex carnibus expediat, requirit vt eiusmodi domestica volatilia non admodum consenuerint, cum sic non facilè coquantur, sed potius

L. 15. c. 19.

A fulmine non tangitur Ficus.

Lignum Ficus Ægyptiæ in aqua positū submergitur, sed iterum resurgit.

Plin. lib. 13 cap. 17.

Tauri mitescūt Fici folia, vel Caprifici gestantes.

Ruell. l. 2. c. 85. Mizald Memor. cēt. 9. n. 72. Plutarch. Constant. Cæsl. 15. c. 4. 1. & Iul. Cæs. Baric. in Hortulo Geniali

Sycō. lignū in aere suspēsū nō exiccatur; at secus aquas citissimè.

Miz. Mem. cēt. 3. n. 91. Id. cent. 1. num. 76.

Cochlear ex Ficulno ligno, & Caprifici cauliculi vnà cū carnib. cocti illas ad celerrimā adigūt coctionem.

Mizald. centur. 9. n. 72.

Gallinaceę carnes in Ficu suspēsæ cōfestim tenerescūt; *ex Plutar.* Vesicolores Ficus quomodo quis sibi cōparare valeat. *Cōstāt. Cas.l.10. cap.55.* Quomodo ijdē alexiterici, & purgantes reddantur. *Id. Auct.ib. cap.51.* Vt Fici variè inscripti admodūq; præcoces nascantur, quid agendū. *Id.ib.& Ite ad c.47.* Ficus iuxtà scillam sata mirabiliter crescit. Ficus insolētis altitudinis in India. Quomodo Ficus sylu. cicuretur. Ficus, & Ruta cōueniūt *Pall.in mēse Martio titul.9.* Magnæ vires culturæ. Ficus in Chio vtiles & inutiles. Admirabiles Ficuum species. *Nic.Nic.l.2 c.8.Nauig.* Fic. quædā mort.dom. & ipsa arescens.

tius sint adhuc annicula, vel parum hanc ætatem excedant; cumquè hoc nisi rarò dari E possit in Gallis, qui ad vberem aliorum pullorum procreationem diutius aluntur, ideoq; carnes, vt plurimum valdè duras habent; ijdem citissimè tenerescere coguntur, si iugulati suspendantur in Ficu, reiq; istius rationem addit Plutarchus, auram nimirum acrem, & validam ab Arbore prodeuntem, & propterea concoquentem. Nouissimi succedunt diligentiores istarum Arborum cultores, quos & alia pleraque manent adeò admirabilia in huiusmodi Plantis obseruanda, vt penè miracula videantur, licet simplicia sint naturæ opera ab eorundem sedulis artificijs summo cum studio adiutæ. Aut enim Ficos desiderarint, in quibus albedo nigredini coniungatur, aut illos Alexipharmaca, & purganti præstare virtute maluerint, aut mirabiliter inscriptos, antequè tempus eosdem fructus maturos concupierint, iuxtà variam culturæ methodum admotam, sibi mirum in modum effectus perfici conspiciunt. Vbi namquè diuersa Ficuum sarmenta eiusdem temporis, ac ætatis colligata fuerint, deposita, stercorata, & rigata, dummodò non germinarint vtriq; rursus illorum oculi simul adalligentur, vt in vnum coalescant truncum, postquè biennium ad libitum transplantentur, semialbos, & semirubros exindè F Ficus procul dubio nasci Constantinus Cæsar asseuerat. Sic & ijdem fructus, eodem docente, theriacali facultate imbuentur, si Theriaces illinantur Antidoto; purgantemquè adipiscentur præstantiam, si quando mater illorum plantatur, ad summas illius radices, veratri nigri, tithymaliquè portiones vnà contusæ mittantur, ex maxima quarum efficacia Ficus pariter in aluo mollienda eum attractione valenter valebunt. Pari quoque pacto hæ Arbores fructus variè inscriptos, admodumq; præcoces edunt, si quis oculum Fici, quem insoliaturus est, quomodocunque voluerit, inscribat, & eius olynthos stercore columbino, pipere, & oleo inungat. Nec hanc duntaxat nobilia Georgiæ experimenta norunt. Nouerunt etiam Ficus iuxta Scillam serere, vt illæ mirabiliter crescendo, multiplicando, citoquè & hilaritèr virendo, ocyusquè, & diffusius germinando parum queant altitudinem, & vastitatem Arboribus illis huiusce generis inuidere, quæ tantæ proceritatis in India traduntur, vt sagittis superari nequeant, & sub vna illarum Ficuum integræ condantur equitum turmæ. Nouerunt pariter ignobilissimis syluarum Ficubus vrbanam nobilitatem communicare, quando putatos illarum ramos, vino, & oleo madefieri, per septemquè dies iusserint irrigari, quarum G sub vmbra cum libentissimè acquiescat, dicendum venit ambas hasce Plantas aliqua naturaliter insigni virtute simul conuenire, quæ maximè creditur esse illa alexiterica venenis obsistendi, virusque cuincendi; quod præcipuè causari crediderim, quia Ficus Rutam suauiori succo inficit, & illi propriam quodammodo facit delibare dulcedinem, teste Plutarcho, Plinioquè id confirmante. Tam efficaces sunt sedulæ culturæ vires, vt penè incredibilia videantur. Summè celebretur Insula Chios, eo quod Ficus proferat quæ diuersæ, & contrariæ naturæ sunt, & mirabilibus modis vtiles, & inutiles fiunt; Sint quantum velint admirabiles Ficuum species illæ, quæ commemorantur in Historijs Nauigationum Noui Orbis, & in illis præcipuè quas conscripsit Nicolaus Nicil; neutræquè tamen audebunt in comparationem admirabilitate venire, cum illa Ficu, de qua scribens Ioannes Tzetzes habet (si quid illi credendum est) quod Ficus Doctoris appellaretur, ex eo quod à Doctore quodam sui domino plantata, diligentissimè què culta, summoperè quoque ab eodem adamaretur, & solus ex illius fructibus comederet; quem & illa mutuo deperibat amore, quasi exactissimam docti sui cultoris diligentiam, parem quo pacto poterat amorem illi respondendo rependere voluisset. Tan- H rum amorem testimonio tandem irrefragabili testari visa est, nam cum naturæ debitum doctor ille persoluisset, Planta quoque, quasi vlterioris impatiens vitæ (vel id casus tulerit, vel aliud quidpiam) & ipsa statim exaruit, ac si necem sibi voluntariè intulisset, & quæ præcox antea fuit in fructificando, præcocem sic etiam mortem oppetendo, sibi ante tempus fata quodammodo maturauit. Politicis his carminibus mirabilem hanc Historiam (nisi potius Fabulam dicere maluerimus, quod vtrum melius sit, alij dijudicent) Græcus idem Author, ex versione Pauli Lacisij Veronensis, prosequitur.

Erat antè Ficus quadam apud nos ex præcocibus
Ipsa nomen accepit FICVS DOCTORIS,
Solus enim ipse comedebat ex illa;
Et ego, paucas verò quasdam, furto clandestino.

Repente

A *Repentè autem mortuo illo olim doctore,*
Statim interijt Planta illo ipso die,
Cum suspendisset tremebunda, atquè rugosa folia:
Et omnes admirati sumus quid accidisset ita subitò.
Amplius autem mirati sumus, omnem euentum edocti;
Fracta autem est in crastinum, à vertice in radicem,
Et omnino exiccata est: mira res, noua, atquè peregrina.

Hæc omnia valent admiranda Ficus attributa ditare, quapropter hic tradentur Epitheta iisdem apprimè conuenientia.

EPITHETA.

B Amarissima hæc suauissimorum fœtuum parens Arbor, diligentius se ipsam perpendentibus videtur cognomina propria, tanquam de se manifestè pendentia, sua sponte obiectare. Etenim non alia de re Ficus inter Arbores folia pandit latissima, itaut Adam, & Eua cum post præuaricationem se nudos esse cognouissent, ex illis vestimenta sibi construxerint: *consuerunt folia Ficus, & fecerunt perizomata*; nisi quia singulari epitheto *laticoma* dici requirit. Sic & lignum illius spongiosum, & in se quidem recipiens hostilis, cuiusq; ferri mucronem, sed receptum non ita facile relaxans, ideòq; clypeis compingendis aptissimum, est in causa vt *martiam* hanc Arborem non præter rem cognominare debeamus; vndè Mantuanus Baptista canebat. *Gen. cap. 3.*

Transeo laticomas CLYPEIS NEMVS VTILE Ficus.

Quod & *fortem* eandem esse manifestat; nam & ipsa fructificationem obtinet durabilem, & non ita facile rerum externarum læsiones sentit, ex testimonio quoq; sacrarum scripturarum, ex quo habetur in his Arboribus comedi posse quod residuum est grandini comedenti omnia ligna, quæ germinant in agris; Ipsa enim Ficus, cum *præcox* fit vt ex Columella canente. *Exod. c. 10.*

Tunc PRÆCOX biferâ descendit ab Arbore Ficus;

C Et pariter serotina, fructusq; ferat tam *primos*, & *prodromos* id innuente Horatiò, vbi habet *—dum Ficus PRIMA, calorque.*

Quàm *feros*, paucis fœtibus orbari solet, si grandine percutiatur: vbi enim illis iam *maturis* destituta sit, habet in *immaturis*, qui *durissimi* sunt, vnde possit iterum maturitatem operari, nouamq; iactare fructificationem. Ideoq; cum fructuum edendorum multiplicitati diligentissimè studeant hæ Arbores, adeò vt ex relatis sæpenumero *bifera* sint, quas tam feruidè commendauit Calentius, vt vel cecinerit, quod *Hor. epist. 2* *Colum. loc. sup. cit. & Elis. Calēt. epigr. 119.*

Si qua apud Elisios animis felicibus esca est,
Sola pias animas BIFERA Ficus alit.

Imò & *trifera* interdum fiant, iure perquam optimo *semper fœcunda* sunt appellandæ, quod & memoratus Baptista obseruauit hunc canens in modum. *Mantuan.*

Sunt & odorata Cedri, FOECVNDAque SEMPER —Ficus

Vndè fit, quod *benè ominata* non rarò cognominentur, quandoquidem in earum tam magno prouentu, bonos semper denunciarunt euentus; Athenæo nanquè teste, D fœcundissima istarum Arborum fructificatio omnes apud gentes, atquè nationes, omnibusq; temporibus, & præcipuè Macedone Philippo regnante, prospera cuncta denunciauit. Tanta quoq; fœcunditas, *munificentissimam* hanc Arborem constituit; Quæ felicia attributa *felicem* tantum, & *domesticam* Ficum manent, nam quæ *syluestris* est, *infelix*, & vt plurimum *sterilis*, ac *malis freta roboribus* enunciari debet, atque *domibus perniciosa*, dum parietibus innascens, ædificia tandem ad ruinam compellit, *Athen. lib. 3. cap. 3.* *4. Thom. Radinus.*

Ad quæ. —disentienda valent STERILIS MALA ROBORA Fici.

De Caprifico muros tempore scindente intelligebat Iuuenalis; His itaque in sua feritate relictis *ad vrbanas* Ficus cognominandas transeamus. Istas (omissis epithetis, quæ ex Regionum, nominibus eliciuntur, huiusmodi Arboribus, & illarum fructibus, competentibus, cum de illis satis amplam mentionem habuerimus in titulo antecedenti Generum, & Differantiarum, ac nominum istiusmodi fructuum) primò intuitu *Regias*, & *Imperiales* dicemus, nedum quia & ipsæ Regibus placent, ac Imperatoribus, cum hac *5. Seren. Sylucstris Ficus lacrymam prodesse loquuntur.*

de re nimis commune cæteris futurum esset istiusmodi appositum, quandocunque & alij plerique fructus ijsdem supremis Principibus expetuntur; aliique propter excedentem sui magnitudinem, Regij pariter appellentur, vt nuces maiores, quæ Regiæ dicuntur, & huiusmodi nonnulla; sed quia Ficus inter alios fructus sceptrum dulcedinis, & sapiditatis gerere videntur, cæteros vincentes suauitate; Vndè fit, quod præ reliquis exactius *Delicata*, & *Mellita*, & ideò *Suaues*, ac *Dulces*, atque *Augusti fercula* promereantur appellari. In hanc dudum sententiam venit Theocritus hæc habens

Io. Fr. Camenus in Bucolicis.

—SVAVES rodere Ficus

— Qui solet.

Theocr. Et *Cecropio DVLCES nascentes aquore Ficus.*

Quapropter *nectareos succos primis suppeditans mensis*, *terrenum nectar*, *& Ambrosium telluris munus* potest hic fructus indigitari.

Nunc Ficus lacero cortice nectareas. Pamphilus habet.

Sicut & *Ruminalis* non in solius Romuli gratiam, sed quia cælico velut ab vbere videtur homines pascere dici voluit, Illas idcircò *pingues* vocabat Lyricus

Petr. Crinit. Ac Ficus Ruminalis apud Auctores nobilis.

PINGVIBVS, & Ficis pastum iecur anseris albi.

Huc quoque respiciebat Ouidius *Lactentes* proprijssimè dicens

At tibi dum LACTENS harebit in Arbore Ficus.

Eo maximè cum Veteres Rumam pro Mamma sumerent, & videatur hic fructus ex eo, quo perit ramo lac sugere, illiq; blandiri. Quare accinebat Cabellaus.

Lib. 1. ser. Hor. Ouid. 2. fast. Cabell. epigr. select.

In mores Ficus BLANDA dat ire suos.

Nec ab his sensibus quicquam discreparunt antiqui, dum *gratissimum*, & *elegantem* hunc fructum lepidissimo *Mitis* ornandum esse cognomine proprijs actionibus approbarunt, quando ab esu glandium desciuerunt, cæperuntquè Ficu esitata vitam ducere elegantiorem, & mitioribus moribus studere; hinc Athenienses *ἱερὰν συκῆν* vocarunt locum vbi primùm Ficus reperta fuit, in memoriam gratissimi fructus, quem ideò *ἡγητορίαν* ex Athenæo dixere, quasi vitæ elegantioris ducem, & magistrum: Indè quoque notat Hesychius, quod in festis Plyntbesijs Græcorum Ficuum massa gestabatur in commemorationem fructus mitis Ficuum primò comesti. Exteriora quoque accidentia alijs eiusdem fructus cognominibus materiam suppeditant, vndè *cereas*, seù *cerinas* à cereo colore nonnullas dixit Franciscus Serra in suo Synonimorum apparatu, vt & *pictas* cognomine non improprio Columella Ficus alias indigitabat; cui si quis se opponeret dicens poma quoque complura pulcherrimis esse coloribus distincta, ideòquè huiusmodi appositum inelegans esse, & nimis commune, respondebo consequens esse falsum, quia nulli alij fructus tam varijs pinguntur coloribus, vt Ficus, nam ex illis aliæ sunt *Alba* totæ, aliæ *Lutea*, aliæ *Purpurea*, aliæ *Nigra*, aliæ *Variegata*. Ad quam colorum varietatem mentem direxisse Antiphanes Comicus Græcus credendus est, quando Ficus *Speciosas* extulit, licet aliàs *Coronarias* dixisset, in Cretensibus, eo quia ex illis victores in ludis identidem coronarentur. Sed inter omnes, vt plurimum, color pullus, atque cœruleus eisdem accidit, vndè Venusinus

Serra in voce Ficus. Colum. in Hortulo.

Suamquè PVLLA Ficus ornat Arborem.

Hor. in Epod. Ouid. 10. met.

Et Sulmonensis

Et bicolor Myrtus, & Bacchis COERVLA Ficus.

Qua verò de causa *Viridis* pronunciari possit Satius Ficus, an scilicet propter colorē, an propter statum illius, hoc clarè patebit, si prius perpendatur ad quantum tempus seruari valeat hic fructus, qui sic *Conditus*, *Siccus*, *Anus*, *Rugosus*, Ouidio canente

Plaut. Rud. Pl. lib. 3. Ouid. 1. fast.

Qui vult Palma sibi, RVGOSAquè Carica dixi?

Ac exiccantem *passus* calorem, ideòquè *Aridus* cognominari potest, teste Sereno.

ARIDA Ficus item feruente domatur aceto.

In quo statu si Senilem repræsentat ætatem, è contrà quoque, dum adhuc mollis est modulante Calentio.

Vbi MOLLES veniunt in prandia Ficus.

Imò & cum propter maturitatem languet, ac à Ficitoribus, & Ficedulis petitur, vt scripsit idem Poeta Serenus

LANGVIDA Ficus adest, & VVLNERA AB ALITE PASSA.

Tunc Iuuentutem, quasi virentem, minimèquè rugosam refert, & hac melius de causa, quià

A quià figuratè, quàm propter speciei separatæ, quæ viridis, & suauissima datur, colorem, quod nimis vulgare foret, *viridis* Ficus proferri potest, licèt alij *virescentis* epitheton Ficui tribuerint ante quoque maturitatem, vt Columella, qui scriptum reliquit *Virescentem Ficum à rore, & interdum à pluuia defendendum*. Ex his Symbola, & Hieroglyphica, atque laudum pro meritis Coronæ poterunt prodire.

SYMBOLA, HIEROGLYPHICA, Et Coronæ.

PRO nobili dulcedinis haberi Hierogliphyco Ficum facilè persuaderi potest; nam sicuti fructus hic sacculos melle plenos in sui conformatione, gustuquè imitatur, ita pro hominum grata consuetudine, morumquè suauitate Symbolicè sumi potest, dum res innuitur iucunda, amabilis, & voluptatis plena: Vndè Artaxerses Iunioris Cyri frater, cum aliquando in bello, arreptâ fugâ, commeatuquè direpto, Ficus, & panem Hordeaceum comedere coactus esset, fertur non modicum indoluisse, quod propter Regales affluentias, apparatioresquè lautitias, quibus olim gaudebat, tantæ voluptatis expers tandiu vixerit, sentiens compositissimas, & superbas illas mensas plus in se fellis habuisse, quàm mellis, vtpotè non nisi copiosissimis grauiorum curarum xenijs refertas; ideòque pœnales esse potius labores, quàm delicias, respectu Ficus innocentissimi, & suauissimi, simplicissimiquè ciborum, tanquam terræ iustissimi fœtus, ad hunc finem effusi, iuxtà illud

Fundit humo facilem victum iustissima Tellus.

Hinc maxima cum ratione dulcissimam Legis Iustitiam, & iustissimam Doctrinæ Propheticæ dulcedinem per hunc dulcissimum fructum designari sensit Theophilatus. Hinc non illepidè iusti, & sancti Homines sub Ficu requiescentes in sacris literis intelligũtur qui dulcem, id est tranquillam, & suauem vitam agunt, quiquè sub quiete perfectiua ab operibus sanctis, & proximo proficuis nunquam cessant, vndè promerentur ab Optimo Deo, Maximoquè respici peculiariter, & à quacunque labe mundari; quod & colligitur ex eis, quæ Dominus dixerat Nathanaeli *Cum esses sub Ficu vidi te, &c. Quia vidi te sub Ficu, credis*. Hoc autem clariore sensu significat Deum præsto esse, & ijs efficaciter auxiliari, qui ad bona opera, scilicet fructuosa præstanda parati sunt; quod & summoperè Deus ipse desiderat, eiusquè se famelicum semper esse fatetur, infructuositatem è contrariò non inter misè detestans, immò seuerissimè puniens, vt clarè patet in infructuosa Ficu Idumæa Populum Iudaicum repræsentante, quæ fuit à Christo Bethania redeunte maledicta sub Synagogæ specie, ad quam famelicus venerat, vbi cum nihil boni veri essentialis reperisset, eundem Populum in æternam perfidiam execratus est, à quo fructum frustrà quæsierat, quia Populus idem, vt D. Gregorius inquit, folia quidem legis habuit, sed operis fructu caruit, quò spectare videtur illud Abacuc propheticum effatum, scilicet Ficum huiusmodi fructum non allaturam. *Ficus enim non florebit*, &c. sub quo Symbo'o Ficus infructuosæ, quæ maledicta est à Domino, omnes Infideles haberi possunt ex D. Hilarij testimonio. Et quoniam Arbor Ficulna pro Genere humano metaphoricè capitur, dum & illius cacumen Ecclesiæ principium designat, multorum ideò ferax est significatuum. Vniuersalissima ergò videtur esse, & loca, in quibus reperitur felicia reddere, terramquè à quâ exulet, multis bonis priuare; Quapropter Regiones Ficubus carentes in Sacra Scriptura damnatæ censentur, vt deserta Cades; *Quare adduxistis in locum istum pessimum, qui nec Ficum gignit*. Et hac de re Grossi, nempè Ficus immaturi malum innuere possunt, si non maturentur, & bonum quoque, si maturitatem suo tempore sortiantur, quamuis non vndequaque perfectum. Grossi ergò in illo statu significant Iudæos viuentes tempore Aduentus Christi Domini, qui nolentes in illum credere, fructum inutilem dederunt. Grossi quoque potiore sensu donati coniugatorum vulgus præseferunt, & sublimitatem insuper, ac excellentiam dignitatum, quæ præcedunt fructus in æterna Gloria futuros, & decidunt cum huius sæculi gloria. Sic & alias dona repræsentant gratuita Sancti Spiritus, & sunt Scientia, Prophetia, Linguæ, & id genus, quæ debent cedere melioribus, sicuti Grossi cedunt Ficubus omnia.

Theophil. in Nahũ. 4. P. Vall. l. 53. D. Io. c. 1. P. Val. l. 53. Abacuc. c. 3 D. Hilar. in Euang. D. Matthai c. 21. D. Aug. & D. Hier. in Osea 9. Numer. c. 20 Laur. in v. Ficus. D. Bernard. super illud Ecce. n. reliquimus

Autumnalibus. Ficuum massa pariter, & puls ex iisdem in memoriam reuocat Ficuum aliam massam, quam Isaias imposuit super vulnus Ezechiæ, quæ significabat promissionem resurrectionis factam Fidelibus inter eorum afflictiones; nam maxima est medela ægrotantibus, & quasi salutis primordium spes ipsa salutis. Ficus præterea siccos plures alicui donare significat iram demulcere, & gratiam promereri, dulciaquè omnia reddere tuta, quod indicatur à Ficuum, seù Caricarum massis ducentis, quas Abigail Dauidi obtulit, quo munere eius iram in maritum Nabal extinxit, & eiusdem Dauidis amorem sibi conciliauit. Hæc vlterius Arbor, vt est D. Matthæi 24. denotat Tempus, id insinuante Laureto. Quapropter Ægyptij Hominem frugi post relegationis annos significare volentes, Taurum ad Caprificum ligatum exprimebant; nam Caprificus, cui adalligetur Taurus ferocissimus, dum in eo mansuetudinem inducit, videtur quoque temporis indigitare mutationes, quæ tandem ad temperiem rediguntur, vndè Temperantiæ quoque symbolum hæc Arbor à Valeriano constituitur. Ficulnea rursus folia colligere est in aliquem vsum instrumenta patare, quia folia Ficus ad multas res domesticas valent, & multa pariter habent significata, quandoquidem designant Regem, nec non & Plagam Australem, & seù orbiculum illum, quem facit stella Polaris circa Polum, quæ parua licet circumductio, regere tamen videtur omnem Cœlorum magnam vertiginem, & significant quoque productionem, & propagationem copiosi genitalis humoris. Ad designandam vlterius Fidem fallacis elabentem vi comprimendam esse, posset adduci Anguilla in Fici folio à viro adstricta. Per hæc quoque folia appensa felicis itineris, & progressionis omen antiquitus designabatur; nam quando quis profecturus erat folia Ficus suspendebat, quibus iter sibi prosperum ominabatur. Vbi autem in coronas hæc folia contexta sunt, adhuc ea plura designant. Etenim cum pro Bacchi diademate proponuntur (Ficulneis namquè, & latè frondentibus ramis ipse coronabatur) symbolicè referunt memoriam Sycæ Nymphæ ab eodem Baccho adamatæ, & in Arborem postea sui nominis, hoc est in Ficum conuersæ. Statuæ similiter, & præcipuè Saturnia, Ficubus coronatæ Agriculturæ symbolū esse perhibentur, nam Cyrenenses Saturnum Agriculturæ inuentorem suis in sacrificijs coronabant, ipsiquè recentium Ficuum sertis inter sacra redimebantur. Ad hæc corona ex fronde Ficus, cum floribus rosarum Cylista, siue Encylista dicta, cuius frequens est apud Græcos Comicos mentio, vt ex Athenæo, denotabat labores ad Virtutem directos, in amabilem tandem, & dulcem terminare suauitatem. Quibuscunque præterea præmium deberi laboribus significare pariter videbatur coronamentum illud ex folijs Ficulneis superponi solitum capiti pro puluinari ad gestandas Hydrias, & Calathos in Serapidis, & Isidis sacris, quod Græcis χρόβυλος dicebatur, & hinc voce detorta nostris temporibus apud vulgares *Crollo* vocatur. Secus ex Ficu aliquod opus factum ostendit rem nullius esse momenti, & inutilem iuxtà illud Horatianum

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Cui quidem symbolo Prouerbium Italicum adaptari potest de homine, vel de re nullius valoris *non vale vn Fico*. Sed à ligno, folijs, & fructibus ad Arborem redeuntibus in mentem subire faciunt scripta Valeriani, quod Ficus inter duos Tumulos in quodam nummo sculpta, cum literis hinc inde ΑΜΒΡΟΣΙΑ ΝΕΚΤΑΡ omnem complecti videtur, & seruare gustus felicitatem; sicut è contra Ficus extirpata suauitatem lamentari videtur sublatam. Aliter verò præruptis in rupibus plantata, coruisq; tantum, & miluijs, non autem hominibus peruia, nec ab illis in escam petita, diuitis Hominis adulationibus dediti, luxurioseq; parasitos inter, & scorta viuentis hieroglyphicum est ex sententia Cratis Thebani, quia Diuitis huiusmodi Sapientum consortia non admittentis, sed solum mimis, & balatronibus familiaris, ac amici, quin potius in eos liberalis, ideam apprimè repræsentat, Alciato docente. Sic & ex huiusmodi Arboribus Ficetum denotare potest Hæreticorum libros multas habentes Ficus amaritudine plenas. Præterea cum serpente iuxtà depicta Ficus deceptionem significat, atq; delectationem, ipsa enim creditur ab aliquibus protulisse pomum, quod Adam, & Eua (quam nonnulli Ficubus coronatam pinxerunt) comederunt contra præscriptum Domini. Quapropter & vbi bonum quoq; ad significatum reducatur, in pœnitentiæ pariter symbolum cedit, non solum propter asperitatem foliorum, quæ humanæ carni admota, velut cilicium se habet, sed & quia ijdem primi nostri Parentes post transgressionem ex eiusdem Arboris folijs pudenda

Marginal notes: *Abb. Ioach. lib. 3. concur. c. 29.* — *1. Reg. 35.* — *Laur. loc. cit.* — *P. Val. l. 52. p. 383.* — *id. P. Valer. l. 53.* — *Cal. Calcagnin. in lib. de reb. Ægypt.* — *Alc. Embl. 21.* — *id. Val. loc. cit.* — *Cartar. fol. 456.* — *id. Pier. Valer. loc. cit.* — *Macrob l. 1. Saturnal. c. 7.* — *Athen. l. 14* — *Ricciard. in Com. symb. 1. serm. fat. 8.* — *id. Val. loc. cit.* — *Andr. Alc. Embl. 73.* — *D. Hier. in Amos 4.* — *Nonar. fac. Adag. 508. nu. 382.*

A denda sibi texerunt, qui sicut homines vellicantes Sycomoros nescierunt à deterioribus meliora distinguere; ergò hic patet necessitas fabularum ope fallacias extirpandi.

FABVLÆ, LVDICRA, Et Superstitiones.

DVlces quidem sunt ori Ficus, optimique alimenti toti corpori; sed fabulæ, quæ de his traduntur, eisdem comparatæ, quia mentem pascunt, suauiores esse videntur. Non tam certè allexerunt Apollinei Corui fauces illi Ficus, quibus tandem potitus est, cum dudum expectasset eos maturescendo dulcescere, quam fabulosa superinde confecta narratio potest aures delectare. Fertur enim Phœbus quondam Ioui sacra facturus, Coruum, quem in tutela retinebat, limpidam vt sibi aquam afferret, ad fontem misisse; qui cum inter volandum aliquot Ficuum Arbores, quarum fructus B nondum ad maturitatem peruenerant, conspexisset, auidi nimium pectoris explendi tactus cupiditate, mandatorum tandiù distulit executionem, donec fructus ijdem dulces, atq; lenes euasissent, quorum quamplurimis ad satietatem absumptis, ad Apollinem tardè admodum redijt, qui morositati Corui succensus (nam illius opera in sacrificio indiguerat) eidem in tantæ pœnam inobedientiæ iniunxit, vt tempore, quo Fici sunt adhuc immaturi, nunquam bibere posset, statuens nè interim illius guttur pertusum aquam retinere valeret. Hanc fabulam Ouidius paulo diuersam, de Asterismis sermonem habens, ita carminibus expressit.

Fabula de Coruo Apollinis ad fontem missio.

Ouid. lib. 2. fastor.

Continuata loco tria sydera Coruus, & Anguis,
Et medius Crater inter vtrumquè latet:
Idibus illa latent: oriuntur nocte sequenti,
Quæ tibi, cur tria sint iam sociata canam.
Forte Ioui Phœbus festum solemne parabat,
(Non faciet longas fabula nostra moras.)
C *I, mea, dixit, auis! ne quid pia sacra moretur:*
Et tenuem è viuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis
Tollit, & aerium peruolat altus iter.
Stabat adhuc duris FICVS densissima pomis:
Tentat eam rostro: non erat apta legi.
Immemor imperij sedisse sub Arbore fertur,
Dum fierent tardâ dulcia poma morâ.
Iamquè satur nigris longum capit vnguibus hydrum,
Ad dominumquè redit, fictaquè verba refert.
Hic mihi causa moræ viuarum obsessor aquarum,
Hic tenuit fontes, officiumquè meum.
Addis, ait, culpa mendacia, Phœbus, & audes
Fatidicum verbis fallere velle Deum?
At tibi dum lactens hærebit in Arbore FICVS,
D *De nullo gelidæ fonte bibentur aquæ, &c.*

Magnus Ouidij æmulus, & in describendis elegantissimè fabulis ipsi non inferior, Balthassar Bonifacius, fabulosam Ficuum originem in suis hortorum Adonidis libris affert, tradens Phytalum à Cerere, quia ipsam comi hospitio susceperat, hanc Arborem ex Elysijs translatam dono habuisse. Inquit enim.

Phytalus is est, qui primus Ficum reperit, vide sup. in Vsu in cib.

Musar. l. 4. nu 72. Ceres.

Hospitio Cererem Phytalus dum suscipit Heros.
Pauit vt illa Viros, sic cibat ille Deam.
Dat frugum omne genus, fruges quas repperit omnes,
Frugiferamquè Deam frugifer ipse colit.
Impensos gauisa Ceres compensat honores,
Muneribusquè datis munus & ipsa refert.
Dulcemquè Elysijs FICVM, quam transtulit Hortis,
Heroi præbens; hanc dabis, inquit, humo.

Et fructus qui vel nostrum dulcedine vincant
Nectar, & Ambrosiam mox dabit illa tibi.
Hac ego donatis opsonia panibus addo:
Pane etenim solo non benè viuit homo.

Cumq; Græci Ficus nomen apud illos Συκῆ à Sycâ Nympha deduxerint, non est silendum hoc ab illis factum eo quòd Baccho Sycam prædictam deperreunte, ipsa in Arborem nostram conuersa fertur. In funestam cuius rei memoriam ficulneis folijs posthac ipse Lyæus redimiri solitus fuit, vt paulò superius quoque tactum est. Ficulnea pariter fuit Arbor illa, sub qua Æacus Iouis, & Æginæ filius formicas vidit, quas in sociorum pestifera lue amissorum Iunonis ob sæuam indignationem, quæ serpentes veneficos in aquam bibendam immiserat, ab Genitore petijt, vt in Homines mutarentur sibi præsidio, & iuuamini futuros; Quibus annuens Iupiter formicas in tot viros transfigurauit, qui Myrmidones posthac appellati fuerunt. Quæ fabula ducere fortassis originem potest ex hoc, quia in Arboribus Ficuum frequenter obseruantur formicæ, & hæ quidem copiosæ propter alimentum, quod nec iniucundum, nec paucum ab illius Arboris materia suppeditatur, atq; etiam ingeniosæ, fortesq; colore plerumq; rubro, & illius conditionis, quæ maiores corpore, & nigriores superare valent; Memini me legisse in Hartmano Schedel Historico Germano pulchram, & notabilissimam historiam belli formicarum rubearum, & nigrarum in agro Bononiense obseruatum tempore Eugenij Quarti Pontificis tunc Optimi Maximi. Finxerunt quoq; Poetæ Sycæum aliquem fuisse ex Titanibus, quem cum Iupiter insequeretur, Terra mater sobolis suæ miseratione ducta, intrà se eum occultauit, qui postmodum in Syceam sui nominis Arborem, hoc est Ficum commutatus fuit, in cuius rei memoriam ferunt in Sicilia Vrbem quandam denominatam fuisse Sycæam. Ab istius gigantis, priusquam sic transformaretur, nomine, & insolentibus præ magnitudine labijs, lingua, & naso ansam desumpsit Balthassar Bonifacius prædictus mordacem quendam obtrectatorem denominandi, illumq; hunc in modum alloquendi, alludens ad cognomen Francisci Marij Molzæ, seù Mulcij Poetæ Itali doctissimi, atquè ad illius ludicrum quoddam Poematium inscriptum *la Ficheide*. Sic igitur habet.

Cartar. de Im. D. fol. 430.

Myrmidones Populi ex Formic. Ficarijs prodeũtes.

Bellũ formicarum ap. nos obseruatum.

Sycæus Gygas.

Vrbs Sycæa in Sicilia.

Musarum l. 5. nu. 12.

Aera qui MVLCET cantu, volucrisq; caballi
Nectareo MVLSAS carmine reddis aquas.
Festiuam, Sichae tibi FICHEIDA donat,
Nasutus, linguax, & labiosus enim es.
Primi at Sicai quamuis videaris imago,
Non eadem prisco mens tibi, nec cor idem.

Imò, & quia præclara multa, & curiosa, hancque ad rem valde opportuna, de Ficu Ægyptiâ, & Sycomoro, ac incidenter de Plantâ fatuâ botanicè canendo fabulatus est, non ingratum fore duxi totam hic narrationem adducere. Subsequitur ergo.

Sed longo distat vester discrimine gustus
Nam places huic FICVS, displicet ille tibi.
Quin fatuam dici Plantis ex omnibus vnam
Contendis FICVM, quod tamen ipse nego.
Bilbilicus dixit fatuas aliquando mariscas,
Sed fatuas betas dixerat ille prius.
Addo Dioscoridem Manici meminisse solani,
Quod furijs homines exagitare solet.
Mandragora spectes, stolidos qua reddit edentes,
MORION insano nomine, gaudet adhuc.
MALA INSANA vocant Itali, qua Gallus AMORIS
POMA vocat, siquidem desipit omnis amans.
Sed tibi qua FATVA est, doctis ÆGYPTIA FICVS,
SICOMORVS potius, quam SYCOMORVS erat.
Nam MOREÆ, quam fronde refert, sibi nomen adoptans
MORI AM toto tradidit asse tibi.
Inuertens igitur voces Cornelius, illam
Esse haud SYCOMORON, sed MOROSYCON ait.

At

A

At nullâ, quam SYCOMORVM ratione vocamus
Aut cacopistacium, aut staphylodendros erat.
Quod si dementat vacors Insania FICVM,
Haud equidem nobis esse magistra potest.
Hos tamen ASSERTOR pracepit AB ARBORE FICI
DISCERE, cui mores se dedit omne sophos, &c.

At de solâ casum vnicum commentus Sycomoro, fabulosam narrationem longè præcedenti breuiorem, & clariorem idem Bonifacius benè fecit, & contexuit, quam studiosorum in gratiam hîc ad verbum inserere libuit, & eruditum operæ pretium fuit; & ita se habet.

Musar. l. 5. pag. 193.

De Sycomoro Fabula.

Effictim fuscam Sycin MORVS ater amauit
Dilexit pariter Sycis & ipsa Morum.
Acriter his quanuis obluctauêre parentes,
Quos benè iunxit Eros, hos benè iunxit Hymen.
Nempè in amore, velut docuit Praceptor Amoris.

B

Non caret effectu quod voluêre duo.
Iunguntur iuuenes, adeoquè tenaciter harent,
Salmacis vt vinctos nexibus esse putes.
Salmacis exemplum renouant, Plantaquè biformis
Hermaphroditon amor, Androginonquè facit.
Fructifera primum vitam dedit Arboris illis,
Moxquè duos vno cortice cinxit Amor.
Nomine sub duplici Plantâ coalescit in vnâ,
Qua pariter FICVS, MORAquè iuncta parit,
SYCOMORVS; Pomiquè refert vtriusquè saporem,
Dulcius & quiddam, quod sit vtroque sapit.
Dicta prius planta hac priscis ÆGYPTIA FICVS,
Postea SYCOMOROS, & MOROSYCOS item.
At SYCON ΜΩΡΟΝ, FATVAMquè hanc nomine FICVM

C

Qui dixit, fatuus, vel furiosus erat.
Ni fatuam dixit forsan, quòd larga profundat,
Prodigà vel potius dissipet Arbor opes.
Scilicet octonis ditat prouentibus annum,
Quodquè semel reliqua, bis quater ipsa facit.

Hactenus ille. Aliàs item de Syci, simulquè & diuersimodè de Ficu fabulatur Pherenicus Poëta. Eam inquit Nympham fuisse Oxyli sororem, quandoquidem tradit Orium Oxyli, Sycisquè patrem ex Hamadryade genuisse liberos permultos, inter quos Cornus erat, Nux, Glans, Alnus, Vlmus, Vitisquè, & Ficus, à quibus variæ posthac Arbores nomen sumpserunt, & hæc fortasse fuit causa, propter quam Hipponax apud Athenæum Ficum nigram Vitis sororem dicebat. Quoniam verò non minus quàm fabulæ mentem recreat fatuas aliorum operationes intellexisse, vt ab illis sibi quisque cauere valeat, non perperam Fabulis, & Ludicris subnectetur quod superstitiosum de his Arboribus colligere potuimus. Tradit Erasmus *in Adag.* Antiquos si quando Ficum integrum ex Arbore cecidisse comperissent, illum Mercurio sacrum suspendere solitos, iure cuicunquè libuisset intacto permanente tollendi posthac Mercurialem eiuscemodi fructum, non alia forsan de causa, nisi quod talis Deus propitius furibus esse crederetur, vnde Paræmiographus dicebat: κοινὸς Ἑρμῆς, communis Mercurius; quibus allusisse videtur Persius habens:

Triph. l. 2. Hist. Pl. rer. Ath. l. 3. c. 3

Varr. lib. 2 cap. 11.

D

Inq; luto fixum possis transcendere nummum,
Nec gluto sorbère saliuam Mercurialem.

Sat. 5.

Quod mammæ Rumæ quoque dicerentur antiquitus non prætermittitur alibi: Ab illis hic ex Varrone notatur dici subrumos agnos, sicut lactentes à lacte. Cum enim Romani Pastores obseruassent lacte Ficulneo lac animantium coagulari, Rumiam hinc Deam sibi finxerunt, & ad illius sacellum Ficum, quæ postea Ruminalis cognominata est, seuerunt, sub illaquè sacrificia lacte pro vino, & lactentibus peregerunt. Mizaldus insuper in suis Memorabilium centurijs inquit Verrucas folijs Ficulneæ contactas euanescere

Verrucæ folijs ficulneis contactæ euanescunt.

scere

Mizald. mem. cent. 8. nu. 83. ſcere, ſi folia ipſa ſepeliantur. Tradunt inſuper aliqui, quod ſi quis puber ante ſolis exortum inclinata Arbore ore ſupino aliquem nodum eius nullo conſpiciente mordicus abſtulerit, licioquè illum adalligauerit, & collo ſuſpenderit, ſtrumas, & parotidas ex eo diſcuti, quæ non niſi ſuperſtitioſa eſſe cenſeo. Et ſi de ludicris eſt ſermo, non eſt omittendum quod de Rhechſabar Athleta robuſtiſſimo fertur, illi ſcilicet ob certas, quas in palæſtris ex quibuſcunq; validioribus referebat victorias, Statuā, at Ficulneam erectam fuiſſe. Eiuſmodi Simulacrum Ficulneum conſecutus etiam eſt Auius ille Nauius, qui ex Subulco augur effectus, cotem nouacula diuiſit, & nomen proprium Ficui reliquerat in Comitijs, qui Tarquinio primo Regi Romulearum Tribuum mutationes vetando, ſtabilitates ciuiles perpetuò docuit. Eius itaque Statua ante Curiam collocata viſebatur, vt teſtatur Plinius. Multis quidem erudimur modis ad inſtè, beatèquè viuendum; id Apophtegmata eleganter operantur.

Ad diſcutiēdas ſtrumas, & parotidas quomodo ficus conducat. Pl. l. 34. c. 5. & Val. Max. l. 1. c. 4.

APOPHTHEGMATA.

SApientum duntaxat proprium eſt acutiſſimas, eaſq; admodum breues proferre Sententias, quæ cum auro, pretioſiſſimiſq; lapidibus pretioſiores ſint, diligentius quoq; ſunt colligendæ, & ex illis Monimenta, Tituliq; Æternitati erigendi. Aurum tandem, & Gemmæ temporibus abſumuntur, & vtraq; rapacibus latronum manibus ſæpè, ac ſæpius obnoxia ſunt; & hæ ſæcula quæcunq; tranſmeantes, annorum nec ſubiacent voracitati, nec in ſacrilega latronum furta cedere conſueuerunt. Nam fures illas non rapiunt, niſi fortaſſe literarij forent, in quorum tamen manibus non multum delitescere poſſunt, quin glorioſus illarum Autor non cognoſcatur, & non pateat impium huiuſmodi alienæ gloriæ vſurpatorem (ſic impudentem illum, qui non ſtudet aliorum doctrinam imitari, ſed ex illa quidpiam verbaliter rapit, ſuumq; facit, liceat appellare) dignum eſſe, vt in Dedecoris Ara nomen illius perpetuò ſuſpendatur. Quin & Diogenem ipſum, qui Sententias ſuas nunquam retractare ſolebat, quando è Ficu quadam lecturus audijt cuſtodem acclamantem, in illa paucos ante dies Hominem ſuſpenſum fuiſſe: *Et ego*, (Cynicus ipſe inquit) *illam purgabo*, ſi intellexiſſet virum illum, ex literarijs huiuſmodi furibus aliquem fuiſſe, crederem indubiè eundem poſteà Palinodiam recinuiſſe, vt doceret deteſtabilius eſſe furtum literarium, quàm ſubſtantiæ alterius domeſticæ rapinam; illud enim famam, qua nil pretioſius eſt, comminuit, cum è contrà hæc vltrà bona fortunæ, quæ inſtabilia ſunt, & vilia non extendantur. Hæc ad acutiem iſtarum ſententiarum officit quod ſuſpicionem habeant ridiculi abſconditam, nam nihilominus falſæ ſunt, ex mente Ciceronis, cuiuſmodi eſt dictum illud Siculi, cui cum familiaris quidam quereretur dicens vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe ex Ficu: *Amabo te*, inquit, *da mihi ex iſta Arbore quos ſeram ſurculos*; ac ſi virtus & illis quoque ineſſe debuiſſet, quæ conduceret alias fœminas ad ſuſpendium. Parum hinc diſcrepat dicterium illud ſapidum quidem, ſed aliquantò malignius, quod protulit Timon Athenienſis. Hic à Græcis Μισάνθρωπος, id eſt humani generis oſor, cognominatus, quia multos ad laqueum amarulentis, & mordaciſſimis ſuis verbis perduxerat, domi Ficum alebat, ex qua multi iam pependerant; Et quoniam illi in animum venit ædificium conſtruendi in loco, vbi Ficus illa virebat, vndè neceſsè illi erat Ficum ſuccidere, populum palam alloquendi petijt ſibi fieri poteſtatem, quæ res inſolita ab eo fieri (nunquam enim antea concionem aſcenderat) admirationem magnam impreſſit in Ciuibus; publico autem in illo ſermone ſic exclamauit: *Eſt mihi*, inquit, *ò Viri Athenienſes, domi paruulus hortus, in quo eſt Ficus plurium veſtrorum concivium ſuſpendio memorabilis, eam volo ſuccidere propter ædificium; vobis igitur ſignifico, ſi quis velit ſe ſuſpendere, citò id exequatur, donec commoditas manet*. Vndè notum fit illum fuiſſe animo valdè inhumanum, & ab hominum congreſſibus abhorrentem, quod magis patet, quia in toto vitæ ſuæ curriculo, id teſtantibus Ariſtophane, & Platone in ſuis Poematibus, nullum alium amicè dilexit, præter vnum Alcibiadem adoleſcentem, cuius nec verus amicus fuiſſe dicendus eſt, quia non illum, ſed illius futura facinora amaſſe viſus eſt; interrogatus enim vndè nata eſſet illius amicitia, *quod*, ſcilicet reſpondit, *illum Athenienſibus multorum malorum cauſam futurum*. Non omittam, licet parum id ad rem videatur, Epitaphium

Diogen. Apophtegm.

2. de Orat. Siculi cuiuſdā aliud apophth.

Timonis Athenien. dicta.

Sympher. Hortor. lib. 7. cap. 15.

A phium, quod hic Philosophus sibi construxerat, inq; suo sepulcro incidi fecerat: parum quidem hanc ad rem facit, sed magis ferum, & insociabilem sui Autoris animum prodit. In hanc igitur sententiam expressum erat:

Hic sum post vitam miseramquè, inopemquè sepultus.
Nomen non quaras: Dij, lector, te malè perdant.

Curiosum certè; sed impijs tantum lectu dignum. Illud meritò legere potuisset Ædilus ille, quem morbo Fici detentum, & à cicuratis capris se gestari curantem, Martialis hunc in modum iocosè alloquitur.

Gestari iunctis nisi desinis Ædile capris,
Qui modo Ficus eras, iam Caprificus eris.

Apophthegma *Martial. l. 4. ep. 52.*

Cum maximè capras illas opinentur Martialis interpretes fuisse, nisi quales Crathis turpiter adamauit, eiusmodi saltem, quas impudicissimus Heliogabalus iunxit, & ab ijs se duci quoquo vellent passus est. Ego autem ad non tam mala dirigens iudicium, satius puta rem illud dictum esse, eo quia in sella gestatili, quæ caprarum effigies insculptas haberet, Ædilus idem portaretur. In Apophthegmatibus capitis antecedentis iam diximus quendam Atheniensem tunc temporis, quo iudicij metu ab Athenis Aristoteles discesserat, interrogatum quænam esset Atheniensium Ciuitas, respondisse: *Pulcherrimam, sed in ipsa Pyrum agrestem in Pyro consenuisse, Ficumque in Ficu*, adulatores intelligendo; quare his prætermissis ad alia transibimus absoluenda, seu proferenda, hoc est Prouerbia.

B

PROVERBIA.

Nobilem, & vtilissimum istius Arboris esse fructum, id vel illius sapor suauissimè testatur. Vnde migrauit in prouerbium apud Erasmum CARICA MVSA, quo intelligebat optimorum Poetarum carmina, doctissimorumq; Fidicinum symphonias adeò suaues auribus, & intellectibus esse, vt nil vltra Caricæ præ sui dulcedine gratificentur palato; ex hisce Platonis Iambicis ab Athenæo recensitis, fortasse desumptum

C

Αὐλοῦς δ' ἔχουσα τῷ σοφίαν κάρικαν
Τυχὸν μέλος μελίζεται.

Quæ sic inuersa sunt.

Innupta quadam dulce pulsans tibias
Modos modulatur caricos.

Quo in sensu apud Theocritum latinitate donatum in Eidyllio primo legimus.

Ipse fauos loqueris, ceù FICV PASTVS opima,
Quam vel ab Attidibus transmiserit Ægilus oris.

Alio similiter in loco de suauiter canente cecinit idem Poeta.

E' medijsque cibus venit tibi Carica Graijs.

Sed æquè ignobile eiusdem lignum, ac prorsus inutile censetur, ita vt meritò faber ille ambigeret scamnum nè, an despicatissimum aliquod simulacrum construeret ex illo ligno, de quo Horatius.

Olim truncus eram Ficulnus inutile lignum. *In Poeticà.*

Ideò ab eius vilitate, ac inutilitate, adagia nonnulla emerserunt. Hinc *opus Ficulnum* profertur quando quid minimi pretij, vel prorsus inutile significare volumus. Sic & *ficulneam opem prabere* dicitur, quandocunquè aliquis opem infirmam alicui præstat; quo spectant *ficulnus gladius, ficulnum auxilium, ficulnaque mens*, hoc est mens leuis, auxilium insufficiens, & gladius obtusus, ac ad feriendum ineptus. Ita de homine futili, & nullius prorsus vsus dicimus EGLI NON VALE VN FICO, seu Plautina phrasi *nauci non est*, & ex hoc natum est quod de re vili, nullo pretio digna effertur, .f. NON GLIENE DAREI VN FICO MARCIO. Hinc συκίνας ἄνδρας, hoc est *ficulneos homines* vocat Theocritus, qui nec adeunt, nec tolerant strenuè labores, sed ijs veluti succumbunt, vt lignum ficulnum ponderi alicui grauiori. Ita Lucianus in libro ad indoctum, χωλὸν ἔχων, καὶ συκίνῳ γνώμῃ hominem dicebat claudâ, ac ficulnâ mente præditum, nempe nullius pretij, inutiliq; ad aliquid excogitandum. *Ficulna* item *Mandronis Nauis* per contemptum sic dicta, in Prouerbio fuit habita, & eum significat, qui ex tenuis-

D

Nonar. T. 2. Adag. 617. nu. 825. Monosf. l. Ital. l. 6. n. 146. & l. 7. n. 41. Plaut. in Mostel. Lil. Gregor.

Gyrald. de Nauigijs c.4. *Ios. Albert. adag. 488.* *P.Valer.lib. 53.fol.392* *Monos.l. 7. nu. 42.*

nuissimo, & angustissimo patrimonio ad amplissimos emerserit honores, sed in minima permanserit existimatione, nempè sine profectu honoris acquisiti, ob insolentiam morum, & superbiam, vt Mandroni accidit cuidam, qui ex nauiculario factus est Imperator, sed nullam ex eo munere auctoritatem assecutus, nihilominus contemptus ac prius fuerat. Similiter *folio ficulno anguillam tenere* τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν de eo pronunciatur, qui furax alioquin, & callidus, suis tamen tricis, & arctiore nodo detinetur. Siuè fallacis hominis elabentem fidem vi forc astringendam infert, sicuti ficulni folij asperitate lubricitas eluditur Anguillæ, quemadmodum innuit Alciatus in Emblematibus habens.

Iamdudum quocunquè fugis te persequor: at nunc
Cassibus in nostris deniquè captus ades.
Amplius haud poteris vires eludere nostras:
Ficulno anguillam strinximus in folio.

Idem fl. It. lingd.6.nu. 41.

Ex eisdem folijs Parœmiæ istius materiam eli cuit Aristophanes πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα, videlicet COMPLVRIVM THRIORVM EGO STREPITVM AVDIVI, & hoc vti posset vbi minas, & inanem alicuius clamorem se quis omninò contemnere, nihiluè pendere ostenderet; eò quia *Thria* Græci vocant folia Ficus, à quibus, si incendantur, strepitus quidem formidabilis editur, & ædificij alicuius tanquam comburentis ruinam minax ijs, qui quod comburitur nescirent; cæteris verò inanis, ac contemnendus. E contrà verò in honorem ligni Ficus proferri posset illud Prouerbium ex Apologo eiusdem Arboris cum planta Lilij florifera solum, & minimè fructifera, quo floris Lilij vanitas arguitur, atq; extollitur fructuositas Ficus, licet minimè florentis, & est huiusmodi VANVM EST FLORERE SINE FRVCTV, & hoc medio non perperam inueheremur in illorum superbiam, qui cum prima Scientiarum limina salutarint, sè illarum integram habere possessionem credunt, & veros earundem professores vocari præsumunt, idque magis agendum foret, cum ex eiuscemodi censu hominibus non desiderentur permulti, quibus cum paulò secundior arrideat fortuna, quæ quia cœca ignauos erigit, & optimos sæpissimè premit, eodem dictō nō vti dicam, sed abuti gaudent impudenter aduersus alios longè digniores, licet infeliciores. Quorum egregia, beneq; nata ingenia celeri maturatione in se ipsis verificant, id quod in generosæ Ficus surculos in integram, & fructuosam quàm breui tēpore Plātam excrescentes ex Fabio quadrat, nimirū GENEROSIORIS ARBORIS STATIM PLANTA CVM FRVCTV. Ficus autem fructus ob toties memoratam sui bonitatem aliarum, & forsan elegantiorum Parœmiarum scat urigines efficiuntur. Etenim si consideremus vberem illorum prouentum, cum sæpè, ac sæpiùs bis, terq; hæc Arbor fructificet, statim percipimus ad quem scopum tendat. *Præcoquas Ficus desiderare*, vt habetur in sacris, *Præcoquas Ficus desiderauit anima mea*; est enim præproperè nimis, & ferè antè præstitum opus præmium expetere, videturq; primam originem habuisse huiusmodi Adagiū apud Athenienses, qui suis agricolis blandiebantur, beneq; ominabantur, vt perquam feliciter anno sequenti Ficus prouenirent, quare agricolæ præcoquas Ficus ad dominos suos deferebant, ijdemq; obseruantes, quo tenderet ciuiū blandiloquentia, id in prouerbium verterunt, vt cum quemquam sibi circà Ficuum prouentum adulantem audirent, dicerent, HIC FICVS CVPIT, quò spectat illud Aristophanis in Vespis σὺ δὲ τὴν σῦκα μὲν αἰτεῖς, ab Erasmo in Adagijs translatum FICVM CVPIT. Exinde si perpendamus modum, quo interdiù maturi decidunt istius Arboris fœtus, lentè quodammodo, vt quisquis illos iam casuros obseruans, & opportunè accurrens valeat os supponere, cadentesq; hiantibus labris excipere, & comedere, absquè eo, quod laboret illos, vel ab Arbore legere, vel è terra colligere, facilè concipimus quid sibi velit *Ficus cadere in os comedentis*, hinc enim notum fit prouerbialem hanc dicendi methodum de eo concinnè promulgari, cui res relicta, non parta labore est, veluti sunt illi, quibus magnæ veniunt hæreditates. Vel in eum perbellè contorquebitur, quem notamus ob copiam rerum ignauissimam ducere vitam, vt cui perindè cibus sua quasi spontè in os labatur. Cæterum Propheta figuram hanc transtulit ad ostendendum futurum Nabuchodonosorem Regem Babylonium Niniuitæ Ciuitatis excidium, quod eius res tanquam fructus concussæ Arboris deniquè caderent in os comedentis hostis, idest Diaboli, à quo perdiù possessa fuit. Sed *de tribulis Ficus non expectandos* iudicio meo designat ex malis operibus nihil vnquam boni prouenire posse, & vitæ malè actæ nunquam subsequi finem

Albertat. adag. 497. *Michea 7.* *Auct. Th. Vit. Hum. Tom. 1. A. pag. 114.* *Polyd.Virg. Adag. 360.*

A finem fortunatum, iuxtà Prouerbium aliud Hetruſcum, *Chi mal viue, mal muore*, quia *Iuuē. Sat. 4.*
—— *Nemo malus felix.*

Vt autem apud Matthæum cap. 7. Prouerbialis hæc metaphora à vindemiatoribus, Arborum, & fructuum collectoribus deſumpta, pronunciatur à Chriſto dicente; *Nunquid de tribulis Ficus colligunt?* demonſtrat hæreticos, & hypocritas, qui quadam pietatis veſte ſe obtegunt, tam difficile boni aliquid poſſe facere, quàm de tribulis, hoc eſt de ſe ipſis Ficus colligere: atqui rectè eiuſmodi homines tribulis comparantur, quià more illorum venenatum habentes animum, feriant eos qui propius acceſſerint. Licebit inſuper hoc vti adagio cum voluerimus non ſine ſtomacho eos innuere, in quibus nihil eſt probitatis, quam ob rem debeant præ cæteris coli, aut magni fieri. Contra hypocritas pariter eſt, quod de Ficu parœmiacè dicitur nimirum SINE FLORE FRVCTVS; Hoc enim innuitur quod, vt Arbor Fici fructus perabundanter prodncit abſq; vlla florum pompa, ita abſque promiſſionum floribus, optimorum operum, & officiorum fructus edendi ſunt, non vt hypocritæ, qui apparentem iactando ſanctitatem, nullos veræ bonitatis fructus emittunt. De quo Adagio multa paulò ſuperius, & in Hieroglyphicis habentur. Dicimus & QVOT FICO GROSSI, vbi numerum ingentem prouerbialiter denotare volumus. Quod & præſtitit C. Eraſmus Michaelius Lætus, vbi Ficum cum Olea loquentem inducit, Rhamni exemplo probaturus.

Polyd. Virg. Adag. 14.

B

Neſcire quemque quo malos tractet modo.

Apud ipſum enim Ficus malorum ſeminum longè multa eſſe germina in hæc probat.

Non Fico plures cumularint viſcera groſſos,
Nec plures calido Vitis das ſole corymbos,
Quàm vitijs ſoboles obnoxia grandibus ex ſe
Germina protrudit, latèquè per oppida mittit.

C. Eraſm. Mich. Læt. coll. Mor. 3.

Ficum prætereà *poſt piſcem*, quamuis alij dicant *Nuces poſt piſcem* inuenitur prouerbialiter ſcriptũ in Bauhino, cuius rei cauſam nullam aliam aſſignarem, niſi quia Ficubus nouiſſimè comeſtis os dulce relinquitur. Quamplurimis etiam dicitur POST FICVS AQVAM, i. bibas; cuius rei cauſa affertur inferius in Problematibus. Eſt & Græca Parœmia σῦκα μέριζε ab vrbaniſſimo Poeta Martiale vſurpata, dum ſic ſcribit in Calliodorum *Quadringenta ſecas qui dicis Σῦκα Μέριζε,*
Id eſt *Diuide Ficus.*

Monoſ. l. 8. p. 393. Hiſt. Pl. vni. l. 1. vol. de Arb. c. 87. & Eraſm. in Ad. Martial l. 5. epig. 39. Polyd. Virg. Adag. 201.

C

Et de duobus primò dici ſolet, qui alicuius rei domini ſint pro indiuiſo; nunquam enim res integra ſic poſſeſſa poteſt dici totaliter vnius, vndè qui ſibi velit arrogare quid totum in illâ re indiuiſa, debet inprimis diuidere totam; nam cum in qualibet parte glebæ adſit gleba alterutrius, non poterit dici integra gleba ad vnum tantum ſpectare. Secundariò autem applicari poteſt hoc dictum prouerbiale in amici obſequium, quo melior pars alteri conceditur, cui quid non admodum diuerſum eſſet illud

All' Amico monda il Fico;

Monos. lib. 8. pag. 362.

Quod infert Ironicè tamen hoc aliud,

Chi vuol far' onore all' Amico; faccia foco col legno del Fico.

Videlicet —— *Amico indultutus Fico focum extruet.*

Quæ Ironia indè ſumpta eſt, quia, vt inquit Eraſmus in Chiliadibus, & ipſe Parœmiacè FICO FVMVS ACERRIMVS. Hinc eſt quod antiquitus fumo Fici fontes torquebant. Idem Prouerbium *diuide Ficus* vſurpare poſſumus aptiſſimè, quoties auarum, aut vendentem, ementemuè aliquid, vel diuideutem quid minimum, quodquè magni æſtimet, notare volumus, & coincidit cum illo vulgari apud nos, *Torlire il miglio*, vel *Diuidere vn capello per il longo*, aut *Volere ſino vn puntal diſtringa*. Aliud quoque in ſacris paginis adagium ſacrum profertur, & eſt *Sedere ſub ſua Vite, & ſub ſua Ficulnea*, quo denotatur tempus pacis, atque tranquillitatis procul ab omni bellica ſuſpicione, quando Agriculturæ integrè quicunque vacare poteſt ad plenum ſui beneplacitum. Cui toto cælo diſcrepare videtur illud FICVS AVIBVS GRATÆ; Quamobrem parœmiacè ſcripſit Eraſmus in Chiliadibus GALLINACEOS AMANTIBVS FICVM NE SERITO, indeq; ferimus, hominem laboris in aliqua re conſequenda neceſſarij inimicum, ſummè tamen emolumenti exindè prouenientis cupidum, eo pacto, quo Ficus ab auibus expetuntur, ſed labor Arboris plantandæ ab illis recuſatur. Hoc innuebat Homerus vbi ſic

D

3. Reg. c. 4. 1. Machab. cap. 14.

Odyſſ.Ω. *Σῦκα φύλλ' ἐριθέοισι, φυτεύειν οὐκ ἐθέλουσιν;*

Monoſ.l.6. num.64.

nimirum *Quæ volucres optant Ficus, plantare recuſant*

Quod in mentem reuocat Adagium illud de Ficuum plantatione videlicet

Ponatur Olea craſſa, Ficus paruula.

Idemquè per os popelli paſſim circumfertur ſub his verbis

Monoſ.l.8. pag.377.

L'Oliuo groſſo, e l'Fico piccolino
Ponga, ch'ingannar brama il ſuo vicino.

Et ratio eſt, quia melius vigent taleæ Ficus tenellæ ſi plantentur, quàm rami aliquantò craſſiores, vt è conuerſo euenit de Olea. Nec minus ac prædictum agricolas reſpicit, & hoc ſequens

id.l.8.pag. 386.

Quando l'Fico ſerba il Fico,
Mal Villan ſerba il Panico

Ideſt *Seruante Ficum Ficu, panicum ſeruato ruſtice;*

Illudquè pro cauſa aſſignarem, quod videlicet cum Ficus aſſeruantur in Arbore, nec præ temporis rigore matureſcere poſſunt, illud indicare non rarò videtur ſequentis anni ſterilitatem, & propterea frugum aſſeruatio præcipitur. Nec illud præteream RICEVER DATTERI PER FIGO, Bononiæ forſan originatum, & à Dante Aligherio in ſuo Poemate relatum, de quodam Fratre Ordinis Equitum (vt vocabant) Gaudentium, Bononienſe Alberico de' Mamfredis nuncupato, qui Ficubus ab ſe medicatis hoſpites, quos conuiuio exceperat, venenauit, ideòquè illum Poeta fingit in Inferno dicentem

id.l.9.pag. 412. *In Inf.cantu 33.*

---- Io ſon Frate Alberigo,
Io ſon quel dalle frutte del mal'orto,
Che qui reprendo datteri per Figo.

Vndè videtur hoc Prouerbium innuere, quod mali, & proditores non poſſunt, & ipſi non malè perdi, iuxtà illud *Nocenti nocebitur*, aut vulgò fertur *Chi la fà l'aſpetti*, & ſic æquales ſceleri pœnæ luuntur, quin potius identidem, & ampliores. Immaturus quoque, & adhuc imperfectus pro ſubiecto adagiorum ſæpenumerò adhibetur Ficus, vndè GROSSVS ESSE, & ET ALIOS INCREPARE promanauit, quod temerarijs ijs adoleſcentibus conuenit, qui Senes peritiores docere volunt; quaſi dicatur; ignauiſſimus operoſos accuſat ignauiæ, eundemquè ferè ſenſum habet, ac aliud noſtrum vulgatiſſimum dictum *I paueri vogliono menare à bere le Oche*. Nec ab his valdè diuerſum eſt *Morycho ſtultior dici*, quod in adagio ferebatur de eo, cuius lurida foret, & ſtultè conſpurcata facies, vt apud ſiculos facies Bacchi Morychis, per quod hiſtoricè moneri poſſumus quod nedum Muſto, ſed & Ficubus eidem Baccho facies illinebatur. Hinc ortum eſſe crederem opportunè hoc aliud FAR LE FICHE, pro quo Antiquiores, vt ex Brunetto habemus, dicebant FAR CASTRAFICA, ideſt irridere aliquem contumelioſè, & in contemptum illius medium oſtendere pollicem inter indicem, & digitum longum, ſiuè ipſum duntaxat digitum medium porrigere, vtroque contiguorum attracto, contractaquè manu brachium illud extendere, vt actus ille ridiculus diſtinctè magis conſpiciatur; Græcis eſt καταδακτυλίζειν, ſiuè ἐφυβρίζειν; & hoc dicendi modo vſus eſt Danthes (vt ſuperius innuimus) in ſuo Poematio ſcribens

Ex Athen. Eraſm. in Adag. *Monoſ. l.7. num.90.* *Inf.cãt.25.*

Al fine de le ſue parole il Ladro
Le mani alzò con ambedue le Fiche,
Dicendo: Togli Dio, ch'a te le ſquadro.

Aliter etiam dicitur CAPRIFICARE ALIOS, quod eſt ſubſannare, alijſquè detrahere, & extenditur etiam ad eos, qui proximum fallunt, vt eſt vendentis Caprificos pro Ficubus, quemadmodum lepidè Alexis in Lebete.

Is iurans Ficos diuendere, dat Caprificos.

Parad. de antiq.ſtatu Burgund. c.8. *Th. Vit. Hum.Tom. 6.P. pag. 402.f.*

Sic olim qui Mediolanenſem aliquem aliàs præclaræ Patriæ Ciuem, caprificare voluiſſet, illi Ficos exprobrabat, dicens: EDE FICOS, alludendo ad Ficos, quibus ex ano Mulæ dentibus extrahendis, Mediolanenſes alias capite plecti iuſſos damnauerat Fridericus Oenobarbus, poſtquam bello cœpit illorum Vrbem, contrà quam arma ſumpſerat ob hanc cauſam, quod ſcilicet ijdem Mediolanenſes irati Friderico, à quo multa damna perceperant, Beatricem Auguſtam eiuſdem Vxorem, Mediolanum ſummopere inuiſere expoſcentem, Aſinæ præpoſterè impoſuiſſent. Non rarò tamen aliquid modeſtius ſonat eadem parœmiaca phraſis; ſolemus quippè de ijs, qui mollius

& deli-

A & delicatius viuunt, dicere: FICVS EDIT, cuius dicti vice Zenodotus dixisset Ἄβρωνος βίος, idest *Abronis vita*, Virum commodissimè viuentem indigitaturus, cui necessaria pretiosa putanti repetendum esset illud ex Suida prouerbium LEPORI ESVRIENTI ETIAM PLACENTÆ LOCO FICVVM. De huiusmodi homine, si peramplis suis fortunis non acquiesceret, immò non absq; periculo maioribus inhiaret, interdum pronunciari obseruatur VVOL CERARE DE' FICHI IN VETTA, *Ficus in summis ramis quærit*, quasi dicatur, & si tutius sit Ficos illos carpere, quos ex robustioribus ramis manus attingunt, is sui non memor periculi, illos in extremis plantæ cymis decerpere contendit. Atsi, quod μεταφορικῶς hic dicitur, in sensu simplici accipiatur, & rusticis applicetur, tunc non frustrà enunciabitur homoeteleuticon illud apud omnes Italos vulgatum *Quando il Villano è in sul Fico*
Non conosce parente, ne amico.

Monos. l. 6. num. 10.
Ios. Albert. ad. 696.
Monos. l. 1. pag. 43.

Quod sic reddere placuit
Dum patula carpis dulces ex Arbore Ficus,
Nec consanguineos, nec amicos, Rustice, noscis.

B Rursusq; ad alios translatum significare potest inhumanitatem illius, qui statim ex Iro Crœsus effectus, ne quid minimum subsidij consanguineis, aut amicis ferre dignatur, quin potius cum cæteris insolentius se gerit, quam si summè fortunata fortitus esset incunabula. Veruntamen eiusmodi dicteria, quatenus proximum læsura fuissent, tollere prætendebat is, qui sequens prouerbium primus protulit; *Ficum Ficum, ligonem ligonem voca, mazam mazam*, siuè vt inquit Monosinus, *scapham scapham*, ideft ne fis assentatot, sed proprijs quoscunq; nominibus voca; siuè etiam apertè loqueris, nec vlla velis vti verborum circuitione. Quam ad rem Erasmus FICO NON ASSENTANDVM edidit, dum ob manifestissimas eius fructus prærogatiuas in Chiliadibus scripsit *Assentari nescio Ficum*. Et ideò nomenclatorem sub Ficu volebat Lancinus Curtius illis ad Aloysium Marianum scazontibus lib. 6. Epigr. 69.

Monos. l. 6. pag. 268.

Solus quo eat duro vocabulo Thymon
Interrogas it Curtius, sit vt Thymon
Nomenclatorem vocare sub Ficu.

C Sic qui per ætatem sapit DACTYLVM A FICV COGNOSCIT, non ignorans cuinam FRVSTO PANIS, NON FICV, LABRA SVNT OBTVRANDA, vt ex Gellio habetur in eos, qui res strenuè administrant, in quos, vt & in sollicitos; & quibus aliqua negotia magni fiunt, dicere solebat Suidas VT FICI OCVLIS INCVMBVNT. Ita CARICVM à CARICO SERMONE erit distinguere, nempe suauem, & velut Caricas redolentem, ab aspero Caribus domestico, vt prouerbialiter innuisse visus est Claudius Rufus Triuoltinus ad Gilbertum Ducherium celebrem Vultonum Poetam in hæc scribens.

Id. l. 3. pag. 110. n. 75.
Gell. in Noct. Attic.
Albertat. adag. 485. & 1500.

Vulto candide, Vulto, quem Poetam
Omnes dicimus optimum Poetam:
Pinguem vt rapula condiunt ferinam,
Et mordax acor adiuuat palatum:
Sic, vt conijcio, tuum iuuabit
Dicendi genus Atticum, & sonorum,
Incultus meus, atque ineruditus
D *Cicernus quoque, CARICVSque SERMO:*
Si nunc hasce apinas, rudesque versus
Miscebis grauibus tuis Camœnis.

In lib. Epig. Duchens ep. vlt.

Quod porro cares asperè loquetentur, testis locupletissimus est Homerus eo carmine
Νέστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων.
Idest *Nestes dux Carum, qui barbara verba loquuntur.*

Et quoniam Prouerbia eximi debent, protsusq; liberari ab ostentis, prodigijs, ominosis prædictionibus, & insomnijs, de his sermo sequens est habendus.

Rr OSTEN-

OSTENTA, PRODIGIA, OMINA, Et Inſomnia.

Lib.17.cap.25. Plinius inter Prodigia receuſet Ficus illas in Bœotia, quæ a locuſtis deroſæ iterum germinauere; quemadmodum & Ficum, quæ in Caprificum degenerauit; Ficumque aliam quæ Cyzici (Propontidis eſt inſula) antè obſidionem in Lauro enata eſt. Graue quoquè portentum cenſetur ab illo, dum ex candida Ficu nigra producitur, *Id. l. 16.c. 27.* nam ex felice Arbor in infelicem degenerare creditur, quandocunq; Ficus alba felix, & nigra infelix ab omnibus habetur, quod & arguit uobilitas, ideſt exiſtimatio, atq; etiam *Lib. 3. Saturn.c.vlt.* guſtus delicatior; Proptereà Macrobius de ijs Arboribus, quæ Tartareis Dijs ſacræ babantur, eas illis mage conuenire dicebat, vtpotè infeliciores, quæ baccam nigram, nigroſq; fructus ferrent. *Ruminalis Ficus Ætas eiuſdē varia prodig.* De Ficu Ruminali (quæ eadem fuiſſe traditur, quæ dudum Romulum, & Remum adhuc infantes fructibus pauerat, & vmbra protegerat, & exinde per DCCCLXX. annos Vrbis conditæ, & vltra ſeruata eſt) mirabilia non ſolum, ſed prodigioſa narrat idem Plinius, dicens eam miraculo ex ære iuxtà dicato, tanquam in *Lib.5.c.18.* comitium ſpontè tranſiſſe, adactoq; nauigio eandem illicò aruiſſe; rurſuſq; cura ſacerdotum reuixiſſe, & mortuis iterum ramalibus, areſcenteq; trunco languentem, ac dimi- *Cornel.Tacit. Annal. l.13.in fine* nutam, Romanis eo tempore prouenturam calamitatem deſignaſſe; fuiſſe quoquè ante Saturni ædem Anno Vrbis CCLX. ſublatam, ſacro Veſtalibus facto, cum Syluani, & Iſidis ſimulacra ſubuerterentur. Eodem inſuper Plinio teſte, quin & antè illum auto- *Pl.lib.15.c.19.* re Cicerone Caunia Ficus quædam Ficuum minutiſſimorum ſpecies omen triſte præſetulit; nam cum quidam in portu Brundusino caricas Cauno aduectas vendens, Cau- *Cic. 2. de Diuinat.* neas clamitaret, euentus infeliciſſimos ominatus eſt Marco Craſſo nauem tunc conſcendenti, vt aduerſus Parthos contenderet, quippe qui in illa expeditione ſimul cum filio fuit à Barbaris trucidatus; Vox enim tunc tanto viro iter aſcenſuro caſu prolata, non niſi prodigioſa poterat eſſe, nam ſycopola ille toto pectore exclamans *Cauneas, Cauneas*, videbatur dicere *caue nè eas, caue nè eas*; Quam Ficuum ſpeciem ſimul cum alijs, in Albeuſe rus è Syria intulit L. Vitellius, qui poſteà Cenſor fuit, cum legatus in ea Prouincia eſſet nouiſſimis Tiberij Principis temporibus. Exindè, & poſt non multum temporis alio pacto mortem denunciauit Ficus; cum nimirum tres huiuſcemodi Arbores de repente procubuerunt, breui procubiturum Imperatorem Alexandrum Se- *L.17.c.25.* uerum, vt in ſequenti demonſtramus Rubrica, portendentes. Pudicitiæ quoq; apud Romanos ſubuertendæ ſignum à Plinio fuiſſe perhibetur Ficus, quæ M.Meſſala, & C.Caſſio cenſoribus in Capitolio nata eſt. Sed quantò infelicioris ominis hæc Arbor tunc fuit, tantò caricæ fortunatius ominabantur: erant enim noui anni felix auſpicium, nam à populo ſolebant Magiſtratibus offerri in ipſis noui anni Calendis, & hoc ad frugalitatem forte euocandam, ſeù implorandam, vna cum dulcedine, & ſuauitate morum; & ideò *Epiſt.87.* prandium apud ſapientiores, vt benè notat Seneca, erant ſolæ cariæ, & panis; fauſtum *Celſ.l.7.* proptereà, felicemq; reddere ijs oblatis cogitabant annum, boniſq; ſemper augurijs, & integra valetudine onuſtum, ſi ſeruaretur illud Celſi pręceptum dicentis vtiliſſimum eſſe prandere exiguum aliquod, & ipſum ſiccū, ſine carne. Hucq; ſpectare videtur Ouidianū *Faſtor.l.1.* illud

> *Quid vult Palma ſibi, rugoſaque Carica? dixi,*
> *Et data ſub niueo condita mella cado?*
> *Omen, ait, cauſa eſt, vt res ſapor ille ſequatur,*
> *Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.*

Athen.l.3. cap.3. Ita fortunas Philippi Macedonis portenderunt Ficus, quæ in Biſaltia medio vere maturuerunt, ſecus autem Caprificus Arbor infauſti ominis erat, qua mortuis male preca- *Eleg.5.l.5.* bantur; vnde Propertius *Vrgeat hanc ſuprà vis Caprifice tua.*

Eapropter infauſtum ducebatur pro ſepultis tumulos dumis adopertos relinquere, ideoque ab illorum buſtis, qui impenſius amabantur, hæc omnia procul eſſe iubebantur. Ruinam pariter, & exitium locis, quibus ſuperimminet Arbor eadem portendit; cum enim è muris, & ſaxis erumpat, & lapides alioqui duriſſimos deijciat enitendo, videtur ſemper interitum comminari, quarè Martialis.

Mar-

A *Marmora Messale findit Caprificus* L.10.ep.21

Et Iuuenalis *--- Ad quæ --- Discutienda valent sterilis mala robora Fici.* Sat. 4.

Quam ad rem Persius metaphoricè sic pariter alludebat.

Quid didicisse? nisi hoc fermentum, & quæ semel intus Sat. 1.

Innata est rupto, iecore exierit Caprificus.

Quapropter somniata quoque hæc Arbor non nisi Mala portendere posse ducenda est; Ficum autem vniuersaliter acceptam Plinius tristes inter Arbores collocat, ex eo maximè, quià non floreat, cum flos sit Plantæ gaudium, Anni iuuenta, Veris nuncius, Veneris què delitiæ; quibus ille nimis asperè cum Planta tam mite egisse mihi visus est; nam licèt hæc verè non floreat aliarum Arborum more, peculiare tamen habet hunc florum defectum vberiore, biferaq; sæpissimè, ac identidem trifera compensate fructificatione, quod ab alijs Arboribus, vel nusquam, vel perrarò præstitum est; Quare in hac vice floris stat fructus, qui flos, & fructus vno, & eodem tempore haberi potest, & fructus ipse, si benè perpendatur, rudimentum quoddam floris in centro extrinseco suæ basis præseferre videtur, è quo, dum fructus est maturus liquor emanat dulcissimus, & B suauissimus, Sacharo, Melli, Mannæq; dulcedine, & suauitate minimè cedens; sed hæc omnia bonitatis potius ostenta, quæ singularissimam huiusmodi fructus sapiditatem ostentent, dicenda veniunt. Illud quoque singulari consideratione, & prodigiosa quadam inspectione dignum videtur, quod reliquis pomis fructus sub folio locatur, in Fico autem è contrario, nam Ficus est supra folium, quod tamen est vmbrosissimum, atque latissimum, & licèt aliquæ species Ficuum reperianrur, quæ Ficus habeant sub folio, vt Ciliciæ, Cypriæ, Helladisquè. Grossi tamen post folium nascuntur; Pomum enim sub folio habet pro protectore folium, quod autem est suprà folium, hoc superba quadam naturæ constitutione perfectius, ideòquè nobilius, & admirabilius dici promeretur. Sed quid pro miris hæc habentur? non potest non esse prodigiosa suis operationibus Arbor, quæ contrarijs, quodammodò legibus regi videtur, nam si aliquot Arbores sunt, quæ breuitate radicum facilius senescere traduntur; Ficus viceuersa licèt longissimas habeat radices ocyssimè senio conficitur. Eadem de causa portenti loco habet Plinius, quod Ficus sola cæteras inter Arbores maturitatis causa medicetur, nam præ- C ter ordinem procedere in maturationis prohibitione, est prætia adaugere, & quid portentosum efficere. *Conducunt alia alijs*, vt ex Euripide habemus; Historiæ igitur cum multos tangant non erunt absque notabili iuuamento hîc enarrandæ.

L.16.c.25.

Plin. l. 16. cap. 26.

Plin. l. 16. cap. 31.

Idem l. 16. cap 27.

Chorus ap. Eurip. in Heraclide.

HISTORICA.

Incredibile prorsus videtur fructum tam dulcem, tamq; mitem, vt est Ficus, inspectum duntaxat, nè dicam gustatum, & ferè olfactum tam acres identidem, tamquè asperos effectus, vt sunt bellici, suscitare potuisse. Veruntamen quia celebrioribus ab historiographis hæc traduntur, indubia fide dignissima censeri debent. Censorinus etenim Cato reuersus ex Africa (quemadmodum in eius vita Plutarchus refert) vnico Regionis illius in Senatu Ficu monstrato, plusquã M. prolatis oratoriè verbis effecit vt anno sequenti bellum tertium Punicum expeditum fuerit, quo penitus Carthago deleta est; nam cum ante tertiam diem huiusmodi fructus maturi, Carthagine D decerpti, Romam afferri possent, maximum quoque denunciari videbatur periculum, ob hostem tam infensum, & irreconciliabilem ita propinquum; Nec quicquam profecerunt contraria Scipionis Nasicæ consilia, seruandam esse Ciuitatem illam, defendentis nè Vrbis æmulæ metu deleto: luxuriari, & imminui Romana fortitudo inciperet. Hinc apud Reusnerum in Paradiso Poetico est legere.

Cato Cens. ostenso Ficu bellum suscitat aduers. Pænos

Euertit magnas Ficus Carthaginis arces,

Vicinosquè hostes: hoc Cato teste probat.

Quo ferit & illud apud eundem Reusnerum de Ficu Africana, quæ in Poetico pariter eiusdem Paradiso de se ipsa ita loquens inducitur.

Sum Ficus Lybia: per me Carthago superba

Corruit, & per me tanta ruina fuit.

Haud aliter operati sunt hi fructus à Xerxe pariter quondam inspecti, quippè qui il-

Xerxes vi-fis Atticæ Ficub.iurat se non esurum ante Regionem illam deuictam. Perside Ficis carente non inuadē dam esse ab Crœso Sandanis persuadet.

lum ad subigendam Atticam permouerunt. Nam cùm in Perside venales ille Ficus Atticas deprædendisset, iurauit se non comesurum, priusquam Regionem illam huiusmodi fructibus feracem debellasset, maximam illius telluris fœcunditatem ex lapidissimis hisce fructibus, quos Persis nescit, arguens. Quarè contrariò fretus argumento Sandanis Lydus, paulò prius eiusdem Xerxis tempora persuadere conabatur Crœso, quamuis incassum, nè Persis bellum inferret, cum nimis aspera foret illorum Regio, Ficus minimè proferens, nec aliud quicquam bonum, quod comederetur; quibus cum nihil esset, quod (vt dicebat) eripi posset, si victoria obtineretur, multum tamen amitti poterat re votis aduersa succedente; nam vbi victores gustassent bona, quæ anteà non habuerant, nunquam deinceps abigi potuissent. Illum (vt verbis vtar Athenæi lib.3.c.5. ex Herodoto, sermonem habentis de viris nequaquam molliter educatis, cum quibus odia iam iam forent exercenda, iam, iamquè pugnandum) sic tunc loquentem imaginor. *Aduersus illos Homines, ò Rex exercitum comparas, qui anaxoride, & reliquo vestitu coriaceo vtuntur, cibantur verò non ijs, quæ cupiunt, sed ijs, quæ suppetunt: regionem asperā incolunt: vinum per Iouem non bibunt, nec Ficis, nec alijs lautis cibis vescuntur.* Eadē dulcedo Ficuū, vt & vini, oleiq; fuit olim in causa, vt Gallorum antiquiorū Populi Italiā inuaserint, miserabiliterq; tandiù occuparint: *Gallias hanc primam habuisse causam* (scripsit Plinius) *superfundendi se se Italia, quod Elico ex Heluetijs, ciuis earum, fabrilem ob artem Roma commoratus, Ficum siccam, & vuam, oleiq, ac vini præmissa remeant, secum tulisset:* Qui cum suis conciuibus retulisset ore quæ viderat, quæq; diù gustarat, eo permouit animos eorum, & inuitauit, vt integræ nationi communicato consilio, in vnumq; corpus adnato, in Italiam impetuosè irruperint. *Hi specie* (sic Polybius habet) *ac fœcunditate regionis pellecti, exiguam quandam nacti occasionem, exercitum comparant, factoquè in Tyrrhenos impetu, finibus expellunt, campos deinceps ipsi tenent.* Italicis nimis inuidebant bonis, quibus auidissimè inhiarunt postquam illorum aliquam cognitionem cæperunt obtinere, nam (vt Tacitus ait) *Villas habitabant nullis septas mœnibus, apparatuum omnium prorsus expertes, in terra super strato gramine dormiebant.* Qui Boij anno CXC. ante Christum natum Bononia, & tota ab Italia pulsi sunt virtute præmemorati P. Corn. Scipionis Nasicæ tunc Consulis; *Ipse in agrum Boiorum legiones induxit*, ideſt in Agrum Bononiensem, vbi castris firmatis ad fluuium Idicem quinto ab hac Vrbe lapide distantem in loco etiam nunc vocato *Castra Nasica*, corrupto tamen, & abbreuiato vocabulo *Cast. Nas.* cuius loci è directo immediatè extra Vrbem locus adest his quoq; temporibus cum nomenclatura *Campi Boiorum*, post duorum mensium moram strenuè cum Gallis dimicauit, eosq; debellauit. *Duobus ferè post mensibus P. Cornelius cum Boiorum exercitu collatis signis egregiè pugnauit: duo de triginta millia hostium cæsa Antias Valerius scribit, capta tria millia, & quadringenta, signa militaria centum viginti septem, &c. Boij post illam pugnam extemplò dediderunt se, &c. P. Cornelius Consul, triumphauit de Boys. In eodem triumpho Gallicis carpentis arma, signaq, & spolia omnis generis transuexit, &c.* Et vt huiusmodi Victoriæ commoda in æternum firmarentur, Bononia iam Boiorum sedes, primariumque gentis illius fundamentum, coloniam amplissimam Romanam destinarunt. *Itaquè postero anno ante diem tertium Kal. Ian. Bononiam latinam Coloniam ex S.C. L. Valerius Flaccus, M. Attilius Serranus, & L. Valerius Tappus Triumuiri deduxerunt: tria millia hominum sunt deducta: equitibus septuagena iugera, cæteris colonis quinquagena sunt distributa; ager captus de Gatlis Boijs fuerat, Galli Tuscos expulerant.* Et hinc patet Bononiam suis Principibus semper fidelissimam fuisse, nam post Hetruscos, deindè post Boios Gallos, Romanis semper etiam sub forma libertatis paruit. Semper fuit ab omnibus agnita tanquam *flos Italiæ, ornamentum populi Romani, ornamentum dignitatis*, vt meritò de ea Beatissimi Pontifices sic sint locuti. *Ciuitas, quæ inter alias Italiæ speciali prærogatiua fœcunda, viros eminentis scientia, viros alti consilij, viros præpollentes dignitatibus, & virtutibus præcellentes solet ab antiquo, propagatione quasi naturali producere, ac veluti fons irriguus scientiarum dulcedinem scaturit, ac suaui liquore reficit sitientes.* Eandem Maximus alius Pontifex sic extulit, *studiorum matrem, morum institutricem, & liberalium artium parentem.* Et quæ à Gallis Belgis nomen Bononiæ accepit, iisdem Gallobelgis nomen Bononiæ, atque arcem ipsam ad Gessoriacum Morinorum Portum fundatam restituere voluit, & est ea, quam Bononiam Piccardiæ nunc dicunt, quæ primordia, suamq; duxit origi-

Nauc. Chronogr. Vol. 1. generat. 53.

Sherlog in Cantic. Cantic. Vol. 2. pag. 656.

Lib. 12. c. 1.

Ficuum, vini; dulcedo Barbar. in Italiam trahit.

Histor. l. 2.

De Morib. Germ. c. 4.

Ijdem anno 190. ante N. D. cæsi ap. Bon. nostram, & penitus ab Italia pulsi.

T. Liu. l. 6. dec. 4.

Tit. Liu. ib. id. Tit. Liu. l. 5. dec. 3. in fin.

Cic. in Phil. 3.

Nicol. III. P. M. 1278.

Clemens VIII. 1592.

Robert. Cenal. de Re Gallica l. 2. Pertoche 3.

A originem à Q. Pædio, in illius rudimentis magnum Vallum ad impedienda Anglorum auxilia, iussu Cæsaris erigente, illudq; suis militibus, qui Bononienses erant, incolendum permittente. Si tot igitur populorum commotiones Ficuum suauitas valuit excitare, si tot Nationes in arma compulit ad sibi deuincendas terras vberibus istorum fructuum prouentibus insignes, si tot asperas gentes allexit, quinimmò virtute quadam quasi magnetica mitiores in regiones attraxit, dicendum venit illos verè pompam esse naturæ nobiliorem, munera telluris pretiosiora, dulciores Pomonæ delicias, sapidiores Arborum fœtus, totq; ditissima suauioris Ambrosiæ, Nectarisq; purioris Æraria, ad quorum sibi conquirendam possessionem, necessitas durissima legum inimica tot animos indociles pauperiem pati toties induxerit, vndè maximæ sint habendæ grates illi Phytalo, qui primò Ficum Athenis inuenit, & excoluit, vt tradit Ælianus. Hinc de Ficuum bonitate, quæ tot in Populis motus excitauit, Balthassar Bonifacius exclamabat.

Heù dulces Ficus! per vos quas Pallas Athenas
Struxit, Achameniâ sub feritate ruunt.
Heù Ficus nimium dulces! Carthago Latino
B *Per vos, barbarico Roma sub ense cadit.*

Imò illorum sententiæ adstipulatus, qui Ficum afferunt fructum illum fuisse, quo gustato, Protoplastis æterni mandatum primi fregere parentes, exinde subsequitur.

Parua loquor; per vos Eua sub dente voracis
Excisum est hominum funditus omne genus.

Verum licet Ficuum vsus multa hominibus commoda parturiat: nam & ijcitissimè nutriunt, & impinguant corpora, aluum emolliunt, perq; vrinas, ambitumq; corporis non pauca excernunt excrementa: continuus tamen, & immoderatus illorum esus sudorem generat abominabilem, & corporis fœditatem. Indicium huius rei est quod illorum esu, capitis infestissimorum, totius humanæ cutis vermiculorum copia innascitur; Hinc apud Rhodiginum legitur Anchimolum, & Moseum Sophistas tota vita fuisse hydropotas, ac Ficis multum solitos vesci, & tamen robustos extitisse, sed adeo fœtentes vt propter intolerabilem sui sudoris odorem certatim in balneis ab alijs excluderentur. Sed si teterrimè propter immodicum istiusmodi fructuum esum quis olere debuisset, is C procul dubio fuisset Clodius Albinus Imp. XXIV. qui referentibus Spartiano, & Cordo quingentos vnico prandio Ficus, vnà cum decem melopeponibus, & centum malis Persicis, ac quadringentis ostreis, vuæquè viginti libris, & centum Ficedulis deuorauit. Verè πολύσυκίφαγος hic dici poterat, qui si tot fructus singulis prandijs absumpsisset, breui caritatem in illis induxisset, & breui quasuis Autumnales opes abligurisset, nisi paulò post in Gallia cum Seuero decertans occubuisset. Parum abstinentior in Ficubus comedēdis traditur extitisse Brutus, qui nec contentus naturali istorum fructuum dulcedine, illos ex melle comedendo, sese stultum, & Brutum faciebat, vt habet historicè Posthumius Albinus Annali primo de Bruto, ex relatione Macrobij: Secus autem legitur de Augusto, à quo ipse Brutus in Filium adoptatus erat, qui Ficus biferas valdè quidem expetiuit, sed ijs parcius vsus est. Sic & Philippus Persei pater, vt ex Polybio Megalopolite lib. 12. scribit Athenæus, cum Asiam percurreret, à Magnesijs, in summa necessitate Ficus non ad crapulam, sed ad sustentationem accepit, quorum quidem beneficium liberaliter compensauit donata ijsdem Ciuitate Myunte, cum Regione propinqua. Sic istum Ficus ab media subtractum, in viuis confirmarunt, quæ mortem alijs D iam saturis aliàs acciuerunt. Chrysippum enim Solensem Philosophum, & Philemonem Poetam Syracusium, diuersis temporibus, & locis, immoderato risu causa Ficuum excitato suffocatos fuisse, & sic eodem fati genere vtrosque procubuisse tradunt historiæ. Cùm enim sibi paratas ambo Ficus, & in sui conspectu iam positas obseruassent ab Asello deuorari, seruos, vt hunc abigerent vtrique inclamarunt, qui cum iam consumptis omnibus superuenissent: *quoniam* (dixerunt) *tardi adfuistis, date illi merum*: cuius dicti vrbanitate tantopere sibi placuerunt, vt statim vi cachinnorum euanuerint. Ridicula hæc sanè videntur legentibus, licèt peramara experientibus; attamen nil minus ridiculum, sed sine vllo vitæ discrimine in proprio subiecto est quod traditur ab Æliano de quodam Pædagogo Sybaritâ. Is (cum Sybaritarum esset molliter viuere) puerum, quem custodiebat grauissimè quondam obiurgauit, eò quià caricam in via repertam sustulisset comesturus; at ipse de manu pueri sumptam (proh quæ homunculi grauitas!)

Rr 3 deglu

Cæsar. Comment. Belli Gall. lib. 3.
Ficuum encomium
Var. hist. l. 3 cap. 38.
Musarum l. 4. hist. 72.
Ibid.
Frequens Ficuū esus sudorē parit abominabilem.
Ex Hort. G. Iul C. Baric Rhodig. l. 6. Antiq. Lec.
Clodij Albini cœna, in qua 500 Ficos, cum alijs quamplurimis esitauit.
Brutus Ficûs cū melle comedebat.
Macrob. Saturnal. l. 3. cap. vlt.
August. binifer as Ficus expetiuit.
Ionston. l. 1. de Arb. a. 2.
Philippus Persei pat. Ficuum vectigal à Magnesijs accipit, ijs donata Myunte.
Chrysippus, & Philem. nimio risu Ficuū causa excitato expirant.
Va. Max. de mor. nō vul. Lib. 14. Var hist. c. 20.

deglutiuit. At hoc parum sanè foret, & nulla penè dignum obseruatione, si eiusmodi ineptiæ de pædagogis duntaxat antiquorum legerentur; deteriora fortasse hoc æuo nostro obseruantur, quo deplorabilius videtur, quod ingenuis pueris identidem præficiuntur eiusce generis homines, qui ligones satius quàm libros tractare nouerunt, & hinc non mirum est, quod tot nobiles conspiciantur rusticis magis inquinati moribus, quàm liberalibus imbuti disciplinis; quippè quià sordida parentum auarities nè paulò vberiore stipendio confugeret ad viros summè aptos, eiuscemodi homullos educandis pueris præponunt, qui nihil identidem præter baptismum, & habitum Ecclesiasticum, in se venerabilis habent, & ideò sordidè viuentes non abhorrent sordidioribus se se officijs in herorum domibus, vt ipsorum gratiam lucrentur, accommodare; decentius quidem, nisi Sacerdotes forent. Et hæc sufficiant, nè quid dicam de ijs, qui maiorem impendunt curam educandis brutis, quàm filijs; vndè si reuiueret Diogenes Synopensis posset iterum de illis id efferre, quod de Megarensibus dicebat; se nimirum malle Megarensis viri arietem esse, quàm filium, cum pecudum curam, non filiorum haberent. Sed ad nostra conuertamur. Alia quoque ratione alijs mortis causa Ficus extiterunt. Terpandro Citharædo perinsigni, dum os hiaturus aperiret, temerarius quidam Ficum inopinato tantâ vi faucibus impegit, vt illum strangularit. Narrat & Iouius ob esum biferarum Ficuum, quas multa niue refrigerarat, è viuis anno ætatis suæ LIII. decessisse Pompeium Cardinalem Columnam à Carolo V. Neapolitani regni administratione donatum. Quantò igitur superius vitam hominibus abbreuiasse visi sunt Ficus fructus, tantò Arbor alio pacto eandem alibi prolungauit. Nam Ficus, quæ ex Hispania in Regnum Peru delatæ ibi mirabiliter ereuerunt, ac perpetua fusce perunt folia, velut sunt quæ in agro Elephantino ad Syenem in Insulis Nili proueniunt, quibus similiter nusquam folia decidunt, illæ, Monarde referente, lac proferunt, quo contrà aranearum insecta, eorumquè venena Peruani vtuntur, illud bis, teruè illatum in vulnus saluberrimè instillantes. Sic dum cum hominum vita, quadam veluti sympathia coniunctæ Ficus esse compertæ sunt, nil quoque mirum, quod illorum vicinum funus identidem quasi deplorasse cadendo conspectæ fuerint. Accidit enim Alexandri Seueri Principis Optimi temporibus, Ficorum Arbores tres, quibus eiusdem Imperatoris erant annexa tentoria, suo de nomine Alexandrina nuncupata, casu repentino procubuisse, ac si Principis æquissimi paulò abindè morituri renuissent viuendo funeribus interesse; & quæ dulcedine fructuum Reges benignitatem docere videbantur, benignissimo nuper adimendo Imperatori voluissent ipsæ prius occumbendo, tristem fatorum illi impendentium sortem adaperire; Nam postquam cunctis amabilis, pius, modestus Romanas res composuisset, doctoribus quarumcunque artium, atque opificibus salaria instituisset, ac erectis Scholis rectores, & præceptores constituisset, calumniatoribus adeò infestus, vt ipsis capitis pœnam indixerit; postquam Artaxersem potentissimum Persarum Regem deuicisset, Parthici, Persiciq; triumphali agnomine decoratus, Maguntiæ tandem miserabiliter, paulò post memoratarum Arborum euentum, vnà cum genitrice Mammæâ, truculentis ab Maximini sicarijs, occisus est. Tantum oderunt bonos impij, vt qui Iustitiam vindicarat in manibus detestabilis Heliogabali torpentem, Imperiumq; sub illius mollitiebus inquinatum, illo perempto purgarat, & ipse coactus sit idem pessimo alteri successori relinquere. Mors quippè deplorabilis illius Reipublicæ statum sic immutauit, vt Alexandri Iustitiæ, Maximini successoris nequitiæ successerint, religiosoq; Seueri dominio, conspicuæquè pietati, sæculi corruptio fœdissima, cum contagiosis Helchesaitarum hæresibus, ac sexta in Catholicam Ecclesiam persecutione, obsecuta sit. Tanti demùm factæ sunt Ficus, & præcipuè Caricæ, vt ab Amitrochate Indorum Rege ad Antiochum Legati quondam, literæquè missæ fuerint, Caricas, Passum, & Sapientem impetratum obsonatorem. Quibus rescriptum fuit ab Antiocho, se caricas quidem, ac passum missurum, cæterum sapientem vendere non esse Antiochi, nec sapientes Græcorum leges ab Antiochi mente discrepare. Non tantâ respondit humanitate (vt à profanis ad sacra transitum faciamus) Nabal Maonites ditissimus in Carmelo deuotè rogatus à Dauide, cui in desertis Pharan esculenta defecerant, vt sibi, suisquè aliquid ad victum suppeditaret, cum maximè innumera illius armenta semper intacta seruassent. Sed retulit se nihil daturum, ipsumquè Dauid, à quo beneficijs olim petitus fuerat, ignorare. Quare Dauid ipsum deleuisset, nisi prudentissima Nabalis vxor Abigail

Ael. var. hi. l. 12. c. 57.

Th. V. H. M. fol. 702. d.

In eius vita

Ficubus in agro elephãtino folia nunquã decidunt.

Theop. l. 1. H. P. c. 16. & 44.

Strabo l. 17

Elephãtine Insula Nili circà Syenen.

In Peru Ficus perpetuis folijs.

Monard.

Anno Sal. CCXXV.

Ficus repẽtinè procũbentes Alexandri Seueri XXX. Imper. mortem denunciant.

Athen. l. 14 capite 23.

A gail amarorem irę Dauidicæ temperasset dulcedine caricarum, quas inter cætera quamplurima ad illum attulit. Hæc superinde sacer Textus habet. *Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos; & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos*, &c. Quæ cùm propterea defuncto Nabal ducta fuisset in vxorem à Dauide, & rapta in Siceleg ab Amaleutis, in præmium pietatis in Dauid olim ostensæ caricarum dono, meruit etiam caricis mediantibus liberari. Nam cùm Amaleutæ incensa Siceleg abijssent, ægrotantem quendam ex suis in via reliquerunt, qui iam iam triduana expiraturus inedia, superueniente Dauide, à quo caricis refocillari iussus est, superuixit, ipsumquè beneficij ergo, ad Amaleutarum latebras adducens, in causa fuit, vt cæsis ad vnum hostibus, vxorem, & cætera quæcunque rapta, Rex Hebræus recuperaret. Nec defuit hæc Ficubus prærogatiua, vt nimirum ad miraculosas operationes concurrerent. Sacræ etenim historiæ certiores nos faciunt, quod cũ Ezechias Israelitarum Rex lethale quoddam ob vlcus ad mortem ægrotaret, ipse ab Isaia Propheta, caricarum massa super vulnus imposita miraculosè sanatus est. *Dixitq́; Isaias* (in asserti confirmationem hæc habet Textus irrefragabilis) *Afferte massam Ficuum. Quam cum attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est*. Historijs quàm benè interserentur Virtutum ornamenta elaborata Emblematum!

1. Reg. 25. *1. Reg. 30.* B *4. Reg. 20.*

EMBLEMATA.

VErno tempore Ficus Arbor speciosis floribus minimè se ostentat, nullamquè inanem de se spem Hominibus promittit; in Autumno verò fructus suauissimos, ac in illis quosdam quasi flores reconditos (vndè nonnullis adhuc in Italiæ locis, & præcipuè in Lombardia materno sermone *Fioroni appellantur*) proferre solet. Salix autem euentu contrario perelegantes, ac admodum præcoces flores exhibet vllo sine fructu paulò post enascentes. Quod pulcherrimi Emblematis ansam præstitit Camerario, exhibenti Ficum fructibus onustam, è cuius regione stent Salices, florentes quidem; sed absque fructu, cum verbis MITTE, NON PROMITTE, cumquè dististicho

C *Ioach. Cam. Embl. 9.*

> *Gratior est fructu Ficus, quàm flore Salicta;*
> *Missa ego promissis anteferenda reor.*

Cui consonat illud de Ficu apud Reusnerum in Paradiso Poetico.

> *Scit præstare suos, nec scit promittere census*
> *Atque ferax adeò floris honore cares.*

Quibus innuitur magnæ leuitatis indicium esse multis, & inanibus promissis aliorum beneuolentiam captare, minimè laudabile præceptum illud Ouidianum sequendo, nullo modo imitandum, videlicet.

1. Arte Amandi.

> *Promittas facito: quid enim promittere lædit?*
> *Pollicitis diues quilibet esse potest.*

Dum destruendam huiusmodi Nasonis sententiam grauiter, breuiterq́; Horatius inquit *Multa fidem promissa leuant*, &c.

Hor. in Ep.

Et è contrariò semper commendabilem esse perfectam in vniuersa vita promissorum D obseruationem, & promptam omni sine Fuco, & simulatione in omnes beneficentiam. Vndè Cicero quoque præclarè scribit, fundamentum Iustitiæ esse fidem, ideft dictorum, conuentorumq́; constantiam, ac veritatem. Nec aliâ de causâ Mercurio Ficum offerebant Ægyptij, nisi vt ex illo veritatis incorrupta dulcedo designaretur. Hoc eodem pariter emblemate repræsentari crederem illos, qui plura præstant, quàm promittunt; Ficus enim non florens videtur fructus non promittere, quos tamen liberaliter impertitur, & opportuno tempore plures, quam spes conciperat, edit. Ita hoc idem expressit Petrus Costalius in pegmatibus, cum narrationibus Philosophicis.

Offic. 1. *Pier. Val. l. 53. Hierog.*

> *Si lubet insignem quam mittimus accipe Ficum,*
> *Forsan & hac vita corriget acta tua.*
> *Vere nouo, nullo florum vestitur honore,*
> *Et tamen Autumno dulcia poma gerit.*

Costal. peg. 13.

Quid

Quid tua me dubium toties promiſſa morantur?
Quod ſpondes primum, ſi ſapis, illud age.
Talia vel miſeros poſſent promiſſa beare,
Ni ſtructos tandem proderet arca dolos.

Perciuall. in ſymb. Antony Gutdiceioni. Barth. Tag. l. 2. de Ar. fabr. Inſ.

Non ita poſſet obiurgari qui dulcis moribus nemini de ſe conquerendi cauſam exhibet. Huius naturam ſymbolicè referre poſſet vas Ficubus plenum, cum lemmate DVLCIA AMICA NATVRÆ; Morum quippè dulcedine nihil ſuauius, nihil acceptius eſt in rerum natura. Nec hinc multum aberat cogitatu Perciuallus, cùm pari pacto Vas obtulit, in quo faui mellis eſſent, & Ambroſia nuſquam à Ficubus diſſocianda, cum eadem inſcriptione. Nec inelegantius eſt Tægianum aliud Emblema continens Caprificum, quæ progreſſu temporis magnum fecerit ſcindi ſaxum, cum verbis inſcriptis DVRISSIMA SCINDIT; nam ſignificat Hominem, qui ſperet excurſu temporum vindictam ſumere de iniuria ſibi à potentiore illata. Ioachimus Camerarius addit hoc diſtichon. *Quamuis dura, tamen Caprificus marmora findit;*
Contemnas hoſtem, ſi ſapis, ipſe caue.

Cuius rei exemplum Paulus Iouius in Dialogo ſuo Italico de ſymbolis affert, quo Viri Principes erudiri poſſunt cauendum eſſe ab iniurijs indignè inferendis cuiquam, etiam valdè inæquali, multoquè minori, quod eſt huiuſmodi. Quidam fuit Comes, Nicolaus nomine Campobaſſius, ſub Carolo Duce Burgundiæ militans; is cum inter grauiſſimas de bello conſultationes cum Principe, cui conſilium paulò liberius, vel non ita placens expoſuerat, alapam ignominiosè recepit, qua læſus toto corde, vindictæquè conceptum celans ardorem, occaſioni ſemper inhiauit vltionis, quæ ſanè diù deſiderata ſeſe tandem obtulit in prælio ad Noueſium commiſſo, quo deſiderium ſuum adimpleuit: nam Renatum Ducem Lotharingiæ clam admonuit, vt ſine mora cum Heluetijs Carolum Ducem tunc omni aggrederetur conatu, ſequè illi promiſit in ſuas partes tranſiturum, & prælij tantum exitum ſeorſim ſpectaturum; quod ex voto cum ſucceſſiſſet, & Carolus ab hoſte ſic ſuperatus, iniuriæ in ſuum ſubditum aliàs egregium, temerè nimis, & imprudenter illatæ, pœnas luit. Quâ re ſic indignè patrata Nicolaus ad Ludouicum XI. Regem Galliæ ſe contulit; verùm in ſuo vexillo poſtmodum geſtauit *Caprificum* Marmoreum quoddam antiquum monumentum innata ſua vi per medium ſcindentem; nec veritus fuit hac tam inſigni perfidia à nimio potius, & belluino vindictæ appetitu cum vmbratili ſua laude famam nominis immortalem, ſed vituperium ſibi comparare, quia proditor quocunque modo ſit proditor, condemnandus eſt in æternum. Exemplum tamen huiuſmodi Principes haud contemnendum ſibi proponere velint ad euitandas ſaltem præcipites, & iracundas, tanquam irrationales actiones, quæ veluti quædam abyſſus mali, malorum peſſimorum nouas abyſſus inuocant. Illorum quoque diuitum, qui doctioribus, & probis Viris ablegatis, in conſortium duntaxat admittunt Improbos, Lenones, Meretrices, & Adulatores, Luxurioſam ſtultitiam innuiturus Alciatus leges æquè callens, & Muſas, elegantiſſimum hoc exhibuit Emblema, quod hic in ςύφαιωμα recenſemus, propoſitam ſcilicet Arborem in prærupta rupe vigentem, fructuſquè ſuos rapacibus ſolummodò volatilibus peruios ferentem, hoc hexaſticho expreſſum

Contrà male vtentes diuitijs Emblema.

Andr. Alc. Embl. 73.

Rupibus arijs, ſummiquè crepidine ſaxi
Immites fructus Ficus acerba parit.
Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,
Qui nihil humana commoditatis habent.
Sic fatuorum opibus paraſiti, & ſcorta fruuntur,
Et nulla iuſtos vtilitate iuuant.

Hinc ab Emblematibus ad moralia transfretemus; nam
Quod eſt ſeuerum, graue ſemper conducibile,
Expers metus, doloris, & moleſtiæ,
Iuuans, placens, pulcrè ſibi conſentiens.

Ap. Clem. l. 5. ſtromat.

Vt ſentiebat laudabiliter Cleanthes.

MYSTI-

A

MYSTICA, MORALIA.

LActe vbique abundat Ficus Arbor, in se ipsa, in cortice, folijs, & fructu, non quidem lacte illo fallaci, & nimis temporaneo, atq; fugaci huiusce Mundi, mediante peccati iucunditate noxiſſima, quæ omne bonum tollit, & omne malum inducit, quemadmodum fuit lac, quod Iahel præbuit Sisaræ, quo obdormientis ex sopore voluptatum, cerebrum clauo transfixit, & terebrauit, vndè Salomon de huiusmodi lacte prauo conquerebatur: *Fili, si lactauerint te peccatores, nè acquiescas eis*; Sed lacte Ficuum suorum vitam, atque dulcem fructificationem nutriente scatens; Sacrum lac illud obedientiæ, & diuinorum præceptorum obseruantiæ, denotare videtur quod fructuositatem bonorum operum, & Gloriam operatur. Boni namquè Viri virtute præditi, lac fluunt melleum intus, sacram doctrinam, dominicæquè legis obseruantiam præseferens; ex quo illud Apostoli fideles alloquentis hoc pacto: *quasi modo* B *geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite*, candorem videlicet conscientiæ, saporemquè Charitatis suauiſſimum; sic *Montes stillabunt dulcedinem*, id est Fideles, & innocentes adinstar Ficuum Montes amantium, ibiq; sapidius, & vberius quàm alibi fructificantium, sublimiorem Virtutis statum perquirentes, lacte diuinæ gratiæ abundabunt. Et propterea Ficus lac, quod secundum Ethnicos Ruminæ illorum Deæ, quæ lactis præerat abundantiæ sacrum, eiusdem numen indigitare censebatur, illud præseferre potest, ac nos docere, à Deo tantum proficisci iustitiæ abundantiam, illamquè ab eo expetendam esse; ideòquè per illud lac, sicuti per abundantiam quoque butyri, & casei, quæ vtraque per lac Ficulnum coagulantur, vota hominum præsignabantur. Idcircò Ficum cadere in os, tanquam concupiscentiam oculorum, & carnis, cum superbia vitæ non est permittendum; nam cadere semper est malè ominosum, & huiusmodi casus indicat homines in peccando fragiles, & faciles in Diaboli potestatem incidere ad ominandam orbis ruinam, vndè fructus hoc pacto desiderare, vt est Michææ 7. est illis carere, est bonorum operum fructibus, & concomitanter gratia Dei priuum, & man- C cum esse, & se constituisse in statu illo deplorabili sterilitatis, in quo erat Ficus illa secus viam Bethaniæ, quæ domus afflictionis interpretatur, plantata, quam non facientem fructus, Christus Dominus æterna persecutus est maledictione. Quæ omnia, vt illa, ex quibus immortalis Animæ dependet interitus, sibi ob oculos quisque versare debet, & vbi iustitiæ fructibus caret, se totum ad nouam fructificationem præparare. *Recedant vetera, noua sint omnia, corda, voces, & opera*. Quod præstabitur, si priusquam alij fructus edantur, ad folia pœnitentiæ emittenda intendantur actiones. Hoc idipsum nobis lignum Ficus Ægyptiæ antequam madefiat in aqua descendens, madefactum autem resurgens, & aquæ supernatans, suo exemplo suadere videtur, vt quoties per humanam fragilitatem ceciderimus in peccatum, salutari statim lachrymarum madore concepto resurgamus. Sic faciunt iusti, qui postquam (quod humanum est) peccarint, nolentes diabolicè perseuerare, Angelicum quid operantur se statim emendantes, nam *septies in die cadit iustus, & resurgit*. Sic quoque postquam deliquerunt Adam, & Eua egerunt, ex Ficus folijs sese tegentes, id est post errorem se corrigentes, & pœnitentiæ opera producentes, quæ sola pœnam nedum præoccupant, sed amissæ gratiæ damna D reficiunt; & sic Deus verè agnoscitur, atque timetur, quod & ipsi Ethnici cognouisse visi sunt, vndè Poeta canebat.

> *Sæpè leuant pœnas, ereptaquè lumina reddunt,*
> *Cum benè peccati pœnituisse vident.*

Asperitas etiam eorundem foliorum præcincta significat continentiæ frænum. In hunc ideò sensum Ficus, iuxtà Oraculum Aggæi, & Zacchariæ, designat Dona Spiritus Sancti, & consequenter subter Ficum sedere repræsentat quietem in operibus bonis. Sic Natanael, vt est D. Io. 1. sub Ficus vmbrâ sedens legum custoditam, & illius denotat obseruatores. Ficus insuper à vento agitari, est pati persecutionem, quià Ficus agitata à vento, vt in Apocalypsi cap. 6. iuxtà expositionem D. Augustini, est typus Ecclesiæ sub persecutionibus ipsis tortæ, quæ tamen radicibus in cœlum defixis semper protulit grossos suos, hoc est Sanctos Viros, & Martyres, ex quibus licèt laceratis inter per-

Marginalia: Iudicum 4. — Prou. 12. — Exod. 3. — D. Petri 1. & D. Paul. 1. Cor. 3. — Ioel. 3. — Gorop. in Vertumno f. 54. & 56. — Nahum 3. — Lauretus in v. cadere. — D. Matthæi cap. 21. — Adricom. num. 184. — Pli. l. 13. c. 7. — Prou. 24. — D. Chrysost. de Pœnitēt. Homil. 5. — Ouid. t de Ponto. — Val. f. 392. — Agg. 2. Zac. 3. — Prouerb. 27 — Zacharia 3 — Beda in Pr. & Rupert. in Zach. — D. Hieron. in Agg.

Cantic. 2. Ex.D.Freg & Lyra ſuper D.Marc. 34. D.Hier.in Michea. 4. Laur. in v. Ficus. Reduc.Mor. Pet. Berch. l. 12. c. 36. Exod. 23. Ezech. 47.

ter perſecutiones, fructus vitæ prodierunt ſempiternæ; in quem finem Ficus ſignificat Sacram Scripturam ſuauiſſimos proferentem fructus, ſimulq; veram felicitatem. Quià nunquam dubitandum eſt Eccleſiam fructibus ſuis deſtitui poſſe, quæ illos tam incipientes, quàm perficientes, atque etiam perfectos in quocunque ordine, & gradu maturationis ſemper profert, cum quibus enitent omnes virtutes pulcherrimæ, vberrimæ, & ſuauiſſimæ; nam Chriſtianus verus bonorum operum eſt fœcundiſſimus, quippè qui lac intus habet caſtitatis, dulcedinem pietatis, & vnitatem Charitatis, cuius ſemper eſt vnire, atque coniungere, tanquam benignæ, patientis, & quæ ſua ſunt non quærentis, & propterea myſticus Ficus Spiritualibus Athletis, qui pugnant contra vitia, conuenientiſſimus eſt cibus, qui fortitudinem, & vigorem contra Diabolum, & Mundi poteſtates auget. Semper igitur debent abundare bona opera ipſius Chriſticolæ, cui dictum eſt à Deo *non apparebis in conſpectu meo vacuus*, ſed *afferens fructus duodecim per menſes ſingulos*, ideſt ſemper fructifer, tam cogitatione, quàm verbo, & factis extrinſecis ſemper ergà proximum beneficis, de virtute in virtutem progrediendo; Hac de cauſa Ficus folia ſunt ampla, lata, & aſpera, quia poſſunt Homines & ipſa ad Charitatem

D. Aug. ſup. Pſ. 118. Pſalm. 118.

erudire, quandoquidem *Charitas latum mandatum eſt*, Quod vbi præſtiterint ijdem, in latitudinem Dei Mandatorum adamuſſim ambulabunt, & illorum quiſquis illud Pſalmographi poterit iuremeritò replicare; *Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui*, & ſic nedum melle, & lacte ſub lingua ſua abundabunt, verùm etiam per correctionem ſe proximis aſperos exhibebunt, illorum errores non permittendo;

Eccleſ. 12. Laur. in v. Ficus. Id. in v. abſcindere.

etenim *verba Sapientum ſunt quaſi ſtimuli*. Porrò Sycomorus, licèt aliàs, quaſi falſa Ficus peccatum ſignificet, vndè calcatio Sycomori deſignat peccatoris ſtatum, quem aut corrigere, aut omnimodè tollere, eſt Sycomoros ſuccidere; ſæpè tamen in bonam partem accipi ſolet. Nam Sycomorus, quàm Zacchæus Chriſtum ad Hiericonta tranſeuntem conſpecturus conſcenderat, & quæ adhuc tempore Diui Hieronymi viſebatur, vt idem diuiniſſimus Scriptor teſtatur in Paulæ Epitaphio, poteſt illos denotare, qui Mundi Sapientiam humilites ſectati, eligunt mox Dei ſapientiam ſubtiliter aſpicere; prudenter enim (ait Eucherius) Sycomorum aſcendimus, ſi prouidè eam, quæ diuinitus percipitur, laudabilem, & ſapientem fatuitatem tenuerimus. Quid enim inter mortales inſipientius, quàm amiſſa non quærere, poſſeſſa largiri, rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere; ſed iuxtà præceptum diuinum in omnibus præſtare patientiam? Tandem ex Caprifico cum ſibi ſit inutilis Arbor, & vtilis alijs, dum fructus edit nunquam matureſcentes, ſed culicum feraces, qui ad domeſticas Ficus euolantes, illarumquè foſſo cortice in maturitatem educunt, vndè tales eſſe, dicebat Plutarchus illos, qui cum facere nihil ipſi queant egregium, aliquo tamen pacto

Plut. ſymp. lib. 1. Cauſſin. ſym polyhiſt. l. 1 n. 22. & 23 Sen. ep. 88.

virtutem aliorum ſtimulant, ſtimulari deberemus ad continentiam, quam collo taurorum quantumuis laſciuienſium, circumpoſita, iſtius Arboris folia ſtatim reuiuiſcere faciunt; hinc ad Temperantiam, quæ Incontinentiæ frænum eſt, amplectendam impelli deberemus; nam *Temperantia* (vt Seneca ſcripſit) *Voluptatibus imperat, aliàs odit, atque abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum redigit, nec vnquam ad illas propter ipſas venit. Scit optimum eſſe modum cupitorum, non quantum velis, ſed quantum debeas ſumere*. Ità Vir morigeratus, & doctus, Veritatis aſſecla indeſeſſus in Problematibus ſoluendis pulcherrimum efficiet opus, illorum ſcilicet declarationem inculpatam, mirèquè extollendam, ita vt Philemonis illud præclarum dictum in praxim deducat,

n Pyrphor. ap. Stobæ ſerm. 63.

Haud Arte tantam Pictor vllus aſſequi,
Statuariuſuè pulchritudinem queat,
Tantum & decorem, Veritatis quantus eſt.

PROBLEMATA.

Cur Ficus nouiſſimè vitatæ vltimo loco

Peripateticorum Princeps de Ficubus nonnulla ſcitu digna quærit, & diſcutit; quæ præ ſui curioſitate præcedere hic debent; & primò: cur Ficus nouiſſimè eſitatæ vltimò euomantur, quum cætera inxtà ordinem, quo deglutita ſunt, emittat ſtomachus, ideſt prima vltimò, & vltima primò, non autem è contrà? Quod accidere putat, quia genus huiuſmodi pomorum, cæteris eſculétis longè grauiùs eſt;

A est; nam poma ingesta suo pondere in imum delabuntur, spatiumquè peramplum superius relinquunt, vt cibus sequens eo facile admittatur. Paulò verò post exquirit idem Philosophus, quare ocyus dulcibus, quàm acribus satiemur, vt videre est in Ficubus dulcibus, & in pomis acidulis; cuius effectus hæc est ratio, quia dulcia plus alunt, quàm acida; naturæ propterea desiderium, & indigentiam citius explent; vndè corpus ex pauco dulci plus capit alimenti, quàm ex multò acido. Exponit pariter, cur post fructuum esitationem, vt Ficuum, cæterorumquè generis eiusdem, vel vinum merum, vel aquam superbibere debeamus, licèt hæc adinuicem sibi aduersentur? habens quod huiusmodi pomorum genus calidum est, & humidum, per quem calorem habet efferuescere, vti mustum; & viceuersa per humorem nimium habet cruditatem causare. Vt igitur vtrunque vitium corrigatur, aqua expetitur ad feruoris extinctionem, illamq; maximoperè laudat Heraclides ex Athenæo, vinum requiritur ad concoctionem. Sed ex Villanouani Arnaldi mente procedendū est cum hac distinctione, & circumspectione, vt biliosi, & hepar calidum habentes tutius aquam bibant, reliqui verò vinum dilutum. Inquireret alius causam, ob quam caricæ bifidæ dulcissimæ sint, non autem
B sic multifidæ, aut inscissæ, vel integræ; quod ad sententiam Aristotelis euenire posse crederem, quia in multifidis cum humore deperdito euaporauit pars dulcedinis plurima, & in integris, non in incisis humor dilutus copiosior reperitur, qui dulcori obest. Quod in mentem reuocat antiquitus fuisse duplicem Ficum, vt & Columella nos docet; etenim Ficus olim dum siccabantur, in duas findebantur partes, quarum altera alteri superposita in forma Crucis, seù Stellæ pinguissima, & iucundissima, & ob id in mensis, ac medicina expetita; ideoque si quæreretur cur id fieret, effectus eiusmodi rationem redderet toties memoratus Philosophus Stagiræus, quià scilicet humor superfluus, & præcipuè pars aquea difflatur, & consumitur. Sciscitantibus autem cur Ficus, qui in furno siccantur, dulciores euadant, quàm qui sub dio suspensi manserunt. Non Aristoteles tantum, sed Natura ipsa effectibus suis, rudiori cuique in hac re non ignotis, responsionem afferre videtur, quià in furno totus euaporatus est humor ex nimio calore, in extractis verò, & expositis aeri, externus aeris humor emollescens aduocatur, & trahitur à calore. Sunt & alia de hoc subiecto problemata, quæ non impa-
C rem fortasse Aristotelicis, si benè perpendantur, præseferunt curiositatem; nam non nisi valdè lepidum est scire, cur Ficus noctu melius matnrescat, quàm interdiu: & ratio esse potest huiusmodi, quia nimirum cortex Ficulneus, cum sit raræ texturæ, vti & Arbor tota, facilè solis radios admittit, qui spiritum, caloremq; insitū lacteo liquori dissipāt interdiu; nocte verò hic non difflatur, ideoq; maturitati totus impēditur, quam celerius, & perfectius absoluit, nisi propter laxitatem Arboris, & nimiam lactei succi vbertatem obruatur. Sic & non parum nouisse prodest, qua de re Ficus virides sitim extinguant, sicci verò concitent; qui fiunt, quia viridibus à Ficubus non abest vinosa quædam humiditas, melleæ admista, quæ siccescentibus his fructibus resoluitur, mellea tantum substantia percocta, quæ sitim potest excitare, permanente. Sic & ex Ficubus præstantissimi habentur, quibus rubicunda est pulpa, & sapor subacris, censenturquè perutiles esse iuuenibus, & calido temperamento præditis, quià sic nullam excedentem habent qualitatem tam in actiuis, quàm in passiuis, vndè iuuenibus, & probè constitutis conducunt quammaximè, cùm simile simili conseruetur, & gaudeat. Sed in istorum fructuum, & vuarum similiter copia, cur non sit salutare vtrisque vti, quam-
D uis vtrique seorsim esitati valdè prosint excretioni alui; ratio est in labijs, quià scilicet nimia fieret turbatio, & confusio, quæ non sine doloribus, & torminibus esset, ob pugnam qualitatum subcontrariarum, quæ quamuis vnum effectum vltimum respicere videantur, effectus tamen intermedij varij sunt, vndè actiuitatum diuersarum pugna suscitatur. Plutarchus de naturalibus causis tradit Mnesitheum Medicum à Galeno in proœmio libri ad Glauconem commendatum, narrasse eos, qui in principio pulmonariæ morbi cæpas appetunt, seruari, secus autem qui Ficus, interire, & ideò nobis dat ansam inquirendi causam effectus huiusmodi; dicent aliqui appetituum horum alterum esse à natura, alterum autem esse morbosum, nimirum appetitum cæpæ prouenire à natura, quæ cupit subleuari, alterum à prædominante morbo, qui vapores mittens ad caput imaginationem mouet ad appetendum id, quod partem in sua discrasia conseruaret: sed quærent iterum quomodo id fieri possit? ad quæ respondendum est,

quod

Marginal notes: euomantur | *Arist. sect. 22. Probl.* | Quare magis satient dulcia, quā acria. *Id. ib. n. 3.* | Qua de causa fructibus esitatis, vel vinum, vel aquam superbibere debeamus. | *Id. s. sub n. 8* | *Arnald. de salubri fructuum esu.* | Qua de re caricæ bifidæ dulciores sint alijs | *Id. Aristot. sub num. 9.* | Ficus in clibano siccæ duriores cæteris quare sint. | *Arist. ibid. sub n. 10.* | Cur Ficus nocte melius maturescat, quàm die. | *ex Aduersar. nouis P. Penæ c. de oleomeli p. 26.* | Quare Fic virid. sitim sedent, & siccæ cieāt. | *Hipp. l. 2. de diæta. Plin. l. 23. cap. 7. Mercurial. l. 1. variar. lect. c. 14.* | Quare meliores cæteris sunt Ficus, quæ rubicundam

habet pulpam, & saporem sub acrem?

Cur Ficus, & vuas in simul non debeamus comedere.

Cur laborantes pulmonaria vel cæpas appetant, vel Ficos *Plutarch.*

Ficus esitati, cur dentes lædant, & vocem? *Arist. Probl. sect. 22. nu. 14.*

Ex Symphor. Hort. l. 24. c. 6.

Cur Ficus arbor amarissima, dulcissimos edat fructus. *Plutarch. Lib. 5. Sympos. quæst. 9.*

quod verè vi morbi *somniat sitiens, & bibit, sed cum euigilauerit, lassus adhuc sitiet,* febricitans auet vinum, quod sibi solum per accidens est malum, & ægrotus idem non morbosè, sed rationabiliter appetens appetit frigida, & humida potentia, per quæ subleuatur. Inter hæc proponi quoq; potest illud, quod tradit de Ficubus Demetrius Seprius, quare scilicet comestæ Ficus, & dentes offendant, & voci contrarientur, quamuis dulces, & molles sint, ac omnium consensu Medicorum virtute polleant pectorali, atq; stomachica conseruandi videlicet facultate sua naturali omnes pectoris partes, & consequenter organa vocis? quod non alia de re fieri creditur, nisi quia Ficus dum manduntur granorum suorum duritie dentes fatigant, seseque sua lentitate inter illos insinuant, putredinemque, suum propter calorem, efficiunt; & vocem alterant, vel diminuunt, quia grana illorum cum paruula sint, & indigestibilia, facillimè inhærescunt œsophago, & possunt ideò non parum lædere vocem, dum aspera arteria ad sonum edendum dilatatur, & aliquo pacto suis in actionibus impeditur, nam aliquam molestiam per partem post partem patitur. Quin & exemplum ab auctore prædicto affertur cuiusdam Hegesinactis Alexandrini Historiarum scriptoris, qui cum à principio pauper esset, Tragœdiarum optimus actor euasit, quòd Ficis per octodecim annos abstinuerit, alioquin Ficos esitando ἄφωνος extitisset, sed ad Arborem transeamus; Putant aliqui istam à fulmine non tangi, sicuti & Laurum: verum hoc non multum credibile videtur, vt obseruarunt ex Neotericis nonnulli doctissimi Viri, qui non iurarunt in verba magistri; illam enim obseruauit percussam à fulmine Brodinus lib. 3. sed hoc est de rarò contingentibus, quia Ficus, vt Laurus non peruenit ad altitudinem, & crassitudinem magnam, nec in editis nascitur locis, vt Arbores, quæ sæpè fulmine petuntur, nam fulmina sæpius altiora coneutiunt; Etenim res alta plures incidenter lineas recipit ab alto, sed non altissimo loco venietes; Ratio autem posset addi naturalis, quæ valeat, quantum valere potest, propter quam Ficus non quidem intacta manet fulmini, sed si tangitur ab illo, non læditur: quod fit, quia cum lignum illius spongiosum sit, & fungosum, ac minimè solidæ substantiæ, fulmen, quod intacta vagina, cōminuit ensem dū materiam duritiei suæ cedentem inueniens refugit, nec impetus sui vestigium quodpiam relinquit. Qua tandem de causa Ficus, quæ succo acri, & amaro referta est, fructum tam dulcem edere possit; id facilè edoceri possumus ex Plutarcho, qui eiusmodi effectus rationem affert hanc, videlicet, quod Arboris tota dulcedo in fructum secernatur, & abeat, & quod reliquum est in ligno remaneat; & quamuis grossus etiam sit amarus, non videtur secreta dulcedo in fructum; ego respondeo, quod sufficit, quod sit decreta illa humoris species, & intenta (cæteris concurrentibus) à Natura. Nec aliter Mala Aurea, de quibus mox agere in hac Historia Dendrologica est Animus, naturaliter Acridulcia semper talia dicentur, etiam si aliquam illorum speciem syluestrem nimis, exuccam, decoloremuè inueniremus.



Bacchus Sycites, Melichius.

VLYSSIS ALDROVANDI
PATRITII BONONIENSIS
DENDROLOGIÆ,
Libri Secundi, Tractatus Secundi.
CAPVT IV.
DE MALIS AVREIS, Siuè Medicis.

ORDO, NOMINA.

C POMORVM communiſſimis, hoc eſt Malis, vt ſic, atq; Pyris primò exactis, æquum erat Hiſtoriam fęcundiſſimi ſubſtruere tertio loco fructus, nempè FICVS; Huicq; iuremerito annectendum cenſuimus ſaluberrimum inter fœtus Arboreos felix Malum, Pomum ſcilicet Aureum, ſiuè Medicum, ceù perfectionum omnium Tetragoniſmum firmiſſimū, cui nomen Medici peregregium, non Patria magis quàm Virtus ſanationis effectrix nobiliſſima fecit. Pomum hocce aureo fulgens colore, atq; nitore ſuaueolentiſſimum, & gratiſſimo acore à cunctis expetitum cœleſte veluti coruſcum Acrumen, vulgò *Agrume* ſenſuum omnium ceù Delicium, & Vitalitatis quoq; Corculum debet celebrari, de quo dicamus quod in quaternarij laudē cecinit doctiſs. Petrus Bongus.

P. Ferrar. in Heſper. lib. 2. c. 21.
Reuodaus de Med. mat l. 1. ſec. 6 c 3
Guido Petinus med. Gallus in l. de tuenda valet. c. 2.
De myſt. numer. ſignif.

Briſeis, Pandora, Venus cum Pallade Iuno.
Oenone, Daphne, Laodamia, Themis.
Iliades, Nireus, necnon formoſus Apollo
Hic fixere ſuos, turba decora, pedes.

videmus nanq; Medicos doctiſſimos in huiuſmodi ſenſum effuſos, vt ſcribant pluris D fieri debere Malum vnum Citrium, quam vniuerſa officinarum cardiaca medicamenta ad vitalitatem. Cumq; Malum aureum, & medicum vniuerſaliſſimè ſumptum trimembre ſit, ſeù trium generum, nempè Aurantium, Limonium, & Citrium vnico hoc capite illud voluimus totaliter contineri; Polyonimum autem cum ſit hoc nomen Aureum, ſiuè Medicum, ſimulq; vnitati conſonū, illos ſolum audiendos eſſe exiſtimamus, qui ſub vno Aureorum Malorum generaliſſimo genere prædicta Aurantia, Limonia, & Citria cum ſuis ſpeciebus omnibus comprehendunt, quemadmodum eſt P. Io. Baptiſta Ferrarius Societatis Ieſu, qui in aureo ſuo volumine inſcripto HESPERIDES ſub vno Aureorum malorum nomine Aurantia, Limonia, & Citria ingenioſiſſimè fuit complexus; cui P. Matthæus Raderus ſacer conſocius in ſuis ad Martialem doctiſſimis, & abſolutiſſimis commentarijs concors obſeruatur, vbi hæc habet de Aureis malis: *Hæc Poma ſunt, vel ex Alcinoi, vel ex Heſperidum Horto lecta. Polyonimum eſt hoc aureum Pomum Græcè*

P. Mathæus Rad. in com. Mart. epigr. l. 13. ep. 36.

χρύσεον, μηδικὸν, ἑσπέρικον μῆλον, ἑσπερίδων μῆλον; κεδρόμηλον, περσικὸν, κίτριον, κοκκό-μηλον, περσικὸν, latinè *Malum Aureum, Aurantium, Malum Heſperidum, medicum, Aſſyrium, Citreum. Alij diſtinguunt malum aureum, ſiuè Aurantium à Citreo, medico, Aſſyrio, &c.* Origo porrò, ſeù cauſa inductiua nominis Aurei in hiſce pomis non vertitur à quopiam in dubium, quin ſit magna expetibilitas, & æſtimatio eorundem, quæ tãquam amoris pignus, iuxtà illud Maronis.

Virgil. in Bucol. egl. 3

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Boccat. Geneal. D. l. 5. cap. 22. *Eurip. ap. Stob. ſer. 85* *Virg. l. 2. Georg.*

Atq; pulchritudinis veluti præmium incomparabili Idæi Iudicis Iudicio Veneri formoſiſſimæ adiudicatum haberi promeretur: At quoniam Generis natura, & Patria coincidunt dicamus Malum Medicam Arborem à Mediæ regione cum Hiſtoricis ipſis, & Geoponicis propriè nuncupari, communius autem cum Aſclepiadeis à medendi virtute; en Virgilium in primis pro vtraq; denominatione ſtantem.

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius vllum
(Pocula ſi quando ſaua infecere nouercæ)
Miſcuerunt que herbas, & non innoxia verba
Auxilium venit, &c.

De neglecta ſtirp. cult. probl. 9. *Pl. l. 12. c. 3.* *Dioſc. lib. 1. cap. 131.* *Mind. c. 59.* *Minderd. in Alcodario* *Marcoſtino cap. 11.*

Libycam Varro maluit dicere ad ſui fortè libitum; Aſſyriam Columella; Bellonius inter neotericos Medicam à Medis populis dicendam aſſeruit. Theophraſtus illam ex Perſide Perſicam appellauit. Dioſcorides Medicam, & Perſicam à Media, & Perſide nuncupatam eſſe contendit. Plinius idem repetit. Caius Iul. Solinus Polyhiſtor de Media loquens hæc habet *hos terrarum ductus excipit Media, cuius Arbor inclaruit etiam carminibus Mantuani.* Verum Minderderus ſimplex medicus Medicam Malum ſubſtantiuè, atq; antonomaſticè quodammodo appellandam fore, & non adiectiuè dici ex ſolo natali Medo Medicam, ſic enim ipſe ait *in ſucci citrij viribus depradicandis vniuerſa hucuſq; medicorum ætas verſata eſt, adeò vt nomen malorum medicorum hic fructus non adiectiuè, ſed ſubſtantiuè loquendo adeptus fuerit.* Tertium Genericum horum pomorum nomen habemus ex Dioſcoride, nam præter nomen Aurei mali, ob colorẽ aureum, nomenquè tractum à Patria quauis, ſiuè Media ea ſit, ſiuè Aſſyria, ſiuè Perſia, nobis proponitur nomen Cedromeli, latinè citrij, & id ab odore fortaſſis cedri Arboris odoratiſſimæ, & cariem non ſentientis; hæc ſunt Anazarbei verba *Medica mala, Perſicanè, aut Cedromela, quæ latini Citria vocant, nemini non cognita. Arbor ipſa omnibus anni temporibus pomifera, alijs decíduis, alijs ſubnaſcentibus, malum oblongum eſt, rugoſum, colore aurum imitans, cum grauitate odoratum, ſemem habet pyri: id in vino potum venenis reſiſtit, &c.*

Dioſc. lib. 1 cap. 131.

Vnicum tantum apud Antiquos Malorũ Aureorum, Medicorũ, Citriorumq; genus fuit cognitum nondum enim Limoniorum, & Arantiorum nomina, & diſtinctiones ſpecificæ ſuos cultores, & diligentes ſpeculatores inuenerant; & quia conſtitutio quædam Pomorum Aureorum oblongior, atq; magis perpolita obſeruata fortè cæpit diuerſificare ſaporem internum, ſuccique quantitatem, atque mediante candore lenis, & exuccæ ſubſtantiæ, ſic Limonis nomen emerſit, quod tranſuerſum ſignificat, atq; lene, nec abſimili ratione inuectum credi poteſt nomen Aranciorum, ſeù Neranciorum à rancido colore, & ſapore corticis inſuaui, odoreq; deficiente ab aliorum iucunditate, vndè diſparata Aureorum Malorum ſpecies prodierit, licèt aliqui *Arancia* hæc voluerunt dici ab *Arancia* Achaiæ oppido; alij *Narancia* à *Narangara* Ciuitate Libyæ, alij à *Neratio* illorum primo inuentore; idquè omne citrà præiudicium antiquiſſimorum, & omnibus competentium nominum videlicet Malorum Heſperidum, Aureorum, Medicorum, Aſſyriorum, Perſicorum, Citrorum, vel Citriorum, aut Citreorum, quæ *Atrogi* Arabicè ſecundum Hermolaum Barbarum, quia incomeſtibilia haberentur huiuſmodi poma, dicebantur; *Hadar* Hebraicè; *Etrug* Chaldaicè, à decore nimirum, & pulchritudine.

Ptolom. geogr. l. 4. tab. 2 *Symp. Hort. l. 21. c. 10.* *Lib. 1. corollar. 176.*

Quibus ſic ſtantibus, ad exactam Malorum Aureorum, ſiuè Medicorum quoad ſpecifica nomina diſtinctionem deueniemus; treſquè genericas claſſes ſubdiuiſibiles quamuis in alias magis particulares ſpecies recognoſcemus, incipiendo ab Aurantijs Malis minus nobilibus, aſcendendo ad Limonia, & tandem ad Citra perueniendo; primò igitur ſeſe offerunt Mala Aurantia nominanda, quæ propterea Gallicè dicuntur *Pomme d'Orange, Orangé*; Germanicè *Pomerantzen*, Hiſpanicè *Naranzas*, & Italicè *Melaranze*, Romæ *Melangole, e Citrangole*, de quibus Fridęuallis.

A *Proxima sunt, Itali dixere Nerantia, primis*
Vincunt pelle, parum frigidus humor inest, &c.

Hugo Frid. dual. Sanpaulinus de tuend. san. lib. 2. c. 31.

Quod Nerantij nomen potuit fortasse deriuare ab odore Nardino, & illius speciei Nardi præcipuè, quæ Neria ad vnguenta est vtilis eiusdem naturæ cum Nardo Gallico, de quo Nardo Theophrastus libro nono Histor. Plantarum capite septimo sermonem habuit.

Duplex apud Chinenses Aurantium malum dari notat P. Ferrarius; Maius alterum, cui nomen Indigenæ fecere *Cansù*, alterum minus, quod *Kinkiù* dicunt; & cumplurimæ differentiæ ab insitionibus prodierint varijs, quibus cortex plus, minusuè amarus, crassus, tenuior, dulcis; medullaque item sapore acida, dulcis, vinosa, vel medij saporis, semina vel nulla, vel singularia. Substantia vel homogenea, vel eterogenea; colore, item vel subuirente, vel aperto, vel luteo saturo; vndè plura emersere nomina, quorum magnam partem prosecutus est idem P. Ferrarius; primò enim sunt *Aurantia vulgatissima*. 2. Aurantia *Aspermata* sinè seminibus. 3. Aurantia *crispo folio*. 4. *Stellata rosea*. 5. *Virgata*, seù *striata*. 6. *Fœminea*, seù *fœtifera*. 7. *Hermaphrodita*, seù *corniculata*. 8. *Callosa multiformia*. 9. *Distorta*. 10. *Citrata*. 11. *Vlyssiponensia*. 12. *Indica Insularum Philippinarum*. 13. *Sinensia*. 14. *Dulcicorticia*. 15. *Maxima*. Limonium verò Malum, quod vel à virore, cum λειμὼν sit pratum, vel à fame, quam excitat comestum, nam λιμὸς est fames, vt rectè existimauit Pontanus.

B

Quod verò aut viridem trahit à radice colorem
Frondibus, ac fructu, aut acuit sensumque, palatumq́;
Hinc nomen dubiâ certum sub origine mansit.

De Hortis Hesperidũ.

Germanicè *Lemon*, Belgicè *Limoen*, Hispanicè *ylimonzas*, Gallicè *Limon*, Italicè *Limone*. Quod apud Chinenses maius est vocari Pater Ferrarius asserit *Talimum*; Pusillum verò *Sialimum*, & quod eiusdem generis sponginum est à Lusitanis ibidem *Zamboam Teuzu* indigitatur.

Li. 2. Hesp. cap. 2. &c. Hugo Frid. de tuen. sanit. l. 2. c. 32

Assyrij pariunt etiam Limonia campi,
Crediderim succo hac vincere prima malo.
Cætera subducunt, nec prima vigoribus æquant.
Sic nullo varijs ordine dantur opes.

C

Sed qui apud nos passim habentur Limoniorum fructus hi sunt 1. *Limon vulgaris* 2. Ligusticus. 3. Caietanus, & Amalphitanus 4. pusillus Calaber. 5. *à Riuo*. 6. *Laura*. 7. *Incomparabilis*. 8. *Imperialis*. 9. *Dulci medulla*. 10. *Pyriformis*, siuè *Spatafora*. 11. *Spatafora Rheginus*. 12. *Racematus*. 13. *Striatus*. 14. *Sbardonius*. 15. *Rosolinus*. 16. *Barbadorus*. 17. *Scabiosus*. 18. *Citratus prima nota*. 19. *Citratus secunda nota*. 20. *Ponzinus*. 21. *Sponginus*. 22. *Pomum Paradisi*. 23. *Pomum Adami*. 24. *Lumia*. 25. *Lima*. Citri tandem nomen, quatenus contradistinguitur plusquam accidentaliter à prædictis duabus speciebus aliqui deducunt ab vrbe quadam in Græcia, quæ dicitur Κίτρος; Goenses Indi vocant eundem *Maulinga*, & si fuerit naturæ mixtæ vocant *Ambò*. Gallicè *Citron*, Germanice *Citron*, Hispanice *Cidras*. Italicè *Cedro*. Particularia cuius nomina hæc leguntur. 1. Citrum vulgare Belluatum, cucurbitinum. 2. dulcis medullæ. 3. digitatum multiforme. Sed de nominibus pro nunc satis: de cæteris inter genera fiet mentio; nostras tamen obseruationes, & aliorum quoq; non scriptas in sequentibus figuris exhibebimus.

Isid. orig. l. 17. c. 6. P. Ferr. Hesper. l. 1. c. 1 2. 3. 4.

D

DESCRIPTIO, GENERA.

Ad quamcunque tollendam Homonymiam circa mala medica, siuè Aurea describenda, ea tum in genere, tum in specie seiunctim sunt inspicienda, nam vniuersaliter sumpta æquè prædicatur de omnibus Acruminum speciebus, vt Aurantijs Malis, & Limonijs, ac Citrijs, eorumquè specialioribus speciebus; in particulari verò comperiemus Aurantijs Auream denominationem, reliquisque omnibus, tam Limonijs, quàm Citrijs ipsius Medici prædicatum magis accommodari, quamuis sub Citro quoque subalternè generico aliqui velint Limonium malum comprehendi, inter quos Renodæus est præcipuus, qui duo facit suprema capita, sub Aureis, & Medicis mi-

De med. mat. l. 1. sec. 6. c. 3. & 4.

militantia nempè Aurantia, & Citria, & ſub his ponit Limonia, & Citria ſpecificè magis ſumpta, dein Ponceria, ſeù Citroniata, & Adamica Poma, necnon Limas prout contradiſtinguuntur ab inuicem;idemq; Auctor Aurantia ſubdiuiſibilia facit in maiora, & minora, inquè vulgaria, & peregrina. Verùm Antiqui omnes vnieam, & ad plus duas tantum Arbores ſimillimas pro Aureis Malis, Medicis, vel Aſſyrijs, vel etiam Perſis deſcripſere, quoniam rudem, & vmbratilem tantum cognitionem illorum habebant. Theophraſtus de Malo Medica, & Perſica ſermonem habens in fine cap. 4. libri 4. H. Pl. ſic ipſas Arbores vnica ferè deſcriptione confundit, vt ambigi poſſit, an ſint duæ Arbores in vnam, vel vna in duas diuaricata, nam ſic loquitur Theophraſtus. *Malum Perſicum in Perſia Prouincia naſcitur, & hac Arbor folium ſimile, & penè aquale, atque Portulaca, aculeos quales Pyrus, aut ſpina acuta, ſed laues, acutoſquè vehementer, & validos. Pomum eius non manditur, ſed odore præcellit, necnon & folium Arboris odoratiſſimum eſt. Et ſi inter veſtes pomum ponatur, inoffenſas conſeruat. Vtile & cum medicinā mortiferam quis biberit, vel odoris ſuaueolentiam*, &c. Deinde nonnullis interiectis. *Malus Medica peculiaris in Prouincia Media naſcitur, vt Mala Perſica in Perſia*, &c. Dioſcorides, & ipſe *Medica Mala, Perſicauè, aut Cedromela, qua Latini Citria vocant nemini non cognita. Arbor ipſa omnibus anni temporibus pomifera, alijs deciduis, alijs ſubnaſcentibus. Malum oblongum eſt, rugoſum, colore aurum imitans cum grauitate odoratum, ſemen habet pyri*, &c. Virgilius itidem hæc pauca de Medica meditatus eſt Arbore, quam confusè admodum exponit.

Lib. 4. H. pl. c. 4.

Lib. 1. de Med. Mat. c. 131.

Georg. l. 2.

Ipſa ingens Arbor, faciemquè ſimillima Lauro,
Et ſi non alium latè iactauit odorem,
Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis,
Flos apprimè tenax, animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.

Lib. 16. c. 3

Plinium ſubindè videre eſt ab alijs ſuam hiſtoriam tranſcribentem, & in eadem confuſione verſari ſic loquendo. *Malus Aſſyria, quam alij vocant Medicam, venenis medetur; folium eius eſt Vnedonis intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum aliàs non manditur, odore præcellit, foliorum quoque qui tranſit in veſtes vnà conditus, arcetquè animalium noxia. Arbor ipſa omnibus horis pomifera, alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, & alijs ſubnaſcentibus, &c. nec alia Arbor laudatur in Medis.* Sed præmiſſis, ſeù miſſis factis Antiquorum deſcriptionibus, nos Neotericis oculatiſſimis adhærebimus Aurantia Mala primum deſcribentes, dicendo ipſa ab aureo colore ſaturo dicta figuræ rotundioris eſſe, cortice odorato quidem, ſed valdè amaro tegi, qui ad extra læuis, & planus impensè flaueſcens verſus rubrum; flores illius Planta promit toto anno albos, elegantes, ſuaueolentes, & fragrantiſſimos in æſtate, quorum nonnulli nodoſo pediculo adhærentes fœcundi ſunt, vbi enodes caſui obnoxij infœcunditate laborant; eadem Arbor Citriorum Arbori ſimillima eſt in omnibus ferè, præterquam in duabus foliorũ cõditionibus, nam illa non habet in ambitu ſerrata, ſed benè gerit pinnata in imo, cum duorum foliolorum appendiculis. Arbor non eſt admodum procera, multum tamen ramoſa eſt, & perpetua coma viret; ſementica fructus grana ſimilia Pyrorum ſeminibus, & amara gerit. Meditullium eiuſdem fructus acidum natura refrigerat, vt acetum, caro verò quæ inter medullam prædictam, & corticem ſituatur alba, læuis, fungoſa, inſipida ad caliditatem tantum accedit, quantum de humiditate ſibi detrahi ſentit. Cortex exterior aromaticus ad caliditatem, & ſiccitatem non modicum vergens, ita vt Aetius docuerit ipſum ad tertium vſque ordinem prædictarum qualitatum aſcendere, ipſequè Aromatariorum arte dulcoratus, mellequè conditus, Sinapi, alijſquè aromatibus probè tritus, & mollitus illud componit edulium liquidum, quod vulgariter dicitur *Moſtarda*, cuius origo nominis à muſto coćto ad formam mellis venit, ex quo *Muſtacei* quoque conficiebantur, qui modo fiunt ex farina triticea, melle, vel ſaccharo, & aromatibus, & ſunt veluti panes elliptici compreſſi, & ſubtiles Aromatariorum. Limonium ſubſequitur malum colore minimè rubeſcente, ſed flauo, etiam diluto, effigie oblonga turbinatum, & ouale, quandoque acidiore intus ſucco famis valdè excitatiuo; cortice tenui admodum, nec vt Arantiorum amaro; Folium illi eſt breuius, quàm Citri, ipſaquè crebris aculeis ſingulis in pedibus armatur; Succoſas, peracerbas fructus ſpicas ferè octonas habet, in quibus ſemina longiuſcula reperiuntur; illas ambit caro exilis, duriuſcu-

Tetrabili 1 ſerm. 1.

A riuſcula, & inſipida; materia ligni lenta eſt, ſequax, cortex leuis. Citreum mox Celebre clareſcit magis, & excreſcit Pomum, cui color Luteus viuidior, pulchriorquè ineſt, corticem habet craſſiorem, rugoſiorem, & caperatum magis, ideſt rugoſis cauitatibus contractiorem, & eſt odoratius, & medicis virtutibus maioribus ditatum; ſeminibus ſcatet intus quamplurimis corio indutis, ſeù veſiculis duriuſculis carnem albam, & amaram cōtinentibus, quæ in vnico tantum aſcenderunt aliquando ad nu. 150. Citrum porrò recens natum, & puſillum adhuc cutem rubentem præſefert, vireſcit mox in Iuuenta, deinde in conſiſtentia aureum pellis colorem aſſumit, & pellis fit maximè rugoſa, & verrucis tota infecta; quæ verò Citria Ponzeria, & Citroniata, & Adami Poma morſu aliquo veluti ſtigmatizata prægrandia ſunt, melonum adinſtar, orbiculata, cortice calloſo, carnoſo, craſſiſſimo, & concolore. Lima Citriorum nobiliſſimus fructus eſt, ſed mole paruus, qui ouo, aut malo armeniaco ſuppar cernitur, quamuis etiam aliquando ſit oblongior, & aliquando orbiculatior cum magna ſuaueolentia, eius fructus in medulla multa abundat humiditas; guſtu eſt dulciacido gratiſſimo, Folia habet Laurinis ſimillima, ſed maiora, quæ paululum, & crebro ſunt denticulata, nullo ad-B ditamento, vel diuaricatione hinc indè diſpoſita, ſed neruis tantum intertexta. Quod attinet ad Aureorum, ſeù Medicorum Malorum Generationem diſtinctam, quis eam enarrare, atque enumerare queat? Tot ſunt illius Differentiæ à Neotericis obſeruatæ, vt ad innumerabilitatem cum tendant nunquam explendam, ſufficiet vltimas tantum indicatas nominetenus tantum exponere ſub genere vnico generaliſſimo Acruminum cōcluſas ſpecialitates; & ſic ad vnigeneitatē vetuſtam huiuſmodi Arboreum exercitum compellemus. Vincentius Tanarius Nobilis Bononienſis contemporaneus noſter, & amiciſſimus, qui in rebus omnibus Naturalibus, & Ciuilibus, practicis præcipuè, verſatiſſimus erat, communiquè bono natus, in ſuo libro acceptatiſſimo inſcripto *Economia del Cittadino*, &c. octuaginta tres Acruminum differentias ſpecificas exhibet, quæ quaſi genericæ dici poſſent, quia ſubdiuiſibilitatem patiuntur, dum vel ex cultu vario, vel ex Aere, aliauè de cauſa diſcrimina diuerſa ſubire poſſunt. Primo igitur adeſt 1. Citrus vulgaris. 2. Citrus duplici flore. 3. Citrus Faſciculatus. 4. Citrus Acidodulcis. 5. Citrus oblongus Diui Benedicti dictus. 6. Citrus Rubicortex. 7. C Citrus, Paradiſi Pomum, exuccus. 8. Citrus Paricus Principis Burgheſij. 9. Citratum ſimplex. 10. Citratum duplex. 11. Citratum coſtatum. 12. Citratum Florentinum. 13. Pſeudocitratum. 14. Limia Valentina cortice leui. 15. Limia rorunda cortice leui. 16 Limia longa. 17. Limia dulcis. 18. Limia fortis. 19. Limia Pyri Bergamoti ad inſtar, pediculo longo Caſertana. 20. Ponzerium craſſum. 21. Ponzerium mediocre. 22. Ponzerium dulce. 23. Ponzerium rubrum. 24. Ponzerium punctatum Pij. 25. Sponginum. 26. Limia Hiſpanica dulcis. 27. Limia Hiſpanica acris. 28. Limia nodoſa. 29. Limia tranſparens. 30. Spataſora falſa. 31. Spataſora magna. 32. Spataſora mediocris. 33. Spataſora vera pyriformis. 34. Spataſora rotundior flore duplici, ſed non vera. 35. Limon vulgaris. 36. Limon Dominæ Lauræ acuminato apice. 37. Limon Calaber. 38. Limon Aſpermos, ſine ſemine. 39. Limon Diuæ Marthæ. 40. Limon mediocris, 41. Limon Caietanus longus. 42. Limon paruus longus. 43. Limon paruus rotundus. 44. Limon Aquauiuius ſapore piperis. 45. Limon ad modum paruus, ſpinoſus. 46. Limon aurantij cortice. 47. Limon compreſſus ſpongioſus. 48. Limon acridulcis. 49. Limon canaliculatus, vel ſtriatus tranſparens. D 50. Limon S. Remi. 51. Limon Paradiſi. 52. Limon Vlyſſiponenſis. 53. Limon Diui Dominici. 54. Limon citrangulus. 55. Limon Bandinius. 56. Limon ſinè pari. 57. Limon Barbadorus. 58. Limon de Riuo. 59. Limon citratus. 60. Limon citratus cum cortice criſpo. 61. Limon rubeus citratus. 62. Pomum Paradiſi. 63. Pomum Adami. 64. Limon appetitum acuens. 65. Aurantium dulce. 66. Aurantium acre vulgare. 67. Aurantium medij ſaporis. 68. Aurantium dulce folio criſpo optimum. 69. Aurantium dulce Caſertanum mordens guſtum. 70. Aurantium dulce ſtellatum Caietanum. 71. Aurantium Genuenſe, craſſum, dulce, cuius cortex manditur. 72. Aurantium duplicis ſeriei nucleorum acidorum, & corrice duriuſculo, & teneriori. 73. Aurantium prægnans, & pariens Caietanum. 74. Aurantium Roberti inſolens. 75. Aurantium dictum Gigas quadrilibre cucurbitinum compreſſum. 76. Aurantium cornutum Caietanum. 77. Aurantium fœmina in medio vacuitatem habens. 78. Aurantium

Econō. l. 5.

Paradiſi Pomum ob iucundiſſimū ſaporē.

Limia participat de Limone, & aurantia.

Pincerium, quaſi pomū Cereum.


Spataſora peretta vulgò, & pyriformis fructus.

De Limone Laur. P. Ferrar. l. 3. c. 9. & eſt totus edulis.

Adami Pomum videtur demorſum.

tium duplici flore. 79. Aurantium quadrangulum in morem Sacerdotalis Bireti. 80. E Aurantium dulce ſine ſemine. 81. Aurantium cortice ponzini. 82. Aurantium Chinenſe. 83. Aurantium citratum. Hac enumeratione contenti, in qua excogitabilia, ne dicam practica hucuſq; Genera Aureorum, & Medicorum Pomorum contineri poſſunt, Monſtroſorum, & Exoticorum prorſus, ideſt Indicorum prætermiſſa pro nunc proſecutione, de qua inferius, Patrias Oras eorundem fructuum breuiter attingemus, ſed Icones nonnullas volucribus oculis luſtrandas præmittimus.

Malum Aurantium Alatum in noſtris partibus frequens Anno 1660.



Aligerum ſpeciem referunt en aurea Mala,
Vt reliquos fructus viribus anteuolent.

Hæc Aurantia Mala, vt & ſequentia propè accedunt ad Aurantia Hermaphrodita, ſiuè Corniculata P. Ferrarij lib.4. Heſperidum cap.9. pag. 409. illis tamen noſtro Marti placuit Segmentatorum Malorum nomen indere, quia ex varijs Segmentis illa eadem videantur conſtructa.

Aurantia

Aurantia Mala Segmentata.




Vel etiam Aurantia caudata, ſeù cum appendiculis in ſuperficie ſulcata, quas appendices vulgus vocat Nymphas muliebres; ab Eruditis autem modeſtius vocandas eſſe Alas cenſerem, vt in noſtra hac quam addidimus obſeruatione anni 1660. quo plurima huiuſcemodi conſtitutionis ad nos ex Ligurum oris delata fuere. Quam conſtitutionem crederem eſſe Naturæ luxuriantis opus cum æquiuocarum cauſarum, Cœli nempè, Aquarum, & Telluris concurſu.

Mala Aurantia ex Octo, Nouem, & Decem nucleis conſtantia.

Mala Aurantia ſine ſemine.

P. Ferrar. lib. 4. Heſper. c. 4. pag. 343.



Naturam rerum magni vice ſeminis eſſe,
Dum cares hic Limon ſemine, abunde patet.

Proxima ſunt, Itali dixere Nerantia primis,
Vincunt pelle, parum frigidus humor ineſt.

Verticibus miro ſunt hac gratiſſima odore,
Dulce ſapit melius, pectoribuſque ſanet.

Sint folia Arboribus ſeruata virentibus ipſis,
Catera ſunt menſa commodiora tua.

H

Lib. 2. de San. tuen. cap. 31.

Sic latina eruditiſſimi Germani Chelys Hugonis Fridæualli pulſata modulabatur.

Mala

Mala Aurantia Chinensia.

Hæc Planta, peregrina licèt originem, atq; in remotissimis Regionibus natalitij antiquioris seruat denominationem Solijipsa nihilominus nobiliorum Viridariorum per totam Italiam, temperatasque Regiones Europæ effecta est ciuis, vbi familiariter viuens testaceorum Vasorum mirè delectatur Domicilijs.



Li-

Limoncellum Neapolitanum:
Sub nomine Limonis Puſilli Calabri P. Io. Baptiſtæ Ferrarij in l. 3. Heſperidum c. 5. pag. 210.




Hanc Plantam Limoniades Nymphæ noſtrorum temporum, mulieres nempè, quæ Viridaria maximè curant, & incolunt adamarent, tum propter eius magnitudinem valdè tractabilem, tum etiam quia non abſimilis Arboris fructus aliquando aſpermi commodiſſimi, vt ſuper edulia premantur, ſuccum ſynceriorem fundunt.


De

Limon rotundus Figura Mali Aurantij.

Aliud Limonis genus Figura Sphærica adinſtar Mali Aurantij,cortice, vt alijs eſt ſubtili, primo, & ſecundo craſſo, & lato, pulpâ, ſine vllo ſemine,ſapore Mali Aurantij,cuius pulpa diuiditur in decem trigonos, in centrum terminantes.Semen vnicum tantum adeſt in medio extra pulpam.



1. Limon cõmunior.





2. Limon Melopeponius.

Nil niſi qui pulchrum ſapiat, ſapidumquè venuſtet
Citreus hic Limon Melopepona refert.

Limo-

Limonis ſpecies acumine cuſpidato adinſtar caſei Marzolini, cortice ſcabro, quemadmodum habent Citri, colore Aureo, cute Tenui, medio cortice Pulpoſo, Albo, & latiore, quàm in Limonibus Glabris, octo habet trigonos, in quorum medio vnicum tantùm ſemen extat.







Ecquis auderet ab acuti ſaporis poſſeſſione fructus Limoniorum deturbare? omnia in hunc ſenſum conſentire videntur, vt in Acruminum fructuoſorum Genere Limonibus Principatus concedatur.

Limo-

Limonis genus Figura Sphærica adinſtar Mali Aurantij ſine vllo ſemine.






Pulpa ciuſdem diuiſa in decem trigonos integri, & aperti, depicti.


Arctam inter Aurea omnia Mala Aurantiorum nempè, Limonum, & Citriorum conſeruari cognationem ex pluribus liquere poteſt argumentis, ſed ex hoc ſimillimæ figuræ horum cum Aurancijs Limonum peculiariter innoteſcit, tum etiam ex ſaporibus mixtis, odoratis exhalationibus, ſpectabilibuſquè coloribus, alijſq; conditionibus, quæ mirificè diſſociantur, vniunturuè in quampluribus horum fructuum ſpeciebus, vt in volumine verè aureo de Malorum Aureorum cultura, & vſu Adm. Reu. Patris Ioannis Bapt. Ferrarij è Societate Ieſu excultiſſimæ doctrinæ viri videre licet, & in hiſce noſtris Dendrologicis de Aureorum, ſiuè Malorum Medicorum Hiſtorijs, & in aliquibus etiam P. Ferrario minimè allatis imaginibus patere poteſt.

De Limone Dulci Cortice, Melopeponite diuiſo in 18. Triangula ſeminibus plena.

Menſe Maij anni 1591. dono datum fuit clariſſimo noſtro Aldrouando Limonis Pomum ab Illuſtriſs. D. Camillo Paleotto, quod more Melopeponis ſectum in quinque fragmenta erat, apertum, ſpicâ pulpæ varium, ſitu, ac ordine, & figura à ſpicis, quæ in vulgaribus conſpiciuntur, multipliciter, & maximè numero differebat, vt in pictura apparet; non tamen decem ſpicas ſuperabat. Figuræ ſpicarum huius penè in Orbes formatæ erant, vulgaris verò figuræ Triangulæ, Iſoſcelæ, in centrum vnum ſe conferebant. Exotici tota ſtructura videtur æmulari rete, nec omnes in centrum recurrunt, cum octo in peripheria ſint, requæ duæ in horum medio conſiſtant. Cortex verò carnoſus, candidus, amplectens, ambienſquè ſpiculas, longè anguſtior videtur, quàm in vulgaribus, è contrà verò cuticula exterior aurea, craſſior eſt vulgari noſtra. Exotici cortex ſapidior erat, in amarum vergens, vulgaris dulcior, magiſque inſipidus, cuius ſuccus longè acetoſior erat, quàm peregrini, quod videtur dulce quodammodo ſapere.



Eiuſdem Limonis ſuprapoſiti figura integra.



PA-

A

PATRIA.

Diuisæ Arboribus Patriæ; non omne Solum Aureis Pomis est Patria; non vbique fluit Iber, Tagus, Arimaspus Diues Arenis; & vt pomum istud Aureum esse noscatur, Aurumquè illud ignitum, hoc vnum suadet quod in locis tantum calidioribus, & ceù igneis Patriam amatam, humiditatum tamen amantem querit iuxta ea, quæ Palladius illustris Geoponicus obseruauit. *Calidis locis, sed irriguis, & maritimis maximè gaudet, quibus humor exundat. Sed si quis hoc Genus, vt in Regione frigida nutriatur extorquet, loco, vel parietibus munit, vel in meridianam partem verso disponat hanc Arborem, sed hybernis mensibus tectum stramine*, &c. Herculi cum fuerit adscripta vetustos apud Scriptores Pomorum Aureorum in Europam introductio, ea non alia fuit, quàm Astrorum Solis, & Martis calorifica admistio, atque valida protectio, nam quisquis fuerit ille primus, qui Europam huiusmodi Pomo Aureo ditauerit,
B illud certè non potuit nisi Solis, & Martis feruidioribus committi radijs, quemadmodum Palladius in Sardinia, inquè territorio Neapolitano fecit. Tres Italiæ præcipuè Regiones Pomi Aurei Patriæ benignæ, & salutares eas sere tepore suo non modico mediante, atque subterraneo madore, vt est Ager Salodianus secus Benacum Lacum, qui maritima gaudet prærogatiua

Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino.


2. Ora Ligustica perpetuò veluti Vere, Autumnoquè Malorum Aureorum floribus, & fructibus eodem tempore abundant. 3. Campania fœlix, & Brutia tellus aeris temperatissimi, & omnium maximè fructiferi, & delitiosissimi; in Gallia, Hispaniaquè aliquas inuenire est particulares Regiones Austrum spectantes, calore, humoreque copioso præditas, in quibus patria erga Pomum Aureum potestas elucescere potest. Sed vbique gentium in Insulis præcipuè Orientalioribus, versusquè meridiem per Ægeum mare, vt in Corcyra, Creta, &c. huiusce Generis Aurei Pomi Patriæ frequentes recognosci possunt; verùm illa veriori ratione censeri debebit Patria, quæ conseruationi
C eiusdem Arboris diuturniori fauebit, illiusq; calidum innatum, humidumq; radicale tueri felicius, atque facilius poterit; nisi enim viuat, & fructificet in sæcula ipsa vegeta, & sana Aurei, & Medici Mali Planta non potest dici loci illius ciuis, sed potius relegata, & deportata melioribus exuta bonis, & præcipuè longæuitate, quæ illius propria generis semper fuit à clarissimo Pontano hisce carminibus celebrata.

Nec verò spatium vitæ breue, seù breue tempus
Est Citrio: æternum genus, immortalis origo,
Et species æterna quidem, stirps Citria longum
Ipsa manet, sæcla exuperans, & iungere sæclis
Sæcla parans. Trunco extincto mox surgit, & alter,
Indè alter: victrixquè diu sua robora seruat.

Certum quidem est Citrium non tam libenter nouas admittere Patrias, ac facit Aurantium, quia in nostris Regionibus non multum viuax est, nec iniuriarum patiens aeris inclementis, & propterea tanquam peregrina Planta habetur, quam Hesychius Indicam appellauit non immeritò. Sed experiri nunquam cessatum est nostras asciscere in
D oras Patrias pulcherrima Medicorum Malorum nouiter repertorum genera à tempore vsque Plinij scribentis *tentauere gentes transferre ad sese propter remedij præstantiam fictilibus in vasis*, nam ex cælo Sinense conati sunt nostrates acquirere poma *Canzu, Kinkiù, Talim, Sialimi Teizù*. Item *Maulinga* maiora, minoraquè fastigiata; *Ambo* quoque, seù *Manga* Goana citreiformia extrinsecus; necnon Limonia *Nimbuo*, & Aurantia *Naringa*, atque *Salsetana*, *Tranancorensia*, *Ceilana*, &c. mixtaquè mirabilia seruantia colorem, saporemquè extrinsecus Limonij, intus verò Aurantij, & è contrà, partimquè tam extrà, quàm intrà Aurantij, atque Limonij, vt in Figura præsenti.


Aurantio-Limonium. 1.

Simile Aurantio Virgato Patris Ferrarij Lib. 4. Heſperidum cap. 7. pagina 399.




Malum Aurantium Citratum.

Iuxtà obſeruationem à me habitam anno 1665. in qua figurâ, colore, odore, ſaporeque tam ſucci interni, quàm corticis Aurantium Malum omninò dicendum erat; ob inæqualitatem verò ſuperficiei, atque candidæ ſubcutaneæ, ſubſtantiæ craſſioris conſtitutionē Citrum prorſus æmulando, Fructus compoſitus ex Aurantio, atq; Citro videbatur pronunciandus, vel fortè melius Malum Aurantium Citratum.



Congruit hæc obſeruatio cum allata à P. Ferrario in lib. 4. Heſperidum cap. 12. pag. 423. ſeù parum diſcrepat ab eadem.

Duo hi fructus Aurantiolimonij ſcilicet, vel Citroaurantij admirabiliter mixti, quorum ille mihi fuit communicatus, & elargitus ab Illuſtriſſimo Co. Carolo Antonio Manzino Philoſopho Collegiato; hic verò ab Excellentiſs. D. Doctore Collegiato Berlingerio Gypſio quondam excellentiſs. Medici D. Ioannis Aloyſij filio, vt ex his appareat naturalis, & ſymbolica horum fructuum copulatio pro identitate eorundem ſpecifica demonſtranda. Partes protuberantes ſunt Citriæ omnino colore, odore, ſapore, & partes planæ ſunt aurantiæ ſimiliter, quæ omnes Aurantiorum qualitates, & conditiones retinent.



At quoniam hic fructus Medicorum, & Aureorum omniū Malorum Medicas in vnum congerere, & oſtendere videtur facultates ſequens luſimus Diſtichon.

Aurea quæ fuerat Crœſo ditiſsima Gaza
Non potuit morbos tollere: & iſta poteſt.

Hæ quidem incertæ quodammodo miſtiones Æquiuoca, & Denominata, vt explicentur accerſunt.

ÆQVI-

A

ÆQVIVOCA, DENOMINATA.

Pomum illud palliatè solum, & omninò extrinsecus Aureum quod Pomium amoris Herbarij dixere Malum verè insanum est, & indignè vsurpans sibi nomen Aurei Pomi Arboris proprium Aurantiorum, Limoniorum, & Citriorum, in quo medica consistit omnium ferè Malorum salus, vbi Malum Aureum insanum plurimas excitat, fouetquè ægritudines, de quo & suis congeneribus ille Botanicus hæc differebat.

Gesn. in Horto.
Cast. Dur.

Sunt ventosa, lepras gignunt, capitisque dolores
Humoresquè atros, cancrosquè obstructaquè splenis
Et iecoris, longasquè febres, faciemq; colore
Priuant iucundo.

B Perfida furentis est amoris illius flamma, quam valdè accensus color tetri odoris comes in hoc amoris insano pomo prodit, eiusdem Herbarijstæ præclaro testimonio

Proritant Venerem, quæ mala insana vocantur.

Ita vt ab illius commercio, tanquam Solano furioso, secundum aliquos Scriptores, sit fugiendum, cui Ouidianum illud obijcere meritò poterimus

Barch. Pinat. lib. 5. sect. 1.
Epist. 12.

Perfide sensisti, quis enim bene celat amorem?
Eminet inditio prodita flamma suo.

Et quoniam Arbor Aurei Mali Historico-poeticum Æquiuocum nobis suppeditat eruditis auribus haud indignum, quod nobilis Poeta Mediolanensis Lancinus Curtius ingeniosè scripsit, illud hic ponere non dubitaui; Phyllidem quandam refert Poeta, cui ex Arbore Mali Aurei cadenti proprij capitis *vita* vitam ademit; seù Mali Aurei fructus, qui *vita*, non quidem propriè, sed æquiuocè dicitur.

Lib. 9. epig. Epist. 28. pag. 133.

Mala puellari studio Mala Aurea Phyllis
Dum legit, aeria, ac Arboris alta premit,
Incautam fallente gradu est aelapsa ruina
C *In caput, hinc capiti est vitta soluta decor:*
Restrinxitq; gulam niuidos qua vitta capillos
Stringebat, ramo, & triste ligauit onus.
Iura heu sæua Poli, crudelia fata: salutis
Quæ spes, si cogit iam quoque vita mori.

Sat. Hesich.

Sed hinc tutius Prata-Læta, irriguaquè loca petamus (nam *λειμὼν Limon* est Pratum, Locusquè irriguus) in quibus tot innocentes, imò vtilissimas Herbas inueniemus *Medicam* in primis Herbam multiplicem, *Limonium* Herbam, quæ Beta syluestris à Plinio, & ab Aetio Cynoglossa dicta fuit; *Limoniumq;* Peregrinum, atq; *Limonium* Anemonis speciem; floresquè pliurimos *Citrini* coloris conspiciemus, simulquè odorem Citrinum in Herba *Citragine*, Melissophyllo scilicet degustabimus; *Limoniam* fortè Nympham inuenientes, de qua Aristænetus in hunc modum est locutus *Limona interea caput floribus redimitum in prati speciem redidit*, ab ea sciscitabimur num *Citratis*, seù *Citrosis* vestibus delectetur; Vndè ad Ciuitatem redeundo æquum est, vt ab Æquiuocis Denominata vocentur, vbi non caret consideratione familiarum quarundam deno-D minatio, à Malis Aurantijs in nostra præcipuè Ciuitate Bononiæ, vt Familia Monterentia Nobilis, & Antiqua, ex qua præclariss. Iurisconsulti, inter quos Annibal Statutorum Bononiensium commentator famigeratissimus, atq; Illustrissimus, & Reuerendiss. D. Iulius Episcopus Fauentiæ, & in Romana Curia Præsul, non vni, sed pluribus Summis Pontificibus acceptissimus prodiere. Familia item de Arantijs, quæ celeberrimum, & doctissimum tulit Medicum Iulium Cæsarem Arantium à centum circiter annis florentem, qui plura, eaquè doctissima in chirurgia composuit, atque edidit opera, scilicet de Vulneribus, de Humano Fœtu, & consilia varia medicinalia, Basileæ, Lugduni, & Francofurti impressa: At quonia non sat est ab Aureis Malis fluere nomina res varias denominantia, id est quod ipsa actiuè denominent, nam debent quoque passiuè denominari, & in se varia nominum attributa recipere, ideò locus erit Epithetorum in Aureis Malis expositioni.

Diosc. lib. 4. c. 16.
Plin. l. 20. c. 8. serm. 10. c. 8.
Clusius H. Pl. l. 4. cap. 55.
Cauch. Pinac. l. 5. sec. 2. & l. 8. sect. 6.
Gesn. in Horto.
Diosc. l. 3. c. 118.
In epist. lib. 1. epist. 3.
Varro de re rust. lib. 3. 2.

E

EPITHETA.

Malus Aurea, siuè Medica, cum omnes sub se contineat Aurantiorum, Limoniorum, & Citriorum species, Epitheta sibi non nisi vnita, & indistincta vindicablt. Dicemus itaque illas generaliter *Aureas*, & *Aureolas* vocari, quia illarum fructus omnes *Aureum*, vel saltem Auro similem colorem referunt. Hinc celebris Iosephi Baptistæ Thalia Pindarico volatu ad eruditissimum nostrum Angelicum Aprosium se conferens, inter cætera obseruandum reliquit.

Poes. Melic. part. 1.

Di penduli giardini
Curuò ponti superbi, oue disposi
Inuolate à gl'Arabici confini
Palme vittoriose.
Quì mandò dalla fertile pendice
I Cedri eterni il Libano Fenice.
Quì venne IL POMO D'ORO,
Che custodiua vn tempo il Drago Moro.

F

Inde eum Arbor semper vireat, & varijs alijs qualitatibus potiatur à nobis appellabitur *Virens*, *Viridis*, *Spinosa*, *Virescens*, *Viridans*, *Breuicaudex*, *Pumila*, *Ramis longa*, *Crassa*, *Firma*, *Lenta*, *Obsequiosa*, *Aculeata*, *Folijs oblonga*, *Lata*, *Leuis*, *Splendens*, *Pallens*, *Odora*, *Pallida*, *Odorata*, *Serrata*, Floribus *Candida*, *Candens*, *Calathiformis*, *Solida*, *Purpurascens*, *Odorifera*, *Perpetua*, idest *semper florens*. Fructus *Magnus*, *Oblongus*, *Rugosus*, *Fragrans*, *Aureolus*, idest *Aureo colore refertus*, *Flauescens*, *Tuberosus*, *Flauus*, *Flauens*, *Suaueolens*, *Olidus*, & *Topiarius*, quia scilicet hic fructus flexilis, & facilis ad varias omnes formas acquirendas, quas illi hominum illustris adaptarit industria. Caro huius fructus dicetur *Densa*, *Dura*, *Firma*, *Candida*, *Candens*, *Dulciacida*, *Crassa*, *Edulis*, *Odora*, *Albida*, *Perexigua*. Cortex *Lucens*, *Amaricans*, *gustuque insuauis*, sed *Suaueolidus*, & *Tenuis* Cum verò Macrobius in libro de syluestribus Arboribus dicat: *Generantur autem in Perside omni tempore Mala Citrea*, & Theophrastus Interprete Bodæo afferat Medicam, & Persicam hanc Malum vocari, quia in Media, Persideque frequens reperitur, atque ex istis Regionibus in Græciam, Italiamquè transuecta sit, ideò ex Media, & Perside poterunt Malorum istarum non inuenusta Epitheta comparari. Erunt igitur Arbor huiusmodi, illiusquè poma ad mentem nostram nuncupanda, sicuti *Medica*. ita *Meda*, *Cadusia*, *Media*, *Marda*, *Charduca*, *Gordiena*, *Caspia*, *Margasia*, *Goronia*, *Iasonia*, *Zagria*, *Choatria*, *Orontaa*, *Niphatica*, *& Niphataa*, *Amarda*, *Cambysia*, *Strabonia*, *Corindaa*, atq; *Cyriaca*. Hæc ex Media, & præcipuis ipsius Regionibus, & Vrbibus huiusmodi fructuum feracitate magis insignibus. A Perside sicut & *Persica*, ita & *Persa*, *Achamenia*, *Arsacia*, & *Arsacida*, *Danaeia*, *Cephea*, *Cephaia*, *Tauria*, *Taurica*, *Coronea*, *Mesabata*, *Rapsia*, *Suzea*, *Magorea*, *Stabaa*, *Bagradica*, *Bagradaa*, *Agradata*, *Coria*, *Euphrataa*, *Euphratisia*, *Oxta*, *Margia*, *Ochia*, & *Arsa*, atque alijs ducentum Synonymis, quæ ab Vrbibus, Montibus, & Fluuijs, tam vastarum Regionum deduci, possent. Insuper, quia Citrus perpetuò viret, & habet folia Laurinis similia, & ex ipsâ nascuntur Citria ad pharmaceuticen aptissima, par erit illius alia, & diuersa Epitheta describere; dicetur ergò Arbor omnibus anni temporibus *ferax*, & *fructifera*, quippè quæ eodem momento, & flores, & fructus maturos, ac immaturos proferat. Cognominatur *Alexipharmaca*, seù *Alexiterica*, quià, vt sentit Oppianus, eius fructus è vino exhibitus ventriculum penetrat, ac per poros educit venenum. Hoc etiam innotuit Virgilio, quando cecinit hunc in modum afferendo pariter ex Media hæc Poma deferri.

G

H

Media fert tristes succos, tardumquè saporem
Felicis Mali, quo non præstantius vllum,
Pocula si quando sæua infecère nouerca,
Miscueruntquè herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.

Nec erit nefas hanc Arborem *Irriguam* vocitare, cum illud sit irriguum, quod, vt

hæc

A hæc Arbor, multa gaudet aqua. *Austrorum* quoque *Pupilla* poterit appellari, iuxta illud Legati nostri L. L. C.

Vna inter Plantas Citrus à spirantibus Austris
Sentit opem, & Borea læditur vna minis.

Non pariter inepte ac inconcinnè Malum huiusmodi, illiusquè fructus vocabimus *felices syluas*, *aurea dona*, & *Atlantica munera*, cum satis constet frequentem nasci in syluis Atlanticum Iugum in Africa circumsepientibus, vndè Martialis

Accipe felices, Atlantica munera, syluas, Lib. 14. ep. 89.
Aurea qui dederit, dona minora dabit.

Indè quoq; nobis ansa porrigitur illam dicendi *filiam sylua Maura*, vt est ibidem 90.

—— Nec filia sylua Maura.

Cum sola Citrus, & non Ebenus, vt sentit Franciscus Serra, per hæc verba intelligi debeat, dum scribit Virgilius

—— Sola India nigrum.
Fert Ebenum, &c.

B Ex hac fiebant mensæ quondam apud Romanos pretiosissimæ, quare Mart. 9.

Et testudineum mensas quater hexaclinon
Ingemuit Citro non satis esse suo.

Et Petronius Arbiter

—— Ecce Afris eruta terris
Citrea mensa, &c.

Vndè habemus posse Citrum appellari *pretiosam*, atque *raram mensarum materiem*. Sunt & Citria, quæ dicuntur *Maxima*, cum quandoque ad pondus librarum decem perueniant. Hæc quia adferuntur ex Ligusticis oris, & Insulis Adriatico freto adiacentibus, atque ab lacu Benaco, modò *Prælunga*, modò *Rotunda*, & alia à Campania felici, nobis cognominabuntur à *Torbia*, siuè *Turbia* Diui Remi in Liguria oppido, cuius ager Citris, Palmis, Medicis, Limonibus, alijsquè Arboribus feracibus mirabiliter exornatur, teste eodem Serra, in suo Synonymorum volumine, *Ligustica*, *Liguriensia*, *Torbia*, seù *Turbiana*, *Apuana*, *Ingaunia*, *Monsana*, *Intemelia*, *Dia* C *nia*, *Monachia*, *Naulica*, *Mauritia*, *Sabatia*, *Saulia*, *Segestia*, *Tegolia*, *Spedia*, *Virgia*, *Finaria*, *Ericia*, *Maeria*, *Varia*, *seù Varaa*, *Merulana*, *Porcifetensia*, *Summaria*, *Cenemelia*, & *Vesulana*. Ab Insulis Adriatici maris *Absora*, vulgò *Osero*, atque Absyrtidibus, & Issa ad Illyricam stationem sitis, & Diomedæis propè Apuliam hodie *S. Maria di Tremiti*, siue à nonnullis Theueria, necnon & ex Lysna, Italis *Lesina*, *Absorta*, *Absyrtis*, *Issia*, *Issaa*, *Diomedaa*, *Theutria*, *Theuerica*, *Lysnia*, *Lysnica*, & *Lysnaa*, *Adriaca*, *Illyrica*, & *Adriatica*, *Dalmata*, siuè *Dalmatica*, & *Veneta*. A Benaco lacu *Benacia*, *Benacensia*, & *Lydia*, siuè *Tyrrhena*, aut *Tyrrhenia*, quia Lydi, nempè Tyrrheni, sic nuncupati à Tyrrhene Atyos filio, qui è Lydia Colonos in Etruriam deduxit, Agros huic lacui contermninos coluisse putati sunt, vndè etiam lacus dicitur Catullo Lydius; Ex Campania felici *Campana*, *Calatia*, *Calataa*, *Calatiana*, & *Calatensia*: Calatia enim vulgò *Caiazzo*, illius insigne oppidum est. Præterea appellabimus hanc Arborem *Autololaam* ab Autololibus Populis Africæ ad Atlantem Montem positis. A Mauritania *Mauram*, *Maurusiam*, *Mauritanam*, *Libycam*, atque ab ipso Atlante *Atlantaam*, seù *Atlanticam*, ac *Maurusiacam*, & *Raram*, vt inquit Martialis lib. 12.

D *Et Maurusiaci pondera rara Citri.*

Mauros etiam postes propter hanc causam dicemus, qui constant ex hac Arbore Mauritaniæ. Ecce Statium 1. silu. 3.

—— Mauros vndique postes.

Massylum Robur, siuè *Massyla Robora* Citrum indicabunt, vt idem 3. silu. Citria quoq; dicuntur Poma, vel Massyli Draconis, vel de frondibus Horti Corcyræi, quemadmodum scripsit Martialis lib. 13. epigr. 36.

Aut Corcyrai sunt hac de frondibus Horti,
Aut hac Massyli poma Draconis erunt.

Ipsa etenim Corcyra fuit olim clarissima Hortorum Alcinoi Phæacum Regis fama, in quibus insignes Citri alebantur, sed magis propter copiosa Citrorum, Medicorum, & huiusmodi generis Arborum nemora, quæ per totam Insulam ex mira aeris indulgentia

gentia proueniunt, miranda ſanè. Mala etiam *Maſſyla*, *Maſſylaa*, *Maſſylia*, *Maſſylienſia*, & *Maſſyliotica*, *Occidua*, atque *Heſperia*; non quod Heſperiam noſtram, ſed quod partem ad heſperiam, ſiuè ſolis occaſum ex Mauritania reſpiciant, ſeù quod ex Heſperidum Viridarijs nomen aſſumpſerint. Quò reſpiciebat eruditus noſter Legatus, cum ad doctiſſimum virum Io. Franciſcum Bonomium communem amicum Lyricè ſcribens, Etruſcam in hæc pulſabat chelyn. E

Che non oſi, m'inſegna
Quel cuſtode Direeo, del ſacro colle
Tentare il varco, e di ſalir non creda
Chi, come Te, non regna
Primo ne' dolci metri, e non s'eſtolle
Soura tutta la turba Citareda;
Se non, ſia che s'auueda,
Ch'à la difeſa è non men forte, e vago,
Che in cuſtodire i Pomi ESPERII il Drago.

Ex Plinio Malus Aurea naſcitur in Aſſyria, ideo Malus *Aſſyra*, ſiue *Aſſyria*, atque *Aractaa* pariter vocitatur. *Olbia*, *Olbiaca*, ſeù *Olbiana* à pulcherrimis Olbijs Inſulis, non procul, atq; ex aduerſo Stæchadarum cis Maſſyliam, in quibus tradidit doctiſſimus Io. Stephanus Strobelbergerus in deſcriptione Galliæ Politico-medicæ Arantia Poma, Limonia, Citria, & Granata tam familiari fœtura perennare, vt ob ſemper virentium lucorum hilaritatem præ ſtupore quis ferè attonitus fiat. Addamus quæ retulit P. Chriſtophorus Borrus in Regno ſcilicet *Cocincina*, aliàs *Anam*, ſeù *Coci*, Occidentalium Indiarum Cinam verſus poſito, peculiariter Mala Medica, & Aurea reperiri, longè Europæis maiora, & pleniora, quorum cortex exterior adeò tenuis, tener, & ſapidus eſt, vt cum ipſo ſucco, qui inter dulcem, & acidum medio ſapore potitur, non ſecus ac Limonia Italiæ, in cibis vſurpetur. Vndè comperimus Mala, de quibus in præſentia agimus, poſſe *Cocincinaa*, *Cocincinenſia*, *Inda*, *& Indica*, ſeù *Occidentalia* nuncupari. His omiſſis, in Europam noſtram redibimus, & Arborem huiuſmodi *Damaſcena*, ſeù *Damaſcenia*, *Cypria*, *Veneriq; ſacra* Epithetis inſigniemus. Dos quoque templorum Cypridis, nitens, atque fulua comas, & ramis crepitantibus auro fuluo dicetur, iuxtà Sulmonenſis Poetæ dictata, quibus Venus ipſa ſic loquens inducitur. F G

Ou. 10. Met.

Eſt ager, indigenæ Damaſcenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima, quàm mihi priſci
Sacrauere ſenes, templiſquè accedere dotem
Hanc iuſſere meis; medio nitet Arbor in aruo
Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hac tria fortè mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu, &c.

Rationem autem cur Malus Aurea, ſiuè Medica, illiuſquè poma Veneri ſacra cenſeantur, Poetarum inſigniores vnanimi patefecere conſenſu, quia ſcilicet Amoris ſymbolum repræſentant. Ecce Philoſophorum Homeri, diuini ſcilicet Platonis carmina hoc confirmantia, quæ cùm græca ſint, latinè ſonant.

Malo te ferio, tu ſi me diligis; illud
Suſcipe; & imperti virginitate tua.
Hoc fieri ſi poſſe negas, hoc ſuſcipe Malum, &
Quam pereat paruo tempore forma vide. H

Quo collimant & quæ Philodemus ad Xantippem canens ita latinè dantur.

Malum ego, me iaculatur, amat qui ſe, annue quaſo
Xantippe: tibi mox nam, & mihi forma perit.

Ex quo parodiam ad Flauiam habuit Pierius Valerianus.

Pomum ego, quiquè tibi dat me, te deperit, audin'
Flauia? marceſcam nempè ego, tuquè etiam.

Amoris ſymbolum hoc Pomum innuit, & Virgilius.

Malo me Galatea petit laſciua puella.

Ex his omnibus nobis innotuit hoc Malum dici *Nuptiale*. Nec immeritò quia aliundè habemus tellurem illud in honorem nuptiarum Iouis, & Iunonis profudiſſe. Adijciatur, quod

A quod Plutarchus refert in præceptis coniugalibus Solonem legem tuliſſe, nè ſponſa ad maritum ingrederetur priuſquam Malum Aureum comediſſet, innuentem ea re primam, quæ ore, & voce initur gratiam, concinnam debere eſſe, & ſuauem. Nuptialis igitur, *grati Veneri* fructus Amoris, & *Amoris teſſera*, ſeù notæ ex Embl. Alc. non erit his Malis cognomentum indecorum. Noſtræ enim ſententiæ lepido epigrammate adſtipulari videtur Arabius latinitate donatus.

Aurea dona iacis, quo ſint ſponſalia, an vt ſint
Pernicis remora virginis Hippomenes?
Malum ambo expedijt prohibens hinc impetum, & inde
Se monſtrans Veneris teſſerulam eſſe iuga.

Hæc Arbor vlterius vocatur *Mirabilis*, *Auroſimilis*, *anteferenda omnibus bonis Autumni*, & *Malum ornans menſas*, & *ſalutiferum*, atq; *tuſſifugum*, vt illud.

Auro ſtat ſimilis Citri mirabilis Arbor,
Autumni cunctis anteferenda bonis
Hac ornant menſas, hac praſtant poma medelam,
B *Quum quatit incuruos tuſſis anhela ſenes.*

Vndè alius poeta cecinit —— *Et ſenibus medicantur anhelis.*

Arbor *decora*, & Arbor *pulcherrima* ab Hebræis, atque Chaldæis Citrus appellitatur. Et Orpheos poeſis latinè redacta Aurea Mala nuncupat *pulchra*.

Conus, galea, & turbo, luſuſquè pueriles, qua membra curuant,
Aureaquè Mala pulchra ab Heſperidibus canoris.

A Rabbinis quibuſdam Citrus Arbor credita eſt eſſe Arbor Adami, & Pomum, quod nos pariter vocamus Adami. Vndè Arboris *Adamica*, & *Adami pomi* Epitheta eliciuntur. Nec perperam hoc ſunt arbitrati, cum Arbor, ſeù Pomum Adami habita ſit eadem cum Arbore ſcientiæ boni, & mali. Citrus enim, hoc aſſequi videtur, quia eius fructus cum in ſe omnes contineat ſapores creditur per ſaporem *Dulcem*, *Suauem*, & *Pinguem* boni cognitionem ſignificare: per *Amarum*, *Auſterum*, *Acrem*, *Acutum*, *Acerbum*, *Acidum*, & *Salſum*, cùm palatum ex illis iuxtà quantitatem lædatur, Mali ſcientiam præſeferre. Hinc etiam dicetur *Pomum Paradiſi*, *Paradiſium*, ſeù *Paradiſiacum* C Citri Malum. Vtraque pariter de cauſa, mititatis, & aſperitatis diuerſos quoque, prorſuſquè contrarios horum fructuum ſapores innuente, *Mites*, & *Acres* ſimul indicandi ſunt. Quo & reſpexiſſe viſus eſt Pierius Valerianus

Non aliter quàm ſi Alcinoi lati hoſpitis hortos,
Hortos perpetui Autumni, Veriſquè perennis,
Siue velis flores, ſeù MITIA, & ACRIA POMA;
Ruſtica Barbarico prædetur turba furore.

De Studior. conditione ad Nardin. Calinaum.

Hi fructus, cum toto anno alij maturi, alij immaturi, alijq; in floribus adhuc eſſe conſpiciantur, nomine vnitè ſumpto poterunt dici *ſua Arboris Habitatores perpetui*. Et ſub ſilentio tranſeundum non erit hæc Mala nedum à Virgilio 2. Georg. nuncupari *Felicia*.

Media fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem
Felicis Mali, &c.

Sed id quoque ab Incerto, Mala Heſperidum fuiſſe Citria probante his verſibus repetitur. *Septa micant ſpinis felicis munera Mali,*
Qua tulit in circis Aureus ora tumor
D *Hippomenes vicit tali certamina Malo,*
Talia Poma nemus protulit Heſperidum.

Arboris ſua pretium, & *nemoris laborem*, & *fulgentia* hæc Mala nuncupauit Lucanus de Hercule.

Abſtulit Arboribus pretium, nemoriquè laborem
Alcides, paſſuſquè inopes ſine pondere ramos,
Rettulit Argolico fulgentia Mala Tyranno.

Hic autem, illud nè pariter non referam, quod de Malis Heſperidum protulit Petrus Scriuerius? illa ſcilicet poſſe *Putria* vocari hoc ſuo carmine

Et Mala Heſperidum deſpectans putria Nixus
Deſideraret altera.

Id libenter executus ſum quia Citria putreſcunt quidem, ſed hæc illorum putrefactio

ctio eorum delicatissimæ naturæ, non autem vlli damnatæ (cùm nullam habeant) E qualitati adscribenda censetur. Delicandum superest hanc Arborem posse & *Ingentem* cognominari, non autem à magnitudine, sed à formæ venustate, sicuti dicitur etiam *Pracellens*, cum nempè fructus eius odore præstet acerrimo, & *Lauro simillima*, ac *habens æterna folia* quum Andinus scriptis mandarit.

Ipsa ingens Arbor, faciemquè simillima Lauro,
Et si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis.

Qua foliorum stabili perennitate permotus perexcellens Poeta Medicus & Astrologus Bonon. Io. Capponius Io. Baptistæ Phil. Medicique Lectoris supraordinarij eius Virtutum hæredis, ingenioque simillimi Pater Auranciorum Arborem *Elegans*, & *Amabile Arbustum*, *Deliciosum*, *Blanditijs plenum*, *Speciosum* innuebat, immortalitatem ex illo sibi pollicitus canens.

In Volum. Rhythmorũ inscr. Oziose occupationi *impr. Parma 1606. pag. 104 et 145*

Io sol de le tue frondi adorno, e cinto
Vezzoso Arancio, Amorosetto Arbusto
Guerreggierò con morte in tomba estinto, &c.

Et alibi *Vezzoso Arancio, amorosetto, e vago, &c.*

Cæterùm coronemus hoc caput, asserendo Limonem dici *Maculas tollentem*, & candorem in facies puellarum inducentem, & ideò illis gratum, cum fuerit, qui sic cecinit

Admotus foculo Limon, sensimquè recoctus
Instillante anima, ac tenuem conuersus in amnem
Ora puellarum maculis lauat, & candorem
Inducit nitidis per colla argentea vittis.

Excultis literaliter per Epitheta Malis Aureis, modò Physicè debent eadem coli, dum illorum *Γεωργία* hîc ostendetur.

CVLTVRA.

P. Ferrar. Aur. Mal. Cult. l. 1. c. 8

IN multis Americæ locis, vt in Insula Martiniana nullum, vel inserendi, vel alio G pacto Plantam Medici, seù Aurei Mali colendi vsum inolescere tradunt, nam semine terræ commisso, vel ramo telluri simpliciter implantato, citrà vllam curam, vel artem Arbores ipsæ felicissimè prosiliunt, crescunt, fructificantquè, ac multas in Regionibus illis passim vigere syluas, lucosquè frondescere norunt Brasilienses; Vbicunq; sint hæc Poma vetustæ haud obliuisci possunt Patriæ, sic canente Pontano.

Pontan. l. 2. Hort. Hesp.

—Sole suo, gaudetq; calentibus aruis
Et Patriam Æthiopem meminit, Maurusiaq; Arua.

Cõstãt. Cas. lib. 10. c. 7.

Agrum nunquam possunt eædem Aquilonium pati, Austrinos ast flatus affectant

— Apricum ad solem, ventosq; tepentes
Vergat ager.

Pont. l. 1. H. Hesper.

Terram lætam, pinguem, leuem, raram, Sole percoctam, fimoquè confirmatam pro benigniori experiuntur altrice

Nec verò non illa tibi (admonebat Pontanus) *sit maxima cura,*
Et pubi teneræ, & postquam sese extulit Arbos,
Sordentes soleas, simul & præsegmina terræ H
Illuuiem immundam, crassisquè liquoribus haustam —Ingerere, &c.

Pont. l. 2. de Hort. Hesp.

Magna facit apud nos culturæ solertia, & indefessus labor; ex his enim copia, magnitudo, suauitasquè fructuum emergit

Si cura tibi sit grandes educere fœtûs,
Et patulas implere manus: age docute ramis
Crescentem prolem, &c.

Constant. Cas. lib. 10. cap. 9. L. 2. H. Hes.

Sic & artificiosè depromi admirabilesquè in Pomis ipsis Aureis, & Medicis varietates, si Constantino Cæsaricum suis Græcis Geoponicis Fides adhibeatur, poterunt acquiri. En Pontanum docentem.

Sunt qui diuersos ramos, sed cortice raso,
Corrugant, stringuntq; simul, quo glutine misto

In-

A *Increſcant æquè, ac fixo mox ſtipite iunctos.*
Inſigant pariter, tum vulnus ritè coronent
Et fallax opus admota tueantur ab Arte.
Quo ramo ex vno, atque vno de palmite fructus
Non vni veniant, &c.

Lacte ouillo, vel aqua mulſa fouere ſemina deorſum verſo plantando acumine; in imo, mediæquè hyemis tempore terebrare truncum, dulcedinem accerſit pomis indè venturis, Plantamquè quotidianis animare liquoribus eſt felicitatis tum in naſcendo, tum in efferendo votum æquare. Ramos, & taleas inuerſo cacumine, qui terræ depangunt, oculos deorſum ſpectantes diſponendo, ij paruas ſibi ſuo marte fingunt arbuſculas placidè obſequentes, quæ fructificam virtutem vnire magis contendunt; idq; commodius molientur *κηπουροί*, hortulani ſcilicet, vbi frigiditas hyemalis plantas haſce non permittit toto anno ad parietes, orientales licet, atq; meridianos ſtare, ſicuti Bononiæ euenit, vbi cogimur Rhenanis magnis fictilibus Aurantias Malos, Limones, & Citros valdè arbuſtatas diligentiſſimè colere, & tondere ad venuſtatem; quæ nulla alia ratione B facilius propagabuntur, citrà ſylueſtreitatis ſeminalis periculum, quàm deflexis in terram ramis, vel traiectis per vas terra oppletum radicantibus, qui à matre poſtmodum reciſi, & tranſplantati in Arborem radicitus vſq; domeſticam euadunt. Nec egent inſitione tum fiſſa, tum oculari, ſed iſta felicius, quæ tamen fiat non extrahendo quadratum corticis fruſtum, vt ad eandem menſurã nouus liber in locum vacuum immittatur, ſed ſecando ſolum corticem ad modum literæ T, & duos rectos angulos eleuando, ſub ſecto cortice portio iam ſeparata ab Arbore meliori, quæ inſeri debet ibi intromiſſa delite ſcat, gemmamq; ſolam per ſciſſuram rectam exporrigat; huiuſmodi patiuntur libenter pignora citrij rami, iuxtà illud commune Palladij Tetraſtichon.

Pallad. in Martio tit. 10.
Id. in Iulio tit. 3.
P. Ferrar. H. Heſp. lib. 2. c. 11.
Ex terra Rheni adhuc inter colles ſuburbanos ex currẽtis, vaſa, antiquiſſimè quoq; fiebãt fictilia opt. & max. vt etiam nunc. Rudera ego inueni an. 1663. in meis Caſaleæ ſuburbanis cũ Anſis inſcript. RHENVS

Nec non & Citrij patiuntur mutua rami
Pignora, quæ grauido cortice Morus alit.
Pomaque paſturi blando redolentia ſucco
Armatis mutant ſpicula nota Pyris.

Inter Aureorum Malorum Plantas nulla alia inſitionibus aptior eſt adinuenta, quàm C Pomum Adamicum, vtpotè craſſioris corticis, & ligni non admodum duri. Hanc ſerere ſuadentur hortorum cultores, cuius ſemina nata, & vſq; ad bimatum enutrita in locum aptum pro perpetua manutentione transferri debent, iuxtà Geoponicorum præcepta vniuerſalia ſationum.

—Vellens foſſo de Gurgite plantam,
Rurſus & infodiens dextra fautrice videto
Cum tenera radice ſimul haurire, ſimulque
Natiua infodere, & multum telluris, vt hærens.
In Patria poſſit melius conſueſcere terra.

Lib. 14. de Inſitionibus
Tanarius Oecon. l. 5.

Dum igitur in promptu erit Planta aurei, & medici mali Pomus Adamica dicta, ipſa pulchriores, & delicatiores quaſcunq; ſpecies congeneres excipiet feliciſſimè, contrarium autem euenire poſſe credendum eſt, ſi diuerſæ naturæ Arbores ad id aſſumantur, vt Morus, & Punica, ex documento Conſtantini, quod viſus eſt approbaſſe Monardes, ſed repulit doctiſſimus Ferrarius; quam quidem difficultatem, niſi velimus dicere impoſſibilitatem, experiri poterimus in impoſturis fictionis animalium à natura coacta im- D primendis in carne fructuum, quorum ſemina inter naſcendum fuerint à figulinis formis artificialibus comprimentibus effigiata. Optimè exculta Poma hæc epulas inter delicioſè manduntur, quarè vſus illorum in cibis eſt oſtendendus.

Põtanus H. Heſp l. 1.
Conſtant. Caſ. de Agr. l. 10. c. 7.
Ap. Cluſiũ in exoticis.
In Heſp. l. 1

VSVS IN CIBIS.

Stomas inter gentes per quàm opportunè potuiſſent olim ſeri Medica Mala, quia non mandebantur, ſed ſolo ſenſus ipſos reſtaurabant odore, quemadmodum teſtatus eſt Theophraſtus *Pomum eius non manditur, ſed odore præcellit*. Ad cibos autem cum deuorata fuerunt hæc Poma non paucis vti præcautionibus eorundem comeſtores tunc quoq; cœperunt; Arnaldus ob id Villanouanus monebat nè ven-

Lib. 4. c. 4. de Hiſt. pl.

De ſalubri vſu fructuũ.

triculo ieiuno Citrea Mala, Limoniaq; & quæcunq; alia acida manderentur, niſi præ- E ſtantiſſimum præſto eſſet ſaccharum, quod nimirum corrigeret guſtationis morſum, atq; compeſceret ſuccisionem. Habent quidem, vt ſint Alexipharmaca, antifebrilia, atq; peſtifuga ipſa Medica, & Aurea Mala principaliter, ſed non primò, & per ſe ſunt comeſtibilia, cuius rei fidem ſacit Iodochus Harchius doctiſſimus Medicus Germanus.

In Enchiridio medico ſimplicium.

> *Citria cum Tyrio contendunt Poma veneno,*
> *Ardua concoctu ſed tamen eſſe puta.*
> *Febribus obſiſtunt, peſtis quoque tempore proſunt,*
> *Ex ſucco cordis mitior ignis erit.*

Si verò cibus prout ſic, & conditura ſimpliciter cibaria diſtinguantur ab inuicem ſub dubium minimè cadet Poma minus acida plus de cibo participare, & è contrà de acidioribus dicetur hæc condimentariæ rationis inire gratiam primario, cibareque ſolum per accidens. Aurantijs propterea dulcibus cœtera omnia cedunt tanquam conuenientiores cibi, & ceù Medicinæ leniores. In quem ſenſum Georgius Pictorius hoc diſtichon protulit.

Georg. Pictorius in Pantopolio.

> *Omnibus ecce Nerantia ſunt gratiſſima odore* F
> *Dulcia confortant, pectoribuſquè fauent.*

Condimentarius ciborum apparatus Mala ſemper expetiuit Medica acidiora, vtpotè quæ guſtabilibus penetrationem communicent, ſenſuniquè magis moueant ad ſuauitates percipiendas; illa in pretio fuiſſe ab antiquiſſimis vſque temporibus apud Hebræos Leuinus teſtatur Lemnius ſic ſcribens. *Non defuit etiam Genti Hebrææ, quum ne oblectamentum, tum condimenti vſum Malum Medicum, ſeù Pomum Citreum, cuius Generis ſunt vocati Limones, & Aurangia aureo, croceoq́ colore, quorum pleraque orbiculata ſunt, nonnulla oblonga, atque ouali forma, præſertim Citrea, & quæ Limonis nomine paſſim innoteſcunt eximij odoris, & quæ cor mirè recreant; ex horum corticibus in laminas, aut taleolas diſſectis, aut melle conditis, aut etiam ſaccharo incruſtatis conficiuntur tragemata, ac bellaria, quæ non ſolum palato grata ſunt, ſed cor etiam reficiunt, ac vires inſtaurant; inquem vſum etiam huius Arboris flores melle condiuntur antequam prorſus dehiſcant, aut ſe in folliculos expandant, ſpiritus enim extenuatos erigunt, ac tabidis, aridiſq; corporibus fomenta miniſtrant.* Pergameus ille Medicorum Coryphæus alimen- G tariam Malorum Medicorum Virtutem in hunc expoſuit, declarauitq; doctiſſimè modum, *Citrium, ſeù Malum Medicum* (inquit) *tres habet partes, acidam in medio, ſecundò carnem, quæ ambit medium, tertiò corticem ſuaueolentem, & aromaticum, hoc autem eſt concoctu difficile, quià durum, & calloſum, coctioni tamen, vt medicamentum aſſumptum conducit, vt omnia acria, verum parcè eſt aſſumendum; ſecunda pars, quæ neq́ acida, neque acris eſt, ſed concoctu difficilis. Pars vltima non veſca propriè eſt, ſed alios habet vſus.* Carnoſam horum Pomorum partem illius eſſe conditionis docebat Auerroes, quæ craſſos humores procreet, quam tamen æſtuantem refrigerare ſtomachum ex Serapione habemus; B. Platina de Honeſta voluptate, & valetudine ſcribens alibilitatem ſuorum malorum conſiderando ſequentem doctrinam exarabat. *Aſſis, & calidis obſonijs adhibentur omni tempore, æſtate tamen præcipuè, quià bilem reprimunt, ſitim extinguunt, & deſiderium edendi inducunt. Multis ægritudinibus citrea vis medetur, nam & prægnantes mulieres à nauſea vindicant, & trita in potione vini data lieni, & querelis corporis medentur. Sunt qui Citrum teſſellatim conciſum ex ſale, oleo, & aceto comedant. De Malis Citreis, vel medicis quæ vulgo Narantia vocamus eadem ferè dici poſſunt, verum quià quædam dulcia, quædam acida ſunt veſcendi ratio ex ſuperioribus præceptis repetatur. Dulcia antè cibum quouis tempore ſumpta ſtomacho conueniunt, necnon acida, ſi ſaccharo fuerint remollita, quod fit ſublato corio, detractiſq; membranulis.* Balthaſſar Piſanellus noſter Bonononienſis Medicus agens ex profeſſo de natura ciborum, & potus Aurantia, Limonia, Citriaque Mala docet parcè admodum eſſe comedenda, & nonniſi correcta cum ſacchari conditura, ideſt ſi acido aſſumpto cortices corundem ſaccharo conditi ſubſumantur, reſpectu maximè Arantiorum; nam Limonia & Citria adhuc minus comeſtibilia cum ſint, magiſq; medicamentoſa nunquam probari poſſunt in cibis cruda, ſed ſolũmodo condita, & in minori quantitate, quorum quidem deguſtationem valdè modicam ſequi debet ſacchari violacei aſſumptio, ne recrudeſcat ventriculis, difficiliorque aliorum ciborum reddatur concoctio. Condiri volunt itaq; Poma quæcunq; medica,

Leuinus Lemnius in Herb. Bibl. explicatio.

Galenus l. 2 de Aliment. facult.

5. Colliget. c. 42.

Lib. 1. med. ſimpl par. 2.

Prop. capite Aranc. Lim. & Citr.

ſi ca

A si ea velint in classe alimentosorum esse reposita noui Apicij, vel Mensarum nobiliorum præfecti, Architriclini. Acetositatem solam conditam Aromatarijs medicinalibus relinquant ferè ex toto, curentq; vt vel integra poma Genuensium Myriopolarum more exenterata, vel in partes secta fluuialis, fontanæuè aquæ maceratione octidua præparata, & cocta saccharum eliquatum secundum artem iteratò ebibant, & toti suæ socium sibi faciant substantiæ. Io. Renodæus Pharmacopæorum, necnon etiam Medicorum institutor egregius docet ad embammata, nobilioresq; intinctus pro complementis regiarum Dapum præparare hos fructus dicens. *Cortices Arantiorum, Limonum, Citriorum partim ob duritiem, partim ob insuauitatem antè condituram, semel, atq; iterum macerantur in aqua tepida, in quam nonnulli prima vice nodulum cinerum inijciunt; secunda in aqua simplici in qua tandem cum aquali ad cortices pondere sacchari coquuntur, vt artis est, sicq; probè conseruantur, &c.* ex his *Mustardæ* fiunt sinapizatæ, aromatizatæque, additis multis, & melle ad embammatis consistentiam, quæ ob id Mustardæ dicuntur, quia colorē musti cocti retinent semper, dulcemq; referunt eiusdem saporem, ob quam causam nomen quoq; saporis generale apud nos Italos remansit embammatibus omnibus, quæ an dulcia potius esse debeant, quam acida, vel è contrà potest dubitari, quià cum hæc edulia debeant appetentiam excitare, suauitatemq; efficere videtur quod hic effectus suauitatis saporis dulcis proprius esse debeat, ille autem, acuendi scilicet appetitum acidis tantum debeatur; & ideò Embamma sit dicendum acetosum ex sententia maximè Iurisconsulti, Vlpiani *in L. si quis vinum §. si acetum ff. de Tritico, vino, & oleo legat.* Vbi Embamma sub numero acetosorum recenset, & nisi dicamus Embammatibus etiam dulcibus acidulum saporem pro Anima esse, atq; Forma specifica difficultati propositæ nunquam satisfier. Accedente namque dulcedine ipsi aciditati resultat cibus gratissimus, & citrà vllam stomachi offensionem vsurpandus; & hinc fit quod Aurantia mala citrata, & Limones limeæ dicti tanti fiant apud nostri temporis homines rerum omnium curiosos perscrutatores, qui folia quoq; malorum medicorum inaudito prius more vertere nouerunt in cibos, dum ex illis conditis saccharo, & tusis moretum viride nobilius composuere; nouaq; insuper arte neoterici ijdem, aliam horum pomorum exiccationem pro potionibus acidulandis *Sorbetti* vocatis adepti sunt, vt habetur ex P. Ferrario in suis Hesperidibus in hunc modum, Limones minutuli in frustula circulatim secantur, filoq; tenui transuuntur, ità ne inter se contingant, dein compositi in cistella in æstuario per dies decem, & amplius collocata, & donec leni peraruerint calore, tum illa succi ariditas cultro subtilissimè secatur, & ceù in puluerem soluitur, & in pila mox conteritur, ad vsumq; seruatur ad reddendum iucundè mordacem quemuis liquorem; & dulcacidam potionem reddendam, quæ concinnari variè potest, idest qualitatibus odorosis communicatis, atq; frigiditate actuali, rigidissima quoq; glaciei super inducta, quam in delitijs non vltimis habent, qui genio, & ganeæ indulgent plus nimio; Vtinam, non ad accersenda, sed ad arcenda medicorum opera, quæ nonnisi male habentibus applicantur; nam si rectè vsurpentur hæc poma ipsa Vitalia tantum alimenta, atq; medicamenta dabunt gratissima vbicunq; quorum postremum, & primum simul habeatur Acetum à toto fructu extractum, & per insolationem perfectum, calidum in primo gradu, siccum in tertio, condimentorum exquisitissimum, Alexipharmacorum præsentissimum.

Antidotar. l. 1. sect. 7. c. 5.

B

Diatet. Polyhist. sect. 3. c. 3.

Vinc. Tanar. Oecon. l. 5.

C

Hesperidū l. 3. c. 34.

Embitar Arabs in tract. de Limonib.

D

VIRES IN MEDICINA.

SVum medicum Τρίφυλλον habeant Pecudes pro Medicina sibi valde proficuum, suam Medicam habebunt Homines Arborem longè potentioris virtutis, eius namque Poma.

Et rubea bilis reprimunt vim, menstrua dicat
Illorum semen, quod contrà est dira venena,
Contrà illos primum, dederit quos scorpius, ictus;
Mala veneficium depellunt Citria, tecum
Si portentur, item commendant oris odorem,
Et flatum accersunt suauem, consertaquè eundem
Vestibus infundunt, tineas ijdemq; repellunt.

Diosc. l. 2. c. 140.
Columella l. 7. c. 4.
Cast. Dur. in Herb.

Et peſtem in melius mutant, corruptumq́ aera eorum
Reddit odor, bilemq́ atram ſunt Citria contra,
Et mæſtos morbos; ſtomachis dant deinde iuuamen
In primis;
Citria queis pollent ijſdem Limonia Mala
Viribus; extinguit feruorem bilis eorum,
Atque ſitim ſuccus, facto demum inde ſyrupo
Peſtiferas contrà febres conducit ad idem,
Ex acri illorum pulpa, ſtillataq́ lympha
Contra infecta cutis pollet, vultuſq́ nitorem
Conciliat; contrà febres tum praſtat acutas,
Atque illas pariter, quæ alijs contagia miſcent,
Lumbricoſq́ necat, renum pellitq́ lapillos
Immaturorum cum vino potus eorum
Succus.

Totum Pomum temperie potitur reſultante ex temperaturis partium diuerſis, in vnam tamen tertiam coaleſcentibus, quæ differt à temperamentis partium ſigillatim ſumptarum, eſt itaque primum frigoris, ſiccitatiſquè gradum occupans præualente tamen parumper frigiditate. Cutis pomi calida eſt in fine primi gradus, attingens etiam ſecundum ordinem, & humida proportionatè. Medulla frigida eſt in gradu ſecundo, & ſicca in primo. Semen calidum, & ſiccum in ordine ſecundo. Idem ſemen ob amaritiem, quam habet diſcuſſoriam, & ſiccatoriam vim obtinet; Prædicta cutis, ſeù cortex, oleaginoſus eſt, & ſulphureus ſecundum chymicorum principia, diuerſæ prorſus qualitatis, ac facultatis ab interioribus ſuccis, qui mercuriales ſunt, acidi, & vitriolati; Ex cortice ſ. a. macerato in ſuff. qu. aquæ, oleum cardiacum, & ſudorificum ad peſtem, alioſquè venenatos affectus extrahitur; ex quo cortice cum ſaccharo fiunt ſiccæ confectiones pro corde, atque ſtomacho roborandis; Succus verò interior incidentem, & attenuantem habet virtutem erga craſſos, viſcidoſq; humores, valetq; inſuper diſſoluere, & comminuere arenas, & calculos; Ex toto Citro, ſeù Aurantio, vel ſec. aliquos ex floribus ſolùm aqua deſtillatur coſmetica odoroſa vulgò officinarum dicta *Napha*, vel *Lanſa*, ſed apud Idiotas aqua *Nanpha*. Antidotum ex toto Citro omnium efficaciſſimum, paratuquè facillimum, quod docet Ruellius ex Theopompo Chio non eſt omittendum, fitquè ex Citrio Pomo integro in melle coctο ad omnimodam diſſolutionem; quo ſi quis tempore peſtis, vel ſuſpicionis veneni vtatur aſſumendo de iure illo Citromelleo duos, vel tres digitos ſecurus prorſus illo integro die manebit. Omnes Medicorum Malorum partes cum maximè ſint Medicatæ, valeantquè mirabilia efficere in medicina conſequens eſt, vt totum viribus aggregatis, atque maioribus potiatur; vndè ex varijs partium integri fructus temperaturis humano corpori analogis, vnica coaleſcet efficaciſſima tutatrix humanæ naturæ, in illaq; plures concordes conſeruabuntur actiones benigniſſimæ exitu feliciſſimo millies, & millies comprobatæ, etſi Decoctum ſimplex Pomorum Aureorum, & Citriorum quo colluatur os, graueolentiam arcet, quantò magis intus aſſumptum, imò quantò magis ſubſtantia deuorata ſpiritus ſanguineos purificare, & imputridos conſeruare poterit? Accipiamus folia, illa dabunt ſuccum, qui cum terebintina coctus vulnera egregiè ſanabit; Ex ijſdem Oleum per diſtillationem elicietur odoris acutiſſimi, quod tibijs contuſis, fractis, & ſcarificatis bis in die applicitum illas egregiè ſanabit; folijs qui ſuccedunt Flores ſuaueolentiſſimi mirificis quoque dotibus ſunt præditi, ijq. fragrantiſſimis ſpiritibus refertum liquorem ſub quintæ eſſentiæ chymicæ forma (cum è quinquagenis florum libris vix vncia vna olei educatur) dabunt, cuius paucæ guttulæ aromatizare poterunt quæcunq; edulia, atque medicamenta, eiuſquè vſus hilaritatis auctor cognoſcètur, morborum omnium atrabilarium diſſipator, & veluti paruus Hercules Alexicacus, à quo parum aberit liquor ſimiliter extractus ex fructibus tenellulis, ſed hic quantò copioſior altero prodibit, tantò viribus inferior eidem inuenietur; quorum fructuum ſimplex decoctio ad tertias nimium menſtruoſis mulieribus, monſtrum huiuſmodi morboſum oſtendit. Idem de corticibus grandioris fructus venit dicendum, ex quibus, vt ex toto Citro ſales, ſpiritus tincturæ ſpargiricæ extrahi poſſunt; qui cortices ſiccati ſimpliciter, & in puluerem

Chriſtoph. de Honeſtis Bonon. Medic. in Meſuem lib. 1. diſt. 4.
Quercetan. in Diatet. polyhiſt. ſect. 3 c. 4.
Ceſalpin. de pl. l. 3. c. 59.
Lib. 1. de nat. ſtirp. c. 69.
Io. Langius epiſt. medicin. lib. 1. ep. 67.
P. Ferrar. Heſper. l. 4. c. 24.
Septal. animad. lib. 7 144.
Beguin. Andr. à Minſicht. Arm. Chym.

E F G H

A uerem redacti iecori valdè conferunt, & stomacho, vermibusq; necandis efficacissimi in vino sumpti; sed si macerentur tãtum per mensem integrum, & varijs misceantur rebus Vnguentum è citrijs component, pro delendis faciei maculis, & liuoribus, necnon cicatricibus; Ex cortice fit Syrupus de corticibus Citri; item de succo Limonum vt in Antid. nouo; idem corticis puluis est sternutatorius naribus impositus; at scripuli vnius pondere bibitus laterum dolori, diureticisquè affectionibus succurrit, vermesquè intestinorum enecat; non sat explicari possunt tam ingentes, tamquè numerosæ virtutes Medicorum Malorum Limonis, Citrijquè, illas auro quouis pretiosiores fateri vt valeamus proprias cum istis libentissimè confundit aurum; refert Mizaldus si Limonij in succum mittatur numisma puri, & obrizi auri, vel eius loco bractea, foliumuè auri noui, & exacto naturali die illinc educatur succus ille cum tantillo vini albi, puluereq; radicis Angelicæ, vel decocto eiusdem, in desperatis, & conclamatis morbis exhibitus admirabile (mirum dictu) præsidium adfert: inter minores eius vires idem succus Limonis ad Dr. i, vel ij cum raphani decocto sumptus calculum imminuit, tam in renibus, quàm in vesica; & si cum oleo amygdalarum dulcium offeratur calculoso, & qui doloribus renum affligetur salutem mirificè operatur; quinimmo Scorbutum luem stomachosam in septentrionalium oras nuper grassantem emendat; distillatus tandem succus idem pestilentiam edomat, febresquè abigit animosè sumptus per os, qui extrinsecus adhibitus cum sulphure impetigines diluit, choleram edomat, fluores sistit, & exhilarat. Semen Medicorum Pomorum medicas non solùm serit opitulationes, sed salutem pulcherrimam optimam florere, atque fructificare facit; venenatorum animalium ictus, & morsus lethales bezahardica virtute inanes reddit; Prægnantium mulierum fastidia, absurdumquè in cibo appetitum, quo carbones, gypsum, aliaq; ab humano victu aliena hæ cupiunt, seù malaciam, quod vitium à Græcis dictũ fuit κίσσα à Picis auibus discoloribus, tollit. Nullum est compositum medicamentum morbo cuicunque curando directum, quod Mala Medica secundum aliquam sui partem ingredi non valeant, ipsumquè aut essentialiter componere, aut integrare, vel tanquam basis, vel loco adiuuantis, corrigentisuè iuxtà veriorem medendi methodum, atque componendorum medicamentorum rationalem Artem, seù etiam secundum Methodicorum, spargyricos, C empyricos, pro qua re curiosioribus campus relinquitur Antidotaria lustrãdi, atq; Pharmacopeas, in quibus appetitum quilibet practica quæq; sciẽdi satiare abundè poterit; neminẽ propterea pigebit ad vsus Medicorum Malorum varios hic subinferẽdos mentem parumper aduertere. Interim autem, quæ de Malis Medicis breui carmine complexus est Auctor quidam modernus, Mala ipsa Medica lepida prosopopœia loquentia introducens, audiantur.

Antidot. nouiss. Bonõ, pag. 365.

Memorabil. cent. 1. n. 98

P. Ferr. Hesp. lib. 3. c. 35

Plin. l. 23. cap. 6.

Gal. l. 1. de sympt. cau. cap. 3. & 7.

Medica mala sumus, pelli vis ignea nostra est
Humentis bruma nec benè cocta caro.
Terreus est humor, sectantur semina pellem,
Flos calet, & folium, sic voluere Dij.
Tarda caro est, succus choleram, fluxusque moratur
Cor tepet hinc ardens, hinc tua membra nitent.
Semina, flos, folium, & cortex frigentia mulcent
Corpora, & epurant aera pestiferum.
Sola tamen volumus mandi, sic gratus olescens
D *Nos bona dic Veneri, non mala, sed medica.*

Est in Hugonis Fridenalli 5. l. 2. de sanit. tuend. c. 30.

Non Famelici solum, non Aegri tantum Malis egent Aureis, sed Vnguentarij, Cosmeticiq; omnes, ijq; insuper queis sordent suauissima quoq; vina, vt Aureorum Malorum sorbitiones ingurgitent. Vsus igitur Varij Aureorum Malorum post Vsus Cibarios Medicasq; vires hic consequenter sunt dilucidandi.

VSVS IN VARIIS.

ARborem verè Auream, Medicam, Aureorum scilicet, Medicorumq; Malorum fœcundam quis non dixerit, cœlestibus potius, quam terrenis honoribus dignam? ob id Spartani primum ex Arbore medica Deos suos coronare solebant,

bant, teſte Grammatico Ariſtophane. Iliacis temporibus(tradit Plinius) ante Thuris inuentionem Citri ſrutice concremato Dijs ſupplicabatur. Bœotij Aurea mala ſacrificantes Herculi, qui monſtra prius ſuperauit, quam vix nouerit, hos fructus non niſi Ioue ſatos ſignificare voluerunt. Citro vtuntur etiam nunc Hebræi in ſuis Tabernaculorum ſeptembrijs ferijs obſtinatiſſimè ſuperſtitioſi,& increduli, inanes figurarum vmbras ſectantes à Veritate figuratæ ſubſtantiæ, & veræ fidei ſplendoris auerſi, & ideò Gens illa peruicax, & duræ ceruicis, ſinè oculis, ſinè corde, vbicunque illa ſit, ſibi magno ære comparat ramos citreos in Auguſto menſe, vt illos in proprias comportet domos, quas temporanei carceris loco modò habet, æternas ſubitura poſt mortem tormentoſas tenebras. Efficeret vtinam citrea Virtus odorati aurei pomi quod infelicium iſtorum Hebræorum conſcientiæ à peſſimo, & lethiſero eorum verme liberarentur, ſicuti Pomum Citreum interiectum veſtibus tineas necat; hinc fortè citratæ veſtis denominatio deducta eſt, quā citratam veſtē memorat Macrobius ex Næuio Poeta in Bello Punico, quamuis alij citratam veſtem aliter interpretentur, & eam accipiant in ſenſu ſimilitudinis formæ vndatim criſpæ, auctore Feſto. Iulius Cæſar Faſtoſus Faſtorum Iulianorum Auctor, quibus ſolem ſibi obſequentem volebat, dum in Triumpho Gallico coronam è citro induit, teſte Paterculo, Diui nomē ſuperbè nimis, & arroganter vſurpare cœpit. Ille, qui veræ Diuinitatis, & non fictæ Maieſtatem inuocare, ſeque cœlitibus protegendum innocenter ſimul, & vtiliſſimè tradere cupit, is humillimè, & confidenter Diuinam imploret precibus bonitatem, & non ſolis vtatur ſphærulis precatorijs ex Aurantiorum fructibus minimis exiccatis, filoq; ſeriatim traiectis, quæ tamen bonorum operum odorem deſignāt, ſed fide, ſpe, & charitate ſimul perpetuò iunctis Deo placere ſtudeat, & ità in quoſcunq; traducens vſus, tam ciuiles quam œconomicos Arbores prædictas, earumq; partes rectiſſimè operabitur. Benignum vnguentorum in odorem current pro ſanitate tuenda, & minimè ad excitandam venerē, qui Balanino, Amygdalino, Oliuariuè oleis cōmunicata florū Aurei Pomi fragrantia; vtentur hac arte fabr. Balani myrepſicæ v. g. grana floribus permiſta, ſeù plures plagulæ, vel turundæ Goſſipij aliquo ex prædictis oleis imbutæ floribus multiplicatè interpoſitæ, ideſt ſtrato florum ſuper ſtrato prædictarum plagularum compoſito intrà pyxides latiores benè concluſas in loco tepenti, floribuſq; ſæpius renouatis tandē è Goſipij plagulis exprimetur oleum odoratiſſimum pro chirothecis Romano more odoraris, vt vulgariter dicitur *alla frangipana* reddendis; quod ſi oleo aurantiato prædicto (quod etiam poteſt fieri iaſminatum cum floribus iaſmini Hiſpanici grāde fiori) addatur cera alba eliquata cōcreſcibilis nobiliſſimumq; efficictur vnguentum, quod Hiſpanorum recenti vocabulo *Manteca* dicitur, pro manibus concilianda candida mollitie, & ſuaueolentia. Quam benè conueniunt carni decorandæ, quæ ob id ſordida temnere debet, florum candor illæſus aureorum malorum cum aliquali ſub rubore in Citreis malis! atq; ſuccus Limonum, qui fulloniæ nobiliori pulcherrimæ inſeruit arti ad Chermeſinum, & Incarnatum ſerici colorem fabricandum! id noſtri peroptime ſciunt infectores Sericeorum operum in ciuitate Bonon. iuxtà Sapinæ canalis aquam habitantes, quæ aqua maximopere conducit ad colores ſpecioſiſſimos inducendos. Non ſat eſt alere has plantas in viridarijs ad virorem ſolum proſpectandum, ſed vti quoque illis laudabile, atq; proficuum videtur eſſe. Folia Limonum, tradunt grauiſſimi ſcriptores inſeruire Matribus familias regionum frigidarum pro condimentis cibariorum, necnon pro auxiliaria medicamēti vice iuniperi baccarum; itaut oleo, in quo eadem decocta fuerint vtantur ad inungendos lectorum poſtes, & eorum commiſſuras pro cimicum, & aliorum animalculorum infeſtorum extinctione. Corruptiones, & turpitudines dum naturaliter oderint hæc folia, aptè quidem, & iuremeritò poterunt ornare menſas nitidiores, lanceſq; & patinas eduliorum vacuis in marginibus replere, immò promerebuntur, vt minimè procacibus procis inſeruiant teneros flores faſciculatos, qui pro Amoris pudici ſymbolo, & teſſera puellis mittuntur, in defendendo: Odores probè conſtituti, & præcipuè medicorum Malorum, ad vitam producendam valde idonei cognoſcuntur, quia vitales alunt omnimodè ſpiritus tam Phyſicè, quam moraliter; nam conſimili ratione ſuffumigia odorata corticum citri, & Aurantiorum peſtifuga, ſunt & ligni Citri recrementa ex ſerra cadentia ſerpentes fugant, non enim poſſunt veneuoſitatem vllam pati, ſed nec vllam ambitionis, aut ſuperbiæ materiem admittunt, vndè non eſt mirum quod ſuccus Limonum vniones diſſoluat, quæ ſunt veluti corona ſuperbiæ,

de quo

Lib. 13. c. 1.

Boccat. de Geneal. Deorum lib. 13.

Sen. in H. F. C. F.

Lib. 3. Saturnal. cap. 19.

Simon Paulus Germ. Med. claſſ. 3. quadrip. de Lim.

Marſil. Ficin. de vita longa c. 18.

Tanar. Economi. l. 5.

Iſaias c. 28.

A de quo Propheta fortassis exclamauit dicens *va corona superbia*; Sed superbiat quantum libet celebris illa Potio, quam *Sorbettum* vocant à voce persica, & turcica *scerbet*, & verbo *sciareba* quod est bibere, cuius descriptionem primi Bizantio in Italiam comportarunt duo nobilissimi Bononienses Franciscus Bologninus Eques, & Comes Iulius Cæsar Insulanus; illa, prout consistit in pura basi succi Pomorum Aureorũ limites modestiæ nec hilum transcendit; eiusq; compositio talis est. Accipiuntur primò Limonia recentia multi, & optimi succi q. s. detracto cortice fortiter comprimuntur, succus inde elicitus linteo prius traiectus coquitur rudicula agitatus lignea, vsq; ad consumptionem nouem partium ex decem, ita vt hæc crassescat mellis adinstar, cuius succi sic concreti è Creta in longinquas mittitur regiones portio magna quotannis, & cum ad vsum deducitur pro singula vncia illius aciditatis vnciæ tres sacchari albi clarificati sumuntur, & ad inuicem miscentur, totumq; aromatizatur mosco, & ambra in aqua rosarum maceratis; cuius liquoris cochlear in cyatho dissolutum sorbitionem superbam, ratione saltem sacchari, & mosci, ambræq; nõ ratione sui, componit, præterquam quod ipse puram aquam pro modestissimo potu acidulam redderet; immò, Acidum hocce solidum simplex in B alios verti posset vsus, & scilicet smegmaticos ad eluendas non solũ corporis sordes, sed Animi quoq; si plenè intelligatur illius natura, vt Ænigmata dilucidentur, atq; Præsagia.

P. Ferrar. in Hesper. l. 3. c. 35.

ÆNIGMATA, PRÆSAGIA.

Felicis mali Medicum, & Aureum Pomum constitutionem, atq; naturam retinens felicitatem nonnisi portendet, ænigmaticè quoq; iuxta illos ex Gyraldo versus.

Me vigil Hesperia serpens custodijt ore,
De fuluo color insignis, nomenq; metallo
Fluxit, natura est dispar, cui viscera frigent,
Exteriora calent, quantoq; embammate mensis
Expetitur succus, conditur pyxide corpus.

Serpentem non aliud esse in hoc proposito existimamus credendum, quam radices C ipsas Hesperidum Arborum tortuosas, perquè tellurem serpentes, quæ extremo capientes ore cibum ipsas nutriunt Arbores, illarumq; vitam custodiunt, fuluumq; colorem influunt fructibus disparis naturæ erga partes diuisas. Ætas Pomi Aurei prodigiosè prolixa proprij satoris manus felicissimas ostendit, quemadmodum Medica Malus Romæ in Auentino per tria, & amplius sæcula viuens à Volaterrano obseruata Illustrissimæ Domicicanæ Religionis perpetuitatem præsagire valet, quia manu Magni illius Patriarchæ Diui Dominici sata quidquid ab illa prodijt insiti radicibus cęlestium gratiarum alimonia refectas facillimum erat; cùm itaque ex Philosopho relatiua debeant esse simul, Dominicana illa Arbor nõ poterat non esse cælesti fauore vitali ditata, cum illius correlatiuum esset in cælis; contrarium potest facile euenire, dum terrena sint ambo correlatiua, id est in sensu eodem mortalitatis considerata, quemadmodum fuit Medica quædam Arbor Mediceis in ædibus Romæ propè Thermas Alexandrinas dirutas obseruata à Pierio Valeriano, nam illa Mortem Leonis Medicei Pontificis Maximi proprio improuiso casu præostendit, vt & eadem propria reuiuiscentia Clementis septimi Medicei ad Pontificatum assumptionem post Adrianum sextum parum viuacem, læta D præmonstrauit. Sed hæc si vera sint, & talia qualia narrantur à scriptoribus, ea non nisi secreto, & admirabili Dei iudicio eueniunt imperscrutabiliter; quemadmodum & monstrosa, quæ ab occultis, seù parum notis exeunt causis.

Comment. Vrb. lib. 26.

Valer. hieroglyph. lib. 52.

MONSTROSA, Seù Mirabilia.

Nil esse in rerum natura quantumuis abiectum, & vile quodammodo, cuius non sit vtilis, atq; iucunda consideratio habemus ex Aristotele; neque superfluũ videtur esse de rebus imperfectis habere sermonem, quoniam in maximis, æquè ac

Lib. 1. de part. Animal. c. 5.

ac in minimis immensa Dei Bonitas, atque Omnipotentia perspicuè apparent; imò eum difficilius sit imperfectiora, exilioraque sensum quoquo pacto effugientia scrutari, ingenij quoque maius opus erit eadem assequi cognitione acutiori; & pulchrius, vt ita loquar, erit tali pacto philosophari: sed cum ad eundem pertineat Physicum, & sanitatis, & ægritudinis causas nouisse non poterit negari, quod idem scientificus ordinarios Naturæ Partus, & Monstra præter naturalia sub propria nō retineat speculatione. Quid quid igitur monstrosum, rarumquè visu, aut præter solitum frequentius, aut à consueta forma nimis remotum apparuerit illud futurum aliquid insolentius euenturum in ordine quoque sibi superiori monstrare potest; vndè si præter, vel contra Naturæ leges, aliqua sint facta, reductionis illa ostendunt necessitatem ad naturæ leges, vbi ex contumacia, & inobedientia non parum esse timendum edocetur; Vult Naturæ Parens, & Auctor infinitè misericors, atq; benignus, sed æquè etiam iustus Deus peccantes quandoque vocibus hisce, aut characteribus naturalibus præmonere, vt à flagitijs patrandis abstineant, alioquin seueram in promptu esse punitionem; plurimos videre turpissimos Thersites v.g. nascentes suspicionem ingruentium Malorum gignere potest, & è contrà plurimos Nireos conspicere pulcherrimos apparentes læta concipere animo, atque sperare facit, ob malam, vel bonam materiei dispositionem ad formas suscipiendas, quarum vna cum corpore actiones omnes sunt. Theophrastus doctissimus vir de vitijs, & morbis plantarum differens nobis ob oculos ponebat valdè considerandas esse in iisdem plantis dispositiones elementorum, quæ nos quoque, & nostra tangere possunt, cum ex illis, tanquam ex alimentis mediatis, vel immediatis constemus; non mihi timorem incutit Phasellus turcicæ plantæ cuiusdam faciem humanam referens à Cardano obseruatus, quià specie quadam determinata hanc naturaliter effigiem habet; sed ea nobis negotium considerabile facessere debent, quæ insueta sunt, & inordinata, neque suspicandum est Mirabilia solùm, vt talia, aliquid mali denotare posse, cum sint de ordinario iure Naturæ alicubi saltem, licèt in omnibus non conspiciantur locis, vti sunt Citrea quædam Mala Fortunatarum Insularum propria, quorum alterum alteri includitur, illudquè dulce est, istud acri medulla, neque etiam aliquid minari velle, quod incommodum, aut damnum inferat vlli admirabiles nonnullas Citriorum proprietates dubitandum est; vt est passio quædam Citriorum à pane calente, qua mediante ipsum Pomum Citrium statim incurrit putrilaginem; atque oculorum contorsio per noctem vnam ex lotione oculari cum succo eiusdem Citri. Hæ, quas damus delineatas obseruationes monstrificæ, quià minimè specificæ, sed solùm casuales, à nobis habitæ anno Domini 1660. in quo magnus horum fructuum fuit prouentus, hic nō plures ponuntur, nam in monstrosorum censu non esse collocandū censuimus Limon-aurantium, de quo suprà, quia determinatæ illud agnouimus speciei vniformes fructus sem per ferens; quibus sic stantibus, idest monstruositatibus illius anni frequentibus variæ sicuti remediorum materies, atque morborum signatæ species apparebant, sic plures in corporibus humanis alterationes, & præternaturales constitutiones arte sanabiles indigitabantur. Admirabilibus tandem, & Monstrosis hisce Naturæ lusibus, Domesticæ non solum, sed extraneæ longinquæ arrisere Musæ.

Est prorsus mirabilis Hesperidum Arbor in Hortis,
Cuius ab hoc Ramo flores gemmata Corona,
Ex illo sceptrum, est sparsimque videre Ligones:
Hinc Tela, indè Libros; at (quod fert risus abundè)
Dum velata oculos diuerberat vndiquè fructus
Fœmina, quandoque Plectrum contingit Asello,
Gemma sui, Sceptrum Simia, Machæra Lepusculo,

Aristot. de sensu, & sensil. lib. 1.
Cicero l. 2. de nat. Deor.
Varro l. 6. de L. Lat.
Lucret. l. 2. de nat. rer.
Lib. 5. de causis plantar. cap. 9.
Lib. 6. de varietate
Ferrar. lib. 2. Hesper. cap. 20.
Ionstonus l. 1. art. 8.
Franc. Cameranus in Heptacalamo, & in Auletico.

E F G H


Limo-

Limonis Folium Dicephalon.



Forma biceps folij replicat Limonis honores
Scilicet vt cerebrum, corq́; iuuare queat.


Folium Citri Scyphoide.



Pocula de folijs ludens Natura parauit
Vndè salutiferam perbibat æger opem.

Monſtroſa hæc duo folia Anno Domini 1660. à me obſeruata Domi meæ, in meo ſcilicet Viridariolo vrbano fuere in duobus Citrolimoniorum binis plantis; Orchitem verò, Cylindritem, Proſopætum, atq; Periſterocephalum Limones à Limoniorum nonnullis Propolis noſtratibus, qui in raris hiſce fructibus inueniendis meo rogatu vigilabant, recepi anno 1660. 1661. 1662. &c. vnà cum multis alijs, quorum particularem mentionem omiſi; ne moroſitati nimium ſtudere, & ne leuitates affectare viderer. Limonem at Chirodem, humanam ſcilicet manum perbellè referentem ab amicorum amiciſſimo, eruditiſſimoquè, atque ſublimiorum omnium Virtutum doctiſſimo, mineraliumq; opum ditiſſimo viro Admodum Reuerendo P. Mag. Angelico Aproſio de Vigintimilijs, Auguſtinianæ dum Genuẽſis ſuæ Congregationis Generalis Prior eſſet, acceptum refero.

Limon Cylindrites. | Limon Chirodes.






Quam bene ſuſtentat vitam aureus iſte Cylindrus!
Millia virtutum pondera ferre valet.

Noſſe dat hæc morbos manus, atq; auertere lethum,
Namque Artem Phœbi maxima ſacta manent.


Limon Orchites.



Munera Cordis erunt, geminat quæ Medica Malus.
Optima; nam gemino ſanguine vita calet.


Limon

Limon Periſtero-cephalos.



Cur tenet adnatum Limon caput iſte Columba?
Nempè vt ſit duplici nomine peſtifugus.

Limon Proſopætos.



Nunc Aquila, hic Limon, renouatrix mira iuuenta
Fit tibi, Quo ſumpto ſecla Aquilina trahas.

Limones huiuſmodi figuræ, magnitudiniſquè duos in diuerſis temporibus obſeruatos adhuc extantes iam ſiccatos aſſeruo, quod non parum mirabile eſt.

Verùm hæ raræ, atq; deformes quodammodo conformationes, præternaturalem Plantarum ſuarum ſtatum oſtendunt, opportunum proptereà ſequitur agere de Morbis Aurei Mali, eorumquè remedijs.

MORBI,

E

MORBI, REMEDIA.

P. Ferrar. Hesper. l. 2. c. 18.
Diog. l. 2.

MEdicis non rarò indigent auxilijs Medicæ Mali, vtpote quæ varijs non tam extrinsecis, propter insidiatores auri famelicos, quàm internis Malis obnoxiæ grauioribus, à quibus in vltima truduntur vitæ pericula, ideò deseri nunquam eæ debent. Afficitur in primis Medica Malus lippitudine quadam, & gummosa lachrymatione, ex qua facile inarescit Arbor, quoniam acris ea humiditas ex corrupto alimento, crudoue, quod peruersa aliqua infecit qualitas exulcerat, vtritquè partes, per quas excurrit; cui malo occurrere cupientes non sufficit abstergere leniter materiem illam morbosè exudantem, & cutim luridam reddentem abradere, sed vlterius alterare oportet, & ad temperiem natiuam reducere totum corpus eiusdem plantæ, & præcipuè ventrem medium, quod fiet nouam tellurem circum radices veteri extractæ, & exclusæ substituendo, dein abluendo Plantam integram cum aqua distillata ex toto Citro, folijs scilicet, & fructu, & illiniendo subsequenter lotas partes oleo, quod post aquam prędictam vlteriori distillatione eruitur, nec omittendũ est aliud remediũ, quod est mutatio aeris, & cæli, quia fortè euenit illud malum ex aliquo malo aeris, aut radiorum solarium reuerberatione *In Primis fuge Sithony mala frigura cæli, Afflatus caue Threicios, boreamque niualem.*

F

Pontanus de Hort. Hesp. lib. 1. c. 6.

Iuuabuntur & ægras has Plantas lapilli radicibus aliquibus fissis iuxtà generalia præcepta medicationis Arborum immissi, qui pro cauterio quodam inseruient ad expurganda humoribus à prauis interna viscera; in hoc autem cauere debet diligens, & accuratus Dendrophilus, vt Arbore integrè curatâ, idest cum ex toto conualuerit lapillos illos remoueat, ne Arbor, ex effluxu bonæ, & laudabilis substantiæ alimentosæ macrescat, & in marcorem impellatur. Ad Plantæ verò morbosam inertiam, tardioremq; germinationem, illam oportet pinguissima terra sollicitare, quæ ex cadaueribus resolutis, vel ab auium fimo vim, & robur acquisiuerit sese in Arboreos artus insinuandi facillimè, & sese ab radicibus imis in altum eleuandi, inq; folia, fructusq; demum dilatandi, & expandendi viuaciter; Idem quoq; remedium frigori occurret immodico, quod intus & exterius offecerit articulis ramorũ extremis, atq; etiam mediocribus digitorum scilicet, atq; brachiorum atrophia detentorum, & inarescentium; sed ferri actio intercedere valenter hic debebit separans à viuo, quod iam fuerit emortuum, & vulnus medicandum erit cera terebentinæ mixta, quæ muniat ligni neruosas, & carnosas partes præcisas, quibus cute obtegi venia, tempusq; concedetur. Ad formicarum pestem in Medicas quandoq; Plantas nimis grassantem non vno opus est remedio, verum multiplici, cum malum huiusmodi semper sit multiplex, & ex contumacioribus; vnde aggeratio cineris, vel arenæ marinæ ad imum plantæ stipitem ad excludenda illa noxia insecta conducit, Gossipium item petroleo imbutum plantæ circumligatum efficax est intercipiens, fugansque bestiolas hostiles, & salubritati medicæ Arboris infensas; sed eo facilius reformidabunt olei odorem formicæ, retròq; abibunt in oppositas partes, si dulcia, vel ab illis expetita sternentur non longe ab Arbore iam obsessâ, & per lineam etiam longiusculè disposita, hoc enim dolo capientur, & salubri deceptione direptiones alias amouebunt. Mures pessimum quidem sunt Malum, aduersus quos venationem ingeniosam, & sedulam instituere oportet; nam sagaces hi fures aurea non contenti arrodere Poma, quod ferrugineos quoq; ligni stipites, cuti duriori quoq; insultando pessundant, vndè feles in illos incitandi sunt, & deceptoriæ machinulæ parandæ, laquei, necnon, & compedes instruendi; prætereà offerre cibos peremptorios muribus erit vitam seruare Arboribus arrodendis, inter quas deceptorias escas frusta suberei corticis in adipe frixa mirifice congruent proiecta locis in suspectis, quæ frequentare soleant bestiæ illæ, quarum stomachus bucellis illis prægustatis indigestibilibus mortem degustabit. Cætera verò Animalcula, vt Erucæ in folijs, Limaces pomis, corticibusq; sparsim innascentes; Crustulæ item paruæ, crebræ obscuræ in Dorso Oriscorum, siuè Asellorum multipedum sub aquarijs vasis stabulantium adinstar, hærentes cuti ramorum præcipuè, continentes vrmiculos quosdam minimos, materiem inter subalbidam aranearum telæ persimilem, signa sunt putridarum exhalationum, ad cutim per quãdam transpirationem inperceptibilem transmissarum

G

P. Ferrar. in Hesp. lib. 2. c. 18.

H

A rium, vndè generationes istiusmodi ab excrementis subtilissimis corruptis emergũt; quorum affectuum curatio perdifficilis est, attamen omni conatu persistendum est in mundificatione, detersioneq; plantæ, purgationeq; & scarificatione, alimenti purioris exhibitione, atq; aeris tandem mutatione procul à puluere, situ, & virulento quouis nidore; Separatorum demum fructuum prophylactice, idest medica operatio à morbo præseruatiua, cuius causam adimit, iuxtà veriorem medendi methodũ, ea debet esse, vt lecta Poma à contusionibus immunia seruentur, & ab alterationibus frigoris, humiditatis, siccitatis, caloris uè nimij; nè naturales internæ qualitates ab externis patiãtur corrumpentibus; Maturi ergò Fructus Arboris Medicæ non antè mensem octauũ, in quo perficiuntur, collecti nocturno tempore, nubiloq; cælo tantũ, lunaq; silẽte, blandeq; à matre seiuncti in opaco disponẽdi sũt rarinsculè, & obscuro in loco super minuta stramina, paleas ue aridiores; nisi quis gypso incrustare vellet eosdem, quam operationem ego nunquam probarem; De qua re Pontanus sermonem habuit doctum, eruditum.

Gal. lib. 11. method. c. 2
Pall. l. 4. tit. 10.
Calcagnin. cõm. de Cit.
Constãtin. Cas. lib. 10. cap. 7.
Pontan. de Hor. Hes. l. 2

Si cura tibi sit lecta è frondentibus hortis
Seruare, vt viridem teneant annosa vigorem:
B *Hoc age: carpe manu in tenebris, in nocte maligna*
Frondentem ramum, frondenti & palmite Mala,
Palmite cum valido frondem retinentia, ramumque,
Et tibi nulla suas ostendat luna tenebras.

Ad Plantæ Medicorum Malorum præseruationem, cum præseruabilitate quoq; fructuũ permanentẽ quod attinet, habeatur singulis annis fimo conuenieñti maximè digesto vt foueatur planta, lupinis uè refocilletur, atq; collucetur collucanda, adumbretur item quæ nimia luce Solis torrebitur; Medicinam Medicinæ parens Hippocrates nil aliud esse docebat quàm adiectionẽ, & ablationem, adiectionem .s. deficientium, & redundantium ablationem. Quare si acciderit Plantæ Pomorũ Medicorum vlceribus serpiginosis, & dicepuloticis, Phagædenis uè tentari, cauitates studiosè implendæ sunt calce, atque arena minutissimè tritis, quæ exesionem, & corrosionem huiusmodi compescent. Sed à Medicis ad Historicos transeamus, quorum materies vitæ producendæ non modicum quoque conducit, ita vt eorum lectio summè existat vtilitatis; Et cùm quædam sit temporum medela Veritas Historiæ, de Historicis Malorum Aureorum post Morbositates C eorundem tractabitur.

P. Ferr. He. l. 3. c. 31. & 32.
Id. l. 4. Hes. cap. 22.

HISTORICA.

HEsperidum Hortos Antiquitas diù admirata est, illasq; credidit Hesperi cuiusdã filias fuisse, & Aurifero nemore diuites, vbi adesse perhibebatur Draco Aurea Mala vigilanter obseruans, quem interfectum ab Hercule prodidere Scriptores. Plinius quidem, atq; Solinus attestati sunt Hortos Hesperidum Malis Aureis refertos fuisse in Mauritania, & in Lixi oppidi (in quod C. I. Cæsar Coloniã deduxit) Aestuario Insulam Mõtuosam circumplectente, tortuosisq; suis lacustribus Mẹandris, flexuosisquè lateribus, ceù serpentinis vertiginibus eandem Insulam, in qua prædicti erant Horti, reddente inaccessibilem, ex quo orta est fabula de Dracone peruigili custode ex terra nato, centum capitibus perhorrido, qui latrones Pomorum, & Abigeos ouium longè ab Hortis, & Gregibus arceret; de quo hæc Philosophicis versibus Lucretius

Aureaque Hesperidum seruans fulgentia mala
D *Asper, acerba tuens, immani corpore serpens Arboris amplexus stirpem, &c.*

Stephan. Aquaus Bituricensis Plinij commentator ad c. 4. l. 19
Iul. Sol. Polyhist. c. 37.
Lib. 5. de nat. rer. carmin. 33.

Audiatur & C. Iulius Solinus Polyhistor de loco Hesperidum Hortorum, sub titulo de Libya, Hortis Hesperidum, ac Monte Atlante hanc texens Historiam; *De Hispania excursus in Libyam, nam Bellona progressus, quod Bœotia oppidum est, vltrà intersacens fretum trium, & triginta millium passuum, Tingi excipit, Mauritania nunc Colonia, & cuius primus auctor Antæus fuit; porrò quia in illo ambitu Ægyptium finitur Pelagus, & Libycum incipit, placuit, vt Africam Libyam diceremus. Quidam tamen Libyam à Libya Epaphi filia, Africam autem ab Afro Libys Herculis filio potius dictam receperunt. Lix quoq; Colonia in eodem tractu constituta est, vbi Antæi Regia, qui implicandis, explicandisq; nexibus humi melius sciẽs, veluti genitus Matre Terra, ibidem ab Hercule victus, & extinctus est; Nam de Hortis Hesperidum, & peruigili Dracone, nè fama licentia vulneretur, fides, & ratio hac est. Flexuoso meatu Æstuarium è mari fertur, adeò sinuosis lateribus*

ribus tortuosū, vt viſentibus procul lapſus angueos fracta vertigine mentiatur. Itaq; quod Hortos appellauere circumdat; vndè Pomorum cuſtodem interpretantes ſtruxerunt iter ad mendacium fabulandi: ſed hæc Inſula ſinuata ſinibus Aluei recurrentis, & in quibuſdam æquoris ſpinis ſita, præter Arbores Oleaſtri ſimiles, & Aram ſacrā Herculi aliud nihil præfert quod propages vetuſtatis memoriam. Verùm vltra frutices Aureos, & Metalla froudētia, &c. Geographorum aſt Principi Ptolomæo Inſulæ Heſperides, in quibus Aureorū Malorum Horti fuerūt, nunc dicendæ ſunt Inſulæ Capitis Viridis, propè Inſulas Fortunatas, nunc quoq; Canarias. Idem confirmat Pomponius Mela, qui de Atlantici maris Oris, & Inſulis hæc habet. *Exuſtis* (hoc eſt oris, ſeù faciebus extremi Africæ cornu) *Inſulæ appoſita ſunt, quas Heſperidas tenuiſſe memoratur, &c. contrà Fortunatæ Inſulæ abundant ſua ſponte genitis, &c.* ambobus concordat Abrahamus Ortelius in ſuo Theatro Terrarum orbis, nam Inſulas Capitis Viridis ex oppoſito Promontorij Capitis Viridis ponit in medio ferè Tropici cācri, & Æquinoctialis circuli in Regione Nigritarum, & inter oſtia Nigri fluuij, Inſulas olim Gorgades, ſiuè Heſperides. Locum eundē Heſperidum Inſularum habemus nouiſſimā ex Atlanteis abſolutiſſimis, & prætioſiſſimis libris in Belgio cuſis. Sed elegantiſſimus audiatur Pontanus hiſtorico-poeticè loca hæc eadē demōſtrās

Lib. 4. Tab. 3. de Libya

Lib. 3. c. 11. de ſitu orbis

Abraham Ortel Th. O. Terr. in Africa tab. noua.

De Hortis Heſper. l. 1.

Orbe etenim Heſperio, Niaſiq; ad littora quondam
Oceani Auriferis primum ſeſe extulit Hortis
Citrius, Arboreæ referens præconia palmæ,
Illi perpetuus frondis decor inter opacum
Albeſcunt nitidi flores nemus. Atque ità latè
Spirat odoratus Zephiris felicibus Aer, &c.

Qui tum nullis interpoſitis Aſportationem Citri in Italiam ita deſcribit.

At poſtquam Herculeis humeris ſtetit axis, & Atlas
Proſpexit Cælo, & feſſus requieuit in antro,
Et iam fata Deum, Latij, & ſcelera impia monſtri
Vltricem expectant clauam procul orbe ſubacto,
Geryone extincto, ſpolijs inſignis, abactamq;
Aduexit prædam, & noſtris ſtetit vltor in Aruis
Idem humeris, idem ipſe arcu, clauaquè ſuperbus
Deuexit ſimul Heſperio de littore ſyluas
Heſperidum ſyluas, nemora aſſulgentia, & auro.
Queis poſt Phormiadum ſaltūs fragrantia Myrto
Littora Caieta, fonteiſq; ornauit & Hortos Virginis Hormiala, &c.

Lib. 1. Heſ. cap. 4.

Calcagninus vir doctiſſim. valdè veriſimiliter diſcurrēdo aſſeruit Arbores Citri ex Atlante Monte, alijſq; Mauritaniæ Montibus in Mediā primò fuiſſe aſportatas, & ex Media in Italiam, quæ illas vocauit Medicas. Eruditus adm. P. Ferrarius exiſtimat locum Horti Heſperidum fuiſſe in Citeriore Africa, quos cuſtos coleret Serpens vocabulo Ladon; & vult eos in Tingitana Mauritania pręcisè fuiſſe, ſiue in Æthiopia ad occaſum ſpectante, vbi recentia Feſſæ, & Marocchi Regna ſunt iuxtà Lixū, & Amnē, & vetus Oppidū; nomē huic Laracra, ſeù Laracha, illi Luſſus, aut Luccus. Hæc incoluere loca Malorū Aur. cultrices illæ celeberrimæ ſorores Heſperides nuncupatæ, ſed quæ præcisè fuerint, quibuſq; agitatæ fortunis hic manet perquiſitio. Heſperū ferūt Iapeti filiū tres habuiſſe filias, quæ à Patris nomine Heſperides dictæ fuere nomina hæc ſortitæ *Ægle, Erethuſa, & Heſpertuſa* à quibus Horti nobiles exculti fuere Pomis Aureis, hoc eſt Citreis pulcherrimè referti ad inuidiā vſq; Gentiū omniū, ad quarū notitiā Diuitiæ huiuſmodi peruenerint, adeò vt poetis anſā hoc dederit fabulas de Dracone cuſtode pomorū, & de Hercule eorundē raptore cōminiſcēdi, quē tamē Herculē aliqui dixere ab Argiuorū Rege Euriſteo illuc miſſum ad rapinā; alij autē, quod ipſe fuerit fortuitus, & felix Heſperidū liberator, quæ à Piratis expilatæ abducebantur, vt mancipia; Sed hoc ſaltē dubitatione caret, Mala hæc Aurea Heſperia dicta, vel ab Heſperidibus, vel ab vltima Heſperia fuiſſe in Græciā ab Hercule translata, vt Hiſtoricè adnotauit Athenæus quæ Theophraſti ætate, & Plutarchi Aurea Mala à nemine eouſque comeſta fuere, ſed ob pulchritudinem ſolam auidiſſimè expetita. Quid quid ſit, Herculem difficillimum erit ab inſimulatione latrocinij liberare; nā audio Lucanum ſic canentem *Atq; inſopiti quondam tutela Draconis*

Comment. de Citro.

Lib. 9.

Heſperidum pauper ſpoliatis frondibus Hortus
Inuidus, annoſo qui famam derogat auo,

Qui

A *Qui vates ad vera vocat, fuit aurea sylua,*
Diuitijsque grauis, & fuluo germine rami,
Virgineusque chorus nitidi custodia Laci,
Et nunquam somno damnatas lumina serpens,
Robora complexus rutilo curuata metallo.
Abstulit Arboribus pretium, nemorique laborem
Alcides: passusque inopes sinè pondere ramos
Retulit Argolico fulgentia Poma Tyranno.

Palæphatus, qui fabulas tam benè explosit, & ad historicam veritatem direxit, Herculem & ipse furti accusauit, quod ex sequentibus patet illius verbis *Hesperus vir quidam Milesius erat, qui in Caria habitabat, duasq; filias habebat, quæ Hesperides nominabantur, illiq; ipsi oues pulchræ, atq; fœcundæ erant, quales & nunc in Mileto quoq; sunt, quæ quidem ob id aureæ iam oues nuncupabantur, quoniam pulcherrimum omnium rerum aurum est, & illæ quoq; pulcherrimæ erant; μῆλα etenim, vt Poma, sic oues quoq; apud Græcos vocantur, quæ quidem μῆλα, hoc est oues, cum circa maris littus pascentia Hercules vidisset, & abigendo comprehendens naui suæ imposuit, simulq; earum pastorem nomine Draconem secum domum perduxit; & hoc non amplius Hespero ipso viuente, sed eius duntaxat superstitibus filiabus. Dicebant itaq; homines aurea equidem Mala vidimus, quæ ab Hesperidibus Hercules, Draconem quoq; custodem interficiens abduxit; sicq; exinde fabulosus sermo confectus, formatusq; fuit.* Tantæ fuere semper existimationis, tantæq; Virtutis Aurea Poma, Citria propriè, vt varius illorum vsus maximorum effectuum causa exstiterit, modò vitæ, modo funerum. Refert Athenæus se à ciue quodam Ægyptio didicisse damnatos quondam fuisse apud Gentem illam duos latrones ad expositionem virulentarum bestiarum; verum dum ducerentur ad supplicium, & antè cauponam transirent viribus penè omnibus destituti præ maximo mærore, & extremè sitibundi languerent, & eiularent, Caupona quædam eorum miserta tenens in manibus duo Citria, quæ gustabat, ea miseris illis dedit, quæ recepta statim manducarunt: paulò post immanibus bestijs oblati, atq; demorsi ab aspidibus nihil molestiæ senserunt, cuius rei vehementer miratus Præfectus causam huiusce effectus percontari cœpit, & cum nil aliud, quàm esum illorum Malorum percipere potuerit accidisse inter carcerem, & supplicij locum fontibus ipsis, voluit postridie rem experiri, ipsos eosdem fontes exponendo bestijs, alterum Citro præmanso præmunitum, alterum absq; antidoto, & qui Citrum assumpserat illæsus est conseruatus, alter interijt. Refert similiter Historiographus quidā Venetus Historiam belli inter Rheginos, & Taruisinos occasione fructuum Citri suborti; nam Taruisini in quodam scenico spectaculo in quo ludicra instituta erant puellarum, & puerorum bella amatoria, in quibus Arma erant flores, & fructus, ideò pomis aureis pro missilibus, atq; tormentorum pilis vtebantur, in medio quorum ludorum superuenit improuisa Venetorum iuuenum Turma Castellum de repente occupans, ab ipsis aureis malis occasionem arripuit libertatem plusquam auream diripiendi. Simile quid Flauius Iosephus Historicus narrat, Bellicum scilicet motum excitatum contrà Alexandrum Ianneum Regem Hebræorum occasione ramorum Citri in festis tabernaculorum; in quibus sacrificaturum Regem refert à Populo Citrijs impetitum per ignominiam, indignum iactante, qui cum impius, & sæuissimus esset, sacris operaretur. Citrio posterius Aurantium Malum Romæ fuit cognitum Galeni tempore, sed sub nomine Gestiani Mali, vel Matiani, Maniliani, Claudianiuè Plinij; alij negant hanc cognitionem, dicuntq; Aurantium nullo pacto posse esse Gestianum Malum, cum Galenus Gestiano Malo vtatur in re, ad quam inutile est Aurantium. Quidquid sit, si non vera erit Historia hæc, erit saltem seria narratio Fabulis contraria, vndè cum contrariorum eadem sit disciplina, de Fabulis deinceps venit agendum.

Lib. 1. de non credendis fabulosis narr.

Iustinian. Rerum venet. l. 2.

Antiquitatum Iudaicarum l. 13. c. 21.

Li. 15. c. 14

FABVLOSA, ET LVDICRA.

VEneris manu satum fuisse Aurantium Malum in Cypro illi dilecta fabulati sunt Poetæ, sed quid dicam fabulati? vera nimis dixere, nam huiusce Pomi pulchritudo, & color simplex ab Arbore sua decerpti nimis fallax est, nimiumq; fuga-

Seruius in 4. Æneidi.

cem prodit substantiam nonnè citissimè marcescens illud totum inter nostras experimur manus? vbi nec ossa relinquuntur lubricitatis putridæ vestigia quædam, multò infelicius ac in nobis accidat hominibus, qui fragilitatis nostræ, & miseriarum in sepulchris quoq; habemus monumenta, vt proculà superbia syncerum, & incorruptum nostrum Animum conseruemus castè, & piè viuentes in hoc sæculo. Aptè quidem cecinit Lyricus

Horatius lib. Epodon.

Fugit Iuuentus, & verecundus color
Reliquit ossa pellem amicta lurida.

Aliam non minus vtilem fabulam ad veri effictam imaginem eruditiores Ethico-mythologi adinuenere, vt bonorum operum Thymiamata in æternitatem adolerent; In Iouis, & Iunonis nuptijs fabula est ex Athenæo, Tellurem, tanquam ex Deabus vnam eidem Reginæ Numinum vt gratularetur in eius honorem fudisse Aurea Mala, quæ postea nuptialia Poma dicta, & habita fuere, quæ commorsa nubentium Animas bono, & odoro omine ditarent, quæq; vt ad maiorem speciei conseruationem studiosè colerentur missa fuisse dicūtur ab eadem Iunone ad Hesperidas, quibus celeberrimos illos Hortos hæ intrà virginitatis custodita specula instruxere. Sed quot ex vna prodiere multiplicatæ fabellæ! non alio crediderim id factum esse consilio, quam vt Animus noster multiplici iucunditate allectus seriò conuertatur ad fabulas, vt citius ad veritatem reuertatur, ibiq; perpetuò sistat. Herculem fingunt Aurea Mala vt furaretur perquisiuisse diligenter à multis vbi nam essent præcisè hæc Aurea Mala, quorum fama celeberrima ferebatur per orbem, & quomodò illuc penetrare posset; ideóq; Nymphas illas primum Iouis, ac Themidis filias consuluit ad Eridanum, harum idem consilio Nereum Somno irretitum, ac si vinculis, & loris impediretur coegit ad id aperiendum, licet varijs formis responsionem certam eludentem ne locum indicaret, nam ad Caucasum remissus fuit, vbi cum Prometheum pessimo viscerum Lancinatorum morbo laborantem sanasset retulit pro gratitudine hoc salubre consilium ne aurea ipse mala decerperet, sed Atlantem rogaret vt pro se id muneris obire vellet, & interim pro ipso Atlante mundi sarcinam reciperet, & senem labore hoc aliquantum leuaret; & ità dum Hercules mundi machinam tantisper baiulauit, Atlas Hesperidum tria Mala legens Herculi attulit; Quæ verò Prometheus in exponendis Herculi vijs, quæ ad Hesperides, seù ad Atlantem ducerent, & quæ illi præstanda forent habentur ex Æschylo apud Strabonem.

Athenaeus lib. 3. c. 5. Plutarc. de coniug. praec. Natal. Com. Mythol. lib. 7. c. 1. Diod. Sicu-lus. Hist. prisc. l. 5.

Ad fortem ligurum, & timoris inscium aduentabis exercitum,
Vbi apertè scio nullo de prælio, aut clypeo lamenta emittere in transeundo,
Nam vt te latè destituant, in fatorum lege datum est.
Ibi ne lapidem quidem vllum è terra captandum habebis,
Cum totus mollis locus existat.
Spectans verò te opis egentem Iupiter miserebitur,
Et nebulam intendens, & rotundarū imbrem petrarum infundens, solum inundabit,
Quarum ope congressus, facile ligusticum vastabis exercitum.

Strabo l. 4. Geogr. pag. mihi 174. Cod. Græco lat. Basileano.

Decantatissimum sed mille modis variatum de Hortis Hesperidum, deq; Aureis Malis commentum, cum nil prius mirata fuerit Antiquitas quam Hortos Hesperidum; Atlantem alij dicebant pulcherrimas Pomorum Aureorum Arbores possedisse, cum Dea Themis prædixisset, futurum Iouis filium, qui ab eo poma diriperet suum montibus cinxit Hortum, quod Ouidius in hunc modum poeticè expressit.

Plin. l. 19. c. 4. Metam. l. 4.

Tempus Atla veniet tua quo spoliabitur auro
Arbor, & hunc pradę titulum Ioue natus habebit
Id metuens solidis Pomaria clauserat Atlas
Montibus & vasto dederat seruanda Draconi
Arcebatquè suis externos finibus omnes, &c.

Aliter eandem Fabulam Hyginus è Pherecyde refert, de Serpente Asterismo sic loquens, *Hic vasto corpore ostenditur inter duas Arctos collocatus, qui dicitur Aurea Mala Hesperidum custodisse, & ab Hercule interfectus, à Iunone inter sidera collocatus, quod illius opera Hercules ad eum est profectus, qui Hortum Iunonis tueri solitus existimatur. Ait enim Pherecydes Iunonem cum duceret Iupiter vxorem, terrā inuenisse ferentem Aurea Mala, cum ramis, inde Iunonem admiratam petysse à terra, vt & in suis Hortis sereret, qui erant vsq. ad Atlantis Montem, cuius filia cum sapius de Arboribus Mala decerperent, Iuno dicitur hunc ibi custodem posuisse.* Filiæ vero ipsius Atlantis à Diodoro Siculo ferun-

Lib. 2. p. 59. in Poetico Astronomico, & in fabulis n. 30. Lib. 5. rer. antiq. c. 5.

A runtur fuisse Maia, Electra, Taygete, Asterope, Merope, Alcynte, Leleno, à patre Atlantides, & à Matre Hesperides appellatæ. Hunc Malorum Aureorum raptum, & occisionem hanc serpentis eorundem Malorum custodis vltimum fuisse Herculeorum laborum tradunt scriptores Historici, vt vltimam fortasse metam inhumanitatis innuerēt, dum pretiosiora quæq; rerum, & vitæ lumina violenter auferuntur, delendam, & quamuis Aratus eundem laborem Herculeum inter primos recensuerit, ille tanquam audentius, & inuisum magis facinus posset intelligi; Sic ipse Aratus loquitur.

Diod. Sicul. rerum Antiquarum l. 4. c. 2. de Herc. & eius laboribus.

In Engonasi

Nam dura immodici memorant sub lege Tyranni
Amphitryoniadem primæuo in flore iuuentæ,
Qua cedunt medy longè secreta diei,
Hesperidum venisse locos, atque Aurea Mala,
Inscia quæ lenti semper custodia somni
Seruabat, carpsisse manu: postquam ille Nouercæ
Insaturatæ odÿs semper victoris ab ictu,
B *Spirarumque sinus, & fortia vincula laxans*
Occubuit, &c.

Iam ad satietatem vsq; de Malorum Aureorum fabulosis, & Hesperidum commentis. Scitissimæ nunc proferuntur fabulæ, quarum prima à nouissimo depromitur scriptorum P. . . Ferrario, de Leonilla quadam Harmonilli sorore in Aurantiū versa; ea autem hæc est. Cum ludi quidam Apollinis ederentur in Vrbe Arcadum Regia, cui nomen Palantiū, adolescens quidam suauissimè canorus, Harmonillus nomine, verè Armonicus, ipse Cleomedis discipulus, & filius Leogenis ex Tirsenia, fraterq; Nymphæ Leonillæ, ab ipso Cleomede, cui plurimum fuerat à parentibus commendatus ad Armonica certamina fuit associatus, in quibus, vt formæ præstantiā, sic vocis dulcedine, & modulis cæteros omnes æmulos superauit, cuius indolis nobilissimam speciem admiratus Apollo, ipsum laurea, lyraquè inaurata donauit, eundemquè in sua quadriga admissum vnà cum Cleomede eius custode transtulit in Parnassum, & illum in suo secreto Ephebęo Musis custodiendum tradidit, & commēdauit; Cleomedemq; remisit ad Harmonilli matrem illi nunciatum pueri gloriosas fortunas, & quali domicilio frueretur. Sed dum Amor, C & deliciæ Musarum aleretur ibidem Harmonillus, accidit vt inuida quædam Anus, & pessima, Vafronia Rabiria aptè nimis dicta, quæ tūc ephebei Parnassij Præfecta erat, quæ Thaliæ Musæ ludicræ, quam Harmonillus auersabatur, Vraniam vnicè diligens, impensius fauebat, cœpit Harmonillum odisse, atq; vt iuuenem pessundaret omnem operam impendebat; primò itaq; ei imponit, & imperat, vt ad frænum adolescentiæ, feruidiorisq; linguæ motus, ab oculorum, & sermonis vsu ad illius libitum se abstineat, deinde Tricutiam Triquetiā eius adiutricem, & asseclam in ministerio aduocare, ipsam iubet obseruare, & explorare omnia ipsius Harmonilli facta, eiq; visa omnia renunciare, & ad excruciandum magis Harmonillum datus est ei socius Musculus Naserna. Inter has curas, & molestias Harmonillus tabescere cœpit, & copiosissima tandem lachrymarum irrigatione nouam adoleuit in Arborem, quæ ramos aculeis armatos contrà Vafroniæ, & Tricuciæ iniurias haberet; sed maiore miraculo manus in poma digitata aureo colore pulcherrima euasere; rem resciens Apollo plorauit cum Musis infelicem iuuenis exitum, sed ad solamen iacturæ illius propriam hanc Lauro deinceps chariorem Arborem declarat. Leonilla verò soror Harmonilli, venatorio è bello pugnacissima, ceù Amazon D reuertebatur aliquando, Aprumà se interemptum vnà cum socijs, triumphaliter reportans Domum, cum ad peramœnam Vertumni syluulam peruenisset, vbi ad quietem cōfidens æmulationis certamen inter socias instituere cogitauit de ea, quæ animosius in Aprum se gessisset, & cum finis altercādi non inueniretur, alio certamine rem dirimendam esse Leonilla iussit ab ea, quæ scopum melius collimasset sagitta ab Arcu emissa in Arborem scilicet ad id electam, quæ fructibus aureis onusta erat; Arcus quidem exonerarunt sociæ omnes, sed extra scopum euolauit sagitta, postrema Leonilla adacta in medio Pomo sagitta omnes superauit, sed ecce rem prodigiosam! è vulnere Pomi cruor emersit, dein vox querula exaudiri cæpit, Hei mihi! & cum horrore Tirseniæ vultus apparuit lachrymabundus, squalens, qui lachrymosam Harmonilli fabulam narrauit; ad has voces, adq; aspectum huiusmodi consternata Leonilla immobilis remansit, & stupore materno stipiti simillimo, vltimas in voces hasce profusa, nullo vnquam tempore,

P. Ferrar. l. 4. Hesperidum c. 11. & l. 2. c. 5. & l. 3. c. 19.

nullaq; viâ, matre à me diuelleris,& in amplexus currens cœpit radicescere plantis, & E in Aurantiam statim transmigrauit;& tunc cæterarum Nympharum demirantiū,&commiserantium turba eiulatibus,& gemitibus intenta totam impleuit syluam,cuius fabulæ linearem Ichnographiam artificiosissimè, & ad miraculum affabrè expressit Dominicus Zamperius Pictor Bononiensis famosissimus, Magni Guidonis Rhenij, Franciscíq; Albani contemporaneus,& virtutum Aemulus gloriosus. Mœstam, & Tragicam hanc Harmonilli, & Leonillæ, necnon eorum matris Tirseniæ in Arbores Pomorum Medicorū versas ludicra excipiat sequens fabella.Medicus quidā fingitur fuisse ignarus,insulsus, & ingenio simplici,ac leui,immò inertis, qui in officina Pharmaceutica celebri legēs quandam Medici præclarissimi ordinationem, in qua inter alia scriptum cernebatur, *Recipe Carnis Mali Medici*; illicò; conscientia propria perculsus sciēs se esse malum Medicum, idest Medicum indoctum,timens ne illius carnes expeterentur, vel pila tundendæ, vel prælo stringendæ, siccandæ,cribrandæuè,&c. statim discessit conceptum in animo periculum fugiens, de quo extant versiculi sequentes.

Manilius.

Curant anhelum Plenus, & Chiron senem,
Agyrta Plenus, arte Chiron maximus, F
Chiron iubet de carne Mali Medici
Seplasiarium parare Pharmacon:
Lectâ schedâ illicò in pedes se conÿcit
Agyrta, se peti ratus Medicum Malum.
Sic arguit sua quemque conscientia:
Sic ipsa sese prodit ignorantia.

Lib.10.Metam.

Adonideā sed Metamorphosim non Ouidianū in Florem,sed in Fructum venustum,pulchrum, odoratum, aureumquè Veneri magis congruentem ingeniosissimè excogitatam à preclarissimo Pontano inuenio; is enim ad miraculum vsque suspiciendam contexuit fabellam de Adonidis in Citrium conuersione, in qua excogitabiles omnes affectus, qui verisimiliter accidere in historia potuissent viuacissimo, & nobilissimo exprimere nouit metro:

Nimia leuitate caducū Florē Adonidis Anemonē aliqui putant esse,alij autē Chamæmeli quandā speciem speciosam, quæ à Dodonęo dicitur Eranthemum.

De Hortis Hesper.l.1.

Mœrebat puero extincto, lugebat amantem
Scissa comam, & lacrymis humebat terra profusis, G
Humebant Lauri, quarum frondente sub vmbra,
Et positum ante pedes lamentabatur Adonim,
Et se oblita Deam, tundebat pectora palmis.
Vt verò sese dolor, & grauis ira repressit,
Ac veterum admonuit Daphne Peneia amorum,
Et nostros, inquit, testabitur Arbor Amores,
Nostrorum & maneant monimenta æterna dolorum;
Ambrosio mox rore comam diffundit, & vnda
Idaliâ corpus lauit, incompertaquè, verbâ
Murmarat ore super, supremaquè, & oscula iungit.
Ambrosium sensit rorem coma, sensit & vndam
Idaliam corpus, diuinaquè verba loquentis.
Hæserunt terræ crines, riguitq́, capillus
Protensâ in radice, & recto in stipite corpus,
Lanugo in teneras abÿt mollissima frondes, H
In florem candor, in ramos brachia, & ille,
Ille decor totâ diffusus in Arbore risit.
Vulnificos spina referunt in cortice dentes,
Crescit & in patulas Aphrodisia Citrius vmbras.
Colligit hinc sparsos crines Dea, mandat & alta
Telluri infodiens, tunc sic effata. Meis heu
Consita de lacrymis nunquam viduabere fronde,
Semper flore nouo, semperquè ornabere pomis,
Hortorum decus, & nemorum, illecebraq́, domorum,
Osculaq́, illacrymans ligno dedit, è què capillis
Summâ sub tellure agitans fibramina ducit,

Hauriat

A *Hauriat vt sitiens vndam, atque alimenta ministret.*
Illa, velut Domina luctum solata, recentis
Excussit frondeis, resupinaquè vertice, canos
Diffudit florum nimbos, queis pectora diuæ,
Impleuitq́ sinum, & lacrymas sedauit eunteis.
Exindè Hesperijs Arbor nitet aurea syluis.

Sed de huiusmodi figmentis citrà satietatem dicta sint satis. Flexamina sint, mentemq́; præparantia quæ in fabulis, & ludicris Malorum Aureorum exarauimus; Ad abstrusiora Mysticorum Moralium, & Emblematum comprehendenda iam æquum est vt deueniamus.

MYSTICA, MORALIA, Emblemata.

B

PEriculosissimam esse Auri cupiditatem innumeris patet vbique gentium exemplis — *Aurum, & purpura curis*
Exercent hominum vitam, belloq́ fatigant.
Egregiè philosophabatur Lucretius; nam vt cecinit Tibullus
Sæpe solent Auro multa subesse mala.

Sic Auri simplex nomen in Malis Aureis concupitum Malum illud Aureum plurimorum fecit causam malorum, quod discordia iecit inter Mineruam, Iunonem, & Venerē simul, quorum concursus in nuptijs Pelei, & Thetidos colore, splendore, atque incomestibilitate quadam cupiditatem, & auri sacram famem fugiendam ostendit, quorum malorum minimum est, nosse quidem *habere*, & *possidere*, sed ignorare *frui*. Aurum itaque, quatenus aurum, in malam partem semper trahetur, nisi enim reguletur à virtutum aliqua specie, nil illi est magis proprium, quàm ponderositas nimia, quæ Hominem illius cupidum in tartara præcipitet; Vndè Mala Aurea in sublimi posita tanquam C propitiatorium de Auro purissimo, & non stratum, quasi lutum, Astra ipsa secundum Hesiodum perbellè significant; quæq́; trina numero in manu Herculis tres heroicas virtutes præcipuè, quas Herculi tribuebant, nempè Moderationem auaritiæ, Temperantiam, & generosum deliciarum, & voluptatum Contemptum. Sic quoque sentiebat doctissimus Achilles Bocchius conciuis meus Bononiensis, cum sæculo transacto Symbolum edidisset, quo per exhibitam Alcidis statuam stantem, atque nudam, dexteràquè clauam, atq; leonis spolium, sinistrâ verò tres prædictos fructus gestantem, VIR FORTIS, MODESTVS, ET POTENS ingeniosè significatur, Poetico sub titulo

HESPERIDVM ALCIDES VICTOR FERT AVREA MALA.

Quod eruditum hoc Decastichon peregregiè declarat simul, & confirmat.
Quæ statua insignis clauâ, Nemeæq́ Leonis
Exuuijs, lauâ quæ tria Mala tenet?
Magnanimi Alcidæ vera, & sapientis imago est,
Aurea qui victo Poma Dracone tulit.
Nempè Draco in nobis nihil est, nisi dira cupido;
D *Extinctâ hac triplex ilicet extat honos.*
Comprimitur furor ira, & habendi sacra libido
Interit, & ventris desidiosus amor.
Fortem animum exuuiæ signant, elaua illa potentem,
Qui domitis victor sensibus imperitat.

Propereà Draconem huiuscemodi Mala prius custodientem Auaro cuique comparabat Paulus Maccius; Cùm enim nostrum minimè sit id, quo non vtimur, sic gazas, quibus cumulandis per fas, & nefas auarus intentus est, ipse minimè possidet, sed alijs seruat, non aliter ac Draco prædictus ditibus Hesperidum hortis custodiendis ieiunus inuigilabat, Sed cur erudita præclari huius poetæ carmina non legimus? sunt igitur hæc;
Peruigil intactos qui seruat in Arbore ramos,
Et sibi non custos Aurea Mala Draco;

Lucret l. 5. de nat. rer. *Eleg. 9. li. 1* *Boccat. l. 12. Geneal. D. c. 50.* *Fulgentius lib. 3.* *Eccles. c. 8.* *Exod. 25. lib. 41.* *Valerian. Hier. l. 54.* *Lib. 2. symbol. 55.* *Macc. Embl. 52.*

Par tibi diues opum; vigili torqueris amore,
Sed miser extructas non tibi claudis opes.
O' aurum cura fili, genitorquè doloris,
Si te habeam, metuo, ni te habeam, doleo.

Eadem Aurea Mala collocata in Lectis Argenteis, vt habetur in sacris Prouerbijs, significant spirituales sensus in litera Legis ex venerabili Doctore Beda; & si tota Aureorum Malorum Arbor accipiatur, ea semper virens, & pomifera semper, cuius fructus in vino bibitus valet contra venena, Hominem illum designat, qui fructum bonorum operum profert tempore opportunò. Arbor Citri, cum sola inter omnes plantas ab Austro iuuetur contra rigores Aquilonis, à quo grauiter læditur, designat solam orthodoxam Ecclesiam inter omnes Religiones ab Austro, id est à Spiritu Sancto internè ali, & acerrimè defendi contra Aquilonem, qui semper in sacris paginis Infernum, seù Sathanam refert, à quo panditur omne malum, & mors in Mundum est introducta, cum mendacissimam in Dracone soluens linguam, vt vetitum degustaret Pomum Euæ suasit. Eundem ideò serpentem Adamicorum pulcherrimorum Pomorum ramum rictu deferentem effigiatum adduxit P. Ioannes Kreihing in Ethicopoliticum Emblema damnorum, quæ serpentina maledicentium, & improborum præcipuè seruorum parit lingua, de qua parœmiacè

Cap. 25. in Prouer. — *Georg. Venet. Armar. Iob. c. 9.* — *Iustin, c. 1.*

— Lingua mali pars pessima serui.

Ita nobilis ille poeta

P. Kreihing Embl. 54.

Plurima seruus habet vitia execranda malignus:
In cunctis primas improba lingua tenet.
Illa per innumeras sarcit mendacia fraudes.
Illa suo Domino maxima damna parat.
Illa ferens iras, & sæua odia inter amicos,
Sæpius in Domini suscitat arma caput.
Illa loquax turbat famulos, & iurgia miscet,
Et totam rixis implicat illa domum.
Illa sacrum Domini, secretaquè liminis effert,
Garrulaq; in medio collocat illa foro.
Illa suum crimen, iustè reprehensa, tuetur,
Atque canum dentes, si moueatur, habet.
Nunc illi obsequium, nunc dat mala iurgia potus;
Mox fit rixandi sordida causa cibus.
Perditus, & nequam, nunquam neq; murmuris expers.
Serpentis linguam denique seruus habet.
Improbus Edeno talis fuit Anguis in Horto.
O' Domino, & seruis qua mala, quotque dedit!

In fictilibus eleganter structis deliciarum ergò Arbores Citrias plantari, atque exinde sub porticibus, aut iuxtà muros apricos poni, & aqua largè rigatas æstate ad solem sini, hyeme verò accedente in subterraneis sisti, vt præcipuus Italiæ nostræ mos est, significat Fidelium Animas in corporibus mortalibus, quæ verè fictilia sunt, plantatas in porticu Ecclesiæ Catholicæ, ac iuxtà Christianæ disciplinæ munimenta, Iustitiæ solem conspicantia, deliciarum ipsius Dei gratia positas fuisse, multoq; S. Spiritus imbre rigatas æstate, scilicet in statu gratiæ, qui æstas est, in qua bonorum operum fructus cumulantur, ad Solis conspectum, nempè ad Beatificam Dei Visionem per contemplationem admitti. Hyeme verò, hoc est illo tempore, quo humana vita in peccatorum immunditijs occupata est, vt illud *Orate, ne fuga vestra fiat in hyeme*, in subterraneis, videlicet in Inferno, quo nihil magè subterraneum existit, ablata spe repedandi, trudi. Citrus tandē, Limon, & Aurantium, quia sunt tres distinctæ Arbores, attamen omnes sub Aureæ Mali nomine conueniunt Symbolum erunt Sanctissimæ Trinitatis, quæ quidem Personis distincta est, at sub vnici Dei nomine continetur in Essentia. Figuratæ sequuntur adhuc Doctrinæ Malorum Aureorum in Hieroglyphicis, Symbolicis, & Insignijs. Sed Physico-moralia nonnulla maximè rationabilia Exempla Medicorum Pomorum literariam fundent & ipsa suaueolentiam.

Malum

Malum Citrium Hendecaſpermon.


Loculamenta ſementicorum granorum habens, qui numerus vndenarius cum ex ſententia, non ſolùm Arithmeticorum, ſed Theologorum quoque ſit vitioſus, vt optimè diſcurrit Petrus Bongus de myſtica numerorum ſignificatione, poterit in hoc fructu inutilem ſaltem, ſi non malam formaliter, ſubſtantiam ad eſum indicare; quia numerus hic ſemper habitus eſt Infauſtus, atq; Feralis.

Vndè videtur Malum hoc Nothum naturaliter partum indicare, qui vndecim communiter vnciarum indigitatur, cui multoties accidit auricularem digitum in Spithamæ menſura vno deficere lato digito in duodena eorundem legitima extenſione.



Citri-

Citreum Polyſchematicum.



Vt placeat omnibus hæc Planta figuras induit omnes;

Ouid. 1. de Arte. —— *Nulli non ſua forma placet.*

Et in Actiua vita Citreum oblongum videtur moram in rebus exequendis oſtendere, *Manil. l. 4.* quæ *Sapè malorum dat cauſas*. Et Citreum rotundum citas operationes bonas refert.

Publius. *Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.*

Limon

Limon Digitatus,

Qui dicitur propter eius originem *à Rio*, seù *à Riuo*; vndè illius germinatiua fructificans Virtus multiplicauit extrema Genimina


P. Ferr. l. 3. de Malorũ Aur. cult. c. 6. Ps. 64



Ramosæ sunt manus, in digitosq́; dum terminant, Instrumentorum Instrumenta cognoscuntur, & ad opificia secundũ Animæ virtutes imperantes perficienda aptissimæ quarum similitudines non nisi fructuositatem indigitabunt; vndè Limonius Ramus in digitatum terminans fructum dupliciter Ramosas manifestat Manus, quæ Mosaicis illis videntur assimilari *ecce manus mea erit super agros tuos*. Exod. 9. Vndè Iustitiæ opera, atque Misericordiæ cõpleantur iuxta Oracula eadem Diuina; *mane semina semẽ tuum, & vespere nè cesset manus tua*, Eccles. 11. *Seminate vobis in Iustitia, & metite in ore Misericordia*. Oseæ 10.

Citri-

Citrium Pyriforme.




Nè ſint onerofa pondera, ſed magnâ ex parte leuia, & lenia, Fructum hunc voluit Natura ſic efformare figuris virtualiter omnibus compoſitum, Vatum qui vota ſoluere quodammodo valeret.

Vatibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces, Perſ. ſat. 5.
Centum ora, & linguas optare in carmina centum.

Malum

Malum Carcapuli Congener.



Fructus Arboris Carcapuli Malabaribus; Garcapuli Canarinis, iuxtà descriptionem D Christophori A'Costa, ex Arbore vastæ magnitudinis excerptus Malo Aureo, cui cortex exemptus sit magnitudine, & forma similis, & ex grumis coagmentatis constans, Aurei coloris, gustusq; adstringentis, grati, maxima laude dignus in morborum curationibus, vngui maioris digiti pedum admotus sympathicâ quadam mirificâ vi visum clarificans pulcherrima nobis suppeditat Moralia documenta vtilissima, & admirabilia, cuius Aldrouandęam descriptionem Lectori primùm exhibemus. *Malum Carcapuli Congener, species Aurantij missum ab Illustrissimo D. Camillo Palaotto anno Dom 1591. quem fructum ex Calabria sibi allatum asserebat; ille tamen exoticus erat, & in Italiam, vt Mala antiquissimè Assyria è nouo Orbe transportatus. Eius Peripheria duarum Spithamarum mensura concludebatur, parte infera, quâ petiolus inseritur, quo ex Arbore dependet sessilibus strijs ex pediculi crassi, qua committitur cano satis amplo circumferentia in diuersa abeuntibus, Asterisquè figuram repræsentantibus, sectus in longum. Cortex*

In lib. Aromatũ. c. 46.

Ald. T. o. 20 in suis obseruationibus m. 2.

idem planè, qui Mali Aurantij, sed tenuior, cum substantiâ, sum colore, quin & sapore, qui post aliquantam adstrictionem acrimoniæ aliquid grata ori relinquit. Malum istad si inuersum spectes, Cydonij, seù Aurei figuræ est e apice apertum, quo alios quosdam fructus oblongos Limonis colore, forma, sed instar segmeatorum coagmentatos, corticis extimi capacitate, veluti vtero fœtûs continere est videre planè simile ei, quod Carcapuli Indis vocatur, qui pariter alios fructus continet, seù grumos. Hanc Aurei Mali Exotici speciem, si quis ad Limones alios includentes, Adamiuè Poma fœta, Aurantiaquè mirum in modum fœtifera, de quibus disertissimè tractat P. Ferrarius, referret, minimè erraret, imò non parum saperet. Cuius prægnationis causam ex codē Ferrario referre ipsissimis illius verbis non piget. *Iam verò quarenti causam prægnationis in Pomo admiranda, Philosophicam habeo, & poeticam afferro. Igitur eam seminis partes inter se diuersa, quas eterogeneas vocant, loci fertilitate exuberaat: cumq; fœtum informans arboreum viuida vis, quam vulgò spiritum appellant, multiplicata diuidit ur: vni faci, lè poma alia ingenerantur, prout partes easdem vario lusu lasciuiens Natura digesserit, &c.* Verùm ex hoc fructu moraliter inspecto docemur nil difficilius esse, quàm dolosum virum cognoscere, vt rectè sentiebat Theognis, ita vt sapiens quoque in hac assequenda cognitione laboraret incassum; nam alij vitium tegunt opibus, alij verò virtutem perniciosa paupertate absconsam habent, nec coniecturam, quæ sæpissimè fallit, illic posse datur: prædicti etiam Philosophi sensa in latium sermonem ità transtulimus.

In vol. Hesper. id. l. 3. c. 19. p. 271 & pag. 315 & l. 4. c. 8. pag. 405. item p. 264

Th. Zui. in Tomo, 2. morum Phil. Poetica l. 5. c. 2. sub tit. Prud. Kpurrui pag. 818

Ingenium siquidem, licet inspiciendo probetur,
Nosci difficile est à Sapiente Viro.
Diuitijs etenim quamplures crimina velant.
Virtutemq; alijs sors miseranda tegit.

Quo naturæ ingenio facti fuerint grumi illi huiusce fructus interni, qui vel fructibus imperfectis assimilantur, vel partes tumultuariæ eiusdem fructus solummodo videntur esse, quis determinare poterit?

HIEROGLYPHICA, SYMBOLA, Et Insignia.

Plaut. in Cistellaria. Embl. 207.

MElle, & Felle fœcundissimus Amor cum Malo Medico, & maximè Aurantio, cui medulla dulcis inest, exuuium verò amarum, parallelizat; vndè doctissimus Alciatus huiusmodi emblema ingeniosissimè composuit Veneri Malum Aurantium ab Arbore carpenti ex vna parte, & ex alia Cupidini propè Apum Alueare stanti subscribendo distichon hocce

Aurea sunt Veneris Poma hæc: iucundus amaror
Indicat, est gracis sic γλυκύπικρος amor.

Io. Rinald. de signification. Herb. Georg. l. 3.

Aurantium tamen Malum consideratum, quoad colorem solum inter glaucum, & giluum, siue Melinum, qui deterrimus habetur in viuis, iuxta Virgilij auctoritatem de equo sic loquentis

—Glaucique color deterrimus albis, —Et giluo, &c.

Paucā spem apud amatores significare videtur; & quamuis color hic luteo rubidior ὄρφνινον Theophrasti, ὀρφνίνον Platonis apud Persas fuerit in pretio, vt scribit Xenophon, habet nihilominus importare nigredinem, atque obscuritatem infaustam, dum ex quadam veluti adustione fuscedinem contraxit, ob quā claritatis deperditio facta fuit, & propterea vox ὄρφνη græcè est obscuritas, nigredo, & nox, secundum Musæum. Longè meliora ominatur, & efficit odor ipse, seorsim quoque consideratus in Malis Medicis, Aureisquè, tam Citrijs, quàm Aurantijs, nam illorum vnumquodque florum, fructuumquè fragrantiam, & suauitatem à solo acceptam refert Sole, qui vitali radiorum luce optima quæque influit, vndè Camerarius super eandem Arborem fructibus onustam Emblema efformauit cum hac inscriptione SOLVM A' SOLE, cui subscripsit hoc distichon *Quodquè suo locuples est munere pluribus orbum,*
(Tam varium Solis vis facit alma) solum.

Ioachim. Camer. Embl. num. 29.

Idem fructus odor non sinit vestes à tineis corrodi, nocuisquè blattis consumi, dum

inter

A inter illas locetur, tuncquè pro symbolo sumi potest bonæ conscientiæ, quæ synderesis vermem arcet. Bonorum insuper operum simulacrum repræsentat, quod detractionibus falsorum hominum medetur, cui Poetica hæc inscriptio viuacem præbet intelligentiam A' TINEIS TVTATVR, ODORE MEDETVR, ET IPSO. Aurea sed ipsa Malus Arbor, quià, vt sæpius diximus, per totum annum fert flores, & fructus, quorum alij sunt immaturi, alij verò maturitatem consecuti sunt, erit Symbolum sanctitatis; flores enim præuenientes fructus significant spem; nam nullibi maioris fructuum quantitatis spes concipitur, quàm vbi florum maxima copia apparuit; Fructus adhuc acerbi, sed maturescentes denotant fidem, opinionem scilicet illos debere ad perfectionem suæ maturitatis deuenire; Et in tali statu depicta traditur hæc Arbor Aurea in subatro læuore clypei gentilitij Verseorum in Belgio. Hic quoque suum sibi locum asciscit Arbor doctissimi Pittonij Emblematica, floribus pulchris exornata, cum verbis AVREA MALA DABIT, vtpote quæ indicat Hominem, qui tempore tandem opportuno præclara perficit opera, quorum aliquod specimen iam ediderit; nam fructus solent suos subsequi flores, quandoquidem

B *Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.*

Secus Hominis, cui multiplicis spei conceptum malus euentus euerterit, symbolum est ex Bernardino Perciuallo Arbor Citri niue onusta, frondibus, & fructibus ad terram proiectis, & lemmate *Quante speranze se ne porta l'Austro*, aut, vt melius alter simpliciter diceret, *il vento*, cum Auster peculiari qualitate non sit Citris noxius, sed tantum Boreas, vt rerum naturalium obseruatores tradunt, quo & superius allusit Legatus noster, canens

Sola inter Plantas Citrus à spirantibus Austris
Sentit opem, & Borea læditur vna minis.

Platina de Hon. volup. & valet l. 2 Macrob. l. 3. Satur. c. 19 P. Petra S. de T eff. Gestil. pa. 510. Ludou. dulcis In. Inf. Camil. Arrigony n. 4. Perciu. in symb. Iacobi Altouiti.

Fructus denique iam in maturitate perfecti, quià sunt viciniores ad finem, propter quem Deus illos creauit, nempè vt Homini, in illorum gradu perfectiori inseruiant, significant Charitatem, propter quam Animæ insontes ad finem suum, id est ad Deum O. M. propiores accedunt. Quæ omnia in sanctitate manifestè conspiciuntur. Malus item Medica, Patriam Mediam significat, cui olim peculiaris fuit Arbor, à qua denominationem in Europam nostram traduxit, eo prorsus pacto, quo noctua Athenarum est C Hieroglyphicum, vbi vberrimè fœcunda est. Ex integro Aureorum Malorum fructu vitrea per organa chymica igni admota destillatus liquor lacrymarum pœnitentis Hominis pijssimum est Hieroglyphicum; sicut enim Limonis succus destillatus facies humanas emaculat, & candorem, vbi nigredo irrepserat inducit, sic peccatorum iam pœnitentiam agentium lacrymæ ab illorum Animabus scelerum mendas tollunt, & illas ad pristinum, atque potiorem gratiæ candorem restituunt; Vlterius adaugent Adagia Malorum Aureorum tractatum, si rectè cum Moralitatibus suis intelligantur.

ADAGIA CVM SVIS Moralitatibus.

D IVstè quis egeat re quauis, patiens confidat; tunc, non vt Tantalus perueniet prouerbiales AD FRVCTVS, nam commodissimè satiabitur illis

Esto bono animo, maximum quid iustitia valet

admonebat quemque Euripedes. Rem tuam non vitiosè distraxisti, non consumpsisti luxuriosè, sed eam abstulit infortunium; domus incendio absumpta est; interiere pecudes; campum aquarum illuuies submersit; pecuniam fures rapuere; iniuria immeritò hæc passus es; sat tibi erit Animi bona non amisisse, Prudens Prouidentiæ Diuinæ te ipsum commenda. Sic illi confisus patientissimus Hussites, duplò ditior & animi, & fortunæ bonis post tot euasit infortunia. Tu quoque ad illius imitationem Animi fortitudinem in aduersitatibus serua; sic enim facies, vt mentiatur prouerbium illud à Monosino relatum *Non si può far d'vn Pruno vn Melarancio*;

Quod sic ego cum Latinis proferrem

EX PRVNIS FIERI NEQVEVNT AVRANTIA MALA.

In Dictye apud Stob. serm. 12. Plutarc. de audiendis poetis.

L. 6. Fl. It. lin. n. 116. & 126.

Facies inquam vt hoc mentiatur; quia circumfertur, vt innuamus generosum ex vili non prodire, cum vt innuit Horatius *—Nec imbellem feroces —Progenerant Aquilæ columbam*,

E contrà de te fiet, dum quasi Prunus, rustica, vulgaris, & infelix in aduersa fortuna flocci factus, Aurea tandem Malus efficieris, feliciorum pomorum ferax, & nobiliores in dies edes actiones. Memineris te fieri, si voles, Vas Misericordiæ præparatum in Gloriam, recogita, quod in tua patientia possidebis animam tuam; nam tuum est Regnum Cælorum, quod intra te est, ergò peruenisti AD FRVCTVS, sed verè Aureos Virtutum à te exercitarum, & præcipuè Patientiæ. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis* (dicebat Apostolus) *vt inhabitet in me Virtus Christi.* Ità HOMO AVREVS, vt dicitur prouerbialiter, quasi Pomum Aureum efficieris, euadens *propitiatorium de Auro purissimo*. Et caput tuum figuram fructus rotundam repræsentans erit aureum optimum cor lætificans, vl cera quæcunque sanans, & omnem temperiem inducens, æternitatis inhians iustissimè diuitijs. Nollem te esse, vt fertur in Adagio MALVM, HERCVLIS Μῆλον ἡράκλειον, dictum in eos, qui nil in se habent præclari, nisi nomen.

—Quis enim generosum dixerit hunc, qui Indignus genere, & præclaro nomine tantum Insignis?

Carm. lib. 4 Ode 4. S. P. ad Rō. 9. D. Lucæ c. 21. S. P. ad Cor. 11. Exod. 25. Cant. ic. Iuuenal. Satyra 8.

Illud Malum est tanquam pulcherrimum, & magnum Aurantium absq; succo, quod quo magis in apparenti excrescit mole, & pulchritudine, eo minus in se continet boni, vndè prouerbio, licet vulgari, erudito tamen, locum dedit apud nostros Bononienses populares MELARANZA SENZA SVGO, dictum quoties quis magna proponit, sed nihil resoluit, aut nihil efficere potest proijciens ampullas, & sesquipedalia verba, solis propterea gaudens apparentijs. Vnguentis, & odoribus fucaris Minerua non gaudet, vt celebre ferebat Græcum Adagium *Lotrices ne vnguēta, Minerua ne Alabastrum*, illa namquè extrinsecâ solùm respiciunt pulchritudinem corporis, & non animi; Homo locum ornat, non ornat Hominem locus, vt eruditus ille apud Charisium Grammaticum sentiebat; corpus est velut temporaneus locus Animæ, ipsum non habet exornare animam, & maximè materialiter, sed potius ab Anima idem habet exornari, & perfici incorruptibiliter, hoc est gloriosè.

Omnia si perdas famam seruare memento,
Quâ semel amissa postea nullus eris.

Sapientissimè monebat Cato; verissimum hercle illud est à Comico prolatum

Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.

Vndè vestes illæ sambacatæ, floribus scilicet sericeis iasminos referentibus, qui flores Arabicè dicuntur *Sambac*, siuè Aurei, siuè colorati Damasceno more intertexti, sunt parui pendendæ, explodendæ; præcepto Antiphanis obtemperantes in obsequium Virtutis *nè coloribus ornare corpus velis: sed potius animum factis, & moribus synceris*: Virtus Aureorum Malorum Aurea verè Numismata, & Statuas promeretur, de quibus mox agetur.

Ex Callim. Cyrenaico in Hymnis à Iacob. Cruceo Bonon. latinitate donatis. Plautus in mostellaria. Io. Sabbat. de Artentis Bonon. in fab. 49. Ap. Stob. serm. 72.

NVMISMATA, STATVÆ.

Pindarus inimitabilis ille Græcorum Vates sententiam hanc protulit æquissimè, *non interibit lux Virtutum latè potentium*; Numismata, Statuæquè Heroum latè potentium conuenientissimè propterea eriguntur; nam vt Euripides alter ille Græcorum admirabilis sapiens quemlibet Gloriæ non transitoriæ, sed durabilis percupidum admonebat, nemo laboriosæ generositatis obliuisci debet, quæ facit Numismata, Statuasquè in memorijs Hominum, magis quàm in marmore imprimi, impressasquè conseruari, *vides* (sic aiebat ille) *ne quàm suauis sit vita, quæ mensâ fruitur bene instructâ? & quanta sit felicitas externæ fortunæ? at nihil inest gloria, neque generositatis, nisi quid audeant cum periculo aggredi. Labores enim pariunt generositatem, metus autem, & cunctatio ignobiles sunt per Græciam, nihil aliud quærentes, quàm vt vitam producant.* Plures quidem Imperatores varia in proprij nominis Gloriam cudi curarunt cum Malis Aureis, & cum Hercule fortissimo Heroe Numismata, vt immortalitatem

Pindar. ode 4. Olymp. Ap. Stob. serm. 49.

A tatem aucuparentur; verum enimuerò qui factis egregijs, & admirandis famam non extenderunt, suos frustrà commiserunt vultus perennibus metallis, quià ille solum

— Memorem famam, qui benè gessit, habet. *Oui. 2. fast.*

Auri pomilegus, vel Auri pomiger Hercules, cum Hesperidum imagine Chrysomelergatidum sæpè visitur in Numismatibus Imperatorijs ad fortitudinem, atque magnanimitatem, si non realiter memorandam, fingendam saltem intentionaliter. Extat pulchrum Numisma cum Imperatorio capite ab vnâ parte tecto caluariam cum exuuio capitis Leonis, hisquè circumscriptis literis ÆLIVS AVRELIVS COMMODVS AVG. PIVS. FELIX. Ab oppositâ verò adest Hercules stans nudus, axillamquè sinistri brachij terram versus extensi cum arcu minimè tenso tenens super manubrium claux, cui spolium Leonis in medio sui impositum est vtrinque pendens: clauæ autem protuberantia, seù nodus magnus percussorius ingentia quatuor saxa inuicem superposita premit: dextrum verò brachium, obuersamq; manū super clunes dexteras tenet, his circumnotatis literis HERCVLI ROMANO AVG. P. M. TR. P. X. VIII. COS. VII. P. P. In alio Numismate facies obseruatur Imperatoris Laureati cum græcis lite-B ris AT. K. T. AIA. AOTP. ANTΩNEINOΣ CEBETC, & in opposito Hercules clauam super humerum dextrum spolio leonino onustam gerens, fructusquè ab Arbore, cui serpens circumflexum adhæret carpens, cum his adiectis literis AEKATOT, quæ violentum pronunciant raptum; in centro autem huiusce faciei Numi adest litera simplex L. cuius significatio varia esse potest, & innuere, vel laborem, vel Lymphas, aut Nymphas Hesperides; vel leonem, &c. Aliud Numisma obseruatur non parum mysteriosum, in quo altera pars Imperatorium caput Laureatum habet cum circumpositis literis hisce M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT. ast in obuersa superficie apparet Hercules spolio Leonis verenda amictus, & in sinistra manu cornucopiæ in modum facis accensum in ea parte, qua fructus eminere deberent (fortè quià liquor corticibus pyrius inest) dextra circulum super faculam accensam sustinens, & ad Arborem fructibus onustam, circa quam spolium aliud Leonis est locatum respiciens; in cuius circumferentia hæ literæ leguntur HERCVLI COMMODIANO P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. In peratoris alio in Numo Calieni, cui pro pileo Leo-C ninum stat exuuium à parte qua illius sculptum est nomen IMP. CALIENVS PIVS FELIX AVG. in cuius aduersa parte tres adsunt Hesperides singulæ cum cornucopia, & cum lancibus; nam fructuum horum pretiositas cum auro compensanda videtur, & ponderanda quoad virtutem, & valorem generositatis in suo genere, & singulæ harum mulierum ante pedes habent cumulos quosdam materiei, cerealis forte, vt diuitias innuant, & illas hæ literæ associantur MONETA AVG. à quo Numo alius non multum absimilis cum tribus scilicet Hesperidibus, & effigie Probi Imperatoris obseruatur sic inscriptus IMP. PROBVS AVG. Numum obseruauimus alium Imperatoris Antonini Getæ Septimij cum literis græcis huiusmodi ΓΕΤΑΣ ΑΤΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ, in altera facierum adest Hercules nudus, sinistrâ exuuium Leonis tenens, & in dextrâ clauam eleuatam gestans in actu Draconē occidendi, qui Arbori Mali Aurei adhæret, sub cuius pedibus hæ literæ leguntur Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ quasi Rex Æditimorū imperans custodibus ædium, & ad caput eiusdem hæ litteræ notatæ sunt ΟΥΤΑ, idest vulnerans; ad dextram autem sub exuuio Leonis ΜΗΝΙΑΙ legitur, quasi iracundiam indicans, & circa marginē collocantur hæ ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΤ ΣΕΒ. ΝΕ-D ΟΤΠΟΡΤΑ ΜΗΝΙΑΙ, quasi dicere vellet Imperator Herculem patronum, & præceptorem volo in occisione inimicorum, & improborum: Impius ille Maximianus Imperator, cuius *vrit miserum Gloria pectus* improbè viuens anno Dom. 289. ex infimo genere satus, superbus, rusticus, immanis Herculei nomen indignè sibi vsurpauit. Is in Romano Triumpho, quod rebelles milites veteranos in Africa debellasset, Numos tunc cum Herculis Hieroglyphico insculpsit, & quia nequissimus fuit Christianorum persecutor Diabolici potius Herculis, quàm Ægyptij, vel Thebani cognomentum, & epitheton promeritus; illius ergò caput exuuio Leonis tectum in eodem insculptum est videre, cum his adiectis literis IMP. C. MAXIMIANVS P.F. AVG. in cuius Numi opposita parte est Herculis figura Draconem tricipitem occidentis claua, quam dextra eleuat manus, atque sinistrâ eundem serpentem comprehendentis, in cuius areæ medio hæ literæ apparent SIS. in circumferentia verò hæ aliæ HERCVLI *Seneca in Herc. Oeteo*

In Heſper. DEBELLATORI. De duabus marmoreis tabulis mentionem facit P. Ferrarius, in quarum altera ſculptus eſt Hercules, mulierem alloquens propè Arborem pomiferam, in quâ ſerpens circumplicatus ramis illius excubat; mulier autem videtur adlecta Poma Herculi exhibere, cum inſcriptione hac græca Herculeo capiti imminente. E

ΗΡΑΚΛΗ ΒΑΣΙΛ.
Λ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΠΕΛΕΥ.
ΣΕΒ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ


Ideſt *Herculi Regi L. Antonius Libertus Auguſti ornamentorum concinnator poſuit*. In altera tabularum eſt videre ipſum Herculem Poma carpentem ab Arbore Auripomifera, in cuius caudice ſerpens magnus reuolutus apparet, & mulier nuda vmbilico tenus ad imum Arboris caudicem capite reclinato, cui ſiniſtram manum ſuppoſitam habet, in cuius tabulæ Area ad latus ſiniſtrum hæ literæ ſunt inſculptæ

ΗΡΑΚΛΗ
CΩΤΗΡΙ
Π. ΙΟΥΛΕΙΟC — Ideſt *Herculi Seruatori Publius*
ΙΑΝΟΥΑΡΙΟC — *Iunius Ianuarius Augur poſuit.*
ΑΥΓΟΥΡ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ F

Statua porrò Marmorea Farneſiani Herculis Romæ famoſiſſima eſt; hîc Marmoreus Heros læua axilla, clauæ obliquè erectæ ſuper ſaxum propè læuum pedem ſitum, Leonino exuuio veluti indutæ innititur, dextro autem brachio ad dorſum leniter contorto, externam manus partem ſuper clunes collocat, & in illius vola Pomũ retinet Aureũ; ſed frons ſaxi græcas retinet has literas

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟC } Dulces eſſe labores indicans.
ΣΠΟΙΣΙ

Prædictæ Statuæ quoniam cæteræ omnes cedunt libenter, ità breuitatis cauſâ ab harum deſcriptione ſuperſedere eſt æquum, & præcipuè quià parum iucunditatis, minuſque vtilitatis indè percipi poteſt, quemadmodum eſſet Hercules ſedens cum Heſperidibus in Hortis Sereniſſimorum Mediceorum Romæ. Hercules Capitolinus, Hercules Auentinus, &c. At Aſſyria, Cydoniaq; inter Chryſomela Crocodilinus monſtroſus hic Li non ad manus noſtras nuperrimè peruentus, excusâ ſcilicet Medicâ Malo, Quartũ, & Quintum Pomarij noſtri Caput iungat, atq; continuet, amborum cuſtos peruigil, vbi capite ſæuus, atroxq; pede audaces, maledicas terreat, infrenesq; arceat linguas. G





Vnguibus, Ore ferox Crocodile
Cydonia ſerua,
Citriaq; Heſperius ſic quoque
Tutor eris.

VLYS-

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ

Libri Secundi, Tractatus Secundi

CAPVT V.

DE CYDONIIS,

Vel Cotoneis Malis.

ORDO, NOMINA.

EXOPTATA veniant *Cydonia* Fructuũ Pomacinoſorum κῦδος *Gloria, Gaudium*; Deliciaſquè minimè fucatas, at lucidas, immortales, *non interit etenim lux virtutum latè potentium*, adducant. Ab Aureis ſimpliciter Malis ad *Cydonia* Græciæ, atq; Cretęæ Cydonis antiquiſſimam ſobolem, quæ egregiè ruſeſcunt, ſuauè olent, necnon arctè vitalia munera tenent, opportunè factus eſt tranſitus; Diuitias, Animi ſaltem, Fuluo hoc, vigenteq; & minimè lapideo ſibi congerat Auro Lector beneuolus

Gemmas, & lapides, aurum, & inutile
Summi materiam mali
Mittamus ſic monebat Lyricus.

Pindar. ode 4. Olymp.

Cydoniorum magnitudo, ingens potius quàm mediocris in genere Pomifero citam D ad Gloriæ immenſitatem eadem poma poſcebat: Hinc *proxima amplitudine mala, qua vocamus Cotonea, & Graci Cydonia ex Creta Inſula aduecta* grandiſſimis comparabat Pomis Plinius; & eadem *Cotonea* vocabat iuxtà Catonem primum huiuſce nominis inuentorem, ex eo quod lanâ quadam teguntur, quæ *Coton* dicitur. Fortè etiam κότου quadam ab ira *Iam quoque ſub cano ipſa eu flaueſcentia villo*
Grandia curuata de fronde cotonea pendent.

Horat. l. 3. ode 24.
L. 15. c. 11.
Ioſeph. Mitius de Hor. euit. lib. 3.
Lib. 1. epiſt. ep. 10.

Sacrificalibus Coturnijs, aliqui Cotonea retulerũt; aliquibus *Coctoniorum* nomen magis arriſit, quia, non niſi cocta eduntur *Cydonia*, aut condita, artificioſèquè coacta. Nec defuere qui pro *Cydony* voce ſubſtituerint *Cynodium*, vt Ariſtenetus; melius autem cogitarunt ij, qui *Codymalum*, ſeù *Cydomalum* idem vocauerunt, quaſi *Cydony malum* voce compoſita ex duabus, & contracta

Qua poma Cydon cretais miſit ab oris.

Lud. Nonn. de re cib. l. 1 c. 36.
8. Serenus cap. 24.

Color

Color Aureus, siuè Luteus, Croceus, proximèquè Fuluus, & Rufus, qui colores auro tribuuntur, ita congruit Cydonijs, vt inter Mala Medica, & Cydonia confusio quædam olim exorta inter scriptores viguerit. Nam Luteus color melinus, quem Græci μήλινον χρῶμα, ἀπὸ τοῦ κυδωνίου μήλου, idest à Malo Cydonio maximè Luteo; cur autem per melinon intelligatur potius color Cydonij, quàm alterius Mali ratio est, quià τὸ μῆλον apud Græcos Malum Cydonium significat, ideò διὰ τοῦ μηλίνου non cuiusuis Mali, sed Mali Cydonij, vel Cotonei designatur; vndè Aurei cognomen Malo Cydonio peroptimè quadrare apud omnes clarè constat, & præcipuè Virgilianos Bucolici illius carminis interpretes

Eleg. 3.

— Syluestri ex Arbore lecta
Aurea Mala decem

Qui vnanimiter autumarunt Poetam de Cydonijs Malis, quæ apud nos syluestria quoque sunt, & non de Medicis Malis peregrinis, & exoticis semper, & eò maximè tempore fortassis incognitis id intellexisse, adeout Cydonia vilia, seù agrestia, & lucentia ab Athenæo *Omonilis* Arbor *Agrimelea* Bellonio, Allobrogum *Amalancier*, Gesneri *Cotonaster*, quasi cotoneo similis Arbor syluestris reduplicatiuè. Cotonea igitur latinè Mala Μῆλα κυδώνια, & Χρυσομῆλα Græcè; Italicè *Melo Cotogno* Germanicè *Kritten, oder Quitten Apffel*, Gallicè *Pomme de Coing, ou Coignier*, Hispanicè *Codoyons, Membrillos, & Marmelos, Codoniero*, Arabicè *Saffargel*, Anglicè *Quince*, Bohemicè *Kdaule*; Cotoneorum at, species illa, quæ pyriformis aliquantum cum sit, & *Cotoneopyrum* meruit dici Galeno *Struthia*, Belgis *Queperen* appellatur. Sed quis vetat *Cotonea mala*, quæ à *Cydone* Cretensi oppido primæuum nomen *Cydoniorum* acceperunt, à *Matio* Cretensi Ciuitate insigni, nunc *Candia* dicta, *Matiana Mala* dici debere? De his Petronius Arbiter in tetrasticho inscripto DE MALIS MATIANIS

Clus. rar. pl. H. l. 1. c. 40. Io. Gorop. in Vertumno.

Pl. l. 4. c. 12. Iof. Lang. elem. Geogr. c. 52. n. 8. Petr. Arb. l. 2. Catalectorum veterum Poetarū à Iof. Scalig. coll. Vid. sup. pa. 361. lit. A Pl. l. 11. c. 2.

Hæc poterant celeres pretio tardare puellas,
Hæc fuerant Veneri Iudice danda Phryge.
Nam sic ingenuo flauescunt Mala colore:
Vt superent auro vera metalla suo.

Non negarim tamen hæc Matia Mala communibus Cydonijs haberi posse comestibiliora, atque Malis simplicibus proximiora in gustu, minusquè dura in substantia similiora, & quod à Cn. Matio quoque equite Romano D. Augusti Imperatoris amico denominari secundario valuerint; ille namque Nemorum tonsilium inuentor, speciem quoque fructuum horum eousque incognitorum è Græcia fortassis acceptorum Romana in Viridaria facilè potuit introducere, & à seipso appellatos propagare; quorum omnium Fructuum, vel saltem principaliorum differentias mox dilucidabimus.

DESCRIPTIO, DIFFERENTIÆ.

INfrà vulgaris Mali Arboris magnitudinem Cotonea consistens Malus, quæ libenter fruticescit, folijs Malinis, idest Malo similibus est prædita, licet fortioribus, & minimè serratis, & à terra candicantibus, Floresquè emittit vt Malus; fœcunda est Fructu, substantiâ non solùm Malo, sed Pyro solidiore; forinsecus lanuginoso, qui dum maturuit, aureo splendescit fulgore, lanuginemquè deponit, quinque vt plura cellulata sementica grana fusca, lenta, gummosa concipit; Arbor ab radice multos emittit stolones, & cortice vestitur, quem particulatim renouat, & veluti squamatim deponit, & ceù serpens exuit senectam, incuruatosquè trahens ramos prohibet excrescere parentem, quæ ponderi fructuum cedens proceritatem assequi non potest; lignosa illius substantia pallescit, solida tamen est. Radix illi est copiosa fusci coloris quaquauersum diuaricata, rectâ, obliquâ tendens, vndè multi emergunt stolones plantationibus apti. Duas apud Dioscoridem differentias horum Malorum inuenimus, nam ipse inquit *eligi oportet vera, quæ sanè sunt rotunda, parua, & odorata: quæ verò struthia dicuntur, magna quidem sunt, sed minus vtilia*. Tres Cydoniorum constituit species Columella, Struthiam scilicet, Chrysomelianam, Musteamquè voluptatis, atque salubritatis simul effectrices causas. Plures confundit M. Varro, dum scriptum reliquit hæc *de pomis: conditiua Mala Struthea, Cotonea, Scantiana, Quiriana orbiculata, & quæ antea Mustea voca-*


Lib. 1. de med. mat. c. 131. Lib. 5. c. 10. Lib. 1. c. 59.

vocabant, nunc Melimela appellant. Pluresquoque Plinius agnouit Cydoniorum differentias, quarum prima est *Chrysomela incisuris distincta colore ad aurum inclinata. Secunda candidior nostris, odoris præstantissimi. Tertia, Neapolitana, cui est suus honos, minora ex eodem genere struthea odoratius vibrant serotino prouentu, præcocia verò mustea. Quarta, Strutheis insita Cotonea suum genus fecere Mulueanum, quæ sola ex his cruda manduntur. Quinta, parua syluestris odoratissima, Strutheis simillima, in sepibus nascens*. Apud Crescentium nostrum duæ inueniuntur differentiæ magis essentiales, primò Pyra Cydonia, quibus in maioribus Arboribus folia minora sunt; & è contrà super Arbores minores latiores habent frondes, & in his fructus propriè dicuntur Cotonea. Theodorus Celidonius, noster & ipse conciuis Bononiensis apud me m.s. Crescentio concors in duabus tantum differentijs cognoscendis omninò persistit Pyrocotonea, & Malocotonea considerans, illa maioris Arboreæ molis cum folijs minoribus, hæc verò è contrà in magnitudine foliorum excedentia, in caudice deficientia, cum hoc tamen, vt cultus ipse valeat poma notabiliter adaugere, domesticaquè reddere, quæ carnem fructuosam elaborent aptissimam ad parandum medicamina, atque edulia quæuis delicatiora, & nobiliora, iuxtà Geoponicorum recentium obseruationes accuratiores. Vnum tantum Cydoniorum genus in Germania extare testatur Tragus Germanicarum Herbarum Scriptor, quamuis Heresbachius, Germanus & ipse Cydonia Malum, & Pyrum sequi in eorum distinctione scripserit; Ast tria genera eorundem suos apud Gallos Ruellius inueniri asserens, temperatiorum locorum amantem hanc esse Arborem facilè ostendit; primum horum Cydoniorum minus est, circinnatèq; rotundum, odoratius reliquis, quod ibi appellatur *Cognea*. Aliud grãdius pineas æquans nuces, pauciori canescens lanugine, colore vbique aureo, idest tam intus in carne, quàm exterius in cute, odore magis remisso, dictum *Cognacea*, quasi magnum Coroneum; tertium medio sese habens modo, tam in magnitudine, quàm in colore, odorequè, *Cotoneum* positiuè, idest, nec magnum, nec paruum nominatur; potest itaque concludi præclarissimis cum Dioscoridis expositoribus tres esse verè distinctas Cydoniorum differentias; Valerius Cordus quædam inquit Cydonia maiora sunt, & Malis similia Στρυθία græcis dicta, quædam minora, & pyri modò turbinata, tertium genus spontinum, quale illud est, quod sponte suâ Danubij petrosarum riparum in collibus prouenit, plurimũ supra Ratisbonam, atq; ad penæas fauces, per quas Danubius labitur, & pomum hoc cæteris minus, magis adstringit. Gualtherus tandem Ryff vera Cotonea asserit illa esse, quæ sunt rotunda, parua, odorata; & quæ Struthia dicuntur, magna quidem sunt, sed minus vtilia; & tandem mustea cito nascentia, & celeriter maturantia ab Arborum paruitate pumila, quorum vnumquodque coloratius, idest aureo colore intensiori apparens Chrysomeleum dicetur, & quod sapore dulcescet dicetur Melimelum. Sed his Exoticæ subiungendæ sunt differentiæ à Ionstono omnium Scriptorum postremo excerptæ.

Li.15.c.11
Lib.5.c.7
Pag.1.c.23.
Falconius in lib. inse. la villa.
Lib.3.c.43.
lib.2. de re rust. libr.1. cap.72.
Val. Cordus annot. in Diosc. l.1.c. 160 & 161
Gualt. H. Ryff in Diosc.



Mala Cydonia.




. - Riguis quæ Cretica miſit ab Oris —Poma Cydon.
—- Inclyta cum dulci Fertilitate.

Ap. Homer. l. 3. Odyſſ. κύδωνες populi Cretæ.

Malum

Malum Cydonium ex Lusitania

Codoyas, Membrillos, Marmellos.



EXO-

EXOTICA.

Seneca ep. 3 *Id. ep.* 6. *Plaut. in Trucul.*

EXoticorum fructuum tractatio Dendrologicam Ἐξοχὴν ſapere non eſt qui dubitet. ſed nemo Virtute dicetur excellere, dum vel omnibus, vel nemini credit, licèt oculis multò maior, quàm auribus præſtanda ſit fides. Multi ſunt fructus exotici, quos ſcriptos tantum inuenimus; auribus nec omnimodam concedere, nec denegare fidem conuenit; plus quidem valet oculatus vnus teſtis, quàm auriti decem, ſed probari, & acceptari conuenit, quod probabilitatem, & veriſimilitudinem non excedit. Huiuſce cenſus ſunt ea, quæ Ionſtonus partim vidit ipſe, partim ab alijs deſumpſit circà Malorum Cydoniorum peregrinitatem; vndè ſex Cydoniorum Exoticorum differentes ſpecies nobis apud Indos naſcentes inſinuat. 1. Quarum dicta *Icbucamici* Braſilianorum exiguos habet fructus Cydonia referentes cum minutis intus granis virtute prędita contrà dyſenterias valdè efficaci, ex India Occident. l. 15. c. 8. 2. Eſt *Melocorcopali* à Corcopal Indiæ Prouincia ſic dicta, Cydonij noſtratis magnitudine, & folijs, verùm figuræ Melopeponis, ternis, quaterniſuè granis vuæ ſimillimis prægnans, ſapore ceraſi acido, & non modicum ſuaui, medicisquè virtutibus prauos expurgandi per aluum humores dotata. 3. *Sirifolifera* Bengalenſium habetur folio Perſici, & oleæ magnitudine, flores emittens paucos, atque deciduos, fructuquè per initia tenero, & ex viridi in atrum tendente ornatur, cui cortex ineſt tenuis, ſed ſub ſiccitate duriſſimus, quem maturum Luſitani *Marmelos de Bengala* vocant; Garzias hunc *Cydonium Bengalenſe*; apud Indorum vulgus appellari aiunt *Sirifole*; Medicis verò ibidem *Beli*; alijs *Chicocapotes*, & in Noua Hiſpania *Capotes*, idemquè vel conditur ſaccharo, acetouè ad delicias, vel aſſatur excuſſa pulpa, & in puluerem bellici pulueris ad tormenta redigitur. 4. *Cochtzazapotl* Tabeſcentium, ſeù Arbor ſomnifera, quæ incondita eſt, terno ſtipite, albis neruis inſecto, corticε ſubdulci, floribus pallidis, fructuq; Cotoneiformi ſomnifero, eduli quidem quoad carnem, ſed nucleo lethali; cuius folia tuſa nutricum papillas litu ita diſponunt, vt infantes illarum ſuctu à multis infirmitatibus liberentur, & præcipuè à Diarrhæis; eiuſdemquè oſſa fructus vſta, & puluerizata vlceribus putridis ſanationem integram præſtant. Fructum eundem Hiſpani vocant *Tzapotl*, & *Zapleblanco*. 5. *Deslitlzapotl* Arbor de genere Cydoniorum Pomum habens Cydonio ſimile breuis pediculis ſulcatum, caſtaniniquè colo r s, de quo Reccus, &c. 6. *Apeiba* Arbor petampla, ſpiſsè frondeſcens, & infrà pullulans, ſtellatos decaphyllos gerens flores, in quibus foliola quinque flaueſcunt, quinque verò vireſcunt odoratiſſima; fructus gignit orbiculares, compreſſos, hiſpidos, lanuginoſos, villoſos adinſtar muſci, & ſub maturatione trificè dehiſcentes, in quorum centro globus caricæ magnitudine granis minimis compreſſis, fuſcis refertus inuenitur, cuius Plantæ lignum piſcatorijs Limbis fabrefaciendis dicitur aptus. Hæc omnia quidem pulchra ſunt relatu, ſed nos noſtratium Arboribus Cydoniorum frui, illaſquè noſtris in fruetetis vtiliter alere datum eſt.

H. Ind. Occ. p. 6. *l.* 4. *c.* 23

Ex Rotto in Theſ. rer. med. noua Hiſp. lib. 3. *cap.* 59. *Id. Recc. pagin.* 430.

Marcgrau. Hiſt. Braſil. 3. *cap.* 14.

CVLTVRA, VEL SATIO, Inſitio.

NON paucas inter Geoponos circà Cydonij Arboris colendæ rationem contradictiones inuenio; aliquos audio dicentes nec ferendam, nec inſerendam eſſe hanc Arborem, nec impensè colendam; alij contendunt hanc debere ſedulò coli, inſeri, ſublucari, ſarriri, impinguari, temporaquè illam terræ committendi varia, ſecuneum Regiones diuerſas religiosè obſeruari; vndè Palladius Februarium menſem cæteris præferebat, paſtinatumquè ſolum pro felici radicatarum talearum tranſplantatione ſub Romano cælo impensè laudabat. Aſt Octobrem alij, atque Nouembrem eligi maluerunt pro Plantarum Cydonearum depoſitione caliditatem, & ſiccitatem nimis proximam pertimeſcentes; alij ſummam, alij demiſſam, alij planam, alij decliuem pro ſuis Cydonijs elegere tellurem, & qui ſæpiſſimè circumfodi curant has Plantas, in hunc

Pallad. in feb. l. 3. *t.* 24 *Hort. S. de malis. Conſt. Caſ. lib.* 10. *c.* 26 *Plin. l.* 17. *cap.* 18.

A hunc finem id facere aiunt, nè illæ sterilescant, pulchritudinisuè obliuiscantur prioris. Ab idibus Februarijs per totam hyemem eas plantari, & non alias Plinius asseruit, & tam barbatis, quàm imberbibus stolonibus, & minimè fissis id conuenire nonnulli recentiores affirmant, qui iuueni plantæ pro lacte pinguissimum, digestumquè lætamen, in senectute verò cinerem, cretamuè puluerizatam obijciunt. Frequentissima porrò pullorum examina nimium fruticantis Cydonij fac llimam, & citam multiplicationem promouentia faciunt, vt insitionis, atque sationis omittatur cogitatio, & quod necessarij alioquin cultus diuersi negligantur. Palladium obseruo ex vna parte docentem, quod Cydonia Malus in se ipsam solam inseri patiatur, ex alia verò ipsam omnes æquè recipere, atque amanter respicere Arbores, vnà cum Constantino sic scribente *Cydonia, & Caprificus omnem Arborem suscipiunt, quamcunque ergò voles in hac inserito, aut etiam insolitato.* Et ob id credidit ille Melimela Atheniensia nil aliud esse, quàm Mala insita, vel in Pyrastrum, vel in Cotoneam Malum, à quo minimè discors apparet Palladius scribens *Mense Februario Cydonia inseruntur melius in trunco, quàm in cortice. Recipiunt in se surculos propè omnis generis punici, sorbi, omnium malorum, quæ meliora* B *producunt. Inseruntur autem nouellæ Arbores, quibus succus est in cortice: si maior est, circa radicem melius inseretur, vbi cortex, & lignum beneficio soli adhærentis humescit.* Sed quomodò potest intelligi, mihi audire redarguentem aliquem videor, quod Cydonij Arboris lignum plurimis virentibus alijs lignis, & nulli per insitionem iungatur? nam manifesta exurgit hic contradictio; hanc obiectionem tali pacto posse tolli mihi persuadeo, si dixerimus Cydoniam Plantam alias perficere aptam natamesse, non autem perfici nisi à seipsa, & quidem proprijssimo, & singularissimo, contrà aliarum omnium morem modo, longè ab accidentis conditione vult abesse, & solius substantiæ, quæ substat, & sustinet, & nulli alteri inest rei, & verè non suscipit magis, neque minus, & ideò benè intelligendus est Palladius id elegantissimè pronuncians hisce carminibus

Carol. Step. lib. 3. c. 26. Agric.

Pallad. lib. 14 de Insit.

Constant. l. 1. c. 26.

In Febr.

L. 14. de Insi

Cùm præstet cunctis se fulua Cydonia pomis,
Alterius nullo creditur hospitio.
Roboris externi librum aspernata superbit,
Scit tantum nullo crescere posse decus.
C *Sed proprys pandens cognata cubilia ramis,*
Stat, contenta suum nobilitare bonum.

Concludendum itaque Geoponicum posse, mediante Cotonei Mali radicali vigore, fructus alios eidem Cotoneo insertos maiores, coloratiores, suauioresquè reddere, nimirum Sorborum, Mespilorumuè, & Granatorum; sed Cotoneum non posse, nisi Cotoneo maiori, maius reddere decus, & ibi sistendum; ibi profectò de modo tantum erit curandum, vt habeatur intentum, hoc est, aut propè terram magis, & versus radices, secundum Africi Clementis sententiam, vel supra terram per quatuor pedes iuxtà Celidonium operando, attentà tamen teneriori, aut adultà magis eiusdem Arboris inserendæ ætate, atque alijs etiam inspectis conditionibus temporis, locique, necnon communium aliorum, & particularium accidentium; sed hæc omnia nonnisi expertissimo clarescent Geoponico, qui sanitatem quoq; Arboream conseruare sciat, tam in Plantà, quàm in illius fructu præsentem, vel absentem recuperare floridam, felicem, vernantem, splendentem, qualem Athenæus egregiè descriptam nobis insinuauit.

Io. Bap. Porta in Pom.
Africus Clemens Alex. l. 2. c. 37.
Celid. Agr. m. s. c. 23. 1. partitionis.

Tecum omnia florent felix sanitas, atque Ver charitum, tecum splendet,
D *Nullus sine te felix.*

Lib. 15.

Sic enim Pomona cunctis libera, & exempta ab infirmitatibus, suoquè à Vertumno syncerè adamata dulcem, placidumquè in hisce fructibus spirabit amorem, quam in hunc finem liceat compellare

Franc. Danalius Regiensis lib. 3. carmin.

Tu Dea fac spirent hæc Mala Cydonia amorem.

MORBI, REMEDIA.

Ouid.l.2.de rem.am.
In Oedipo Tyranno.
Ou.l.20.cit.

PVſilla ſæpè ſæpius magnis etiam corporibus nocet cauſa, canebat Ouidius.
— Infirmis cauſa puſilla nocet,
Et quod *— Antiqua momento cadunt exiguo corpora*, demonſtrabat Sophocles. Hinc patet plurimas,eaſquè læuiſſimas cauſas Arboreæ ingenti moli plurimum quoque officere, dum illæ inſenſibiliter operantes ab effectibus innumeris innumerabiles,& validiſſimæ deprehenduntur; quibus accuratiſſima, ingenioſaquè occurrere debet Ars.
Mille Mali ſpecies, mille ſalutis erunt.

Heresb.l.2. de re ruſt.
Cato n.133 de re ruſt.
Afric. Clé. ag.l.2.c.36

Multiplicibus quidem, varijſquè obnoxia eſt Cydonia Malus ægritudinibus,tam in ligno imo,ſummo, cortice, folijſquè, quàm in fructibus, etiam poſt ipſorum maturationem maternis Arboris ab vlnis aulſis, quod ſignorum συνδρομὴ clarè oſtendere poteſt. Nimia in primis fructificatio, ſtolidorumquè Stolonum prodiga luxuries hanc plantam ad ſummum debilitatis adigere ſolita eſt; cui malo prudens arborarius duplici medebitur modo collucatione ſcilicet,ac putatione, necnon ad illius radices cretacei pulueris appoſitione. E'contrà verò, ſi ægrè frondeſcat Arbor, ignauia quadam, ſeù ſpirituum paupertate notata, vt amiſſos recuperare valeat honores proportionatum, & analogum alimentum, atque fomentum eſt illi iatricè adijciendum, auferendum autem nequaquam,& ità irrorationes frequentes amurca aquæ æqualiter mixta præſto debent eſſe, vt & nitroſum pinguiſſimum, atque digeſtum lætamen, quod vim terræ circumcirca radices capillares viuificet germinatiuam: quod ſi cortex male habeat, ideſt vel plus iuſto deciduus, vel calloſus effectus fuerit felle bubulo debebit inungi in trunco non ſolùm medio, ſed & in craſſioribus, primiſquè radicibus. Natiuo totius Plantæ calori fouendo, non minimum conducent recrementa fabacea, & frumentacea minutiora, vulgò apud nos dicta *Locce*, quià ſint tanquam Loculi frugum, ſiuè Locelli, hi etenim radicibus detectis in ſufficienti quantitate debent admoueri, quibus fimus ſuillus optimè digeſtus, optimus tanquam natiuæ temperaturæ reſtitutor adiungi debebit.

Creſ. agr. l.5.c.7.
Pallad. in. Febr.t.24.

Cydonij demum fructus, licet maturè, ideſt tempeſtiuè, & cum omni diligentia, atq; circumſpectione collecti, inquè loco etiam tutiſſimo à quacunque alteratrice ſenſibili qualitate putredinis inductiua collocati facillimè, atque miſerrimè putreſcunt, & cum exhalabili ſua fragrãtia expirate,animamq; totaliter effundere videntur;huius præcipitis caſus difficillima eſt præſeruatio, impoſſibilis ſubleuatio, & integra reſtitutio; prophilactica iuuant tamen hæc remedia, ſi poma hæc odora folijs Ficuum inuoluta intra Gypſi cinerem, vel milium obruantur, aut ſeruatricibus humiditatibus mellis vini, defrutiuè mergantur; & fortaſſis habet vinum fortè, ideſt puriſſimum, & ſpirituoſiſſimum, tanquam Cydonijs valdè analogum illa eadem conſeruare, & ab illis etiam viciſſim conſeruari, vt hinc Apicianis Artificibus condimentorum materies abundè poſſit ſubminiſtrari.

Conſtant. l.10.Agric. cap.28.

VSVS IN CIBIS.

Lucan.l.4.

POſt epulas vegetus, præſcripta vt ad munia ſurgat quilibet coctis vtatur in fine conuiuij cotoneis coctoneis ob id aptiſſimè dictis. Hi namque fructus cocti, & modicè aſſumpti, poterunt curarum medici perbelle haberi, *& tanquam lauta Gloria menſa* iuridicè extolli,dum tamen Cibarius eorundem vſus poſt epulas tantum expetatur, quod abſque ratione minimè euenire demonſtrabile eſt, tum quià ſuperius os ventriculi ab illorum virtute corroborante adſtrictum coctionem adiuuat mirificè, facilemquè concoctis ſuo tempore cibis faciliorem per Piloron magis adapertum parat deſcenſum, tum etiam quià odorem ori conciliat gratiſſimum, ob quem blandam colloquentium gratiam videtur aucupari; vndè illud prodijt maximè ciuile Diſtichon
Poſt epulas, Vxor, cur Mala Cydonia ſumis?
Num tuus vt te Vir tractus odore petat.
Tutius cum Baptiſta Fiera cœnaturi ipſum de Cydonijs canentem fas eſt audire,atq; probare.

Fulua

A *Fulua leuem referunt vix sicca Cydonia Brumam,*
Hac si melle coquas, mensa secunda probet.
Vina premunt: at ventri obsunt, neruoquè tumenti:
Sed parca hausta cibo, nè fluat, aluus amat.

B. Fiera in cœna epig. 12.

Decocta igitur Cydonia cum saccharo, & cinnamomo nobile fiunt mensarum complementum, quæ melle Antiqui ante sacchari frequentem vsum condiebant, à quo tamen saccharo maiorem acceptam refert conseruationem, & medicus, & cibarius succus quiuis,qui gratior,simulq; efficacior ad viscerum internorum,& præcipuè pectorali- um in propria temperie retinendorum redditur. Si verò vino incoquantur cotonea, illa vim instauratiuam naturalium, & spiritalium membrorum omnium suauiorem corpori adferent humano, à quibus vitæ nostræ principia plurimum haurient præsidij; bonum propterea sanguinem creant, cerebrum confortant, stomacho gratificantur, excrementa crassiora, ac tenuia, nempè lotium trudunt. Hisce commodius, vtiliusque modis vti Cydonijs in cibo licet, quamuis antiquiores diuersa ratione condita cydonia in cibos suos admiscerint,in carnium iusculis cocta, vel in pastillos redacta, aut in B clibano simpliciter tosta, quæ omnia laudabilia sunt, & ad placitum assumentium admittuntur, dummodò cruda omnimodò fugiantur. Cydonitem, seu conditum cydonium tali pacto componere Palladius docet. Abiecto corio Cydonia Mala matura in taleolas subtiles, atque paruas recidantur, & duro interaneo proiecto, carnes fructus decoquentur in melle ad medietatis consumptionem,& intereoquendum puluerem piperis in illas conijcies; pro qua perficienda operatione Platina Cydonia sic vult præparari depilata, ac concisa frusta, nucleis è medio sublatis, in aquâ celesti sunt maceranda, donec stipticitatem amiserint,& eluceant tanquam cornea, tunc elixentur, quæ semicocta ab aheno ablata in linteum album, & mundum super mensam sunt extendenda, donec tota decantetur aqua in cacabum; deindè cum melle posita tamdiu ebulliant, quousque omninò coquantur, cocta rursum linteo extensa sunt exiccanda, non ad Solem, sed in vmbra, & in ollam reposita, illis mel probè defœcatum, & tepidum superinfundendum,& Aromata in puluerem inspergenda; sed Neotericis magis scriptoribus in hisce rebus delicatioribus extruendis adhærendum, illisquè integra fides astruenda, C est. Cydonitem pro cibo sic confici docet Tanarius ℞ Pulpæ Cotoneorum mundatorum q.s. pro eius singula libra vncias 8 sacchari clarificati, & simul coqui igni lento ambæ hæres debent, itaut vnum corpus efficiatur optimè,dum opus est,miscendo, quo composito impleri pyxides, non ex buxo, vt olim, à quo denominationem sumpsere; nam Πύξος Pyxus græcè est Buxus latinè, sed ex Abiete rotundæ, vulgò *Scatole*, quià dulcibus scatent, & abundant, nam implentur semper absolutè; huic Cydoniti aliqui addunt odores, & Aromata, vt Dorstenius; sed cibariam simplicitatem non debent excedere, alioquin medicamentosa euadere possunt, & non ità gustui arridere. Idem Tanarius docet Cydonitem delicatiorem construere in forma Gelu, & sic proceditur ℞ Succum Cydoniorum maturitatem summam adeptorum, illeq; in melle, vel saccharo purgatis, & optimè clarificatis proijcitur, & miscetur quousque aliquantum solidescat, cui additur parum Gummi tragachantæ dissolutū in aqua florum rosarum, vel Aurantiorum; sed ad complementum facillimum condimentorum omnium in hac materia sat erit Cydonia præparata, idest absque tunica, atque sine intestinis coquere in vino, vel sapa, & ijs saccharo albissimo puluerato inspersis ornare mensas nobiles,vel di- D tare edulia magis composita, atque artificiosa, & plusquam Apiciana, secundum Artem coquinariam exquisitiorem nostrorum temporum;quod si tempore Galeni ex Iberia Romam ferebantur Cydoniata,nunc ex Italia, & præcipuè Genua, & Bononia in longinquas oras pro nobilium summè nobilitandis mensis, seù etiam pro medicis iuuandis intentionibus frequenter mittuntur.

Gal. lib. 2. de Alim. facult.

Arnald. de Villa noua de salubri esu fructuū.

In Octobri tit. 20.

De Honesta volupt. & valetud. l. 2.

Oecon. l. 5.

Athen. l. 11

In Botanic.

lib. 2. de alim. facul.

Cecropio saturata Cydonia melle. — *Martialis.*

E

VIRES, ET VSVS
In Medicina.

Valer enarrat. med.

LÆtitiam humanis in corporibus facere quemadmodum valuere Cydonia, eſt mederi, & quidem iucundiſſimè; Quod ſi ſolus Cydoniorum odor omuium deleteriorum vires obtundit (nam & Pharicum venenum præſentiſſimum à ſola Cydonij præſentia diſperditur)quantò magis ſubſtantia Cydoniorū aſſumpta tutabitur vitæ principia, truciquè obſiſtet deleteriæ cuicunq; violentiæ. Cæliacis,& dyſentericis non parum conducunt Cydonia, vt & vomitionibus prauis, & quià perquam gratum cordi,& cerebro iuuandis fundunt odorem valdè ſympathicum innato calori, humidoquè radicali ſimul iunctis, illorum fragrantia lethalem quamcunque peſtem refringere potis eſt, cuius efficaciæ nos certiores ab experto fecit Philarchus apud Athenæum ſcribens eueniſſe,quod caniſtro cuidam redolenti Cydonia Pharicū per inſidias impoſitum venenum, mentis alienatiuum, neruorumquè conuulſiuum,iuxtà doctrinam Dioſc. & Pauli,euanidum omninò fuerit redditum. Hellebori ſimiliter albi deleterio ſucco,quo venarores in Hiſpania ſagittas inficiunt, vt ſaucios Ceruos occidant, adeò opponuntur, vt hæc animalia tunc ſolum haud lethaliter inficiantur cum pomi Cydonij fragrantiam perceperint; & propterea currunt perquàm libentiſſimè in horum pomorum odorem à naturâ edocti propriam ſalutem ab eorum olfactu pendere;Natura tamen, cum nullum Animal inuitet ad eſum ciuſdem crudi,guſtus aſperitatem nimiam facturi pomi clariſſimè voluit indicare placiditatem vitalis ignis, nonniſi ab igne concoquente, ac digerente ſolidiorem materiam expectari; Mala igitur Cydonia,quæ carne conſtant lignoſitatis alicuius participe dū cruda sūt,& ſtomacho ferè incoctilia perſentiūtur coctionē elementari ab igne primò debent pati, vt Æthereo vitali aſſimilentur igni, iam edocta ſociabilitatem benignam cum omnibus Animæ facultatibus Stellarum elemento reſpondere; Vim habent ſuapte natura Cydonia adſtringendi, & orificium ventriculi corroborandi,ciborumquè vapores coercendi,nè ſurſum præproperè aſcendant,cerebrumq; petant; gratificantur ſtomacho, ipſumq; veneno læſum reſtituunt,corrigendo prauitatem quamlibet, tam ab extrinſeco, quam ab internis partibus prouenientem; in menſarum initijs proprias exercent liberè virtutes aduerſus diarrhæam, lienteriam,& dyſenteriam, ventriculi nauſeam, ſubuerſionem, cholericis item, cœliacis, & ſanguinem excreantibus ſuccurrendi; Poſt epulas verò corroborant os ſuperius ventriculi,& inferiores partes per accidēs aperiunt,& dilatant, adeout excretiones facilitentur,& per quandam expreſſionem exonerationi excrementorum craſſiorum faucnt; Temperamentum Cydoniorum, quod frigidum eſt in primo gradu, & ſiccum in principio ſecundi, quamuis non excedat in gradibus, tam crudum, quàm coctum, modificatur tamen ſub ipſa coctione, vt iam dictum eſt neceſſaria, vt temperies illorum euadat temperatiſſima, & valdè moderata, & non aſq; efficientia notabi i. Ex pulpa Cydoniorum aſſa, vel elixa ſaccharo condita per ebullitionem conuenientem, & ad integram carnium teneritudinem fit compoſitio illa, quę inter nobiliſſima quoqibellaria reponitur, quę Cydoniatum dicitur, vel coroneatum, & melius ſecundum Medicos Diacydonite tam ſimplex, quàm compoſitum, tam ex Galeno, quàm ex Nicolao Myrepſio, & Præpoſito, illudq; ſolutiuum, immò catharticum efficitur à quibuſdam, cum impoſitione diagridij; Ex ſucco quoq; Cydoniorum depurato, & cum vino decocto, & ſaccharo tam ſimpliciter, quam cum aromatibus ex Meſue, & Nic. Præp. fit medicamen illud appellatum Miua, quod valet ad ventriculum, iecur, & cætera viſcera frigefacta roborandum appetentiam excitandum, coctionem cibariorum iuuandum, bilem frænandam, vomitum compeſcendum, &c. Eruditioris Neotericorum ſcriptorū Pharmaceutriæ præcepta nos docent ſyrupum Cidoniorum conficere ad omnes immodicas excretiones cohibendas opportuniſſimum, & elegantiſſimum, & tali pacto paratur, ℞ ſucci Cydoniorum probè depurati, & in balneo mar. cocti ad ſyrupi conſiſtentiam ſine ſaccharo, vel etiam cum ſaccharo addito ad vnc. ij. pro ſingula ſyrupi libra; qui alia quoq; operatur vtiliſſima nempè gutturis, & oris exulcerati, linguæq; aſperioris curationem, & ideò ſcammonij potentiſ-

lib.6.c.19. *lib.5.c.53.* F

G

Plin.li.23.c.6.

H

In Antid. Bonon. nouiſſ. pag. 35.& pag. 256.

Quercetā. diat. polyhiſt. lib. 3. c.1.

A tentiſſimi deiectorij medicamenti comeſtioni ſuccus idem deſtinatus eſt in Aromatariorum officinis, ex quo Diagridium, ſeu Diacrydium officinarum, quaſi lachrymula electa, vitaliſq; & ceù aura prodit. Ij, quibus dilutius ex Cydonijs medicamentum magis placeret aquam habebūt elicitam ex iiſdem benè maturis inciſis per deſtillationem mixtim cum æquali vini portione, qua bibita ſingulis diebus ad vnc. iij. vel iiij. ſupra dictis omnibus medebuntur morbis; Elegans non minus quam efficax ex Cotoneis oleum, tam extrinſecus ſolum vſurpandum quale habetur ex Meſue pro adſtrictione, vel intrinſecus per os aſſumendum ad dolores nephriticos mitigandos, calculos eijciendos, horumq; generationem prohibendam admirabiliſſimè. Singulæ quoq; partes Cydoniorum ſeorſim ſumptæ aliqua gaudent prærogatiua medicinali non contemnenda, ita ut in totum cumulatæ virtutes ad infinitatem quodammodò tendant, nam ſemina Cydoniorum in aqua ita exoleſcunt, vt mucilago lenta, quæ ab illis extrahitur pro collyrio præſtantiſſimo in oculorum inflammationibus inſeruire poſſit; & vbi leni corroboratione eſt opus tutiſſimè operatur; ea in ore detenta linguæ aſperitatem in febribus tollit, & ſitim abigit; ambuſtis item illinita empyreuma exſtinguit. Dyſentericorum enemati-

Antid. Bonon. de præparat. med. pag. 440. Dorſten. in Botan. Antid. Bonon. nouiſs. pag. 317.

lib. 1. c. 131

B bus addita, dolores inteſtinorum lenit, & mordacitatem humorum obtundit, excoriationem reſtituit, torminaq; feliciter terminat, & bilis mordacitatem moderantur. Flores primò omnium partium mulieribus venuſtandis vſui eſſe poſſunt, inflammationibus oculorum ſuccurrentes iuxtà Dioſcoridis doctrinam, pro Cataplaſmate; ex illis aqua deſtillata quotidie ad vnc. ij. bibita menſtrua nimium fluentia compeſcit, & cor egregiè corroborat. Lanugo tandem carbunculos ſanat ex Plinio cocta in vino, & illita cum cera Hollerius ipſam maximè commendat ad hæmorrhagiam, quà vtiliſſimè audio vti chirurgos aliquot in recentibus vulneribus ſanguinem eructantibus, vt hic primis non ſolum, ſed ſecundis mediantibus qualitatibus efficaciter ſiſtatur. De Pomi huiuſmodi lanati viribus Iodocus Harchius ſic breuiter cecinit.

lib. 23. c. 6.

In Enchiridio ſimpl. Pharm.

> *Firmat Matricis, iecoris, ſtomachique calentem,*
> *Vimque erumpentis ſanguinis indè premit,*
> *Cœliacis prodeſt, cholera, tuſſique cruenta,*
> *Cuique vrina moras ſemper amara facit.*

C Breuiuſq; Georgius Pictorius.

In Pantopolio.

> *Ad finem menſæ confecta Cydonia proſunt:*
> *Nam ſtomachi claudunt clauſtra benigna tui.*

At Caſtor Durantes vires eaſdem Cydoniorum exprimit ſatis abſolutè.

In Herbar.

> *Aurea precellunt, ſtomachumq́ Cydonia firmant;*
> *Aſtringunt, ſiccant, aluum ſiſtuntq́ ſolutam,*
> *Inducunt frigus, non agris commoda tantum,*
> *Sed ſanis etiam: lathalis & ipſa veneni*
> *Vires contundunt; eadem quoque vulnera iungunt,*
> *Aſt odor illorum ceruicem percutit, agrè*
> *Conqueoquere hac, crudis ſiquidem veſcare, valebit.*

Egregiè Fridæuallius, & breuiter cydoniorum vires medicas accinebat & ipſe.

Aug. Fridauall. de ſanit. tuen. lib. 2. c. 8.

> *Sicca leuis brumæ quod Poma Cydonia melle*
> *Cocta iuuent ſtomachum, menſa ſecunda rogat.*
> *Frenant vina, tument, fluxus remorata lacertis*
> *Sunt nocua, & nimio curſibus apta cibo.*

D Quod, ſi quid vitam nimis labilem, atq; indebitæ præciſioni obnoxiam retinere, ceù retinaculum vitale, valeret, ritè tamen, & aptè applicitum corpori noſtro illud eſſet Cotoneum malum. Quod quidem mortem naturalem, cuiq; indiuiduo deſtinctam, ſecundum ſuam primam complexionem vſq; ad terminum, quem in ſua potentia habet ad natiuam humiditatem conſeruandam; vt optimè diſcurrit Arabum, & Medicorum Princeps Auicennas, Philoſophuſq; præſtantiſſimus, non ſineret obitum anteuerti, & accelerari. Cum autem experimentis minimè periculoſis ſancitum ab antiquiſſimis vſq; temporibus fuerit tutiores illas eſſe Medicinas, quæ minus ſaperēt nouitatis, & quæ innumerorum virorum Virtute præſtantium iudicia non effugerint, atq; ſuffragia lectiſſima, & fauorabilia non ſenſerint; politicæ illius propoſitionis veritas apertiſſimè demonſtratur, *Antiquas* ſcilicet *Leges nouis eſſe meliores*, vt Caij Caſſij apud Tacitum

Fen. 1. primi Doctr. 3 cap. 3. ad finem.

Tacit. l. 14.

egregia tulit ſub his verbis ſententia. *Sæpe numero in hoc ordine interfui, cum contrà inſtituta, & mores maiorũ noua Senatus decreta poſtularentur, neq; ſum aduerſatus, non quia dubitarem ſuper omnibus negotijs melius, atq; rectius olim prouiſum, & quæ conuerterentur in deterius mutari, &c.* multò igitur ſatius eſt de iure naturali ſanguinem in venis medicis retinere, atq; humores extrauenatos veluti barbaras, & hoſtiles gentes catharticis in exilium extra corpus pellere, quam Theſaurum vitæ ſanguinem exhaurire, ne facilius æger iuguletur, quam vincatur, & edometur morbus, nec aliud videntur nos docere, quam hoc Cydonia Græca vetuſtiſſima, & virtuoſiſſima Poma, quibus ſequentia nobiliſſima congruunt Epitheta. E

Pet. Andr. Canonhier. in lib. 1. Aphor. Hip. med. & polit. in to. 1. pag. 519.

EPITHETA.

QVia liquidò conſtat Cydoniam malum, de qua nunc eſt ſermo, ab Antiquis vocatam fuiſſe auream, quod nomen Nuperi, non vt reijcerent doctæ vetuſtatis eruditiones, ſed vt res expetiſſe videbatur, ad mala medica, nempè Citria, Limonia, & Aurantia omnimodè tranſtulerunt, cum hæc magis colorem aureum referant, & verè aureis (ſit fas id dicere) qualitatibus in Medicina præpolleant. Hac de cauſa ab epithetis auream malum concernentibus, in capite de malo medica expediti ſumus. Nonnulla tamen eiuſmodi appoſita rectâ, & præcipuè ad cotoneum ſpectantia hic aſſignabimus, vt Χρυσόμηλον, nempè cotoneum inclinato ad aurum colore refertum, vnde aurei, & aureoli, ſeu fului epitheta procreantur; fuluus enim color idem eſt, ac aureus, ideoq; aurum perſæpè dicitur fuluum; Quapropter Palladius fulua dixit Cydonia his verſibus. F

Pl. lib. 15. cap. 11.

Cum præſtet cunctis ſe fulua Cydonia pomis
Alterius nullo creditur hoſpitio.

Et Mantuanus Cydonijs fuluum vultum, ſcilicet colorem extrinſecus aureolum tribuit dicens. *Appia quid memorem, fuluoq; Cydonia vultu?*

Huc quoq; reſpexiſſe credendus eſt Inſignis Scriptor Italicus Gabriel Chiabrera, vocans aureum hoc pomum, vbi cecinit. G

Iui l'aureo Cotogno, & iui il Gelſo
Di Tisbe amara rimembranza &c.

Modò ſupereſt delicandum, cur Græcis huius arboris malum dicatur κυδώνιον; quod omnes Auctores conueniunt ſic appellatum fuiſſe à Cydone Vrbe Cretæ, cuius dudum erat peculiare, cum maximè Quintus Serenus ſic cecinerit.

Aut quæ poma Cydon Cretais miſit ab oris.

Et ideò *Cretæum*, ac *Cretenſe munus*, pomum, ſeu malum *Creticum*, *Creſſum*, & fœtus *Cydonis*, *Cydonius*, ac *Cydonitis*, alijſquè tot ſynonymis ab Inſula Creta deductis, quæ breuitatis ſtudio omittuntur, cum facillimum ſit Auctores de illa verba facientes conſulere, ad quos ſtudioſum lectorem relegamus. Sed non tantum κυδώνιον hoc malum, verùm etiam & κοδύμαλον Græci vocitarunt, ex traditionibus Hermonis, qui apud Athenæum fertur obſcorarum vocum interpretationes ſcripſiſſe. Sic Athenęus. Ἑρμῶν δὲ ἐν κρητικαῖς γλώσσαις κοδύμαλα καλεῖσθαί φησι τὰ κυδώνια μῆλα. *Hermon in Gloſſis Creticis Codymala vocari tradit Cydonia Mala.* Apud Heſichium indigitatur λασιόμαλον ὡσανεὶ μῆλον τὸ ἐχον χνοῦν, idest *Laſimalum*, tanquam Malum *Lanuginoſum*, cum omnibus notum ſit hoc malum molli quadam lanugine obduci, vndè antiphilus dixit ἄσπιλον, ἀρρυτίδωτον μῆλον ἰσόχνοον ἀρτιγόνοισιν, & Ὥρης χειμερίης σπάνιον γέρας, nempè malum *parem*, *& recentem habens lanuginem*, atque *rarum hyemis donum* amatorio illo epigrammate. H

Μῆλον ἔχω στρούθειον ἀφ' ἑπλοτέρης ἔτι ποίης
Ὥριον ἐν νεαρῷ χρωτὶ φυλασσόμενον.
Ἄσπιλον, ἀρρυτίδωτον, ἰσόχνοον ἀρτιγόνοισιν,
Ἀκμαῖον ἐν πετάλοις συμφυέσ' αἰρόμενον.
Ὥρης χειμερίης σπάνιον γέρας, εἰ δ' ἄνασσαν
Τοίην χὼ νιφόεις κρυμὸς ἔπεισ' οφ.ρεῖ.

Nimirum *Malum habeo ſtrutheum ex recentiore adhuc folio.*
Maturum, in iuuenili quaſi corpore conſeruatum

Im-

A *Immaculatum, sine rugis, similis eumq; infantibus lanugine;*
Adhuc bene foliatis adnatum ramis.
Tempore hyemali rarum munus, in se verò, domina,
Talem etiam niualis algor autumnum confert.

Ideò & Virgilius canum dicebat propter teneram lanuginem, quàm mane roscidam, quasi canam habent hæc mala, canens hunc in modum.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Egl. 2.

Propterea Plinius lanatum appellauit; Nos verò hac de causâ pubescens vocare non dubitabimus, cum sit peculiare pubescentium leui lanugine obduci, odoriferum quoque, & tenui lanugine tectum replicauit Cydonium Philippus sic scribens Lib. 15. c. 14.

Malum & odoriferum, & tenui lanugine tectum;

Aut satius Græcè

Μῆλον δὲ ἡδύπνοον λεπτῇ πυκινῇ χνόῃ ἀχνῃ

Cato verò omnium primus Cydonia nuncupauit Cotonea, quasi coctonea, cum non nisi cocta propter austeritatem deglutiri queant; Vndè apud recentes ortum est B adagium. Mandit cotonea, siuè cotonea digerit, quod passim in illos profertur, qui opus subeuntes difficillimum ad finem trahunt, vel melius in illos, qui data opera ad imitationem Christi, maximas remittunt iniurias, quæ alioquin sæuis essent persequendæ vltionibus; Στρουθεῖον pariter Malum, maius, & odoratius Cydonium, Ætio teste, nuncupatur. Hinc & Struthiomela hæc Poma appellantur, fortasse quod Struthiorum oua, colore, & magnitudine, referant. Propter formam communem, non defuerunt qui Cydonium cognominarint rotundum, circinatum, atque incisuris notatum. Ab odore iam tradidimus Philippum illud vocasse odoriferum. Adijcimus modò quod hac de causa poterit dici suaueolens, suaueodorum, odoratum, fragrans, ac nares etiam à longè permulcens. Insuper à sapore iuremerito innuetur illud esse austerũ, & vt protulit Aloysius Alamanus Hetruscæ linguæ poeta celeberrimus, asperum, & graue. Sic ille

E'l purpureo, granato, il dolce fico Colt.
Laspro, e graue Cotogno, il freddo melo.

Arbor prætereà huiusmodi mala proferens non ineleganter poterit appellari sacra, C cum apud plerosque credita fuerit Veneri Iugæ dicata. Concludamus igitur, & id sufficiat exponentes à Goropio eandem Malum dici Malorum infimam, & Malorum maximam. Nec iniuria. Addit enim mole quidem corporis infimam esse, at exinde virtute medicinali simul, atque cibaria maximam esse asseuerat, &c. Qui sensus Hieroglyphicis valdè affinis Hieroglyphicorum tractationi aptissimè adnectitur; sed denominata prius nominari, & hic interseri volunt. In Vert. f. 75 76. & 77.

DENOMINATA.

Denominantium cunctis correlatiuis prærogatiuas seruare decorum est, ac non mediocri laude dignum, dum ea, quæ recepit nullo contaminata vitio, ipse denominatus ostendat.

Nullus degener extat, Bœth. l. 3.
Ni vitijs petora fouens metro 6.
D *Proprium deserat ortum.*

Cotoneum Laudensis Agri celebre Gastellum est, ob hoc præcipuè insigne, quod ex Mantuanorum tumultibus, cum, vt scripsit eloquens literatorum encomiastes Laurentius Crassus, de eius Vrbis primatu priuati contenderit, susceptis passerinis, natale factum est Viro Doctissimo, & multis celebri scriptis Petro Francisco Passerino, Serenissimi Parmæ Ducis Consultori, Theologo, & Consiliario, de quo Petrus Franciscus Minotius multi nominis I. C. & Poeta. Laur. Craſ. elo. p. 2. vbi de Petrô Fr. Paſſer.

Passerine, Duci, qui consulis alta potenti,
Hoc Duce, Corde pates, & Probitate potes.
Tu sophiâ polles, Paulumquè Ducemquè coronas
Virtutum sertis, Pieridumquè Choris;
Consilio es Phœbus, qui tecta serena serenas;
At Domino reddis, quod capis ipse, iubar.

Nunc

Nunc nitet, ac toti placet alma Placentia Mundo,
Nam tu illi, atque Orbi hac vrbe placente places.

Cotoneum Æmiliæ Oppidum eſt L. Alb. in Vir. Illuſt. PP. Prædicatorum lib. 4. vbi de Vincentio Cotoneo loquitur Viro doctiſſimo memorat, idem fortè, quod hodie *Cotoncola* appellatur; quod Oppidum familiæ Attendolæ Sfortiæ Inſubriæ totius Dominatu ab anno 1448. Sereniſſimæ, potentiſſimæ dedit Originem. A Cotoneorum Malorum Lanugine *Cotonum* originatum eſt, quod ſecundum communem intelligentiam eſt illud Tomentum, quod à laneis pannis non ſolùm exciditur, ſed ibi inciduum, & ex induſtria felictum, & artificiosè compoſitum eſt; vndè apud nos Bononienſes nigri illi Panni, qui pro funebribus indumentis inſeruiunt, & à noſtris opificibus egregiè fabricantur dicuntur *Cotoni*, & *Panni, e raſcie Acotonate*; quorum qui ex lana, & ſerico texti ſunt *Ferrandine* nuncupantur. Propter eandem ſimilitudinem lanuginoſæ Cotoneorum ſuperficiei Herba quædam à Botanicis *Cotonaria* dicta fuit, quæ Gnaphalium propriè dicitur, Filago Dodonei, & Piloſella quibuſdam, à Plinio Impia fuit appellata, quamuis impium mammillarum cancrum deſtillata deſtruat. Cotonaſter item Frutex, vel Arbuſcula Cydanago etiam quibuſdam fructu paruo, cum carne pallida, fungoſa, acerba, & tribus intus oſſiculis meſpilacea planta à Cotoneo nomen mutuata eſt. Cydonitem, vel Cotoneatum cibum ex carne Cydoniorum cocta, & melle, vel ſaccharo condita, de quo cibo Palladius in Octobri mentionem fecit: habemus inter Denominata ab eodem Cydoniorum fructu Cydonea ſecundū nonnullos. Prętereà Ficus Hyemalis; Cydonia quoq; vocatur antipharmacum veneni cuiuſdam *Piſon* dicti; quod clam ineſt Nardo, & quoniam indica dicitur eſſe vox Cydonia in nomine ſubſtantiuo, ſecundum hunc ſenſum aliam obtinebit eſſentialem ethimologiam à verbali non parum diſcrepantem, non abſimili fortè ratione, quā vir quidam nomine Cydon à patria magis, quàm à fructu nuncupabatur de quo Virgilius

Dum ſequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon.

Hiſtor. omnes Iac. Phil. Bergom. Suppl. Chiſ. lib. 14. Paul. Iouius in elogijs Vir. bellic. l. 3. & l. 6. Ruell. l. 2. de nat. ſt. c. 150. Dodo Pēpt. 1. l. 3. c. 14. Dioſc. lib. 3 cap. 112. Plin. l. 24. cap. 19. Pallad. in Oct. tit. 20. Otho Brūſ. in Onō med. ſimpl. tit. C. Vir. 10 Æn

HIEROGLYPHICA. SYMBOLA.

Goropius, referente Ricciardo, aſſeuerantius teſtatur Cydonium Malum antiquitus dari ſolitum fuiſſe Sponſis, ad hoc vt exindè Sponſus hieroglyphicè cognoſceret, ſe ſponſionem cum iuramento feciſſe firmiter, ac legitimè connubendi cum Sponſæ folliculo; Et euidem iure optimo. Addit enim hac de causā in ptima lingua, & Cydonium, & mulieris Verenda nomen commune, ſcilicet *Cutte* ſortita fuiſſe. Nec tam eruditi Viri auctoritatem comminuet in vltima ſyllaba *Cutte*, iuxtà ſenſum, quantitatis diuerſitas; in pomo namquè producitur, at in membro corripitur, cum diſcrimen quantitatis ſyllabicæ apud Oratores nominis identitatem non tollat. Ab hoc vocabulo *Cutte* Germani quoque Cotoneum *Kutthen* indigitarunt. Adijciatur, quod primæ Linguæ profeſſores aſſerunt Cydonium nomen ab vſu traxiſſe, quo Malum huiuſmodi puellæ dabatur, vt nempè referret teſſeram firmi nexus cum ipſius zona ſoluenda ſanciendi, & inde Cuttee legitimum cum cuno connubium interpretari. Quibus etiam ſuffragari videtur hoc malum apud Latinos dici Cotoneum, voce procul dubiò ab ipſa prima lingua deducta, cum ſcilicet *Cot doen ee* per interpretationem inuertatur, legitimum cum Locis facio iuramentum, vt nempè ſponſus iuramento munitam profeſſionem emittat ſe nuſquam vllo alio, quàm ſuæ Coniugis vſurum vtero; Quapropter Græci vocant illud Codimalum, quod Latinè ſonat Cunnimalum. Porrò fuit Aſclepiadis ſenſus per Cydonium malum, matrimonium iuxtà leges contractum denotari, bis nixi rationibus, videlicet quod eſſet Veneri Iugæ dicatum, & quod Tellus Cydonia protulerit, vt Iouis Iunonem ſibi in matrimonium copulantis, hoc munere nuſquam antea viſo Nuptias decoraret. Cùm autem quotieſcumque nudè, ac ſimpliciter Mali nomen proferebatur, antequam in Europam Aurea vera Mala, ideſt Citria, Limonia, & Aurantia adducta eſſent, Cydonium per propriam excellentiam intelligeretur; quando enim illud Virgilianum legimus

---- Malo me Galatea petit, &c.

Tunc de Cydonio ſermonem fuiſſe, nemo non confirmat, quin & malum nomen ipſum

In Vert. fol. 71. 72. 73. & 75.

In Ægyptiacis.

A ipſum Cydonium ſignificat; Et Malum deducitur à Mal voce primæ linguæ, & inuertitur conuiuium, quod apud omnes conſtat primum eſſe gradum inter maritum, atque vxorem; Vndè colligendum eſt ex Cydonio rectà denotari coniugium. Quam pariter rem, vt confirmare viderentur Germani ab hac voce Mal, ſiuè Mael, Nuptam vocant Gemael. Cui ſententiæ adſtipulantur ijdem Goropius, & Ricciardus. Sed nobis magis arridet ſententia aſſerentium Cydonia dari ſolita ſponſis in ſignum, quod ab illis imposterum euitanda foret omnis ſuperbia, & arrogantia, atque omittendus ſuperuacaneus omnis ornatus; Quantò enim Cydonia Malis omnibus infima eſt, & magis exigua, tantò fructum omnium Malorum maximum producit, quod ſymbolicè refert non pompoſa, ſed vtilia eſſe attendenda, ad differentiam Indicæ Ficus, cuius fructus ad propriæ, & vniuerſæ poſteritatis internecionem innocentiæ primos noſtros Parentes traxerunt, & quæ cum magnitudine, & craſſitudine ramorum, nec non & foliorum latitudine omnes Arbores antecellat, fructus tamen perexiguos, vera hieroglyphica minimæ vtilitatis, & maximæ pompæ enititur. Hic enim Cydoniæ Arboris, non autem Indicæ Ficus qualitates nuper coniugatæ imitari ſtudere debent, ad hoc vt illis, & Coniugi ſe-
B ctentur vtilia, & inutilia poſt terga proijciant. Ex eò poſteà, quod huiuſmodi Mala cor reficiunt, ſuauemquè ori halitum inſpirant, ideòquè antiquitus (vt toties diximus) dabantur, colligit Alciatus ſponſam debere cum ſponſo quidem verſari, ſed mundo corde, intaminatis affectibus, atque ore non niſi odorato, pudica ſcilicet verba, atque honeſtati tantummodò congruos ſpirante ſermones, vt quidquid demum ab eo procederet, non niſi gratiæ, & ſuauitatis plenum eſſe deberet. Subſcribit autem hoc tetraſtichon

In Ver. f. 76
In Comm. ſymb. in. v. Cydonium. fol. 183.
In Em. 203. Et Alex. ab Alex. in geniał.

Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus conſtituiſſe Solon,
Grata ori, & ſtomacho cum ſint, & vt halitus illis
Sit ſuauis, blandus manet & ore lepos.

Emblema Mali Cydonij Suffitus, tam Simplicis, quàm Igniti.



Fertilitatis Honorem, Officijquè refers. *Ou. l. 3. met.*

Sed

Sed vniuersaliter loquendo Fertilitatis Honorem, officijquè referet quisquis Deo sacrificium laudis, & desideriorum suorum in omnibus suis actibus offeret, iuxtà illud oraculum Regij Psaltis, *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua*. Et quoniam *Deo dat, qui pauperi dat*; Diuinum tunc feres fructuosissimum Agrum, cum Pauperibus eleemosynam tribues, ille enim satori suo centuplum reddet citissimè fructum *Fœcundus est ager pauperum citò reddit donantibus fructum*, vt sapientissimè literarum Parens D. Augustinus docebat: quod optimè confirmatur naturali Cydoniorum ab exemplo quorum in quocunque statu proprium est suauissimo Thimiamate spiritus, & vires corporis, recreare, atq; reficere; & quod magis est id, moralibus rationibus, & experimentis amplissimè demonstratur; Tenentur certè qui bonis abundant, tanquam firmiores imbecillitatē infirmorū non sustinere, vt sanctissimè D. Paulus admonebat, vt è contrà sibi non parum timere debet, qui non libenter succurrit egenis. Veritatem hanc palpabilem reddit id quod accidisse referunt Historiæ D. Brigidæ Hibernæ Virgini, cui cum ab Olitoria muliere pulcherrimi nonnulli dono darentur fructus, eò præcisè tempore, quo miserrimi quidam pauperes stipem ab eadem Virgine emendicabāt, quæ illorum miserta fructus eosdem dono receptos pauperibus diuidere, & erogare intendens indignabundam experta mulierem donantem ipsa diuino afflata Numine, seueram contrà immisericordem protulit sententiam, sterilitatis scilicet perpetuæ fructuosarum Arborum immitis fœminæ successuræ, vt euenit adamussim. Symbolicis hisce, & Hieroglyphicis narrationibus quàm benè Mystica, & Moralia iunguntur: cùm optimum sit nouisse, & scire honesta quæque facienda.

Ps. 49. — *D. August. sup. Ps. 56.* — *D. Aug. de Verbo Dom.* — *Ad Rom. 15* — *Ap. Surium Tom. 1.* — *Menander ap. Stob. sermon. 3.*

E — F

MYSTICA. MORALIA.

Omnibus exploratissimum esse Cydonia quàm maximè inter cætera Mala lanuginosa existere, nullibi in dubium reuocandum experientia suadet. Quam rem perpendens Goropius optimè testabatur per illam denotari Dei Omnipotentis ergà Posteros Adæ mirificam Clementiam, & nullis limitibus metiendam Bonitatem. Quid enim est huiusmodi lanugo, nisi, vt ipsum nomen refert, quasi lanæ cuiusdam mollities? Quæ maior, aut magis conspicua mollities, & mansuetudo, quàm mitis cum omnibus conuersatio, quâ Christus, Sanctissimi Præcursoris sui testimonio verus Dei Agnus, cum nobis, nedum quando mortalibus spolijs indutus, in humanis degebat, sed & modo, vbique, & quotidie in Venerabilissimo Eucharistiæ Sacramento versatur? Hoc equidem manifestissimum est, quod nisi mollis tantæ clementiæ lana ab ipso Agno, qui Christus est, accepta singula opera nostra circumamiciret, frustrà laboraremus. Hanc ab Ethnicis quoq; repræsentatam olim conspeximus, quippè cum apex ille, quem in pileis Diales Flamines gestabant, summi Numinis mansuetudinem denotabat. Accedunt & Mala tria Cydonia, quæ in Herculis læua cernebantur Moralibus examinanda obseruationibus. Hæc igitur cum Pierio statuimus præseferre tres nunquam satis laudatas virtutes, quas vnusquisque probitatis, & sapientiæ Amator profiteri omni conatu deberet. Sunt autem ea animæ parte, quæ irritabilis est; primò citrà moderationem non excandescere, secundò auri sacra fame non laborare, & tertiò animum voluptatibus implicitum non habere. Collocabantur verò hæc cotonea in Alcidis læua, vt indè quicumque discerneret has Virtutes omnium quidem, sed præsertim Heroum peculiares esse debere. Insuper Malus Cotonea, quia non amat valdè crescere, sed vt plurimum est humilis, ac cortice tegitur asperiusculo, Mysticè designat Virum perfectum, qui non appetit in altitudinem dignitatum eleuari, sed vt plurimum paruus est, & breuis per humilitatem, & cortice, nempè vestibus induitur austeris, & ille totus per pænitentiæ austeritatem rigere videtur. Illa ex Bodæo ramos explicat aliarum Arborum modo, sed à fructu, ex obseruationibus Plinij, incuruatos: Et iste ramos habet, idest animæ potentias aliorum hominum adinstar, sed à fructibus bonorum operum, radicem versus, quæ Christus est, conuersas. Etsi in illa nec ipse caudex rectus esse solet, sed nonnihil incurnus; sic & Vir perfectus non recta ad celsitudinem contemplationis tendit, sed prius ad actionem inflectitur. Substantiam porrò Cydoniorum ad multa Hominibus valdè vtilia præstantem odor bonus, imò suauis, qui totam replet Domum suffitu

Vert. fol. 77 — *Ricc. in Commen. symb. fol. 183.* — *Fol. 393.* — *In Theoph. l. 4. cap. 4.* — *Li. 15. c. 21*

G — H

ſuffitu naturali gratiſſimo teſtatur; quem in bonis operibus odorem fundere videtur vir probus, qui proximum ſuum amat, ſicuti ſeipſum, atque omnes non ſolùm beneuolentiâ proſequitur, ſed omnibus pro toto ſui poſſe benefacit; conſtat quidem apud omnes odorem ſuauem, Deoquè gratum ſignificare bonorum operum fragrantiam Deo acceptam ex mentis deuotione prodeuntem; ſimiliterquè indicare bonam exiſtimationem, & famam ex operibus bonis promanantem, videlicet cum quis in Republica Legibus eſt obediens, omniaquè adamuſſim ſeruat, quæ illius ſtatum decent, tunc enim experitur quod Æſchylus inter Græcos ſuis edicebat, videlicet obedientiam eſſe felicitatis matrẽ, & Seruatoris Vxorem, atque illum quantò in maiori dignitatis gradu exiſtentem, tantò etiam maiori Honore dignum omnes conſtantiſſimè habebunt.

ὅσσ μέγιστός τ' ἐσί, μεγίσης τ' ἔμμορε τιμῆς.

D. Bernard ſuper cant. ſerm. 71.
In ſeptem ad Thebas.
Homer. in Venerem.

Sed Myſticum practicæ Moralitatis Myſticorum, & Moralium Cydonij Mali pro Coronide valdè conſpicuum, & memorabile mihi modò liceat exponere cunctis legendum, atque probandum exemplum; præclaro admodum Bononienſium Notariorum Collegio Emblematicam, & Myſticam Arborem Cydonij Mali pro ſuorum officiorum Symbolo video erectam, & æneis Typis expreſſam, & D. Thomæ Aquinati Protectori commendatam, cum hac inferius poſita declaratione. *Tria in hac Arbore cernas, Radices, Folia, Poma. Præſtant Radices, Fundamentum indicant, Folia Decorem, Poma auro onuſta, Officia elargiuntur, non niſi matura Scribis Ciuibus tradenda. Nilq; Pythonis pauet inſidias, dum è ſinu Sanctiſſimi Protectoris Cæleſtis coruſcat Apollo.* Et cum hoc Tetraſticho ſuperiori in parte locato.

Vos, qui Iuſtitiam colitis, defendite Leges,
Vnuſquiſque ſuo tempore poma legat.
Maturos quicunque poteſt decerpere fructus,
In ſudore licet quærere, turpè queri.

Homer. l. 5. Iliad.
Homer. 11 Iliad.
D. Greg. 15 Moral.

Itaut Fundatoris ſui primi, atq; Cultoris Rolandini Paſſagerij Aureas Virtutes, pretioſiſſimaquè quingentorum annorum munera ciuilis, ornatiſſimus, & glorioſus hic Scribarum Cœtus conſeruaſſe hinc patet, dum ſuis gloriatur iuremerito ſanctiſſimis obſeruatis legibus, quæ per Cydonium Malum optimè repreſentatæ viſuntur, cum κυδαίνω ſignificet *Honoro, Glorifico, Orno*. Et κῦδος, ſit Gloriæ Gaudium ex Homero. Vt autem laudabilis inſerit quoque delectatio Cydoniorum iodigitanda accedant Mirabilia.

Sen. de Anĩ. tranquill.
D. Chryſoſt. ſup. Ac. Ap. cap. 19. Homil. 41.
Chryſ. ſerm 12. ſup. Ep. ad Rõ. c. 7.
Eraſ. in Ep.
Salluſt. in coniur. Cat.

MIRABILIA.

AMuletieæ Cydoniorum facultates, quæ vel in ſola ſui Mali præſentia, necnon in illius duntaxat odore mirabiliter obſeruantur, moralibus aptius, quàm cæteris ſenſibus exponi requirunt; cum enim bonus odor ex virtute ſit, odor quoque malorum iſtinſmodi nonniſi virtutis documenta ſpirare videtur. Serpunt vitia, & contactu nocent, ac in proximum quenque tranſiliunt, itaut Animorum venena iuremeritò dici poſſint, illaquè Virtus ſola, quæ quaſi manu ducit in vitam, odore proprio, cuius eſt in multorum profectum diffundi, valet expugnare. Sic & naturaliter humanis in corporibus operatur ſerpentium virus; verum ſicuti vitium in conſpectu Virtutis, etſi Virtutis nomen ſortitum ſit, ſic venena in conſpectu Cydoniorum perſiſtere nequeunt, & euaneſcere coguntur. Tradit enim Mizaldus hæc Mala tam valenter aduerſari venenis, vt ſi in eodem diſco imponatur toxicum quodpiam nocentiſſimum, ſimulquè Cotonea Mala, vires illicò veneficæ diſperdantur, quod manifeſtiſſimis cognoſcitur experimentis; Nam Pharicon lethaliſſimum venenum ex Athenæo, & Plutarcho non patitur Cotoneorum præſentiam, ſtatim nanquè emarceſcit indubitata quadam antipathia. Pari quoque pacto Veratri ſuccus, quo ſagittæ dudum inficiebantur, iuxtà Mala Cydonia repoſitus elangueſcit, actiuitatemquè deperdit. Et tantò magis Virtutem repræſentat, illamquè ſuadet hominibus hoc Pomum, quantò feruentius aliorum alexipharmacorum adamat ſocietatem. Virtutes omnes ſic inuicem coniunguntur, vt ad vitia profliganda viciſſim fortiores efficiantur, & ſi quis vna caruerit, omnibus careat; Hi quoque fructus vt Medicis vſibus efficaciores reddantur, adeò cum melle conueniunt, vt illius liquore delibuti, non amplius computreſcant, ſed incorrupti miran-

Venena perdunt actiuitatem in conſpectu Coton. poſita.
Mizal. mẽ. cẽt. 4. n. 73.
Cal. Rhod. varior. lect. l. 8. c. 42.
D. Hieron. in Epiſt.
Mala Cydonia in melle ſeruantur à putri.
Colum. l. 12 c. 45.

mirandum præſeruetur in modum. Si enim ipſorum ſimpliciſsimus odor fugat venena, quid dicendum poſtea, quando melli ſint admiſta, cum mellis quoque natura ſit, vt coerceat vitia, nec ea ſerpere patiatur; quâ pariter de cauſa per annos plurimos exanime corpus hominis à tabe conſeruat. Habent & Mala Cydonia quaſcunque præſeferre figuras, ſi in formas typorum indita in ipſis augeſcere permittantur; quod & ſuo quoque pacto præſtare ſolet Virtus, nam & ipſa quaſcunque benè operandi formas in animum inducit illius, qui bene operantium exempla non æmulatur tantum, ſed imitatur, & ſequitur. Hæc præterea poma parturientis in ædes perlata partum illius difficilem reddunt, ex aſſertis Simeonis Sethi, fœtumque cogunt diutius in vtero commorari. Quod non abſque myſterio rerum omnium mater Phyſis permiſit. Prætendiſſe nanque cenſenda eſt nos erudire, vt ad impediendum vitiorum noſtrorum exortum, virtutes aliorum in noſtræ mentis ædes introduceremus, vt ſcilicet iuſtorum opera imitantes, benè noſtris vtamur affectibus; quià *nihil vitioſum naſcitur, ſed vitium fit, ſi malè vtamur affectibus: Virtus ſi benè*. Et conſequenter in Virtutes quæcunque vitia commutabuntur, quandoquidem *omne vitium virtute mutandum eſt, non contrario vitio*. Sed ſi prægnans geſtarionis tempore ſæpè fuerit vſa Cydonijs, contrarius effectus, & admirabilis ijſdem adſcribitur; parit nanque non admodum difficulter illa Mulier, & partus ingenioſus producitur, eodem Simeone referente. Quod ad myſticos ſenſus relatum præſeferre poteſt, quod vbi qui peccaturus eſt frequenter perpenderit, & tota mente hauſerit quota quæque ſint virtutum præmia, & quotuſquiſque delinquentibus præparatus dolor; peccandi cogitatione excluſâ, bene operandi propoſitum emittit, qui poſtea operoſior eſt, dum ad omnia diſciplinarum genera viam aperit; Nec id rarò contingit, nam omnibus eſt commune, quià *ad neminem venit ante bona mens, quam mala* ſcripſit Seneca, quod & confirmauit D. Auguſtinus habens, quod *nemo bonus, niſi prius malus*. Admiratio demum expoſita plures modò pariat cognitiones Hiſtoriarum, nempè notitiam, Vſus varios, & Stemmata in hac noſtra Cydoniorum materie.

Quaſuisfor mas quomodò recipiunt Cydonia. Quomodo partum impediant. *D. Hier. ad Demet.* *Plutarc. de Amic. & Adul.* Quomodo promoueat facilemq; reddant eũdem partũ. *Sim. Sethi.* *D. Greg. l. 9. Moral.* *vbi* cùm culpa animã tenſeneca... tat, vitę breuitatem inſpiciat. *D. Aug. Ep. 20.* *Sen. Ep. 51.* *D. Aug. in quæſt. ex vtroq; Teſt.*

HISTORICA, ET VSVS VARII, Ac Stemmata.

PRincipio controuerſias, offenſioneſquè magnâ cum curâ coniugalibus eſſe cauendas, cum alias, & frequentes, & quotidianæ magis eos diſiungant, & vitæ conſortium labefactent, optimè ſe noſſe oſtendit Solon, quando lege cauit, vt non niſi malo Cydonio epulis adhibito Viri Thalamũ ſpõſa ingrederetur, vndè nuptialia inter præcipua dona Malum huiuſmodi aureum numerabatur; de quo Alciatus in Emblemate ſuperius allato. Et ratio huiuſmodi moris ſic in lege poſiti, fuit vtriuſque Coniugum concordiam, qua nihil eſt in thalamo dulcius, præmouere, grauis nanque, & contagioſus oris halitus inter coniugatos, cum ſit valdè moleſtus, poteſt quoque diſcordiarum ſemina quamplura fouere, quandoquidem ore putidos quilibet auerſatur, quorum guttur eſt veluti ſepulcrum patens, vel ſaltem aperta cloaca; Ruffillum propterea, & Gorgonium Lyricus, ac Feſcenniam Martialis, & Thaidem his deridebant carminibus. Ille

Paſtillos Ruffillus, olet Gorgonius hircum.

Iſte de Feſcennia

Quid quod olet grauius miſtum diapaſmate virus?
Atque duplex anima longius exit odor?

Et de Thaide loquens

Cùm benè ſe tutam per fraudes mille putauit,
Omnia cùm fecit: Thaida Thais olet.

Conſimili (Textor habet) oris graueolentiâ laborabat Euripides Poeta, quæ cum illi obijceretur à à Dechannico Archelai Aulico, ipſe adeò excanduit, vt nil grauius antea ſibi eueniſſe aſſereret. Sed inſtituta Solonis ampliantes poſteri, nedum in nuptialibus, ſed in cæteris quibuſque conuiuijs appoſuerunt ex Cydonijs conſtructa oris incitamenta, quæ pro Xenijs, & Apophoretis delicatioribus habuerunt. Docet enim Galenus Hiſpanos olim conſueuiſſe Romam quotannis mittere compoſitionem quandam,

Plut. de Pręcept. Conn. Solõ iubet vtendũ eſſe Cydonijs in conuiu. nuptialib. *Al. ab Al. D. G. l. 2. c. 5.* *Andr. Alc. in Embl.* *Home Od. T.* *L. 1. ſerm. Sat. 5.* *L. 1. ep. 71.* *L. 6. ep. 93.* *In offic. T it. 4. pag. 94.* de male ol. *De Alim. fac. l. 2.*

A ex melle, & Cydoniorum carne læuigata pro edulio nobilissimo, quod μηλοπλακοῦντα vocabant, idest Maliuas placentulas durabiles, in patinis aptè impositas, dum recentes erant. Hæ verò nostris temporibus delicatissimæ fiunt ex saccharo, & in rotundis ligneis,& præcipuè abiegnis subtilissimis pyxidibus latum digitum profundis, & latitudinis diametralis quanta est transuersa manus, cuiusmodi sunt, quæ nunc Bononiæ copiosissimæ concinnantur, Romamquè, vt & primæ illæ Hispanicæ, frequentissimè missitantur. Aliud consimile compositum, aut vt melius dicatur, medicamentum ex succo Cydoniorum Struthiomelorum, pipere albo, zinzibere, & aceto à se confectum refert idem Galenus pro deiecta pariter appetentia subleuanda accommodatissimum, & per annos septem in loco inconspicuo reconditum seruasse, nec post longam hanc ætatem quicquã in qualitate mutatum inuenisse, præterquamquod in crusta nonnihil tunc densiore; De Cydoniatis huiusce melimelitis edulijs mentionem quoque fecit annis abhinc circiter MDLX. Vates Bilbilicus canens

Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle
Ponentur, dicas: hæc Melimela mihi.

B Nec in esculentis tantum versatur historica Cydoniorum cognitio; simulacris quoque nonnullis efficta Cydonia præ manibus gestata fuisse tradunt eruditæ Scriptorum relationes; In historia quippè Saxonum legitur, Veneris in ipsorũ regione Simulacrum extitisse, quod aurea tria poma tenebat. Volaterranus etiam narrat Romæ sua ætate Statuam Herculis effossam fuisse(quæ posteà in Curia Conseruatorum collocata fuit) in cuius manu tria similiter Mala Cotonea visebantur,quæ pro Malis Aureis Hesperidum, ni tamen Aureis Malis Medicis aliquibus, de quibus dictum est superius, figura competeret, quæ in sola delineatione cum Cotoneis æquiuocationem inducere potest,nam inter Mala Medica reperiuntur nonnulla, quæ intersecta sunt, atque crispantia. Simulacris item noctium conscijs imponebantur Mala Cotonea, quæ salutatorijs pariter in Virorum cubilibus inclusa seruabantur ad odores,vt suffimenta vice Thymiamatum ex pretiosis aromatibus confectorum; quod & nostris quoque temporibus apud quamplurimos non infimi subsellij Viros vsuuenit. Tanti præterea facta sunt hæc Poma, vt nobilitatis perantiquę memoriam longũ seruatura eligerentur ad componendũ Stemmata

C vetustissima Regni Granatensis in Hispania, ac Sfortiæ Familiæ Mediolanensis; hæc enim, vt tradit P. Petra Sancta. Cydoniorum Pomum, cum ramali, & frondibus aureis in Sapphirina planicie extollebantur. Sed Artificiosæ magis fictiones Cydoniorum attendantur.

Ex moribus, nõ pulchritudine indicæ. Menander in Monost.

FABVLÆ.

MVlti multa de Malis Aureis generaliter sumptis fabulati sunt. De Cotoneo verò peculiariter acceptã, qui mythologicè quicquam scripserit,præter vnũ Legatum, hucusquè nemo innotuit. Mythologicam quippè Malorum Aureorum Historiam, vel Insanis, quæ & Aurea dicuntur, comprehensis,impari pede, non tamen claudicando prosecutus,egregia pleraque de Cotoneo commentus est.Quapropter Historiæ nostræ nobile pretium erit, quæ scripsit non alibi fortasse videnda,

D adducere. Quid enim, nisi pretium faciet Poeticus Aureorum Malorum tesaurus?Constat id vel ex ipsius Legati sententia, quã suæ tractationis R. P. Iosepho Crispo ex Minorum, quos Conuentuales vocant, Familia, Conciui, & Amicorum optimo nuncupatæ procedit exordium his expressum

Laurĕtius Legatus in Chrysomeleide.

CRISPE, decus Patriæ, quam Mysta facetrimus ornas,
Inter Seraphicos dignus honore Patres.
Tu quoque, qui nostris fauisti cantibus olim,
Cum primum cepi fila mouere Lyra:
Accipe quæ lusi maturior, omnibus vllum
Morphea quã nequij carpere noctë fibris.
Fors erit vt multo quondam te carmine dicam,
Et pateat nostrum quàm tibi debet Ebur.

AVREA nunc repeto quo Numine MALA vigebant
Orbe sub Hesperio, quidue fuere prius.
Sic pretiosa canam, quisnam pretiosa negabit
Metra, quibus pretium CHRYSEA MALA parant?

Vndè patet quod & Fabulæ subiecta ibi destinat, vbi Hesperidum Hortos credidit Antiquitas. Mirabilius igitur erit quomodo Historiæ conueniat Cotonea à Cydone venisse perhibenti. Sed cuius temporis euentum fingat obseruemus ex subsequentibus, quibus Atlantis Filium ex Hesperthusa *Chryseomelon* faciens, elegantem, & æquè generosum Iuuenem describit.

Cato.
Plin. l. 15. c. 11.

Nondum conspicuum pietate, animoquè ferebat
Amphitryoniaden Cai oculata soror.
Roboris Alcidee sed tantum prima futuri
Ediderat tenerâ paruula signa manu:
Dum puer immissis elidens anguibus ora,
Artes elusit, dira Nouerca, tuas.
Cùm Libya Regnator Atla tibi NATVS adultus
Ex Hesperthuсâ CHRYSEOMELOS erat.
Insignis specie Iuuenis: nitet aurea collo
Cæsaries, quâ non pulcrior vlla fuit.
Nec minus ac formâ præstat iuuenilibus ausis,
Dimicet ille Feris, dimicet ille Viris.
Non erat in toto pariter tam strenuus orbe,
Ni Gnato ventas æquiparande Pater.
Tigribus, & sæuis congressus sæpè Leonis,
Deuictis retulit certa trophæa feris.
Quin & seu ficto, seu vero Marte cruentus
Pugnaret, semper victor abibat ouans.

Nihil propterea mirum, si omnium rapiebat affectus, quemadmodum & quia simile simili gaudet *Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis;*
Conseruat studij fœdera quisque sui.

Ouid. l. 2. de Ponto.
Arist. 8. Ethic. c. 2.

Æquum erat vt vnam *Citriam Limonis* sororem ad Occidentalis Æquoris littora Neptuni, Mauræquè filiam sibi genio conformem, amoris sui scopum, vt à nostro Poeta fingitur, constitueret. Subsequitur enim

Hinc illum teneræ certatim arsêre puellæ,
Tam claro Iuueni nubere quaquè flagrans.
Nulla tamen placuit, nisi Nympha Niasiae, altâ
Quæ formâ, & meritis omnibus vna præit.
CITRIA nomen erat, cui LIMON frater, & vno
Ediderat geminos Maura puerperio.
Maura Niasiaco celeberrima littore Nympha,
A te facta parens, Ennosigæe Pater.
Hanc amat, hanc cunctis præponit Amantibus, hancq;
Consortem thalami CHRYSEOMELOS auet.
Sic adamatus amans in amantem compare flamma
Fertur, & igne calens vstue vterque pari.
Iamquè tuas, Hymenæe, faces accendere, & aureos
Iungere Amatores dulce paratus eras.
Sed LIMON, cui serpit atrox per viscera cura,
Dum non felici tortus amore perit:
Obstitit, & geminis communia gaudia differt,
Quatenus & Nympham flexerit ipse suam.

Quâ in re quantum difficultatis offenderit innuere potest vel ipsa Mali Cotoneæ per Nympham nomine *Chrysocomen* designatæ natura nullas Arbores, *Roboris externi librum aspernata*, vt tradunt Geoponici, & præsertim Palladius, admittere patiens, quemadmodum & Chrysocome nullis amatoribus adhærere voluit. Sed elegantem eius descriptionem attendamus,

Pallad. in l. de insit.

Quip-

A *Quippè Cydoniacis illuc aduenerat oris*
Virgo, qua CITRIAM sola decòre refert.
CHRYSOCOME nomen fuerat, nomenquè venusta
Virginis aquabans aurea *fila* comæ
Et, nisi quod mala tenerâ lanugine flauent,
Atque sibi perpetuum ver Helichrysus agit:
Blandior in toto non vixerat altera Mundo,
Vicerat & speciem, CITRIA pulcra, tuam.
Sed quantum pallore places spectabilis ipso,
Pectore tantus inest Virginitatis amor.

Pallor non ex consumptione innati caloris, vt in vehementer amantibus. Vndè illud Ouidij *Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti.*

Sed ex temperie optima eiusdem cum claritate spirituum. Hinc sibi tantum viuere & castis Dianæ studijs incumbere perpetuam mentis, & corporis integritatem seruando, quin & nè otio concederet, & sic animi constantia remitti posset, venando ætatem B traducere delectabatur, adeò iaculandi perita, vt primam ab ipsa famam Cydonibus iaculatoribus factam multâ dexteritate confinxerit Poeta, qui nihil æquè ac nuptias à Chrysocome odio haberi consueuisse tradidit, postquam cecinit

Eurip. in Iphig. Pind. Od 7. Nemaorum.

Scilicet intactos tibi, Delia, vouerat annos
Perpetuò studijs dedita Virgo tuis.
Hinc & gaudebat siluis habitasse remotis
Venatu exercens lustra per alta feras.
Nec minus Ortygiam iaculando imitata Dianam
Torquebat doctâ spicula certa manu.
Spicula certa volant ex arcu missa puella,
Inde, Cydon, iaculis gloria prima tuis.
Tale per ingentes anum traducere Lucos
Sueta, vel aspectûs oderat illa virûm,
Si fugit hinc hominum amplexus, tedasquè maritas,
Nil mirum est; nimium libera vita placet.

C Sed quiescant in Africa spes suas fouendo Chryseomelos, Limon, & Citria, dum quæ in Europa Chrysocomi accidunt, nobis modulatur Legatus, pulcherrimis identidem insertis narrationi fabellis, quarum primam de puero *Eromelo*, qui Chrysocomen amando desipuit, iam in limine habemus. Eromelus verò dictus fingitur nomine composito ἐκ τοῦ ἔρωτος, aut Æolice ἔρου (vndè nihil aures offendet, quod Æolicâ dialecto secunda nonnunquam in *Eromelo* contrahatur, longa naturâ, & communi Græcorum linguâ, cuius non leuis est in Legato cognitio) & μήλου, *Amore* scilicet, & *Pomo*, vt alludatur ad *Amoris Poma*, in quæ conuersus est, quæ cum, vt dictum est, *Mala insana* quoque vocentur, canente Taruisino illo Poeta, cuius ingeniosus est imitator Legatus

Ad Virtutes quoque ingẽtestrãsire Vimen ratis loco esse potest Deo fauente, vt *Menãder in Monost. discurrebat.*

MALA INSANIA vocant Itali, qua Gallus AMORIS
POMA vocat, siquidem desipit omnis Amans.

Balt. Bonif. l. 5. musar. 12.

Sunt autem quæ communi nomenclaturâ vulgus Italicum *Melenzane* vocat: Ob amorem ideò dementatus describitur Eromelus. Sed ad Legati metrum.

D *Spreuerat idcircò quoscunque CYDONE iugalem*
Virginis egregia concupiere torum.
Inter quos adeò puer hanc EROMELVS amarat,
Pulcher EROMELVS, diuitijsq́; potens:
Vixisse vt nusquam credatur amantior alter,
Quivè magis Nympha dignus amore foret.
Firmus Anaxareten haud sic dilexerat Iphis,
Vt iam CHRYSOCOMEN deperit iste suam,
Sic Amor atatem superauerat: illa pusilla,
Quippè trilustris; at hic grandior esse nequit.

Ouid. l. 14. Met. fab. 17

Palluerat ideò, & aureum colorem, qui Pomo, in quod conuersus est, competit, malus in malis ipsi disposuerat Amor, à quo edoctus, & si quindecim duntaxat annorum puer quæ proci solertiores consueuerunt, vt Chrysocomes expugnaret rigorem,

 in

in vsum deducere nouit, obsequium nimirum preces, & munera, quorum liberalem puerum describendum, vel ipsa Aurei Pomi, cuius ipse subiectum gerit in hoc fabularum nexu, denominatio suadebat. Quæ cum nihil proficerent, & præcipuè munera, quæ, nè ipsis caperetur, Virgo remittebat, habent quod discant Virgines, nè faciles sint ad amantium capienda dona, sub quibus ferè semper latent insidiæ, vt in fine sequentium carminum demonstrat Poeta noster. E

Da Virtutē & opes, ad Iouem orabat Callimachus.

Ergò dum vultûs arère Rosaria cogit
Tantus, qui teneris ossibus ardor inest:
Cogitat ingentes vt tandem temperet æstus,
Instruit & solers cognita bella procis.
Obsequijs ideò, precibusque, & munere multo
CHRYSOCOME longo tempore pugnat Amans.
Omnia sed frustrà; stabilem nec vincere mentem
Obsequijs, precibus, muneribusuè potest.
Respuit obsequium, precibusquè aduersa profatur
Vota, quibus Triuia casta placère studet.
Sic & EROMELO transmissa remittit amanti
Munera, nè captent munera capta fidem.
Nempè pudicitiam nil æquè ac munera vincit,
Et Virgo capiens munera, victa prope est. F

Nihilominus obstinatus in amore iuuenis perstitit quoad vsque penitus insaniuit. Tunc enim sibi manûs injiciens, pectus vnguibus aperire conatus perhibetur, veluti si furenti flammæ aditu reserato, tota debuisset exhalare. Quo inuento doceri possumus amantes omnes amentes fieri, imò & dum puerum Cupidinem sequuntur, quantumuis ætate plenos, puerascere. Et hac de re credam amatorem Eromelum in ætate puerili à Poeta describi. Sapientem ergò desipientis ex amore pueri descriptionem attendamus.

Ex nimio obsequio morositas resultat.

Infelix omni sic spe fraudatur Amator,
Nec te, CHRYSOCOME, cessat amare tamen.
Nam nequit edomitâ te excludere mente, iugumquè
Excutere, & forma dememinisse tua.
Ergò, ait, & quanquam sine spe viuamus, amemus,
CHRYSOCOME, quamuis dura puella, placet.
Sauiat illa licet, mitissimus vsque vigebit
Nulla relaturus præmia noster amor.
Non hic sauitia cedet: certabimus, illa
Asperitate sua, nosque perenne fide.
Nos ea contemnat: Constantia nostra manebit:
Omnia scit constans exuperare labor.
Sic obfirmato dum pugnat amore misellus
Languet, & arcano tostus ab igne perit.
Dumquè nimis feruent vesana incendia, crescit,
Et nequit angusto pectore flamma capi.
Æstuat, atque fero peruersâ mente vapore,
Nec, quid agat, nouit, nec valet apta loqui.
Iam fremit, & toruè circumspicit omnia, iamquè
Perfurit, & toto desipit asse puer.
Ac veluti nimius, vel si præcordia pandat,
Debeat à toto corpore abire calor.
Ipse parat violare suum, & discerpere pectus,
Et, quibus exhalet flamma, aperire vias. G H

Hæc porrò ficta. Sed proh quot sunt, qui quod hic fabulosum est, erotico furore correpti, tragicas sibi consciuerunt manus! Quot, qui Iphes multiplicarunt! Quot, qui Sappho in præcipitio secuti sunt! Frequentia exempla, & nimis longum recensere. Pro omnibus vnum hoc Poetico Legati nostri penicillo delineatum datur inspicere, cuius terminus si Planta est Cupidini sacra, cùm Cupido sit κακοδαίμων, Caeodæmonibus deuotos significat, qui pessimâ hac phrenitide correpti sibi mortem inferunt. Eece, quam innuimus, metachrosin.

Insania flos iracundiæ Apoll.

Iam

A *Iamquè sibi conscire manûs accinctus, in aureum*
Vngue fero lateris sauit acerbus ebur.
Cùm pueri miserata Venus cælo astitit alto,
Et tenerum vetuit dilacerate sinum.
Mæstaquè furtino perfundens lumina somno,
Leniuit rigidâ vulnera facta manu.
Quin & , ne furijs iterum succumbat eisdem
Euigilans, mirâ consulit arte Cypris.
Nam, dum fata negant iuueni producere vitam,
Ne mage CHRYSOCOMEN solicitare queat:
Vt fuerat longo tunc sparsus membra sopore,
In Plantam vertit Diua soporiferam.

Nec hoc quoque sine mysterio est. Cùm enim saluti suæ dormientes eiuscemodi Amantes, ipsius obliti non aliter ac si lethæa pocula degustassent, obliuiosis non tantum, & somnolentis comparantur, sed ipsis quoque rebus, quæ obliuionem, & somnum inducunt, æquantur, cum ijdem exemplo suo nonnunquam eosdem in alijs edanr effectus. B Hinc patet metachrostica Eromeli ad somnificam *Aurei Pomi* Plantam proportio, qualis hominum ferorum in feras passionibus ipsorum correlatiuas conuersorum frequentissima obseruatur apud Principem Transformationum Poetam. Sed cuius Plantarum generis sit hoc Soporiferum, videamus, elegantem ipsius Pomorum descriptionem, & varias eorundem nomenclaturas obseruantes.

MANDRAGORÆ est species, animal vel odore soporans:
Sunt & HYOSCYAMI qui genus esse volunt.
Profert POMA, quibus pueri de nomine nomen
Restat adhuc, Latium, Francaue Lingua sonet.
Nomen EROMELO texebant ΜΗΛΟΝ, ΕΡΩΣ *&,*
Astiterat qui cum Cypride, paruus ΕΡΩΣ.
Sic pariter FRVCTVS, & AMORIS POMA vocamus,
In sua qua sumpsit Cyprius inde puer.
C *Quòd foret is demum furibundo insanus amore,*
Fructibus INSANI vel modo nomen inest.
MALA INSANA vocant Itali, *quod & ille canebat,*
Qui Musis decimo perlitat vsque libro.
Poma vocant alij LYCO-PERSICA, quippe feruntur
Hac aluisse frequens Persis, & ora Lyci.
Et quia diues eras, & multo splendidus auro,
Auratusquè tibi fulsit in ore decor.
Insignes quoque nunc Fructûs color aureus ornat,
AVREAquè hinc multis dicere POMA placet.
Atque vt pallueras vbi terminus instittit aui,
Quod face torruerit cor tibi sanus Amor.
Pallor abinde nouis aduenit Fructibus, & , quem
Pectore fundebas, cortice sanguis inest.
Puniceo siquidem vestitur cortice POMVM,
D *Sanguinea maculant quod quoque sæpe nota.*

Balthassar Bonifac. l. 5 musarū 12.

Et ecce quæ de varijs Pomis longè fabulati sunt Veteres, hîc compendiosè collecta, vt Chrysocomes historiam consequendo, Cydoniorum quoque tractationi conueniant. Ea sunt Aurea Mala, quæ dedit Hippomeni Venus, vt rapidissimum Atalantæ cursum retardaret, quæ Ouidius in Agro Cypri Damasæo consita fuisse tradidit, & sunt Symbolum Auri, quo ad vincendum nihil efficacius. Hinc eruditus quidam in eandem Ouidij fabulam hæc adnotabat. *Atalanta pernicitas Aureis Malis elusa, facetè referri poterit ad mobilitatem, seù inconstantiam animi: ad hanc enim vincendam, nihil est auro efficacius. Magnus est autem istorum Pomorum vsus hodie in negotijs non solùm amatorijs, sed etiam Bellicis. Omnis enim spes victoria in illis præcipuè consistit: neque vlla est belli celeritas tanta, qua non possit illis proiectis vinci. Proinde Reges, ac Principes inter se bello certantes, illis potius, quàm ferreis globis nunc contendunt.* Accedit & Acontij

Lib. 11. Metam. fab. 11 G. Sab. in Met.

Ouid. Epist. Heroid. 19. & 20.

Pomum, quo Cydippes fidem ſibi callidè deſpondit in Delo,quemadmodum fusè Poeta Pelignus in Heroidum Epiſtolis, ſi tamen ipſius ſunt, quæ huiuſmodi continent historiam, ſeù mauis fabellam. Poſtremum eſt diſcordiæ Pomum à Ioue Paridi miſſum, vt litem de forma inter Venerem, Iunonem, & Palladem de pulchritudine exortam dirimeret, illud pulcriori tradendo, ſicuti præcipiebat inſcriptio: DETVR PVLCRIORI, quodque Veneri adiudicauit, vt pateret Veneris tyrannidi Regna integra per Iunonem denotata cedere, & vel ipſam poſtponi Sapientiam, cuius Numen habitam Palladem nemo dubitat. Sed hæc ex Legato.

Ouid. Ep. 5.

Aurea mox aliquot carpens Cytherea VOLEMOS
In Damaſaa ſua contulit arua Cypri.
Hic ſata in auri comas creuerunt ſemina Plantas,
E quibus Hippomeni MALA petita dedit.
AVREA MALA, quibus Iuuenis Schæneida vicit,
Prateritaquè ſimul comparat ille thorum.
Carpſit & hinc POMVM, quod ſculpſit Acontius illis,
Quæ tibi, Cydippe, callida verba dedit.
Fertur & hinc Paridi miſiſſe Dieſpiter AVREVM
Iliaci MALVM fons, & origo Mali.
MALVM, quod retulit celebri in certamine formæ
Credita Diuarum pulcrior, alma Venus,
Pramia, quod Plantam te transformaſſet in AVREAM,
Belle Puer, Nympha ſic vbi fata canit.

Nec inconſultò Venus hìc diuinare fingitur. Hoc enim inuento ſubſcribitur Pauſaniæ referenti Venerem Vraniæ nomine cultam fuiſſe primò apud Aſſyrios, indè à Paphijs in Cypro prodigioſi Fani ſtructurâ, deindè ad Aſcalonem in Phenicibus, & à Græcis Athenis, vbi pulcherrimum conſecuta fuerat Templum. Inſuper in Cælo diem prænuntiat, imò & noctem, & cognita prædictionibus Aſtrologicis conducit. Aptè igitur de Chryſocome transformationis prodigium ex ſignis collecturâ dicere perhibetur:

Cælius lib. 12. cap. 35.

Sed tu, qua nunquam voluiſti cedere Amori,
CHRYSOCOME, & noſtrum dulce ſubire iugum:
Fors cum ſauitia nil pœnituiſſe iuuabit,
Sauitia cupies pœnituiſſe tua.
Fors erit, vt, veluti tuus hic miſerandus Amator,
AVREA ſic pariter tu mihi POMA feras.
Dixit, & haud fallunt diuam praſagia mentem,
Praquè videt, quod iam venerit, ipſa Venus.
Nanquè vbi EROMELVM, cum deſperaret Amatâ
Poſſe frui, notum deſipuiſſe fuit:
Atque manus ideò ſibi conſciuiſſe cruento
Impete, nec quoquam membra reperta loco:
Sed non viſa prius pueri pro corpore Planta
Emicuit, forma ſymbola tota ſua:
Maxima ſuſpicio Metachroſeos vrget, & indè
Neſcio quis pectus Virginis horror habet.
Mente ſubit Clytie, Smilax, Hyacinthus, & Aegle,
Totquè alij, quos eſt ſtiroe latere memor.

Notæ iſtorum Hiſtoriæ, quas vbi referre contigerit, ſi tantum vitæ ſupererit, fuſius proſequemur in alijs Voluminibus, in quibus Botanicæ conſiderationis

In ſcriptis Pratum venerit, Hortus, Ager.

Nunc audienda Chryſocome ex euentu Eromeli ſibi conſulens, & paucùlæ, molliſſimæquè confiſa lanugini, quæ (vt Argumento ſunt læues Cotoneorum corticis villi) ipſi præter communem morem in ore vernaſſe dicitur, eius tamen ſpeciem haud quaquam deformanti, vt in icone conſimilis iſtius æui puellæ ad viuum expreſſæ, in Aldrouandæo Muſæo aſſeruatâ conſpicitur, ſexum fingere, cælumquè ſic tuta mutare conſtituit, ne non diuerſo poſſit alter furore corripi, & ipſa mali aliorum cauſa, licet innocens, fieri. Quapropter in Legati Poematio legitur.

Filia ſylu. Hominis quiex Africa olim do. no datus fuit Sereniſs. Farneſijs, cũ quo ſene ego locutus ſũ Parmæ ann. 1623.

Sic-

A

Sicquè, ait, vt vegetet, si pro me haud sentit Amator,
Et sibi stirps viuit, ne sibi viuat homo:
Quod mihi nomen erit? quæ fama? quis imo silebit
Me quoque naturam dememoraſſe meam?
Non hominis spiraſſe animam in præcordia dicar,
Atque hominis, faciem præter, habere nihil.
Vna recenſebor, quæ ad funera cogat Amantes,
Ac adscribetur non mea culpa mihi.
Quæ mea culpa fuit, si quem redamare nequibam,
Inuitam voluit diligere, hincquè mori?
Mens fuerat, pariterquè manet mens viuere castè,
Claudereque, intactâ virginitate, diem:
Quid non sperandos igitur sperare Hymenæos?
Nolentem vano quid ve furore sequi?
Debuit hoc saltem spes auertiſſe furentis;
Sed furor, ac ætas non habet illa modum.

B

Ergò ne simili quisquam correptus abinde
Si face, simquè alijs inscia causa mali:
Hinc melius mouiſſe gradum: ne quippe deinceps
Patria me videat, qualibet ora placet.
Sunt alibi silua, sunt, quas venando fatigem,
Bellua, vbi nemorum te quoque, Diua, colam.
Non me torquet iter: montes aſſueta per altos
Ire, vagum potero ferre vbicunque pedem.
Ne nostros alibi thalamos desideret alter
Consultum est: spolijs vtar abinde nouis.
Me vestis probes eſſe virum: fauet aurea toto
Quæ mihi lanugo mollis in ore nitet.
Non hac in facie nobis sine numine vernat.
Istâ noster honos amodo tutus erit.

C

At iam accingitur itineri Cydonia puella. Iam è patriâ, quæ nunc *Cania* dicitur, & ad Septentrionalem plagam respicit, eo cornu, quo Creta vergit ad Occidentem, in Italiam soluens, Peloponneſum Moreæ nomine nunc cognitam, quæ Apia olim dicta est ab Api IV. Sicyoniorum Rege, & formam folij Platanini exhibet, vt communiter à Geographis delineatur, & ab eruditioribus describitur, à longè videt, indeq; Syllam, atque Charybdim exuperans, Siculum transfretat mare, ac Italiæ radens littora suprà eum locum surgit, vbi Neapolis condita, & Sirenum pignora Iosephum Baptiſtam Poetarum huius æui, vel inuidis acclamantibus, Principem, ac Antonium Muscettolam, & Laurentium Craſſum optimorum vatum nemini postponendos placet cum Legato venerari. Sic enim suam, & nostram prosequitur historiam:

Virum bonum fama detegit, vel in terræ cauis! *Eurip. ap. Æschin. contra Timarchum.*

Dixerat, atque habitu demum succincta virili,
Arcum, & cum pharetrâ spicula nota capit.
Qualis vbì capreas parat exagitare fugaces
Arcitenens, Virgo tunc quoque talis erat.

D

Egreditur, Dicte non erratura, nec Idâ;
Nam plantis nimium sunt iuga trita suis.
Vtque paterna CYDON, gelidam, quâ vergit ad Arcton
Creta frequens populis, imminet alta mari.
Pulcra CYDON, quã nunc CANIAM gens Cretica dicis,
Atque ideò portu claret, habetquè rates:
CHRYSOCOME in littus descendit, & excipit illam
Nauis ad Oenotriam pandere vela parans.
Sic vehitur quo fata trahunt, Apiamq. figura,
Quam folium Platanûs exhibet, eſſe videt.
Scyllæos superat scopulos, auidamquè Charybdim,
Quâuè Typhœa super Sicelis ora sedet.

Inde

Inde vbi Parthenope iacuit proſpectat, & olim
Plena futura ſacris Vatibus, arua probat.
Arua vbi nunc BAPTISTA meus, MVSCETTOLA, CRASSVS
Diuinis animant ſaxa vel ipſa metris.

Sed vltrà Chryſocome. Totam quippe Italiam luſtraſſe dicitur, vt in exitu narrationis colligatur in totâ Italiâ frequentes eſſe Cotoneorum Arbores. Et quia Poeta Geographicè innuit fertilem hanc Regionem Quercino folio configuratione ſimilem, ad rem ex noſtro Mariano venit Diſtichon illud.

Andr. Mar. l. 2. ſtatuar. Rom. Epig. 137.

Italiam Quernæ ſimilem procedere frondi,
Atque hominis cruri compoſuère parem.

Quia porrò dum Tyberim peregrina transmigrat, opportuna venit Vrbis Romanæ mentio, ibi datâ operâ ſalutatum à Legato noſtro Athanaſium Kircherum è Societate Ieſu, Virum ſuprà fidem eruditiſſimum, & multâ quoque nobis veneratione cultum, cuius diligentiæ cuncta parent, lætamur. Canit quippè Legatus.

Ex Antip. apud Stob. ſerm. 29.

Non hac meta via: latè placet Itala Regna
Luſtrare, atque oculos dulce beare ſitu.
Roburnaquè plagam ſimilem procedere frondi
Spectat, & obſeruat quæ loca grata magis.
Iamquè quadrageno patet Albula flumine Diues,
Albula, cui famam poſtera Roma dedit.
Roma, vbi Memphiticas adeò, KIRCHERE, Figuras
Calles, vt ſtudijs cedat Apollo tuis.

At ecce nouas, elegantesquè fabellas, perquàm Hiſtoriæ noſtræ quadrantes. In Æmiliâ viâ prope Bononiam noſtram à parte Orientali prænobile Caſtellum eſt, quod à Cotoneorum credo feracitate *Cotoneolam* vocant, citrà ripam Senij fluminis conſitum fortibus mœnibus, ac profundis munitum foſſis. Infrà eſt oppidum inſigne, rebus omnibus ad victum facientibus abundans, quod *Lucum* dicunt. Hiſtorias fundationis, & denominationis eorum mythicè proſequitur Legatus ijs adſtipulatus, qui *Cotoneolam* tradunt vetuſtiſſimum Æmiliæ oppidum fuiſſe, cuius opinionis erat alter ex ijs Scriptoribus, qui Franciſci Sfortiæ Mediolanenſium Ducis res geſtas monumentis mandarunt, coætaneus Leandri Alberti, quamuis ipſe Leander ex Foroliuienſium Annalibus tradat Caſtellum illud ædificatum fuiſſe anno Salutis MCCLXXVI, à Foroliuienſibus, & Fauentinis oppidū Balneocaballi obſidentibus. Mœnibus verò cinctū anno MCCCLXXI. Quidquid ſit, ibi ab antiquiſſimis vſque temporibus poterant eſſe Magalia, in quibus hoſpitio ſuſceptam Chryſocomen comminiſcitur Legatus, vndè eum migrare vellet, fertur ab hoſpite commonita, ne proximum pertranſiret Lucum, cum ſæuiſſimus ibi latitaret lupus. Vbi enim *Luci* oppidum eſt, ſiluæ antiquitus, & magna nemora fuiſſe perhibentur. Quod non tantū *Luci* nomen ſuperſtes infert, ſed etiā ſitus ipſe, quippe qui ſit vallis olim aquis abundans ad ſiluarum incrementa maximè facientibus. Fauet etiam loci proximi nomenclatura; nempè *Silua Luci*, vt nemoribus abundaſſe tractus ille probetur. Sed Poetæ aures adhibeamus, de Chryſocome verba facienti.

L. Albert. in deſcript. Italiæ pag. 310. 311. &c.

Mox Apennini ſuperatis cautibus, illic
Aſtat, vbi SENII clara fluenta ſonant.
Non longè fuerant lati magalia ruris,
Hoſpes vbi facta eſt credita virgo puer.
Dumquè migrare parat, qui comi exceperat illam
Hoſpitio, ad Lucum, ne velit ire, monet.
Nam prope Lucus adeſt, vbi quouis maximus, inquit,
Eſt, & qui rabido trux hiat ore lupus.
Ille peregrinos, & quemuis præterit illac
Deuorat, & nemo ſaluus abire poteſt.
Nec iacalis confide tuis puer (addidit). Eius
Tergora dura nimis ſpicula nulla pauent.
Nos quoque conſerta tentauimus agmine ſæpe
Vincere, nec pugnax ſic quoque victa Fera eſt.
Imo canum lacerata phalanx, lethaliter icta
Noſtra cohors, acri dente petita fera.

Chry-

A Chrysocome verò nihil ad nuncium perterrefacta, feræ occidendæ occasionem omittere noluit. In siluam igitur se conferens, lupum ingenti sequentium admiratione, certissimo, & verè Cydonio telo prostrauit.

Silius l. 3.

Audendo bella expediant, pigra extulit astris
Haud vnquam sese Virtus.

Sed audiatur Legatus

Sic ait: at virgo, quæ non pauet vlla ferarum
Vulnera, cum secum fert sua tela, refert.
Hospitio, monitisquè tuis quàm debeo, quàmq́
Quòd tantum cura sit tibi nostra salus.
Non vsquam potero fari satis: attamen isthac
Ire placet, sanus quà fremit ore lupus.
Me terret fera nulla: Feras timuisse CYDONIS
Non est, & nobis Patria Cressa CYDON.
Est animus pugnare fera: mihi concidet illa.
B *Quò properant, mortem spicula nostra ferunt.*
Dixit: & in siluam gressus monet, illius ausum
Armatâ indigenùm pone sequente manu.
Cum subitò latebras, infrendens dentibus, exit
Longè aduentantum citus odore Lupus.
Quamquè videt celerem turma præcedere, primam
CHRYSOCOMEN sæuo dente ferire parat.
Illa sed è pharetrâ selectum missile neruo
Componens, nemorum supplicat hisce Deam:
Dirige Diua manum precor, & quod torqueo telum,
Sit mors immani non reparanda feræ.
Inde Arcum exonerat: calamus volat ocyor Euris,
Et, quò deuotum destinat illa, ferit
Sauciat in pectus Monstrum cor adusque cruento
C *Vulnere, dum præceps in sua fata ruit.*
Concidit in vulnus, Lucumq́ vlulatibus implet
Extremis, & cum sanguine vita fugit.

Optimi iudicij notaǂ nomen est beneimpositum.

Eâ peste liberati pagani pleraque grati animi signa demonstrant, & in accepti beneficij memoriam ab hospitis patriâ locum nuncupare incipiunt. Permansit nomen vsque ad hæc tempora, quibus Poeta noster more suo Castellum illud describit, vbi præmodulatus est.

Arist. Eth. 1

Ictum admiratur, proque auxiliaribus armis,
Plausibus est Iuueni grata caterua sequax.
Ac veluti Phœbum fama est, Pythone perempto
Deucalioneos percoluisse viros:
Aut quali Alcides Euristheo cultus honore
Dicitur, Arcadicum cum domuisset aprum:
Qualis &, aut Lerna, aut Nemea terrore subacto
Susceptus populis Clauiger ipse fuit:
D *Talibus obsequijs pariter gens illa CYDONEM*
Est Iuuenem cæso deuenerata Lupo.
In pagum fera tracta: caput sibi pendet ab arâ,
Delia, quam templo paupere turba colit.
Quin &, ne facti veniens foret immemor ætas,
De Iuuenis patriâ dictus abinde locus.
Sed quia maiore nequit is certare CYDONI,
PARVA CYDON tantum est, siue CYDONIOLVM.
COTONEOLA hodie corrupto nomine Graio
Dicitur, vt vulgi fert idioma scabrum.
Atque adeò creuit, floretquè, vt & vrbibus ipsis
Conferri populo, diuitijsue queat.

Sunt,

Sunt, quibus hostilis reprimi queat impetus, alta
Mænia, sunt valli: circum aqua multa meat.

E

Nec minus ingeniosè de loco fabulatur Legatus, vbi silua erat. Dictum nempè siue à *Luco*, qui inibi extiterat, siue à *Lyce*, qui Lupus est, ibidem occiso, tradit, veterum morem secutus, qui *y* pro *u*, & è contrà promiscuè vtebantur, quemadmodum obseruatur in *Sylla*, qui & *Sulla* dictus est. Dicit ergò.

Non absimili fortè ratione Lyceus mons Arcadię nemorosus potuit nominari.

Sic & vbi Lucus fuerat, quia postea paruas
Seruandis gregibus disposuère casas:
Successitque casis succiso Robore Vicus,
Hunc placuit LVCVM dicere, siue LYCVM:
Sicq. LVPI seruet, seu LVCI nomina, seruat
Nomina, qua tanta sunt monimenta rei.
Est quem nunc LVCVM dicunt, proq. Arbore multâ
Se tollunt alto plurima tecta polo.

At iam ad Rhenum nostrum deuentum est. Hic mole paruus, at virtute magnus Ciuitatem perluit, *Mediterranearum opulentissimam*, vt scribebat antiquus ille Geographus, ac *Studiorum Matrem*, *Morum Institutricem*, & *Liberalium Artium Parentem*, vt Sanctissimus Pontifex Clemens VIII. enunciauit, de quâ cecinit eruditus, & nobis dum viueret amicissimus Iustus Ricquius Belga primarius in hoc Archigymnasiò literarum humaniorum Professor.

F

Pompon. Mel. l. 1. c. 2.
Clem. VIII. in Bullâ data 1592. 7. Iun.

Quâ colit Ausonium generosa Bononia Rhenum,
Compesuit vires docta Minerua suas.

Cùm innumeros propterea genuerit semper, & aluerit viros literis, Armisquè clarissimos hæc *Vrbs antiqua, ingens, Etruscis Regia quondam.*

Adrianus Card. in Itiner. Iul. 11.

Nil mirum si Legatus literatos aliquot insignes memoret ex viuentibus amiciores, inter quos si nos quoque recensuit, soli humanissimi viri beneuolentiæ acceptum referimus. Eius isti sunt modi.

At iam progreditur mentitâ in veste puella,
Est & vbi placidè, paruule Rhene, fluis.
Paruule Rhene Tybri non concessure superbo,
Æmula Romulea Felsina vs Vrbis erit.

G

Io. Franc. Bonomius
Gaspar Bôbasius
Michael Bônicinus.
Andreas Vulparius
Ludouic. Boncomp.

Felsina cuius honor per vos nunc aquat Olympum,
Cum Montalbano *BONOME docte meo.*
Felsina BOMBASI Historys, metrisq. decora,
Et BONVICINI carmine vbique cluens.
Felsina VVLPARIO, BONCOMPAGNOq. docente
Stoa recens, scitè mella Pelasga loquens.

Nec Patriæ oblitus bonus Ciuis eam debito fraudauit honore. Nam aliquid in tabulas collaturus de *Cetenee* non ignobili Laudensis agri castello, Chrysocomen Cremonæ suum pertranseuntem inducit, vbi datâ occasione fabellam inserit de Castro *Casalis Butani* ditionis nobilium Cremonensium de Schinchinellis, & ex illis ad Petrum Ioannem Marchionem tum sibi, tum nobis amicitiâ cultum, carmen dirigit.

Inde Peregrina Phaethontis funere clarus,
Centenoque Padus flumine diues adest.
Laudat agros, bifirâ commendat messe beata
Rura, vbi Marte potens nostra CREMONA modo est.
Succeditquè CASIS BOTANI Pastoris eisdem
Temporibus, multo qui grege diues erat.
Illius hic seri Vicum struxère Nepotes.
Indigenùm BOTANI quisque CASALE vocat.
Tuq. potens Atauis hac SCHINCHINELLE paterni,
Ditia PETRE tenes sub ditione loca.

H

Bapt. Mant. non iniuria de Cremona cecinit, *Frumentifera cultissima rura Cremona*

De *Cetenee* verò Castro fabulatus est ipsum vetustissimo successisse Populeto, in quod se contulisse fingitur Chrysocome, vt lassitudinem poneret. Cum recordata in eas Arbores transformatas fuisse Phaethontis sorores, vt Princeps Transformationum commentus est, Eromeli casum itidem cogitat, & sæpè memorans illum, sæpè *Cydonem*, audiuit

Ou. l. 2. met. fab. 2. & 3.

duur

A ditur à *Botani* paſtore non procul inde greges paſcente, qui, viragine commigrante, illi, ſub quâ conſederat, Arbori Cydonis nomen ſæpius incidit. Quod in causâ fuit, vt Arbor illa, rusticâ Antonomaſiâ poſtea dicta fuerit ARBOR CYDONIS; imò temporum ſucceſſu nomine toti ſiluæ participato, POPVLETVM CYDONIS nuncupatum ſit quoadusq; à Pompeio Laudæ fundatore ſucciſum, ad caſtellum ibidem extructum, nomen translatum eſt. Sed ad Poetam:

Non procul hinc lauum fluuiorum Regis opacat
Arbore Populeâ conſita ſilua latus.
Huc properat, feſſos gratis vt recreet vmbris
Artus ad murmur prætereuntis aquæ.
Hic ſedet, hic captat ſpirantes leniter auras,
Laſſa viâ molli flamine membra leuans.
Proſpicit, & ſiluam quæ latè Populus implet,
Arborei populi Populus alta caput:
In mentem venit his Plantis Phaethontidas olim
B *Humanum miſerè depoſuiſſe decus.*
Compatitur, funuſq; ſimul deplorat earum,
Et memor eſt caſus hic, EROMELE, tui.
Sicq; CYDONA refert puerum, patriamq; CYDONEM,
Et Græco reſonat plurima in ore CYDON.
Audierat BOTANI non longè armenta virentis
Pinguia per nemoris paſcua paſtor agens.
Atq; abeunte illâ, ſub quâ ſtetit, Arbore ab ipſo
Inciſa eſt iaculi cuſpide multa CYDON.
Cum Plantâ viguère nota; quin fertur ab illis
Ipſa, & ab hac nomen participaſſe Nemus.
Sæpius vt ſiquidem dicta eſt ea PLANTA CYDONIS,
SILVA CYDONIS item dicta ſubinde fuit.
Lucus adhuc ſtabat, cum LAVS POMPEIA latis
C *Surgeret in ripis, Addua pure, tuis.*
Sed cum multa noua Dux maximus Vrbis in agris
Oppida fundaret, concidit inde Nemus.
Non ideò cecidit Nomen; nam conſita ſilua
Villa loco, ſilua nomen ad vſq; tenet.
Nomenclaturam niſi quod corrupit Achiuam
Itala, COTONEVM proq; CYDONE vocant.

Loco famam fecerunt Cœli benignitas, & agri fertilitas; at ſuprà omnia ſemper memorandum facit Vir doctiſſimus Petrus Franciſcus Paſſerinus, cuius Aui nobilitatis Mantuanæ illuc ſe contulerunt, Vrbis Patriæ tumultibus cedentes, vt tradidit eruditè Laurentius Craſſus, & nos ſuperius in Denominatis adnotauimus. Nobilem propterea de Paſſerino mentionem habet Legatus, & meritis ipſum extollit honoribus, Sereniſſimis Farneſijs ob ſummam doctrinæ laudem, & vitæ innocētiam accepriſſimum, & ſimul communes inuiſit amicos Petrum Franciſcum Minotium I. C. & Poetam Monſauinenſem, ac Io. Aloyſium Picinardum ex Legati Patriâ oriundum, quantò iuniorem, tantò D carminum ſuauitate veteribus Poetis anteferendum, & Io. Carolum Co. Morandum Bernardi toti literatorum Reipublicæ celebrati Patris glorioſis firmiter inſiſtentem veſtigijs, Chryſocomenq; ſuam ad vſq; Mediolanum comitatus, Carolum Turrium multi nominis Poetam, ac Angelicum Aproſium Virum vndequaq; doctiſſimum, ac nobis non vno titulo colendum, noſtrumq; Manfredum Septalium Muſęo ſuo noſtri ęmulum Aldrouandi, Callicratumquè, Myrmecidumquè, & Archimedum glorias obſcurātem, ſi per otium negotioſus luſerit, ſalutat, dum Pedemontānam verſus regionem peregrina iter inſtituit. Sic ergò de Cotoneo, & cæteris Legatus.

Craſſ. Elog. part. 2. vbi de Petr. Fr. Paſſerino. De Minotio Ghilinus in Theatro. De eodem, & Picinardo Legatus fusè in Encom. Poet. Biblioth. Amici notiſſ. etiam ex lib. Academic. incognit. Venet.

Atq; ita creuit ab hinc, vt non ignobile caſtrum
Sit modo, quodq; opibus, delicijſq; fluit.
Quodq; loco maius decus eſt; hoc editus ille
PASSER, Olorinum qui modulatur epos.

PAS-

PASSER habens inter FARNESIA LILIA nidum. E
Cultus vbiq; mihi, MINOTIOquè meo.
MINOTIO CLANIM Dirce, MONTEMquè SABINVM
Mutanti Aonijs, dulce canendo, iugis.
Ante ſed it Virgo, ne illa inter LILIA viſam
Pindaricâ *inſignem te, PICINARDE, Cheli.*
Nec ſinit hinc abiens, Patriâque, Lyrâq; PLACENTEM,
Te memorem Vatem Vate, MORANDE, ſatum.
VIRGINIS offertur REGIO fœcunda Diana,
Regia qua Inſubrum poſtmodo clara fuit.
Nec minus Ægiſona nunc eſt Vrbs inclyta Diua,
Seù Doctrina magis, ſeù magis Arma placent.
Arma tamen Toga vincit vbi Facundia TVRRI
Regnat, & in ſacrâ concinit alta Togâ.
TVRRIS vt hac nobis Arx ſit, dat APROSIVS, Apros F
Figens, PALLADIVM quot NEMVS ore petunt.
Hic & SEPTENIS *ingens SEPTALIVS* ALIS
Sublimis, Nomen fert ſuper aſtra ſuum.
Seù MVSÆA paret, ſeù Fabrâ luſerit Arte
Eſt ALDROVANDVS, Callieratesq; nouus.

Progrediente porrò Chryſocome, ad altiſſima ſurgit tangenda merita noſter Poeta, ſicq; ſublimi quodammodo ferire ſidera vertice videtur, dum Eminentiſſimum dupli-ci, imò triplici nomine, & dignitate auitâ, nouâque purpurâ, & imperatoriâ geſtorum omnium maieſtate ſplendidiſſimum Apollinem, ſub euius ſplendoribus noſtrum hoc Arboretum prodit, Guidubaldum Cardinalem de Thun Archiepiſcopum, & Principem Salisburgenſem adorabilem reueretur. Quin & Regiam deinde, Sereniſſimam, & Ampliſſimam Celſitudinem Sabaudiæ, & Pedemontanorum Ducis, Cypriq; Regis Caroli Emanuelis Diuis etiam cariſſimi veneratur. Et quia verè aureum eſt Sceptrum illud, quod, vt Cyrus Rex Perſarum ſentiebat, copia eorum, qui Principem ex corde diligunt, tutiſſimum facit: Sapientiſſimum, & integerrimum idcò Præſulem Petrum Bargelinum vetuſtiſſimæ nobilitatis Bononienſis, Archiepiſcopum Thebarum, quo nemo magis Principem illum dilectus diligit, apud ipſum auſpicatiſſimâ Sedis Apoſtolicæ Legatione fungentem, commemorans, veſtes eidem exoſculatur. Quâ datâ occaſione amico optimo Vido fratri noſtro Montalbano, eiuſdem Præſulis intimè familiari gratulatur, modulatus. G

Ariſt. lib. 5. Politic. c. 9.

Xenophon in παιδία, Κύρυ l. 8.

Hinc Alpes peregrina ſubit: iacet ampla ſub illis
Planicies, cœlo propitiore fruens.
Tota placet: Regio non aquè eſt fertilis vlla,
Ni quam, THVNE potens, ſub ditione tenes.
THVNE potens, per quem SALCZBVRGA Bauarica Roma eſt,
Magnanimas Oſtro THVNE reuincte comas.
THVNE Poetarum Mecœnas maximè, quo non
Munera fert alter liberiore manu.
THVNE, cui par nemo fuit, niſi CAROLVS ille, H
Hac qui in planicie ſceptra SABAVDA regit.
CAROLVS ille Ioui compar, Phœboq; nitenti,
Dum ſedet in TAVRO, Duria clara, tuo.
Atque ò ſi quondam, qui in TAVRO eſt Iupiter iſto,
EVROPAM veheret trans Mare, Creta, tuam!
Cederet Odryſias Phœbe, Cypriſq; parenti
Pareret, ductâ ſub iuga priſca Cypro.
Tunc & Maonio tenuis foret are Cicuta
Mutanda, vt merito non minus eſſet Epos.
Teque ſimul canerem, tanti qui Principis Hermes
Es modo pro Thybrico; PETRE diſerte, Ioue.

Te,

A *Te, quo Principibus non gratior omnibus alter,*
Te, BARGELINÆ gloria prima Domus.
Tunc Latiâ resonanda Tubâ, qua iam mihi de TE
Dictauit Tuscis prima Thalia modis.
Et nouus Amphion veteres tibi surgere THEBAS
Forte darem, tactâ tunc Cheli, Apollo, suâ.
Nec te delicium PETRI, Charitumque silerem,
O' VIDE OVIDII Frater amate mei.

Verum ex Italiâ in Africam fata vocant peregrinam. Totam ergo Hesperiam peruagata, breuem illum maris tractum Europam ab Africâ seiungentem transfretauit, vbi finem Orbis habitabilis frustrà præfigentes columnas postmodo erexit Alcides. Ita in Fessanum deuenit Regnum, quod eo tempore à Vitium copia *Ampelusia* dicebatur; Ἄμπελος enim Græcis est Vitis: & eiusmodi nomen reliquit loco illi, quem hodie *Cabo Espartello* vocari ferunt apud fretum Herculeum, vt tradunt Geographi. Cumque Regio, quià venationibus aptissima, Chrysocome suprà cæteras placeret, ibi degere consuluit. Ideò Poeta.

P. Philipp. Ferrar. in Censur. Geogr.

B
Sed secum nunc Cressa rapit, dum circuit oras
Hesperiæ, migrans quò sua fata vocant.
Iamque terit Calpen, atque hinc vastissima spectans
Æquora, ibi fines Orbis adesse putat.
Ast è conspectu cernens latissima paruo
Regna Hellespontо dissita, eò ire parat.
Descendit, medinmque cauâ Mare transfretat Orno,
Incertoque Abylen transmigrat inde gradu.
Et iam Fessa prope est, Bromio non fessa ferendis
Vitibus; hinc nomen ΑΜΠΕΛΑΕ *Graca dabas.*
Lustratur Regio, quâ cum venatibus haud sit
Aptior, instituit ducere Virgo diem.
Longarum siquidem confecta labore viarum,
Est opus, vt tandem desinat esse vaga.

C
Quod dum decernit, ecce qui Nymphæ in iaculando excellentiam detegit euentus, & in peropportunum vocat ipsam hospitium. Erat in conspectu silua, ex quâ propè erat vt egrederetur Vrsus, qui fugiens à Limone, & Citria non longe habitantibus, ac venantibus ipsorum socijs, in sententiam suæ salutis, propriè, vt dici solet, pedibus currebat. Hunc Chrysocome videns, more suo iaculata, confodit. Superuenit Venatorum turba, ictum admirabunda commendans: & qui duces ipsorum erant gemelli, aduenam, quam veste, specieq; decepti virum crediderunt, suam traduxerunt ad domum, vt velit sibi conuiuere suadentes, canente Legato.

Thesaurus est pulcer locata Gratia.

Menander in Monost.

Dumq; hac CHRYSOCOME secum pensando volutat,
Obijcitur multo silua fragore sonans.
Vrsus erat fugiens venantum dira sequentum
Spicula, qui cursu iam prope sospes erat.
Virgo videt, promptumque suo trasmittit ab arcu
Missile, transadigit quo caput illa Fera.
D
Concidit, extremumq; nequit fremere icta, repente
Motibus ablatis; sicque coacta mori.
Astitit emissum relegenti è vulnere telum
Per frutices animal turba secuta frequens.
Dux erat his acer LIMON, quem CITRIA iuxtà est,
CITRIA pulcra comes, CITRIA pulcra soror.
Obstupuère omnes ictu, specieq; CYDONIS,
Quamq; Virum credunt, se bene habere iubent.
Ante alios autem LIMON, Germanaq; poscunt
Quis sit, & huc illum qua bona fata vehant.
Queis Iuuenis: mihi Cressa CYDON est Patria, dixit,
Terra potens opibus, CHRYSOCOMESq; vocor.

Χρυσοκόμης vt ἐπωνύμως.

A puero

A puero placuit Venatio: saltibus ergò
Viuere; mosque Feras exagitare fuit.
Fama erat hunc multis ditem venatibus orbem.
Multiuagum huc ideò fleximus inde gradum.
Hac mihi causa via; quare hic quoque degere mens est,
Hic, vbi longa meum tadia ponet iter.
Dixerat: & nostris igitur succedere tectis,
Orsa refert LIMON, hospes amice potes.
Tu nobis genio similis, venabimur vnà,
Hacquè comes fuerit, qua soror vna mihi est.

Quorum humanitati cum indulsisset, ecce inopinus euentus, qui virum non esse Chrysocomen patefacit. Siquidem lassa quondam venatu, ac æstu, ad vmbrosam concessit Palmam (huiusmodi quippe Arborum feracissima est illa Regio) leniter spirantes auras captatura dum quiesceret. Sopitur: & ecce lenis ventus aduenæ sinum veste diductâ pandit. Illac fortè prætereunt nil tale cogitantes germani, qui ex mammarum tumescentia sexus mendacium colligunt. Quod ita descripsit Legatus noster subsecutus

Abraham Ortel. in Th. tab. 90.

Sic ait: & precibus, quia vincitur, aduena cedens,
Vti non renuit comis honore domus.
Nam si fors olim pateant mendacia sexûs,
Cum CITRIA sperat viuere tuta diu.
Nec frustrà dubitat: nam quondam languida multo
Venatu, ac æstu feruidiore calens:
Quasiyt vmbrosa spirantia frigora Palma,
Sub quâ dat placidâ membra quiete frui.
Cùm leni tunicam diducens flamine, nudat
Sopita pectus Virginis aura procax.
Illac prætereunt gemini, nil tale putantes,
Et, quæ consultò delituère, vident.
Recludunt etenim tumida mendacia mamma,
Quodque ea non sit vir, signa sat ista probant.

Diuersimodè aspectu illo affecti sunt hospites; Limon quippe gauisus est euentu. E contrà soror, quæ primum in hospita sexum magis probare videbatur. Artificium iudicent ij, quibus patet πάθος in Ouidianis illis carminibus de Calisto à Ioue ad Dianam redeunte.

Ou. l. 2. Met. fab. 6.

Et, nisi quod Virgo est, poterat sensisse Diana
Mille notis culpam: Nympha sensisse feruntur.

Attentiores effecerunt aliquot verba, quæ dormiens submurmurauit. Eromelum quippè, cuius casum somniabat, memorauit. Nomen eiusmodi gemellis adhuc inauditum, intelligendæ rei curiositatem indidit. Interim expergefactâ Chrysocome, & ex iocoso geminorum improuisè adstantium risu rem suspicante, Citria ipsam facetè interpellat; Vt illa nempè minus erubesceret, Citria loquens induci debebat, vt opportunè fecit poeta præcantatis subnectens.

Arsit ad aspectum Iuuenis Naseius, & quam,
Ceu sit amicus, amat, ceu sit amica, flagrat.
Sed doluit formosa soror, qua nescio quid plus
Quod sit amatus auet, quàm sit amata CYDON.
Dumque sinum inspiciunt diuersâ mente gemelli,
Et variè afficiunt vbera bella duos:
Somnia conturbant mentem non muta iacentis,
Atque inter trunca, hac integra pauca sonant.
Si modò Planta vires, EROMELE, atq; AVREA POMA
Fers, cresce, & toto profer in orbe comas.
Hæc tibi perpetui sit amoris candida merces;
Nusquam alij nubam, quæ tibi non volui:
Mox abit ex oculis somnus, mammasquè loquaces
Increpat, aspectis fratribus, atque tegit.

Ful-

A

Fulsit in ore duûm risus tener, atque facetus,
Vrbani factus causa venusta ioci.
Somni quanta tui vis, inquit CITRIA, per quam
Qui prius hospes eras, hospita nostra modo es!
Sed quantus fueras nostri iam fratris amicus,
Sic & amica dehinc tanta sororis eris.
At quis EROMELVS fuerit, duntaxat anemus
Noscere, cuius eras semisopita memor.

Sic interdum quæ quis magis celare contendit casus inopinato reuelat. Deprehensa propterea Chrysocome indoluit, &c, vt hospitum humanitas requirebat, illis quæ in Patriâ euenerant Eromelo pandit. Quibus auditis, quæ admirarentur, tum ex pueri obstinatione, tum ex virginis constantiâ latè patuerunt. Quià porrò, quemadmodum vetus ille Poeta canebat:

Nitimur in vetitum semper, cupimusquè negata.

B

Cùm Virginis mentem ex narratione collegisset Limon, sibiq; propterea vetari cognosceret ipsius affectibus impensius ac amicorum est inhiare, nihilominus ardentiorem, quàm amicitiæ sit, medullis contraxit ardorem. Sic spes humanæ falluntur. Tuta per longum iter seruata est Peregrina; cum ad sospitatis portum appulisse credit, pericula offendit. Opportuna ideò sequens Legati de spei vanitate parodia ad illud Persij.

O' curas hominum! ò quantum est in rebus inane! *Sat.1.*

Sed canat & Legatus.

Dixerat: vtquè sui secretum pectoris illis
Aduena per somnum iam patuisse videt:
Indolet, & postquam nullas superesse latebras
Inspexit, geminis acta CYDONE refert.
Casum infelicis fratres mirantur amantis,
Nec minus hos animo firma puella mouet.
At quoniam in vetitum niti placet, atque negatis
Est ferè communis mos inhiare Virûm:

C

Qui magis intentus narrantis ab ore pependit
LIMON, CHRYSOCOMES altius igne calet.
Sic ò sic hominum quantum est in spebus inane!
Quàm modicum rebus prosperitatis inest!
Virgo virum simulat, nè cui succumbat amanti:
Res patet: inquè procum it, cum fore tuta putat.

Graui ergò curâ saucius adolescens, nihil omisit, quod ad hospitem flectendam faceret. At incassum. Miser, qui Pomosas inter Amoris delicias sibi domi florentes, Amoris fame, Tantalus Amoris periclitabatur. In hoc laudandus, in hoc sequendus, quod ad indignos conatus deuenire noluerit. Sorori propterea, cuius Nuptias eum Chryseomelo nil, nisi hospitis obstinatio retardabat, vt in superioribus patet, precariæ maturationem pugnæ sæpius commisit, vt festinando, & vincendo communi studeret vtilitati. Quæ igitur fecisse, & quæ dixisse describitur ex domesticâ Legati Musâ inspiciamus, & audiamus *In Iuuenem pueri flammas abijsse CYDONIS*

Rere, hac transferri si quoque flamma potest.

D

Qua non fecit Amans? qua non tentauit vt illam
Alliceret? vanus sed labor omnis erat.
O' quoties cara fertur fleuisse sorori
Tantaleam, quam fert ille in amore, famem!
CHRYSOCONEN, quoties dixit, ni CITRIA flectat,
Alter EROMELVS cogar amore mori!
Tu ne perire sinas, torquente Cupidine, fratrem?
Tu, cui tam mitis, qui mihi saeuus Amor?
Qui fauit tibi mitis Amor, dum filius Atla
Te pariter, quantum diligis ipsa flagrat:
Ille tibi poterit quicquam concedere: forsan
CHRYSOCOMEN precibus flexerit ille tuis.

Tunc, mora nulla, simul geminis nubemus Amatis,
Et quatuor duplex adsociabit Hymen.
Si quicquam celerare tuos, Germana, Hymenaeos
Gliscis, sit iuuenem vincere cura celer.

E

Nec sanè causa potentior excogitari poterat, vt ad id muneris exequendum soror induceretur. Quid igitur faciat? Hinc fratris, & promissi coniugis amor, hinc hospitæ vota trahebant. Sæpius eidem fauorem suum spoponderat; sæpius vt in eâ mente firma persisteret adhortata fuerat. Durum nunc est contrà dicta venire,& aliter ac antea suadere. Duriùs quod sibi propterea nuptiæ differantur. Rebus igitur suis adiudicandum censet. Vt ergo præfixa executioni demandaret,loci opportunitatem attendit,Erat illis hortus amœnissimus, quippe qui Hesperidum futurus, quem plantasse fingitur ipsorum genitrix Maura, quæ toti Regioni *Mauritania* nomen reliquisse docto commento perhibetur. In hunc quondam cum Chrysocome, quæ nouiter solicitari perosa discessum moliebatur, se contulit, vt mos illis erat, antequam Cydon fœmina deprehenderetur, vt ex Legato, qui tum Citriæ affectus, tum Hortum illum hisce mirè describit.

F

Sic crebro miser: at geminis affectibus illa
Torta diù, nescit quem resoluta probet.
Hinc Amor, inde Fides pugnant: fauisse CYDONI
Hinc auet, hinc thalamos accelerare suos.
Sed cedit, tandemquè Fides superatur Amore,
Et sibi, tum fratri complacuisse parat.
Hortus apricus erat Montes hinc, inde lauantem
Spectans occidui Dorida Solis equos,
Deliciæ fratrum, quorum prope tecta virebat.
Plantarat geminis MAVRA Libyssa parens.
MAVRA, MAROCCÆIS quæ postera nomina Regnis
Indidit, ac MAVRIS, Africa tota, tuis.
Huc fratres, hospesquè simul concedere sæpe
Assuerant, speciem cum tulit illa viri.

Præter loci, temporis pariter opportunitatem hîc nacta,soli sola dicere perrexit quæcunque ad finem sibi propositum conducerent. Sed & hæc frustrà. Scopulum percutientibus æquoris fluctibus immotum referebat, haudquaquam tot precibus commota. In vnum *malle mori, quàm nubere* responsiones omnes desinebant. Nec sanè minus à nuptijs auersa describenda erat, quæ Arborem illam repræsentare debebat, quâ fortè nulla magis odit alias sibi inseri. Sed & Metricam istorum expressionem videamus.

G

Cydonia Arbor Hospitē peregrinā in propria non patitur domo, illa tamen hospitio ab alys excipi nō abnuit.

Hinc questûs exesa nouos, & abire parata
Est olim CITRIÆ ducta Virago manu.
Tum fratris pœnas Neptunia Nympha CYDONI
Dicere, tum soli fundere sola preces.
Tum thalamos Germani, aliter quā suaserat ante,
Hortari vt demum nupta subire velit.
Inde suum memorare genus, Diuumquè parentem
Narrare, & cuius sponsa futura siet.
Nil magis attendi, quàm quòd decernat & ipsa
Nubere, LIMONIS prole beetquè torum
Sed nil CHRISOCOME verbis commota precantis
Perstat, & inuicto pectore dura manet.
Non vllum admissura toro respondet, & addit
Se mage quàm zonam ponere, velle mori.

H

Sed ecce narrationis scopum. Nimiam Chrysocomes duritiem indignatur Nemesis, & in Arborem Cotoneorum conuertit. Scilicet sunt qui ęgrè ferunt castas aliorum determinationes, & marmorea nuncupant, nedum lignea ea pectora, in quibus molles amoris affectiones non cadunt, Sed quid aliter faceret quæ ferè naturæ siluestris erat? Attamen quamuis inter siluas educata, ciuilem castitatem eru dire potest Chrysocome, facta sub huiusmodi fabulæ cortice castitatis exemplar. Et si demum in Arborem transforma-

Dij moderatos amāt. Sophocles in Aiace.

A formatur ab indignationis confićto numine, folicitantium potius indignationes incurrendas, & exitus quofcunque attendendos magis, quàm blandimentis, & importunis precibus caſtimonialium votorum tranſgreſſionem ſuadentibus condeſcendere doceat, & ſurdam illis, ac duram, ſed in æternas ſpes virentem naturam, qualis eſt Arborea, induendam inſinuet. Hæc eſt, quam delineauimus, Metamorphoſis.

Sed nequijt tantam vindex Rhamnuſia ferre
Duritiem, quamuis Taurica Diua probet.
Nam meruêre aliquid caſti Limonis *Amores,*
Cui vis cogendi, ſi libuiſſet, erat.
Ergò dum CITRIÆ *loquitur, graditurque per hortum,*
Ac, vt ſe excuſet, dicere multa parat:
Illius ſubitâ greſsûs radice moratur,
Et Plantâ plantas impediente ligat.
Ter comitem conata ſequi, ter ſubſtitit hærens,
Et fruſtrà doluit diriguiſſe pedes.

B Senſim introducitur, & Citriæ metachroſis. Illa ſiquidem comitis euentu non dolens dum *commiſeratione digna ſunt infelicia*, imò gaudens, quippe quod ipſo puniri crederet obſtinati pectoris duritiem, idque fieri arbitraretur in vindictam inexauditarum precum, pœnâ talionis mulctata eſt. Quandoquidem & ipſa in Arborem ſui nominis commutata perhibetur. Hinc nunquam alterius malo gaudendum moraliter accipimus. Eiuſcemodi ſiquidem animi impietatem non à longè ſequitur pœna. Hinc Lyricus.

Eurip. in Androm. Nec fas eſt vnâ conſiſtere parte.

Orph. apud Clem. l. 5. Stromatum

Nunquam antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Horatius.

Dementis eſt dolorem infelicium ridere. Hinc Pittacus apud Auſonium inquit.

Demens dolorem ridet infelicium.

Pittacus apud Auſon.

Ex noſtro quoque Poeta res ita ſe habet

Citria *mirata eſt, &, quod vix crediderat ante,*
Dixit Eromeli *cum noua fata* Cydon:
Ipſa videt fieri, quin & gauiſa quod iſtæc
C *Non exauditas vltio tanta preces?*
Ipſa repentinâ pariter radice retenta eſt.
Proh quàm peccato congrua pœna fuit!
Serpit vtriſque celer ligni natura per artûs,
Atque vterum, atque humeros induit, atque manûs.
In frondes abiêre coma, &, quâ vellere tentant
Illas, in ramos brachia tenſa migrant.

Non hîc deſinunt Transformationes. Limonem, & Chryſeomelum caſu ſuperuentum in Pomarium interim introducit eroticum, ſeù mauis erraticum deſiderium. Vtrunque ducebat Amor, quià cæcus, in foueas, quippe mutandos in Arbores. Ambo venerant nuptias ſuas ſolicitaturi, ſed eâ ſpe fruſtrati ſunt. Dum enim oculis dilectam quiſque perquirit, nulla apparet. Antecedunt, & nonniſi ex querulis vocibus cortice non adhuc interceptis, vbi Nymphæ ſint, percipiunt. In nouarum Arborum corticibus, vel eminus funeſtam legunt hiſtoriam. Accurrunt, vt opem ferant, ſed fruſtraneam. Quiſque ſuam nouo è libro liberare contendens, liberiores facit querelas, ſeque pietate nocenti innocentem dilectæ vulneratorem præſtat. Quippe, vt de Clymene, cum filias in Populos conuerſas vidiſſet, Ouidius cecinit,

Ita ludit dies *Publius.*

Homines ſalus fruſtratur, & fortuna.

Plautus in Aſinaria Act. 3. Sc. 3.

— Truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant, tanquam de vulnere, guttæ.

Simile quoq; contigiſſe fingit in hiſce transformationibus Legatus energeticè canẽs.

Ou. l. 2. Met. fab. 2. & 3.

Extabant tantum dictura nouiſſima verba
Ora, virens reliquo corpore queſta nemus.
Cum venit LIMON, *&* CHRYSEOMELOS, *vterque*
Optatos cupiens ſolicitare toros.
Fatorum ignari flectunt huc lumina, & illuc,
Vt geminas videant; viſa nec vlla tamen.

E

At non visa licet, videt vtraque, & Arbore condi
Testatur murmur flebile, voxquè gemens.
Accurrunt, casum, & dicentibus vltima Nymphis
Non profecturam quisque daturus opem.
Linquit Atlantigena CITRIAM, quęq; hospita culta est,
Vt sit salua studet non redamatus Amans.
Circum obdurato solers de cortice tentat
Extrahere; at ceù de vulnere sanguis abit.
Sic dum Libs CITRIÆ diuellere caudice corpus
Conatur, sequitur vim cruor inde fluens.
Vtraque, parce precor pietate nocere: id Amantis
Haud opus: in trunco dilaceramur, ait.
Iamque frutex tegit ora, & vix finit ista profari:
Hospes amice vale: sponse negate vale.

Tam repentinâ dilectarum amissione perculsi qui superuenerant, impatientia excanduerunt. Sed vltrà. Iurgia fulminant in cælum, causamquè tantas agentem mutationes iniustam nuncupant. Meritò propterea in Plantas conuersi finguntur. Sic enim peccato æquata pœna describitur. Sic & per quæ quis peccat, per eadem puniri manifestatur. Inde nullo, quantumuis infelici euentu profanum os in superos tollendum arguit adfabulatio. Secus in promptu pœnas habet Cælum. Non desiderantur exempla, siue sacra legantur, siue profana monumenta. Sed ad nostrum.

F

Quàm aptè Plautus! Illum ego perijsse duco, cui Pudor perijt. *In Bacchidibus.*

Quid faciant miseri, queis sic perduntur Amata?
Suspirant, lugent, sæuaq; fata vocant.
Numinaque inclamant iniusta, nimisquè seuera,
Quæ geminis cari spes rapuere tori.
Non tulit hæc Nemesis, quæ non iniusta vocari
Vult, & quod Nymphis fecerat, hisce facit.
Impleuit radice pedes, & cinxit vtrosque
Cortice, & in lignum membra migrare dedit.

Quod fuit antè, relictum est. *Ou. 15. met.*

Succedunt nouellarum Arborum proprietates, quas ingeniosè describit Legatus, historias omnes, quæ de Malis Aureis extant, ad suam traducens Historiam. Et primò quæ de Cydonijs circumferuntur, in compendium colligit, & mira applicatione narrationi suæ adaptat. Silendum quippe non erat Cydoniam Malum haud aliarum ferre insitiones, nec dissimulandum cur aurea pariter eius poma vocentur, vt pateret cur tantum in hac narratione locum habuerint. Opportunum ergo hæc adducere, & carmina rem delicatè tractantia, delicare.

G

Affectus remanent Plantis, quos viua souebant
Pectora; amant alia; nescit amare CYDON,
Nescit amare CYDON: Plantas ea quippe Maritas
Nescia: nec iunctas insitione ferens.
Dura CYDON: & adhuc ea Planta CYDONIA dicta est,
De patrio Nympha littore nomen habens.
Arbor Cretęâ dudum translata CYDONE
Credita: CHRYSOCOME quòd foret ipsa CYDON.
Illius ora tegens, at non desormia reddens
Lanugo, Fructus vestyt inde nouòs.
Quin & flauities dedit AUREA POMA vocari,
Aurea flauities ore, comisq; nitens.
Gratus odor POMIS, vt iam tibi, Cynthia, gratam
Fecerat intacta Virginitatis odor.
Asperitas tantum illa manet, quę dura solebat
CHRYSOCOME inuisis displicuisse procis.
Asperitas igitur crudis innata VOLEMIS,
Quos ideò crudos edere nemo potest.
Hinc & si Graci dixere CYDONIA, nobis
COCTANA sunt, quando nonnisi COCTA placent.

H

Nec

A Nec minus curiosum est, quomodo ad Catonis manus, à quo Cotoneorum, siue Catoneorum nomen traxerunt, perueniisse comminiscatur, & per totam Italiam exinde sata feliciter creuisse tradat. Ex hortis etenim Hesperidum primùm alibi translata, Cydonêquoq; appulisse fingit, & inde à Catone accepta. Ita & lepida est fabella de *Cotoneato*, quod pro sui dulcedine fabulosis Deorum mensis adhibitum commentus est, vbi scripsit.

Numerecor demur cœnæ sic Achilles ad Priamum supplicem pro cadauere Hectoris. Homerus Iliade 24.

COTONEA Oenotrij, seu Poma CATONEA dicunt,
Nam coluisse prior dicitur illa Cato.
Scilicet ex Afris alibi traducta, CYDONE
Traxis, & Italicos inde beauit agros.
Italia sit facta frequens est aduena Planta
Ciu.s, tam crescens vallibus, atque iugis.
Sed mage COTONEO gaudet, PARVAq; CYDONE,
Quod gauisa locis sit Peregrina migrans.
B *Delicia gustûs hinc COTONEATA parantur,*
Est quibus ambrosius, nectareusq; sapor.
Hinc fertur placuisse cibus Superisque, Iouique,
Qui suetas illi postposuere dapes.

At nulli magis grata fuisse feruntur eiuscemodi Poma, quàm Veneri. Gauisa hæc verificatam fuisse prædictionem suam, sibi plausisse dicitur, quod exinde cognosceret sibi cognomento Iugæ, iugiter olim à grauis, & seueræ Curiæ Auctore Solone dedicanda Cydonia, cum nimirum legem illam sanciret, quam innuit Alciatus in Emblematis.

Aristot. l. 2. Politic.

Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus constituisse Solon.

Quamobrem & à veteribus Saxonibus Venus ipsa dudum pingi consueuit, cum aliquot Cotoneis præ manibus, Secum Cupido exultauit, quod castigatã videret eam, cuius pectori nulla figere tela potuerat. Quin & vt cum cæteris aureis malis vigeret aureum Amoris Pomum illuc ab ipsis consultò collatum, Ita quos affectuum discordia separauit, euentuum concordia coniunxit. Sed hæc Poeticè.

Crantz. l. 2 c. 12. Saxon & in Metr. l. 1. c. 3.

C *Nec minus ac Creta Diuo Cresaa probantur*
Munera, sunt Cypria POMA probata Dea.
Gaudet in arboreos, vt iam prædixerat, armos
Versam CHRYSOCOMEN fronde virere nouâ.
Lataturque sibi quondam AVREA POMA daturam,
Sanctio cum iusti facta Solonis erit.
Exultatquè puer secum, qui virginis vlla
Non potuis casto figere tela sinu.
Sic & Eromeli congaudent funus abundè
Vltum, quodque pari plexa sit illa manu.
Quin & vbi norunt ad calum tendere ramos,
Plantam comportant huc, Eromele, tuam
Pulcrum est Auratis *fine* Aurea Poma Volemis
Iuncta, & quos iunxit patria, iungat ager.
Quosque voluntatum discors dispersérat ordo,
D *Pulcer natura congreget ordo, placet.*

Ibi quippe tres Afri pariter in Auriferas Arbores commutati, Aurea quoque Poma ferre ceperunt, quorum —— *Plurimus auro*
Venit honos.

Prop. l. 3. el. Menand. ap. Stob. ser. 87

Qui si non aliundè plurimus appareret, quia *Formosi debebant esse nobilissimi*, satis magnus fieret artificiosis fabularum istarum in vnum colligatarum inuentis, cum chymicum, quia totum artificiale, nostri Poetæ Aurum in ijs condendis, pretiositate longè præstet obrizo, quod sub Plutone natum est, & istud sub Apolline dictante.

Nanque ibi, qui fratres Deus egerat vltor, & Atla
Natum, vt item ferrent AVREA POMA, dedit.
Nomina non mutant gemini nouâ in Arbore: LIMON
Dicitur Arbor adhuc: CITRIA Planta quoque est.

Soli

Soli Atlantigena, poſtquam ſub ſtirpe nouellâ
Heſit, ſtat pondus nominis, itque ſonus.
Ex Μήλου, χρύσου τ', ex MALO dictus, & AVRO,
Ex MALO, ac AVRO nunc quoque nomen habet.
Hellas at in Latium migrat; hinc AVRANTIA MALVS
Eſt, qui iamdudum Χρυσομῆλος erat.

Sic & pulcherrimam veræ amicitiæ, liberalis, atque beneficæ præſeferunt ſimilitudinem Arbores huiuſmodi, dum inter ſe facillimè commutant flores, folia, fructuſquè per inſitionem. Quod oſtendit & Legatus habens

Et qua tres inter cognatio nata fuiſſet,
Eſt inter Plantas quomodocunque poteſt.
CITRIA Atlantiadi, CITRIÆquè hac iungitur, immo
LIMONEM ſocium fœdus vtrique ligat.
Altera ab alterutrâ compleri gaudet, & vna
Alternâ affines inſitione beat.

Mirum quidem hoc eſt, ſed non rarò in aliorum quoque generum Arboribus viſum. Longè mirabilius eſt, & haud alibi obſeruatum, quàm in hiſce tribus aurearum Malorum ſpeciebus, tres nimirum ſpecificas fructuum earundem differentias in vno, eademque numericè volemo coire, partim Aurantio, partim Limone, partim Citrio, pretioſitates omnium feliciter adunando, vt & nos in ſuperioribus retulimus, & hîc itidem Legatus expreſſit.

Vide ſup. pa. 396. & 498.

Quin etiam haud vnâ duntaxat in Arbore culta
Tres ſimul, & mater Planta fit vna tribus;
Sæpe etenim, quod non alijs in fructibus vſquam eſt,
Tres ſpecies vnus ferre Volemus habet.
Eminet, & ſubſidit enim per ſegmina cortex.
Diſtinguit ſpecies, quæ coiêre, color.
Haud aliter Carteſſiacos Concordia fratres
In Geryoneum corpus abire dedit.

Conuenientiſſimus eſt & tribus, cum in humano corpore degere fingerentur, ſemper in amore vincere ſperantibus, in Aureas demum, & Eroticas conuerſis Arbores, æternus frondium viror, per quem aliquam æternitatis ſpeciem oſtendunt. Nec frondes tantum, ſed & Poma quoque ſemper habent. Imò cum Vere Autumnum, cumq; Autumno Ver mirè connectunt, dum Vere flores cum fructibus, Autumno fructus cum floribus vnâ oſtentant. Hinc meritò ſuprà celebratus à Legato Melicus Poeta Ioſeph Baptiſta de Tyburtinis Viridarijs, quibus magnam amœnitatis partem huiuſmodi conciliant Arbores, ad Michaelem Abb. Iuſtinianum amœniſſimè cecinit.

Ioſ. Bapt. Poeſ. Melic. part. 4 pag. 462.

Han quì eurna fortuna
Dalla fertiltà Piante reine,
Che n ate ad emular quanto in Corcira
Esplor atore ammira,
Moſtrano in mezzo a i fiori il frutto alunno,
Et hanno in mezzo a Primauera Autunno.

Et Legatus

Vtque tribus ſpes vna fuit durando in amore
Vincere, perpetuis ſpes viret illa comis.
Æternoquè tenent Autumnos fœdere Veri
Iunctos, dum florent, Pomaquè ſemper habent.

Sed & Atlas ad ſe nos reuocat. Certior enim rerum factus, & infauſto mœſtus nuncio, ne in Arbore ſibi nati reliquiæ eriperentur, ſociæquè fatorum Plantæ aureis fructibus ſpoliarentur, muris hortum circundari mandaſſe fingitur, vt aliqua ſit conuenientia cum illo Ouidij

Lib. 4. Met. fab. 16.

—Solidis Pomaria clauſerat Atlas
Mœnibus.

Quod licet factum tradat Ouidius, quià metuebat Atlas, ne verificarentur quæ Themis olim ſibi præſagierat, huiuſmodi ſenſibus.

Tem-

A *Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro*
Arbor, & hunc præda titulum Ioue natus habebit.

Cum prima causa magis quadraret ceteris à Legato mythicè colligatis, ea sequenda erat. Potuit & ab Ouidio aliqua ex parte discrepare imitatione præclarissimi Viri Balthassaris Bonifacij, qui in suis Musarum libris multa de Plantis fabulatus, quæ cum veterum commentis aliquam habent connexionem, voluit nihilominus vt plurimum ab antiquis differre. Nimirum iuxtà propria, non iuxtà veterum inuenta canebat, inter quæ breuem hanc de Malo Cydonio mentionem fecit.

Sic formam capitis referunt, capitiquè medentur
Somniferum Mecon, Cydoniumquè Pyrum.

L.4. Musar. 64.

Haud aliter ingenio suo noster voluit indulgere Poeta, cum Atlantem finxit Chryseomeli patrem, quippe multas Aurantiorum Arbores ad Atlantem esse indicaturus; nisi per Aurantia significet copiam Auri, quo Mauritania abundat circà Atlantem Montem, vbi effoditur. Quod veteres intellexerunt per Atlantis Pomarium, in quo erant *Arboreæ frondes auro radiante nitentes,*

B Quæ *Ex Lauro ramos, ex auro poma ferebant.*

Ouid. ibid.

Horto denique mœnibus cincto, septem filias, de quibus pleraque veteres fabulati sunt, illi præposuit Atlas, tum vt custodirent, cum vt Aureas Malos colerent. A patronymicâ earum nomenclaturâ, quâ Hesperides ab Hesperthusâ matre dictas, Legatus fingit, alij ab Hespero auo, Pomarium illud *Hesperidum Hortus* communiter nuncupari cœpit, & celebrari. Iuno quoque Pomorum Auro allecta viridarium in tutelam suscepisse, & in eius vestibulo draconem insomnem posuisse fingitur, vt Herculem, quem illuc venturum præuidebat, arceret. Quod mirè congruit odio, quo ipsa priuignum prosequebatur. Conuenit & fastosæ falsi eiusdem numinis ambitioni, ob quam fastosissimam, & superbissimam auium Pauonem ipsi dedicauit antiquitas. Quippe similes auro suprà ceteros delectantur. Consonat & antiquæ fabulæ de Malis huiusmodi cum primum à Tellure in nuptijs Iouis, & Iunonis producta fuissent, à Iunone statim exoptatis, Modulatur ergo Legatus.

Vndè Aurũ Regale dicitur.

Nouit Atlas miseri vegetantia funera Nati,
Et doluit, factus pene dolore rigens.

C *Mœnibus incingi solidis Pomaria mandat,*
Improba ne possit diripuisse manus.
Et septem Natas seruando præficit horto.
De matre Hesperidas *postera secla vocant.*
Iuno fauet pariter, quam Pomorum *allicit* aurum;
Hinc & de curâ cogitat ipsa quoque.
Præuidet inuisum hac venturum ad littora quondam
Priuignum, vt forsan ditia Mala ferat.
Obstet vt ergo notho, si qua intentauerit audax
Furta, venenato sana dracone parat.
Custodem hunc solers læta ad viridaria sistit,
Qua iubet, vt seruet nocte, diequè vigil.

Nec aliter describendus erat qui vigilantissimi Pastoris symbolum esse debebat. Tali enim insigni vsus est felicis recordationis Sanctissimus D. N. D. Gregorius XIII. P. M.

D Bononiæ *peruetustâ, ac nobili familiâ Boncompagnâ ortus*. Ex Hesperidum ideò Dracone non prætermisit Emblema Principius Fabricius Theramensis, qui de Gestis eiusdem Summi Pontificis Emblematicos sex libros conscripsit, omnibus agalmatum corporibus ex Dracone petitis. Hesperidum ergo inducto Horto, cum Dracone ad custodiam, quomodo Gregorius fuerit OPTIMVS RERVM SERVATOR probat hisce subscriptis

Petramell. in Continuat. ad libr. Pannini de Gest. summ. PP. vbi de Greg. XIII. Princip. Fabrit. li. 5. tit. 1. allus. 1. Em. 172.

Questo Giardin, che Paradiso è detto,
Anzi Regno de Cieli, ou' è riposto
Quanto di bello, e buono il Ciel nascosto
Tien nel sommo, dorato, e chiaro Tetto.
Fù dal Celeste Rè tanto diletto,
Ch' hà quel gran DRAGO *in sua custodia esposto,*

E foco,

E foco, e fiamme à la ſua bocca hà poſto,
Perche non ſia da alcun guaſto, ò negletto.
Beato è dunque trà bei fiori, e frutti
Quel, che l'amene Vie ſacrate oſſerua
Di queſt' alm' Horto ben rigato, e verde.
Oue non fur mai d'aridezza aſciutti
Gl' Alberi ſuoi, ne per ſtagion proterua
D'eterna gloria le ſue foglie perde.

E

Sed ad Mythica. Quippe Iunonis artificia non impedierunt quin illuc appellens Hercules, Pomarium ſpoliaret, ac Aurea Mala diriperet, & ad Euryſtheum Stheneli Micenarum Regis Filium, à quo ſic iuſſus fuerat, deferret. De modo quo id aſſecutus tradatur, multi multa dixere, quæ nos in antecedentibus non prætermiſimus. Sufficit poetæ breuiter aſſignare finem, ne medium adducendo longius fortaſſe digrederetur. Vtcunque enim, omnia de illo credibilia erant, quem nihil non ſuperaſſe Poetæ contendunt. Nam & nil aliud erat Draco Pomarij cuſtos, quàm (vt Plinius refert) meatus maris flexuoſus, qui procul ſpectantibus præbebat effigiem longi, ac tortuoſi Draconis. Eo meatu erant cincti Heſperidum Horti, quos Hercules depopulatus eſt. Conſimilis eſt Europæorum in Indiam nauigatio, vndè magnam auri copiam aſportant. Hac vt illi Europam opulentiorem faciũt, ſic Hercules Aſiam, illuc rapinam ſuam conuehendo. Sic Media, ſic Aſſyria felici Malo ditata eſt; ſic & ad nos tranſiuit. Quod & Legatus noſter his expreſſit. *Sed dura nil proficiunt inuenta Nouercæ.*

Sophoc. in Trachinijs. Ouid. lib. 9. Met. fab. 3.

F

Alcides veniens AVREA MALA tulit.
Euryſtheoquè ferens, Medum, Aſſyriaque feraces
Munere felici nobilitauit agros.
ASSYRIA hinc MALVS, ſeù MEDICA dicitur ARBOS
E tribus aurifero pignore quaque nitet.
Hinc & delicias Phaacum rura tulerunt,
Imo & diuitias hinc habuere ſuas.
Æneadum hinc terras, & Parthenopæa bearunt
Littora, & hinc illas diues Amalphis habet.
Sic Ligurum data Planta ſolo; ſic Nympha Salois,
Benacuſq́ parens AVREA POMA dedit.
LIMONEM hinc natum Benaco, & Phyllide credit
Is, cui BENACVS molle Poema fluit.

G

Ex Africa porrò in Mediam, & Aſſyriam huiuſmodi Poma primùm allata, & indè cum Antonomaſticâ Malorum Aſſyriorum, ſiue Medicorum nomenclaturâ in alias translata Regiones, & in noſtram præſertim Italiam, ſi commentum eſt, non eſt ſine connexione cum ijs, quæ Pontanus in ſuis de Hortis Heſperidum libris ad rem fabulatus eſt de Citriorum reparatione, & apportatione in Italiam è Mediâ Regione. Habet enim *Nanque ferunt ob primitias quandóque negatas*

Pontan. de H. Heſp. l. 2.

Iunonem indignantem animo, grauiterq́ dolentem
Immiſſe & ſtragem Arboribus, Citriſque ruinam
Heſperij generis Malorum ſtirpe perempta.
Donec eam Venus è Medorum diuite ſilua
Relliquias relegens, per Afrorum pinguia culta
Rurſus in Italiam genti tranſmiſit habendam
Æneadum, quo priſcus honos, & cura nepotum
In ſiluis veteres renouaret Adonidis ignes,
Æternum & maneant monumenta inſignia amorum.

H

Vbi per *Adonidis ignes*, Citriam Arborem intelligit, in quam commentus fuerat conuerſum Adonem poſtquam ab apro lethaliter ictus eſt; quod & nos in antecedenti capite non ſiluimus, & innuit quoque Georgius Iodocus Berganus, qui nobile de Benaco Lacu Poema conſtruxit, heroicis quinque libris abſolutum, & *Benacum* itidem inſcripſit, cuius ſuprà meminit & Legatus, fabulam ab Iodoco de Limone confectam memorans, quam pariter gratum cenſemus hic adducere cum in ſuperioribus materiæ ſuperabundantia non illam admiſerit. Sic ergò ſe habet. Ex Benaco Phyllis Nympha compreſſa

A pressa gemellos suscepit, quorum alter fuit *Limon*, alter *Gryneus*, à quibus Limoni, & Grygnano magnis ad eum Lacum oppidis nomen est inditum, vt à Phyllide loco, qui *Villa* nuncupatur. Vtrosq; mater propriam edocuit artem, cui fataliter destinabantur,

Geor. Iodoc. l.3. Benac.

Est Grynia vrbs Asiæ, vndè Gryneū Nemus ità & Gryneus Apollo

— Vt facili sese applicet arti.
Hortorum, & cultum LIMON, curamquè ferendæ
LIMONIS capiat, proprij præsagia iuxta
Nominis, & studio genitalia fata sequatur.

Gryneus verò piscium capturæ nauaret operam. Verùm vt inobedientium mos est filiorum, & vile suum quisque ministerium censuit, & mandatum neglexit. Quamobrem periculoso venationis exercitio dediti, sæuissimum quondam offenderunt aprum, à quo Limon incassum pugnans, in crus lethaliter est sauciatus. Iamquè prope erat vt moreretur, cum Phyllidi filij casum inconsolabiliter lugenti Benacus ex famigeratissimis proximi Baldi montis herbis medicamine instituto, vt natum seruare posset, ostendit. Quo præstito, & dolor abscessit, & vires Limoni restitutæ.

B

Mox LIMONI aperit rediuiuo iussa parentis
Phyllis, & herbosum pratum demonstrat, & artem
Edocet, vt paribus spatijs, vtque ordine rectè
Limones ferat: atque serendi tempora pandit.
Scilicet æquali spatio noctesquè, diesquè
Quum currunt, docet; vt duplex in cortice scisso
Accipiat Limon Citrij genus: acre dolores
Hoc querulos Paphia, & luctus: dulce illud Amores
Mellitos referens, gratos & ADONIDIS IGNES.
Ostendit nocte, atque die quid conferat vrnâ
Vndifluâ rorem sitienti infundere plantæ:
Et nocuum assiduâ gramen diuellere dextrâ;
Et teneros fructus defendere ab imbre niuali
Præcipit, aut Oleæ, aut viridantis tegmine Lauri.
Luxuriam iubet & ferro contundere inanem,

C

Quò lecta è ramis, & ramis parte retenta
Crassius exurgat cumulato fœnore pomum,
Impleat & patulos calathos, dextrasquè capaces,
Et terno fœtu semper noua planta grauescat.
Quæ doctus LIMON, LIMONVM ad munia pergit
In pratum, quod adhuc LIMONIS nomine gaudet, &c.

Hic est locus ad Limonem oppidum, qui *Pratum Limonis* adhuc dicitur. Et proh quàm pulcra est allusio

Ad Pratum, quod adhuc dicunt λειμῶνα Pelasgi.

Pratum Græcis λειμών

Direptarum Arborum Atlanti nuncius defertur. Torquebat illum primus dolor, filij nimirum iam in Aurantiam Malum conuersi. Superadditus alter potuit robustissimum sternere virum. Mœrore quippe confectus in Montem illum altissimum Africæ, vbi regnabat, conuersus fingitur. Quod licet factum tradat Ouidius quia cum in Mauritaniam venisset Perseus, Atlantis à quo nullis precibus obtinuit hospicio suscipi, Medusæ caput ostendit. Ille etenim arcendo

D

Ou. l.4. Met. fab. 7.

— suis externos finibus omnes
Huic quoque; vade procul; ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iupiter absit.
Vimquè minis addit; manibusquè expellere tentat
Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis.
Viribus inferior (quis enim par esset Atlantis
Viribus?) at quoniam parui tibi gloria nostra est,
Accipe munus, ait, lauâquè à parte Medusæ
Ipse retrò versus squalentia protulit ora.
Quantus erat, Mons factus Atlas; nam barba, comaq;
In siluas abeunt: iuga sunt humerique, manusquè:
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen:

Ossa

Oſſa lapis ſiunt, tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum (ſic Dij ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cœlum requieuit in illo.

Sic Ouidius. Cum nihilominus ex afflictione vehementiſſima mentis ſtupor, & raptus non raro ſequatur, & idcirco vel Ouidius ipſe Nioben ſex filijs maribus, totidemq; filiabus fœminis ab Apolline, & Diana, quorum Matrem Latonam præ ſe contempſerat, interfectis, immodico dolore diriguiſſe, & in marmor conuerſam tradat: Hinc ex nimio pariter Atlantis mœrore ttansfotmationem ipſius in montem ſubſecutam innuit Legatus, hanc narrationi ſuæ coronidem imponens.

At cum relliquias nati ſcit in Arbore raptas,
Alcide auriferum depopulante nemus,
Iapetionides, nouus hunc dolor angit, & vnus
Quod nequijt mœror, non nequière duo.
Scilicet his iunctis horrens obmutuit. &, ceù
Sæuam inſpexiſſet Gorgona, diriguit.
Qua caro iam fuerat, modo ſaxum euadit, & Atlas
Fit mons de priſco nomine nomen habens.
Notior hiſtoria eſt, quàm pluribus exequar, & iam
Mόθιzα dictando feſſa Thalia ſilet.
De POMIS ideò ſat quæ prælusimus AVREIS.
Vt tibi deinde canam ſeria, CRISPE, Vale.

Abr. Ortel. in proſa ad tab. 90. Th. orb. Terr.

Sed vt ad Atlantem ſumus, & Aurea inter Poma Cydonium illic celebratum inuenimus, placeat & Punica pariter obſeruare Mala, quorum tractus ille feraciſſimus eſt. Sic à Cydoniorum ad Granatorum hiſtoriam tranſitus non erit importunus.



VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ

Libri Secundi, Tractatus Secundi

CAPVT VI.

DE MALI PVNICI ARBORE,

Siue Pomo Granato.

ORDO, DESCRIPTIO, NOMINA.

INNVMERIS in vnum coagmentatis Granis Granatum Pomum, seu Punicum, verè Potomium, principaliter constare conspicitur. Illud, cum speciosissimæ Liberalitatis sub specie seipsum, discisso pectore, sæpe cupiat euiscerare, nostris plerunque inhiat commoditatibus; hinc aptè Milius

Malaq; iam rutilas sitienti hiantia ab æstu
En deuenere suas ostentant Punica gemmas,

Ios. Milius l.3.de Hort. cultura.

Gemmeus illorum liquor Gemituum magnus extinctor, & mitis veluti, placidusquè Bacchus salacitatem extimulare, incendiaquè febrilia promouere minimè nouit, sed dolores sedatè ferre, patiquè toleranter angores quoscunque nos instruit. De quo illud Ouidianum verificatur

D

Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert,
Crura licet dura compede pulsa sonent.

Ouid.l.2.de Rem.am.& l.2.de Arte am.

Hocquè Pomum cum ab Aureis Malis odore tantū se vinci patiatur, quod in reliquis dotibus, atque prærogatiuis ijsdem haud cederet, ordini huic noluit refragari, vt scilicet illius post Mala Cotonea poneretur Historia. En coronatū Punicum Malum egregiè depictum, roseoquè rubore suffusum; Illi Tegmen Naturâ dedit Coriaceum, Coria quæcunque, Artis accedente ministerio, perficiens, vndè nomen Antonomasticum Malicorij deriuauit; Illius exterior, crassiorquè Cutis ab Anazarbeo *σίδιον Sidion* simpliciter enunciata fuit, sicuti exilior mollis, sed virtuosior tunica interior, intensotamen amarore prædita *κίκις Cicis*, seù *Cicus* (vndè cicures animantes) appellata remansit. Huius Arboris Flos, & præcipuè satiuæ. *Cytinus* dictus, ob citam scilicet floris, cum Fructus rudimento eruptionem, vt placuit Plinio, vel à voce *κύτος*, scilicet capax, sed

Diosc.l.1.c. 127.& 154
Varr.l.6.de L. L.
Plaut.in Rud. & in Trinum.

 syli-

Plin. l. 23. cap. 6. Id. l. 13. cap 19. Thyl. de coloribus. Theoph. l. 1 H. Pl. c. 5. & 8. & 9. 14. & 16. Id. ib. l. 3. c. 7. & l. 1. de causis pl. cap. 9. 10 & 15. Mizald. de secr. Hort. lib. 3.

syluestris Plantæ, iuxtà veterum omnium consensum Flos singulariter, ac proprijssimè βαλαύστιον fuit appellatus, à quo Balaustinus color deriuauit, licet hoc Balaustij nomen hodie Punicæ Orientalis flori pleno fuerit adiudicatum. Descriptionem porrò huiusmodi Arbor Punica exposcit; Hæc fruticosæ naturæ, non magna, hoc est crassa, sese tamen sublimis attollens deprehenditur, multosquè diramari videtur in caudices brachiatos, tenues, angulosos, spinosos, contortos, quibus, caudicibus etiam fissis, planta non emoritur; corticem habet albescentem, & asperum, materiem lignosam flauam, medullam carnosam; Folia gerit folijs oleæ breuiora, tenuiora, læuiora, virentioraquè; Radicibus innititur breuibus, summæ telluri adhærentibus, & non admodum numerosis; fertilissimà, & innocens triplici æstiuoFlore venustatur, rosaceo, nempè rutilo, & candido ad puniceum tendente, vndè *Punici* Fructus ipse nomen non iniuriâ sibi acquisiuit. Figura Flori oblonga, & calathiformis obtigit; Fructui orbicularis, coronataquè remansit, in quo plurimæ aliorum fructuum differentiales recognoscuntur conditiones, ita vt illæ cum Citro, Cotoneo, alijsquè inferius explicandis in varijs accidentibus communicare dijudicentur; Arcturi ad ortum germinat Arbor hæc, vndiquè stolones emittens, & in cacuminibus, & ad latera, facilè augescens, atque molliora germina multiplicans, viribus valens, alimentosæquè diues substantiæ, itaut quandoque etiam bifera euadat, nunquam tamen odorata, sed variè tantum sapida in fructu, in quo triplex in genere sapor persentitur *Dulcis*, *Acidus*, & *Mixtus*, quem Arabes dixere *Muzum*, quasi *medij saporis* in quibus, quo magis abundauit in sapore grato,

L. 13. c. 19.

& dulci, & in molis amplitudine Natura, plus etiam in colore defecit; & è contrà quibus bellissimum, & rubicundissimũ concessit colorem, ijs eadẽ saporis suauitatem, & magnitudinis tantundem denegauit. Genericas hasce differentias specificare magis volens Plinius ad nouenarium numerum dilatauit; quarum primam, & nobilissimam *Apyrinam* censuit, à quâ lignosus abest nucleus colore igneus, græcè *Pyrinos* πύρινος, de quibus Martialis

L. 13. epig. 41.

> *Non tibi de Libycis Tuberes, & Apyrina ramis,*
> *De Nomentanis sed damus Arboribus.*

Secundam in ordine *Dulcem* simpliciter numerauit; 3. *Acrem*; 4. *Mixtam*; 5. *Acidam*; 6. *Vinosam*; 7. *Samiam Ægyptiam*, 8. *Erythrocomam*, ideft *Purpuream*; 9. *Leucocomam* hoc est *Albam*; quæ omnia intelligenda esse respectiuè tantum, & non simpliciter crederem, ideft secundum alicuius qualitatis præpollentiam, à qua dependeat integra denominatio. Sed quidquid sit de harum denominationum subsistentia, illud extra omnem denominationis aleam debet haberi, vt nullum Ruboris in quacunque differentia Granati Pomi sequatur præiudicium, vndè Malum Punicum græcè ῥοιά, vel secundum Suidam ῥοιάς ἄνθος. Puniceo colori, sanguineoquè rutilo dedit originem, cui alludere visus est illo carmine Columella

De cultu Hort. l. 10.

> *Mox vbi sanguineis se floribus induit Arbor*
> *Punica, quæ rutilo mitescit tegmine grani.*

Et ità rubeus color παρὰ τῆς ῥοιᾶς a cortice Mali Punici fuit appellatus; vndè hanc ob causam Corymbi illi aurei, qui gratia ornatus stolis sacrorum Veteris Testamenti annectebantur, dicti fuere ῥοΐσκοι, sed à iure nomenclaturarum excludi non debent Pomi nostri vetustiores, & originariæ Patriæ, vt Granatæ Regnum, Creta, Carthago, Mons Thmolus, Olympus, Mysia, Pontus, Sida, vbi vel Pleniforæ sunt; vel Pumilæ, aut Elatæ, aliarumq; Peculiarium, & Indigenarum conditionum; Aliqua videmus, etiã & obseruamus Poma Granata, quæ detracto cortice valdè tenui liberè comeduntur vt Pyra, Malaquè, nam nucleo ferè carent, quem candidissimum habent, minimum, atq; tenerrimum, quos fructus *Cepharitias* Hispania vocat; Aliquæ etiam occurrent Nuclei magni, atq; lignosi, quem Σκληροπυρῆνα dicerent Græci. Sed hisce, tanquam inuentu operosissimis omissis, ad maiorem Arboris Punicæ, eiusquè differentiarum dignotionem peculiaria nonnulla sunt earum partium afferenda nomina; & 1. primum Arboris Germen ab aliquibus vocitatum fuisse *Richinum* inuenio, quasi primum Plantæ Naturalem motum, nam κινέω est moueo: Folium autem Plantæ ab Apuleio dictum fuit *Ampullaceum*; Flos autem *Ampullagium* ab Aureliano ab Ampullæ similitudine quadam nuncupatus, qui dum sterilis est absque ampullacea latioris fundi figura *Balaustion*, etiamsi roseum myriophyllon gestet Florem à caducitate appellatur.

Dodoneus Pempt. 6. l. 3. cap. 5. Valer. Cord. H. Pl. lib. 3. cap. 15. Amat. Lusitan. in Dio. H. Pl. Vnin. l. 1. c. 17. Humelberg. in comm. Apulei c. 4. de H. symphô.

Bala-

plurima nigricantia includuntur; alio nomine *Mangier blanco*, siue *Annona* p. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 25. Idem C. Bauhin. Guaiacanum sub Palmis squamoso fructu reponit, cordis scilicet effigie, viridi, & orbiculari croceo.

*** Baobab Prosperi Alpini.

Huius Plantæ Fructum exiccatum magnitudine, seu crassitudine pugni amplioris hinc inde turbinati habemus in Publico Musæo.

Lib. de Plãt. Ægyp. c. 17.



EXO-

E

EXOTICA.

Ionſton. de Arb.l.1.artic. 6.

ELyſios veluti ad Cāpos luſtrandos ab Exotica Pomorũ Punicorum,& Granatorum conſideratione inuitamur;Hæc quidem Poma vllo abſq; periculo deguſtabimus. *Duriorīferā 1.Plantam,ſeù Batan Mayalenſiũ,quæ alijsGuanabanus,Danarius, & Iaca maior, Fructum quadraginta poſt annos ferentem , & illum Humani capitis magnitudine quadripartitum intus, & in trifidas, ſeu etiam quadrifidas ſubdiuiſibilem partes,Aurantij figuram referentes,candidam ſubſtantiam oui gallinacei magnitudine continentem. ** 2. Guanabum , ſeu Guanabanum Ouiedi , infirmo Ligno , Folijs Mali Medicæ,Fructu Melonis magnitudine, Cortice tenui,viridi, ſquammoſo , Carne ſaporis delicatiſſimi, ad acidum vergente , quæ Cremoris lactis inſtar in ore diſſoluitur, vndè Goſſipium in aceto dicitur, per quam ſubſtantiam Semina magna cucurbitarum ſeminibus aliquanto maiora, & nigricantia ſparſa ſunt ; cuius Arboris multæ ſunt ſpecies.

F

3. Guaiabum Americanotum , ſeu Guaiauam , & Guyabo , Guaiauos , Guaiaba Arborem magnam Aurantię folio,Flore candido,Fructu Malis noſtris ſimili,primò viridi, dein aureo, Pulpa intus alba , & aliquando roſea,& in quatuor partes diuiſa,Seminibus meſpilaceis referta , nouæ Hiſpaniæ ſobolem valdè multiplicabilem , & variam, vbi illius generum, vel ſpecierum Fructus alij ſunt rotundi, alij oblongi,alij lutei, alij virides, alij pulpa rubra, alij candidà , triplici Guſtum ſapore blandiente , ad acidum , & mollem tendente. 4. Araticu Braſilienſium quatuor ſpecierum , Fructu turbinato, primò viridi , deinde flaueſcente , pulpa aurea nucleis refetta, ſaporis ſubdulcis, ſubacidi, & ſubacris, caſei fermentati, vel caſei putridi odorem fundente,quorum Fructuũ aliqua ſpecies ob ſummam frigiditatem inter venena reponitur. *** 5. Baobab Alpini fructum,magnitudine Mali Citti , cucurbitæ tamen ſimilem , cum ſeminibus intus nigris , duris , extremis in vnum quaſi ſemiarcum inclinantibus , & ſubſtantia cucurbitina, humida , rubra , acida non ingratè , quem Cluſius in exoticorum libro 2. cap. 1. de Abaui Honorij Belli , & de Baobab,&c. exactè deſcribit. 6. Araea-iba Braſilienſium maiorem , & minorem illum Fructum,mediocrē rotundũ , vmbilicatũ, in maturitate viridē, carne alba , ſimilem Guaiabæ ſupraſcriptæ obſeruare licet , hunc magnitudine pruni, vmbilico cinctum , qui per maturitatem flaueſcit , & in albeſcente carne multa parua grana gerit ſubdulcia, parum adſtringentia, Fragorum æmulum recognoſcemus. 7. Tapiām Braſilienſium in Quercus altitudinem aſſurgentem , medullam tamen in lignoſa bucca gerentem, folijs ab exiguis , & longis pediculis pendentibus figuram venabuli ferri ferentē , cuius Fructũ Mali mediocris magnitudinis,rotũdũ,flaueſcentē,pulpę albę, mollis , dulcis,cum nucleis duris oblongis , flauis conſpicabimur. 8. Pytahaia,quæ pingue ſolũ odit,Fructũ magnitudinis Mali Aurei ſapore dulci mixto, ſapido, adinſtar Mali Punici rubri vndequaque coloris, intuebimur. 9. Arbores Maragnanæ Inſulæ Pehey, & Agoutitreua , illam craſſiſſimi trunci , fronde Pruni , Fructu duorum pugnorum magnitudinis,Corticē intrà craſſum , & durum, tres , aut quatuor fructus luteos forma renis optimi odoris,& non ingrati ſaporis cum oſſe aculeato continente; hanc cortice viridiore cum acinis, granatorum adinſtar exilibus, dulcibus, & ori gratis rimabimur. 10. Guaban Fructum duos palmos longum , corticis cinerei , pulpæ candidæ , duriſſimis quibuſdam nucleis permiſtę,ſuauē ad refrigerationē in calidioribus Quitenſis præfecturæ Regionibus prouenientem , deguſtabimus. 11. Pomum *Sucu* Sinenſium mediocri ſuper Arbore,maius noſtratibus, rotundum , rubicundum,pulpa intus acinoſa, plerunq; rubeſcente , molli , & ſuauiſſimi ſaporis ad delicias tandem literarias indicabimus ; Sed hæc Naturæ incommoda , quoad nos ſaltem, induſtriâ mediante,corrigemus ; illas ideo Plantas, quas poterimus omni meliori modo colemus , eaſquè vel alibi natas , vel hic naſcituras dulciſſimo vitæ genere gaudentes temperatiſſimis,& proportionatis elementaribus alimentis proſequemur.

Pag. 27. de pl.Reg.

G


H

Ariſt. Polit. lib.3.

CVL-

Malum Punicum Marinum Zoophiton.

Ῥοιὰ Θαλασσία Ζωόφυτον. Aldr.
Quod quidem cum Fructu Arboreo æquiuocat.




Præter iam dicta æquiuoca nomina naturalium rerum, alia considerantur ciuilia locis varijs imposita; cunctis quidem patet *Granatam* vocari prænobile Regnum Bæticum, cuius Metropolis est *Granatum* Vrbs præstantissima Catholico Regi parens; quin & eiusdem Regni Gloriosum stemma componit Punicum Malum Cóccineum, cum ramo, & frondibus in Argenteâ scuti planitie virentibus. In eodem Regno, & ipsius de nomine cognominatam non nescimus Familiam *Granatam*, cuius germina in Italiam nostram, pluresq; Ciuitates transmissa fructus honoris vberrimos protuletunt per Gentilitia illius Gentis Punica quinque Mala coloris Aurei, decussatim distributa cœruleũ intrà Vmbonis æquor denotatos, & hæc in mentem reuocant alia coloris eiusdem Punica Mala tria, quæ Grana rubella in Parma cœrulea ostentando, multiplices Bonneauiorum in Gallia, quorum sunt Insignia, Virtutes Hierogliphycè ostendunt; sunt etiam Vici, Villæquè Ciuitatum variarum, quibus ab his fructibus nomen iamdudum fluxit, D & signanter in Comitatu Bononiensi locis in montanis quædam Agri pars appellata est *Granaglione*; & alia in planis vocata *Granarolo*. In sextâ tandem vetustæ Romæ Regione, quæ Regio Alta Semita nuncupabatur Vicus aderat quidam dictus *Malum Punicum*, insignis effectus ob Domitiani Cæsaris Imperatoris natiuitatem ibidem secutam, ex qua fuit nobilitatus; essent instrumenta quædam bellica, necnon alia viliora œconomica, quæ Granatæ donata nomine nostrum Granatum Pomum pro suo Denominante recognoscere vellent, sed illis, nisi in Phrenoschemate Menzaniorum Bononiensium veniant, his verò nisi in Emblemate cuiusdam Principis magni, qui dum se Arbitrum Magnæ Prouinciæ ostentare vellet, puerum honorarium pingi iussit, qui Matronæ Regali vestes verreret, & perpurgaret, concedatur locus in hoc tractatu pacifico, atque haud ignobili; Ad Exoticas Granatorum Plantas inspiciendas Peregrinatio modò instituenda est.

Bauh. in Pinac. l. 10. sect. 5.
Ex 7. vol. Rerũ Publ. in 32. impr. Lugd. Bat. 1629.
P. Petrasã. in l de Tess. Gentil. pag. 513 & 514
Onuphr. Panuin comm. R.P. Rom. P.
Matth. Rader in Mar. Epigr. l. 1. ep. 95.

Apud Cluſium in Exoticis lib.7. in Hiſtoria Garziæ ab Horto lib.2. cap.11. ab eo latinitate donata, de DORIONE, habetur inter celeberrimos Indiæ fructus recenſeri hunc melopeponis magnitudine vireſcentem extrinſecus, at viſcera concamerata referta ſeminibus exigui oui gallinacei figurâ, & mole habentem, continentibus albam ſubſtantiam, quam Hiſpani *Nata*, Galli *Créme*, Itali *Capo di latte* dicerent.

* Guanabani Fructus Aldr.



Guanabani Fructum aliter depingit Hiſtoria Generalis Plantarum Lugd. in parte altera, ſcilicet Tomo 2. lib. 18. cap. 64. nam fructus Pineæ Nuci ſimilis affertur cum pediculo ſatis craſſo, corticeq; coloris viridis, ſplendore Cydonij, & digitali Craſſitudine, carneque intus candida, dulcedine lactis coacti, ſeminibuſquè faſeolatis.

Gua-

**

Guanabanus Aldrouandi
à Magno Duce Florentiæ eidem missus.



Guanabanum dicit Hist. Gener. Plantarum. Arborem proceram esse, folio ferè Mali Citriæ virente, fructu pulcherrimo, mediocris melonis magnitudinis, qui tamen interdum in capitis pueri crassitudinem excrescat. Cortex fructui viridis, & qui quibusdam squammis distinctus videatur, vt Strobilus, leuioribus tamen, &c.

Histor. omn. stirp. parte altera l. 18. cap. 64.

Frigidus est hic fructus, & per æstus vtilis.

Guana-

Guanabani Planta Minor.



Diuersa à Scaligeri Guanabano, & ab Alpini Baobab, itemquè à Guanabano Ouiedi differens, quam sub genere Pomi Granati secundum Ionstonum reponendam esse censemus vnà cum alijs recensitis ab eodem Ionstono, nimirum *Durioniferam*, seu *Batan* Malayensium; *Guaiabo* Americanorum; *Araticu*, & *Aracaiba*, ac *Tapia* tres Arborum Brasiliensium species; *Pythatabam* Nierembergij; duas Arbores *Maraguana* Insulæ; fructum Quitensem *Guabam*, Pomum *Sufu* Sinensium: Clariss. Casp. Bauhinus in sua Pinace lib. 11. sect. 6. pag. 439. Pyro similem facit 19. loco, Pulpa Butyri modo, cui grana plu-

Balauſtium.

Propriè eſt Flos ſylueſtris Punicæ, qui decidit ſponte, quoniam inter pediculum, & Floris folia non habet caput, ex quo fructus fiat, & ſunt abortiui flores à Græco βάλλομαι *deijcior, proſternor humi*. Iuxtà Hom. l. 8. Iliad.



A

CVLTVRA.

Sapientia gubernat Agros. Ciuitates, & Naues. Α'γρὸς, καὶ πόλιας σοφία, καὶ νῆα κυβερνᾷ. Primam ideò Punicorum Malorum Sationem, quæ Pelasgis Populis tribuitur Sapientiæ nobile opus fuisse dicendum est. *Phocylides. Khuen l. 1. Zod. Med.*

- - Icario Cynaraa in littore Cypri
Punica Mala ferunt primum seuisse Pelasgos.

Discurrat hinc Sapiens, auulsione Punicam Malum propagari melius, quàm per Seminis Sationem. Quod præceptum cum omnibus Geoponicis Botanicorum Princeps confirmauit Theophrastus, nam *L. 2. Hist. Pl. cap. 1.*

—— Redit ad Autores genus, *Seneca in*
Stirpemquè primam degener sanguis refert. *Hippolyto*

B Et tanquam verissimum axioma est habendum. Id quod euellitur, dum radicis aliquid, aut stipitis habet terræ mandatum, illud facilem non solùm radicationem inueniet, sed feliciter degenerabit in melius; & eò magis apparet hæc degeneratio, quia Plantæ huiusce natura à cultu solo magnas subit alterationes, & mutationes, & præcipuè in Ægypto, Ciliciâquè; nam in Ægypto ex semine acidæ erumpit dulcis, aut vinolenta saltem, & Ciliciæ circà Salos, iuxtà Amnem Pinarum, vbi contra Darium dimicatum est, omnes Punicæ Plantæ, quamuis nucleo satæ, sine nucleo surgunt, & quamuis mutationes huiusmodi pro ostento ab Aruspicibus fuerint existimatæ, attamen intrà ordinem naturæ contineri censendæ sunt; nam quemadmodum stirpes hæ, quæ rigatum, & purgationem quammaximè desiderant, si negligantur, in syluestrem omnium facillimè transeunt naturam, sic è contrà excultæ optimè cicurantur; frigidam non sustinêt regionem, calidam appetit, & in eâ cretosum solum, quamuis in minus calidâ patiatur rarius, vbi pinguis est terra, in calidis locis hæc Arbor plãtari exquirit Autumno; in tẽperatis verò Veris tempore mauult transponi; circumfodi peroptat & Autumnali tempore, & Verno, & ita debet adaptari, vt quælibet Planta fructuositatem nimiam deponat, *Falcon. in Villa. L. 2. H. Pl. c. 3. & 4. & l. de cau. Pl. l. 1. c. 9. Ruell. de. n. st. l. 1. c. 122 Theoph l. 2. H. pl. c. 7. Crescet. l. 5 agric. c. 13. Mizald. de secr. hort.*

C cui propterea relinquendi sunt tres tantum caudices lętamine fouendi, vt poma euadant maiora, dulciora, & gigartos minores progignant. Inseritur porrò Punicæ Planta ex Florentino Græco Geoponico ap. Constantinum diuerso modo, ac reliquæ Arbores; eligitur enim fructuosus truncus, qui in terram quoad possibile sit depangitur, & in ipsum in summo scilicet obtrũcationis, per infoliationem sub cortice inseritur surculus annicu-lus ex stolonibus ad radices nascentibus, vel alijs tenerioribus super truncum natis post ipsam germinationem; muniturquè deiu vinculis, & in terram curuatus ramus insertus sepelitur modo quo fiunt propagines, non attingendo tamen partem insitam, sed inferiorem; quæ insita propago amurcâ perfundenda est; aliâ quoque insitione Punicâ potest excoli, quæ est ramorum connexio, vt medulla vtriusque rami diuisa iungatur, & in vnam veluti cogatur. Punicam scribit Ruellius varijs Arborum adulterijs gaudere, vt Salicis, Lauri, Fraxini, damascenæ Pruni, & Amygdalæ, quibus omnibus misceri lætatur; Citriam quoque Malum in Punicæ trunco fixam ali Didymus in Georgicis scriptum reliquit, item in Myrto, imò etiam in Moro, vt vult Falconius; Tempus insitionis Punicæ proprium Herrera adnotauit circa Idus Martij, ad Kalendas vsque Apri- *l. 3. c. 14. Pallad. in mart. t. 10. Afric. elem. Pad. Agr l. 2. c. 42. L. 10. c. 37. Celidonius m. s. Agric. p. 1. c. 10. L. 1. de nat. st. c. 19. nũ. 26. Confl. l. 10. Agr. c. 76.*

D lis, præcipuè si fiat ad scutulum, quo tempore sudare debet Arbor; Palladius tamen maximæ authoritatis scriptor Punicam Arborem asseueranter testatur non esse nisi in seipsam inserendam hoc eleganti tetrasticho *L. 14. de insit.*

Punica non alios vnquam dignata sapores
Mala, nec externis associata comis.
Ipsa suas augent mutato semine gemmas;
Et sibi cognato picta rubore placent.

Et certè fides non mediocris Palladio est astruenda, quoniam carnosa Punicæ medulla aliarum Arborum duriori non potest aptari, & iungi perfectè materiei; & si Myrti coniugio lætatur, id fortè poterit euenire, ob temperamentum qualitatum elementarium symbolicè se habens. Meridianâ tandem luce clarius apparet Punicam Arborem solo Meridiani Solis aspectu gaudere, & perfici, vndè Orientis formidando rores, quos odit, æquè ac pruinas. *Ruell. l. 1. de nat. stir. c. 122. Claudian. 2 de raptu Proserp.*

Dum

Dum matutinis præſudat ſolibus aer. E

Sic quoque poteſt alias Arbores, quæ illi proximitate quadam ſuos iunxerint halitus, propriæ diuturnitati, atque copioſiori fructificationi parum proficuas experiri.

MORBI, REMEDIA.

Abortire ſæpè ſolet Arbor Punica, dum fructus antè maturitatem ab illa de facili decidunt; id cum à duplici poſſit prouenire cauſa, primò vel ex motibus vehementibus propter ventos validiſſimos Arborem excutientes, & veluti quaſſantes, vel ex defectu alimenti ob debilitatem concoctricis, & diſtributricis facultatis. Vtriq; Malo occurrere ſatagat villicus, & primò Plantam bene adminiculatã reddat, atq; Stercus Suillum bene digeſtum cum vrina mixtum Aſinina radicibus pro medicamine valdè corroboratiuo, & inſtauratiuo admoueat. Studebit inſuper morbum Formicarum tollere, Inſecta hæc occidendo, & veluti reſecando ab Arbore ipſa, cui putredinosè innaſcuntur, vel quam petunt hoſtiliter aliundè profectæ, vbi horum perniciem infructuum infauſtè fuere ſubortæ: cauendum eſt prætereà, vt Punicæ Arboris rami ſuperflui præcidantur, & illi præcipuè, qui pluuiarum, aut roris guttas ſuper flores, & fructus complucre ſinant, quos nimiâ humectatione labefactare conſueuerunt, & ideò permittenda non eſt ramis omnibus libera nimis excurſio, & ſurſum eleuatio, quorũ aliqui ad latera deflectere parum cogendi ſunt; Algam item radicibus iungere in finem eundem Geoponici, aliaquè præſeruationis iatricæ remedia parare, quæ amuletica quadam vì vitia multa auertunt, iubentur, quemadmodum eſt circumdare radices aliquas annulo plumbeo, aliaſquè ſerpentis corio ambire, & bis in menſe plantam medicato liquore irrigare; ſed pro tutiori florum naſcendorum, & fructuum diſpoſitione, horum non ſit erectus verſus cælum ſitus, ſed potius ad terram inclinatio, quæ ponderoſarum rerum naturæ magis congruit, Talearum igitur terræ infigendarum rami inuerſo modo ſunt plantandi, vt cacumina radices agant, & fructuoſus humor vbicunque reperiatur in Arbore adulta prõpendeat, & ad terram inclinetur: Contrà nimiam fructuum acredinem, atq; ruſticitatem incommoda mille, immò & damna ſecum ferentem, vndè quoad fructus ante maturitatem inuidioſè diſcinduntur, Lapidibus, clauis, contorſionibus, violentiſquè remedijs procedendum eſt; Idquè clariſſimè edocuit Columella, qui rei ruſticæ columen dici potuit. Sub his verbis *Mala Punica nè rumpantur in Arbore, remedio ſunt lapides tres, ſi cum ſeres Arborem ad radicem ipſam collocaueris. At ſi iam Arborem ſatam habueris, ſcyllam ſecundum radices Arboris ſerito: alio modo cum iam matura mala fuerint antequam rumpantur peciolos, quibus pendent intorqueto: eo modo ſeruabũtur etiam anno toto.* Prætereà cũ ſeneſcat Arbor hæc citò, dum citò quoque creſcit, vt retardetur ætas decreſcens, atque vermiculatio, cui obnoxia eſt eamaximè, quæ fructu prædita eſt dulci, præſto debent eſſe tempeſtiuæ, atque proportionatæ radicum ablaqueationes, & immiſſiones in iſdem clauorũ ex teda, necnon infuſiones vrinæ iumentorum digeſtæ, atque fœcis pellium ad eaſdem accumulationes, & tandem illinitiones ſummitatum Arboris cum Laſere cyrenaico in vino diſſoluto. Amplius verò, vt Punicæ Arbores multiplicibus ornentur, & onerentur fructibus, & ita earundem prouiſum ſit pauperiei, debet accuratus Hortorum cultor, & cuſtos Tithymali, & Portulacæ ſucco æqualiter mixtis truncum Arboris, antequam germinet, illinire, & ità eadem Arbor mirè fœcundabitur; à qua ſterilitas omnis auferetur, ſi cinis, & lixiuium circà truncum illius craſſius infundatur; quod ſi candidæ fœturæ deſiderentur acini, Argilla, & creta cum quarta parte Gypſi toto triennio miſceri terræ circa radices debere præcipiunt aliqui Geoponici; ſed quarè id fiat non eſt facile determinare, licet aliqui cauſam hanc imaginentur, quià intercipiatur quodammodo ab hac maximè decolore terrâ qualitas illa, vel virtus coloris in alimentis radices plantæ peruadens, antequam eo introducatur, quo ſtante, cum rubra, vel obſcura terra creabuntur Mala Punica intenſi coloris, vt dum glandium cinere radices bene cooperiuntur, nam infectoriã quandam virtutem, hoc eſt coloratricem telluri alimentoſæ communicare valebit ſupradictus cinis; non abſimili fortè ratione emedullatus ſurculus plantatus ſi coaleſcet in Arborem, fructus cum Acinis enucleatis feret, quià virtus oſſifica, quæ ab ipſa medulla prodit videtur cum ſubiecto propriæ inhæſionis ablata; Hinc autem ad ficta Symbolica fiat acceſſio. F G H

Theoph. l. 2 H. Pl. c. 9. Gal. comm. l. 7. Aphor. 27. idem Comm. l. 5. n. 56. & cõ. lib. 2. in 3. epid. cap. 8. Colum. de Arb. c. 23. Falcon. in Villa. Mizald. de ſecr. Hort. l. 3. c. 14. Colum. de Arb. c. 23. Theoph. l. 4 H. Pl. c. 14. & 17. & l. 5. de cau. pl. c. 11 Conſt. l. 10. c. 35. Pallad. in Mart. t. 10. Ruel. de na. ſt. l. 1. c. 122 Ruell. l. eod. ex Diophã. Mizal. ſecr. Hortor. l. 3. c. 14. Conſtant. l. 10. c. 31. ex Africano

SYM-

A

SYMPATHIA, ANTIPATHIA.

Sapienter equidem agit ille, qui vitæ tutamina quærit, seq; ijs prouidè munit, quocunq; modo. *Sed nil dulcius est, benè quàm munita tenere Edita doctrinâ sapientum templa serena.* Egregiè admodum canebat Lucretius; hinc non modicè commendandos eos esse reor, qui propriam Domum Punicæ Arboris Plantis doctè, ac fortunatè muniunt, illiusq; muros circumuallant; nam Virtus in istis emicat ingens serpentes fugandi, extirpandiq; venena. Vnico in manibus gestato Punicæ Arboris Termite tradunt Scriptores venenatas quascunq; bestias posse exterminari. Oculatissimi propterea Geoponici maxima cum ratione docent quod *Stibadia*, idest Rusticani lecti viminei, *Attegiaq;* hoc est mapalia ramis Mali Punici ab omnibus venenosis suspicionibus reddantur immunes. Quod si vmbra viuens mollis earundem Punicarum tanta pollet Alexipharmaca B facultate, quid erit de solidiore substantia? Hinc fumus ardens corticum huiusce Arboris, atq; ligni viribus noxias fugandi bestias non erit destitutus. Iam experientia constat corticis Punicæ fumum culices abigere, cum quorum genere magnam inimicitiam exercet. Comprobarunt itidem practicantes Medici lippirudinem longè amandari in his, qui Punica Mala comedunt libenter; nec immeritò memoriæ tradiderunt grauissimi Auctores nulla oculorum lippitudine tentatum in eo anno illum, qui tres fructus, vel cytinos Punicæ Arboris, etiam minimos, antè deuorauerit. Odisse insuper, & auersari multa alia mala nouit Punica, & præcipuè venena serpentum, & leporis marini; vti totidem prosequi eadem, & amplecti consueuit bona. Imò ad meliorum Virtutum incrementum perficere solet stirpes nonnullas nobiles, & odoras, quemadmodum est Myrtus, cuius proximitate valdè lætatur. Radices etenim illius radicum propriarum reptatu venatur, & in illas oscula figere videtur. Addatur inter notabiliores prærogatiuas Arboris Punicæ recenseri posse sympathicam plurium vegetàtum amicitiam, vt Tithymali, & Portulacæ, quarum herbarum succo lita hæc Arbor fœcundissima euadit, C & ficuti est Cucurbita, & Rapa, Nerijq; flores amuleti loco eidem suspensi illam ab auibus impetentibus defendunt; imò & Olea ipsa Punicam inuitat, & allicit in sui consortium, quo se inuicem ambæ fœcundantur. Scilla item bulbus propè Punicam, vt ei conferat bonitatem auet, procul autem abesse desiderant ab eadem, ne possint nocere, Citriolum, Saluia, Morus. Numerorum tandem Philosophia nobilissimum posset in Pomo Granato speculandi reperire Theatrum, in quo multa dilucidarentur Arcana pulcherrima, & cognitu valdè vtilia, nam cum vnaquæq; Arbor Punica se ad aliquem determinet granorum, licet numerosissimum numerum, ab eo nunquam discedit, eumque adamussim obseruat in omnibus singularibus Pomis, tam magnis, quam paruis, & minimis, ex quo trecēta verbi gratia grana aliquid in illis subesse diuinæ causalitatis, mysterijq; non parum in eo celari significant, *Tercentum tonat ore Deos*, hoc est Ioues; & numerus v. g. LX. Tricenarius sexagenarius plenus, & totus numerus ex senarij in denarium ductu, & multiplicatione, vel alius numerus varias importat significationes, & ciuilia accidentia detegere posset. Quàm benè parallelizant, quam bellè numeri cum malis ipsis Granatis, vt Doctissimus Quinquecclesiensis Episcopus Ianus Pannonius D suis id attestatus est Carminibus!

Quam numeri oblectant mentem, tam Poma palatum,
Ista sapore placent, illa lepore iuuant.
Mala aurum superant, & vincunt carmina Gemmas:
Aurum da, & gemmas: deteriora dabis.

Hinc apparere potest, quam Misarhithmos fuerit Vladislaus Iagello Polonorū Rex, qui à malis quibuscunque, tanquam à maximo malo semper abhorruit, itaut, scribente Cromero, ne odorem quidem eorū ferret; haud tam seuerè oderat hosce fructus à numerorum specie non tam auersus Constantius Imperator, qui Pomum quidem nunquam gustauit, sed illorū odore saltem delectabatur; At horum Historici casus cum Historicas nos vocent ad considerationes, ideò rubrica de Historicis Mali Punici locum hic conuenientissimum nacta est.

De nat. rer. lib. 2.
Symphor. Hort. l. 21. c. 16.
Sid. lib. 1. epist. 11.
Plin. lib. 23. c. 6.
Gualter. Ryff. in Dioscl. l. 1. c. 127
Constantin. de re rust. li. 10 c. 36.
Nicāder in Alexiphar.
Carol. Steph. Agric. li. 2. p. 448.
Bellonius in Obser.
Ruel. de nat. st. l. 1. c. 122
Herrera l. 3. Agric. c. 26.
Carol. Steph. Agric. lib. 2. c. 148.
Bongus. de myst. numer. signif.
Virgil. Aen. l. 4.
In Epigrā. eius Carm. p. 2.
Lib. 20. Ammianus Marcel. l. 21 Hist.
Castig. à Petro Castello Bonon.

HISTORICA.

POpulorum, & Regum concordiam, supremamuè auctoritatem, atque fortunas Historicè quoque commonstrarunt varijs temporibus Punica Mala, quæ per sesqui sæculum Afros Europææ Gloriæ nimium inuidos, hoc est Carthaginenses Romani nominis hostes viderunt florentissimè; sed solam denominationis punicæ memoriam ab Anno Vrbis conditæ 602. retinere, quo Italiæ Hortos amœniores reddere cœperunt illis deinceps est permissum. Iuxtà Solos Ciliciæ Vrbem ad Amnem Pinarum, vbi Alexander cum Dario pugnauit, Mala Punica sine ossibus tunc temporis nasci suis tradidit mirabilibus Apollonius in historijs, quorum Punicorum grana cum in omne æuum vinum referre, idem est testatus solutum necessario calorificum, quale Homerus ἄθεπτα οἶνον vocabat, sic quoque feruentissima Bellicæ virtutis semina ibi iacta fuisse manifestissimum est; vndè illud practicam veritatem nanciscitur

num. 142.

Lib. 1. Var. Hist. c. 32.

Iuuenal. 13

----- dicimus autem

Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum, vita didicere magistra. Vt aliud quoq;

Seneca in Agamem.

Qui vultus Acherontis atri, - Qui Styga tristem non tristis videt,
Audetque vitæ ponere finem. - Par ille Regi, par superis erit.

Alia quoq; id confirmant Historica exempla Darius Xersis Pater cum ingens Malum Punicum gestaret interrogatus à quodam, cuiusnam rei numerum granis illis in fructu contentis æqualem magis desideraret respondisse ferunt tot Zopyros mallem, idest viros amicissimos, qui amici solum commoda, & vtilitatem, inestimabili quoque vitæ propriæ prætio coemptam quærunt; quem sensum repetens apud Lucianum Iupiter tragædus sic Mercurium alloquebatur; *atq; ò Mercuri, Darij illud, quod de Zopyro dixisse memoriæ proditum est, nimium pulchrè se habet; quare ego quoque vnam talem peroptarem à me stare auxiliarem socium potius quàm infinitos Babylonas mihi superesse*. De Dario quoque aliud scriptum reperitur, quod esurus Mala Punica statim ac primum aperuit Malum à fratre Artabano sciscitatus nunquid totidem desideraret sibi subditos homines quot acinos illa continerent Poma, cui respondit se malle tot sibi Megabyzos, idest Duces strenuissimos, quam Græciam subditam totam. Ferunt quoque Milonem Crotoniatem inter ea, quæ fortitudinis edidit facinora gloriosa Malum Punicum ità continuisse manu, vt nec conantibus eripere permiserit, nec Pomum sic violenter retentum interpræmendum collideret. Athenæus refert ex Agatharcide, cum inter Bœotios, & Athenienses orta esset lis Epaminondas in ea controuersia Patriæ causã defendens Thebarum scilicet, hoc est Bœotiorum prolato Pomo Punico Athenienses rogauit, quo nomine id Pomum vocarent illi ῥόαν dixere, nos verò, inquit, σίδην, atque ità causam obtinuit. Pro Politica igitur rectè constituta Malus semper stetit punica, quâ significabatur; quod Ciuitas continet ciues, & regit secundum diuersitatem graduum, vt Malum Punicum sua grana: cum dicto, aut Reges sapiant, aut regnant Sapientes; sed quod magis est per ipsius Punici Mali Virgam inflexam Superum venerationem à populis habẽdis præcipitur, edocetur; Inarculum, Festo auctore, erat virgula ex Malo Punicâ incuruata, quam Regina sacrificans in capite gestabat: de quo sic Plutarchus: Iunio Bruto, & M. Valerio consulibus post exactos Reges, Rex sacrificulus institutus fuit, vt per eum solum quædam sacra fierent. Huius autem Vxor Regina sacrorum appellabatur, quæ quoties sacra faceret, ex Malo Punica Virgam, quam Inarculum vocabant, loco Infulæ deferebat; Hæcquè Virgula in flaminibus vocabatur stroppus (vndè vulgò virga flexilis vocatur *Stroppa*, ex quâ inarcula ipsa, idest coronæ strophia dici cœperunt) inarculum autem idem Gellius surculum appellauit de Flaminica loquens. *Et quod Vitrea surculum de Arbore felici habet*. At quanquam pretiosa hæc Mala bona vitæ sustentacula non rarò fuerint, tum cibarios, cum medicinales in vsus expetita; mortis nihilominus instrumenta nonnunquam, & curæ ferales effecta sunt. Aliquot enim ex hisce malis Alex. Magno dono missa, Cliti eiusdem amici cædis occasionem præstiterunt. Eorum siquidem speciem, & elegantiam Rex admiratus, Clitum acciuit, eadem ipsi ostensurus, & in donum quoque nonnulla daturus, Astitit Clitus, & cum cœnanti Principi, Pra-

Herodot. l. 3

In Dial. Iup. trag. Vinc. Obs. Interprete.

Scalig. in Varronem.

Stroppa vox lingua Bononien. & Galliæ Cisalp. erudita in l. infer. Vocabolista Bol. pag. 236.

Symphor. Hort. l. 3. c. 6. Pier. Val. l. 54. Hierogl. Gellius l. 10. c. 15. Plutarch. in Alexãd.

A Pranychi cuiusdam versus in Macedonum ignominiam decantari audisset, Regem, qui iam vino grauabatur, liberius eam ob rem reprehendit. Alexander itaque irâ, mœroreque commotus, ex appositis Malis vnum conijciens, Clitum percussit, ipsumquè hastâ, satelliti ablatâ transfixit. Et ideò licet inrerfectus ità loquens introducitur à Petro Francisco Modesto Saludeciense magni Venetiados Poematis Auctore.

In Volum. var. Poem. ad finem.

Te mea, Alexander, seruauit dextera in Armis,
Sed tua me in Vino perdit: habe hinc titulos.
At vides ista Deus: seruaui, vt perderer ipse,
Vince Orbem, atque Orbes: per me agis ista tamen.
Magnus apud superos, me enecto, sis: apud orcum
Te mea seruato Gloria maior erit.

Ita & Paulino Viro cuidam Doctissimo, qui ob singularem eruditionem familiaris erat Eudoxiæ Augustæ Poetriæ Theodosij Iunioris Vxori, mortem huiusmodi Mala maturarunt. Cum enim vnum ex istis inusitatæ magnitudinis Theodosio dono datum foret, ipse illo, vt perraro munere, vxorem donauit, quod ipsa Paulino tradidit. Ille B rei ignarus, pomum, vt singulare, obtulit Imperatori; quo is agnito, & occultato, ab Vxore petijt, vbi malum ipsi missum esset. Quæ, verita ne Maritus id suspicaretur, quod iam suspicabatur, pomum comedisse respondit. Theodosio verò iterum instante quidnam ipsa de pomo fecisset, manducatum iureiurando affirmauit. Iratus Imperator pomum afferri iussit. Illâ itaque in manifesto mendacio deprehensâ, Paulinus insons occisus est; Ita verè malum optimi mali munus expertus. Hæc refert Zonaras Græcè apud me probè manuscriptus. Quæ licet Legatus noster in suo Poetriarum Musæo, vbi de Eudoxiâ verba facit, sub silentio pertransierit, non abinde inferre est, aut Legati defectum, qui historiam, quæ ad rem non fecerat, prætermisit, aut doctissimæ, castissimæquè fœminæ dedecus, quæ ob impensum, quo in literas ferebatur amorem, impensè quoque literatos diligebat, &, vt refert idem Legatus, castissimè viuens, non sine magnâ sanctitatis opinione decessit. A quo pariter in hæc de suis scriptis loquens introducitur.

Laur. Leg. in Musæo Poetriarum

Hebræi Græcè per me cecinere Prophetæ,
C *Ac Euangelicum panxit Homerus Opus.*
Hoc superest, non illa; sacrum de Vate profano
Plus facere est, Vates quàm cecinisse sacros.

Nimirum præter metricam Octateuchi paraphrasim, ea, quæ nunc extant *ὁμηρόκεντρα* in aliquot Veteris, & Noui Testamenti historias summâ elegantiâ contexuit; vndè apud eundem Legatum de se ipsâ denuò inquit:

Enthee tu Daniel per me canis ore Pelasgo,
Historias per me texis, Homere, sacras.
Cui modo non Vates, cui non Eudoxia dicar,
Quæ consors vestræ sic quoque laudis ero?

Longè mitius ob Malum Punicum inusitatæ magnitudinis dono datum Artaxerxi Regi actum est cum Omise donatore. Nam præter quàm quòd illud Rex summè gratum habuit, & regiâ liberalitate donum compensauit, illud pariter in laudem Omisis addidit; Nam, vt est apud Plutarchum in vitâ istius Regis *Per solem*, ait, *& Vrbem quoque Vir iste, si ei concredita sit, ex pusilla citò reddet amplam.* Gratissimum certè, quoniam vti-D lissimum sensibus omnibus, cum sit Pomum Granatum, ità illius Epitheta non pauca gratiosè exurgent.

EPITHETA.

Punicam Latini hanc Malum vocari tradiderunt, quasi *Pœnicam*, à Pœno, qui à Phœnicia detractâ aspiratione deducitur, in quâ ora olim Carthago totius Africæ vrbs celeberrima sita erat, cuius ager maximâ, & insigni harum Arborum copia, vt docemur ex Plinio, decorabatur. Hinc antonomasticum *Punica Planta* nomen traxit apud Ioannem Baptistam Marinum ipsius Fructus elegantissimè describentem his metris.

Li. 13. c. 29

Scopre IL PVNICO STELO il bel tesoro
De gl' AVREI POMI di rossor dipinti;
Apre vn dolce sorriso i grani loro
Ne' caui alberghi in ordine distinti;
Onde fà scintillar dal guscio d'oro
Molli Rubini, e teneri Giacinti
E quasi in picciol Iride comisti
Sardonici, Balassi, & Ametisti

In Hist. Pl. Theophrast. lib. 2. c. 6. Maluerunt tamen alij, referente Bodæo, Punicam non à Pœnis, sed à colore Puniceo, quo Fructus, & Flos prædíti sunt, subdentes interdiù Pomum, non Punicum, quod est à Pœno, sed *Puniceum*, quod est à colore nuncupari, vt penes Ouidium

Metamor. lib. 5. *Puniceum curua decerpserat Arbore Pomum,*

Et illud ex Græco Nicandri.

Puniceique nouos, Granati collige Fructus.

Quorum, quàm debilis fuerit doctrina, hinc poterunt Lectores colligere, quod non obseruarunt puniceum colorem à Græcis φοινίκεον appellari, voce proculdubio, vt hoc verbo cognosci potest, à Phœniciâ deducta; vndè patet illius Malum, non à colore Punicum dici, sed & Malum, & colorem Puniceum à Phœniciâ deriuari. Ex nonnullis verò, & peculiaribus sui ipsius proprietatibus, varia sortita est cognomina hæc Arbor: dicitur enim à Græcis μυρτοφιλὴς, & Latinis *Myrtiphila*, nempè *Myrtum amans*, cum iam à nobis enucleatum fuerit tantam inter Malum Granatam, & Myrtum cadere sympathiam, vt simul complantatæ radices inuicem iungant, & fœcundiores euadant. *Vmbrarum* posteà *amatricis*, seù φιλοσκιάδος, hanc Arborem Epitheton non dedecebit, quippè quæ longè numerosiorem Malorum copiam ad vsque maturitatem producat in Vmbroso sata, quàm in Aprico. Hæc quoque, cum vim habeat in fugam conuertendi serpentes *Serpentifuga* non immeritò cognominabitur. *Grata* pariter *Veneri*, & *Palladi*, necnon *Cypria*, & *Palladia* optimè appellabitur, quià fertur apud Græcos primum in Cypro Punicam Malum à Venere satam fuisse, & exinde illam in honorem Palladis plantari Apollonius Tyanæus monumentis mandauit. Apud Empedoclem verò ὀψίγονος hæc Planta nuncupatur, quod serius cæteris Arboribus, suos Fructus progignat. Quià verò Fructus semper præcedvntur à floribus, tanquam ab exordijs, non ideò erit inordinatum Floribus prius, quàm Fructibus sua Epitheta assignare. A partibus igitur incipientes inuolucrum illud, quo dehiscente, flos in sua folia se pandit, quod Botanici calycem appellant, dicitur à Græcis ὀλόσχοις ab ὅλος, & ἴσχω, eo, quia rotum, vel omnia, id est præcipuum tenet florem scilicet, & fructum. Hos calyces Nicander à ceruicali formâ ὀλόσχοις αὐχενίοις nominar. Idem in Theriacis vocauit Calyces huiusmodi clausos, & dilapsis germina hyacinthina adhuc conniuentia. Ecce illius carmina latinè redacta

In Ther. *Punica item sumas hyacinthina germina Mali,*
Conniuentia adhuc, clausasque fouentia gemmas,
Donec quondam albo, nunc vndique flore rubescant

Ipse verò flos Punicæ satiuæ Græcè κύτινος Latinis, *Cytinus*, ex Aurel. *Ampullagium* dicitur ab ampullæ quadam similitudine; syluestris verò punicæ flores *Balaustia* nominantur, quæ poterunt appellari *medica pharmaceutica*, & tingendis vestibus apta, cum multum vtilitatis in compositione medicamentorum ex illis pharmacopæi deducere asseuerent; Eadem aliquando vocantur *Candida*, modò *Rutila*, & nonnunquam *Rosea*, iuxtà varias illorum species prædictis coloribus, vt inquit Dioscorides, præditas, qui coloratam diutius ostentantes Pompam picturati merentur appellari; vndè Geruasius

Geru. Sep. Salmureus egl. 2. Sepinus canebat

Tum picturati seruantur in Arbore Flores

Lib. 5. c. 24. Cum autem Flores præcipuè, qui Balaustia, sunt absque fructu decidant *Decidui* cognomine poterunt insigniri. Vlterius *Coccinei*, ac *Purpurei*, & *rosam æmulantes* hi Flores dicentur, cum id pateat ex illorum colore. His adijciamus & appositum *Sanguinei*, quandoquidem Columella cecinerit

In Hortulo *Mox vbi sanguineis se floribus induit Arbor Punica,*

Idem appellauit Balaustium *sterile*, nec ineleganter, cum iste flos in Malo Punicâ syluestri nullo succedente Fructu pereat. Sic ille.

Carpite, narcissique comas, sterilisque balausti.

His

A His patefactis, facilis erit deſcenſus ad explicanda adiecta, quæ peculiariter competunt Fructui. Græcis dicitur *σίδη*, & *ῥοία*, ſiue *ῥοά*, quemadmodum etiam Arbor vocatur, credam firmiter a *ῥέω*, ideſt fluo ſic vocitari, eo quia omnes ſiſtat fluxiones, aut quia & Flos, & Fructus facillimè ex Arbore defluant. A Plinio verò, vt à cæteris Latinis hoc Malum vocatur Granatum; Quod nomen illi impoſitum alij ab Hiſpaniæ Regione Granata crediderunt, ſed perperam. Granatum enim à multitudine granorum, quæ continet, appellatur. Quin & ipſam Regionem Granatæ, ab vberrima horum Malorum Granatorum, quibus ſcatuit, copia, nomen accepiſſe latum eſt. A varijs autem ſui qualitatibus, varietatem aliorum Epithetorum hoc Malum ſibi vendicauit. Siquidem ab exteriori eius formâ cognominatur *Rotundum*, & *Globoſum*, ac *Turgens*; vndè *Turgidum*, & *Turgeſcens*, & vlterius *Formoſum*, iuxta illud.

Punicea crebro, cui Creta, eſt patria, Mali
Formoſum poterit potu æger ſumere Fructum.

Denalius in epithalā. D. Caroli Ludouiſij & D. Pentheſilea Albergata lib. 2. ep.

Roſcidumq́, apud alios.

Vt Roſa cum niueo Pallantias exit amictu;
B *Tempore vt Autumni ROSCIDA Mala rubent.*

A coloribus, quos cortice refert, *Rubens*, *Rubicundus*, & *Roſeus*, ſiue *Roſarum æmulator* eſt hic Fructus: vndè Martialis

Aut imitata breues Punica Mala roſas.

In quem ſenſum & Italus Poeta Hieronymus Fontanellus, cum antonomaſticè *Camporum Pyropum* appellaret Granatum, canebat.

O' PIROPO DE CAMPI,
Ch' emulando la Roſa
Nel teſor di natura ardi, & auampi.

Fontanell. od. 18.

Spadiceum pariter, ac *Rubeum* non ineptè dicetur, atque *Purpureum*; *Punicanum* enim Pomum Græci *φοινίκεον* appellant. Quibus adhæſit Alamannus in Georgicis

E l' PVRPVREO Granato, il dolce Fico, &c.

Lib. Colt.

Quapropter *pictum* etiam & *coloratum* venit indigitandum. Hinc Pallad. de Punicis ſermonem habens, ait *Et ſibi cognato picta rubore placent*

C Et quoniam corticis craſſities, & quod illi continuatur intra Pomum, maximè dum ſeneſcit, flaueſcit, *Flaui* propterea promeruit appoſitum, Græco Poetâ canente

Ρ'οίω ξανθοχίτωνα, γεραιόφλοια τε Σῦκα,

Ideſt *Punica FLAVA, ſeni veſtitas cortice Ficus.*

Ex lib. 6. Anthol.

A ſapore *Suaue*, & *Sapidum*, ac iuxtà ſuas ſpecies *Dulce*, vt *Apyrenum*, & *Sklerococcon*; *Acre* cuius mentionem habet Plinius de his Pomis ſcribens *Nucleos habentium quinque ſpecies, Dulcia, acria, &c. Miſtum*, quod vtriuſque ſaporem dulcis, & acris participat. *Acidum* quoque dicitur, & *Vinoſum*; Quod & innuit Legatus noſter, vbi exemplo Franciſci Denalij Regienſis in Epithalamio Caroli Ludouiſij, & Pentheſileæ Albergatæ, nobiliſſimæ, præſtantiſſimæquè fœminæ Patritiorum Bononienſium canentis

Vectaq́, tu Libycis Pomona RVBENTIA ab oris
Affer, quæ poſſunt pellere Mala ſitim.

Denal. Car. lib. 2.

Libyca pariter, quia *Punica* vocat hæc Poma Legatus ipſe, cum ſcilicet de gentilitijs Camilli Bazani Mutinenſis Punicis Græcè modulatus eſt *ἐν Μετρικῇ Ἑλλάδι*.

Laur. Leg. in Μετρικῇ Ἑλλάδι inſcrip. 10.

D *Λείρια τοῖς ἄλγεσσι νοσηματικοῖσιν ἄκεσμα*
Λευκὰ φέρει: Ζώνη κωλύει αἷμα ῥέον
Οἶνος τῶν ΛΙΒΥΩΝ ΜΗΛΩΝ διψῶσι νοσοῦσιν
Εὐσυγχωρεῖται, καὶ σόος ἐστὶ πότος.
Σήματα πάντα σὰ μάρτυρες' Ἰητρὰ μέγιστα.
Ἰητὴρ ἴσασι μὴ διατεῦτο σόφος! Id eſt ſi Latinè placeret.

Candida ſi varios expellunt Lilia morbos,
Sanguinis & fluxûs faſcia ſtricta vetat:
Et LIBYCIS vinum è Malis ſitientibus Ægris
Potio quàm ſuauis, tàm quoque tuta datur;
Virtuti cognata tua dum ſymbola ſunt hæc,
Pæona te quiſnam, docte Camille, neget?

Sunt & quæ à Galeno vocantur *Auſtera*, quæ nimirum Dioſcorides *στύφοντα* nuncupauit

pauit. Sic & interiora grana coccos purpureos æmulantia, *cocco rubenti diues* bonum E hoc Malum conſtituunt, à quorũ multiplicitate *numeroſum* appellari meretur: Quapropter idem Legatus *Pyropis plenum* hoc Pomum dicebat, *Regium* quoq; nuncupando, vbi cecinit *Quì co' bei gigli vnito i ſguardi alletta*

Idẽ in Rhythm. Ital. *PIEN di RVBINI il REAL Pomo, e regna.*

Quo pacto & Arbor ipſa *Regia* quoque poſſet appellari, tanti nominis dignitatem ipſi comparantibus tum fructu *Coronato*, cuius eſt Arbor; Vndè Io. Vincentius Imperialis, *Pomum Afrum* antonomaſticè vocans hunc fructum, canebat.

Imperial. in lib. inſcr. Stato Ruſt,

Quì tu rimiri sù la verde foglia
L' AFRICAN Pomo, CORONATO il capo,
Che ſotto l' AVREO Manto i bei rubini
Fra bianchi veli, e ripartiti, e inuolti,
In belle, in grazioſe, in care offerte
Prodigo t' offre con le mani aperte.

Tum nobili flexilitate, ob quam arte ducta Topiariâ regios regijs in viridarijs oblectat oculos, & in amœniſſimas porticus fabrefacta, vel Regibus ipſis gratiſſima eſt contrà F ſæuiorem Solem defenſio. Quo ſpectare videntur pretioſa hæc noſtri Baptiſtæ carmina ad doctiſſimum Angelicum Aproſium directa

Ioſ. Bapt. Poeſ. Melic. part. 1.

Con le frondoſe ſarcine de' rami
Fè teſtudini opache, ermi velami,
A diſcacciarne il Sole,
Allor che ſul meriggio arder più ſuole.

Coronati itaque *purpuriſſatus* Punicæ fructus Adiecto digniſſimus compertus, *Regis* quoque Arboreos inter fœtus titulo ditari promeretur. Vmbilicus enim ille, qui in ſummo Granati vertice exiſtit, latus, amplus, & calicis (vndè caliculi quoque nomen traxit) plerunque adinſtar concauus, atque profundus, extrinſecè regiam (& ò quàm bellè!) imitatur coronam; & color, vt diximus exterioris corticis purpuram refert. Mala propterea *capùt redimita* nuncupauit hæc memoratus Legatus, vbi ſic Imperiali concinuit:

Legatus in Epigr. Lat.

Hic albent etenim regales Lilia Flores,
Et REDIMITA CAPVT Punica Mala rubent.

Ita & *Regia* dixerat in Etruſcis hæc Poma ſcribens
Vinſe in Guerre erudite i più Diſerti,
E alla ſaggia Stagira accrebbe honori;
E, calcando le vie de' ſuoi Maggiori,
A' ſuoi POMI REALI hà i Lauri inſerti.

Ideò & *nobilis*, & *inſignis*, necnon & *generoſi* ſibi cognomen adſciſcat; quod & Eriphus inſinuat in Melibœa ſcribens. —Αἴαι δὲ ῥοιαὶ
Ὡς εὐγενεῖς

Scilicet *Hæc verò Mala Punica*
Quam GENEROSA!

Internas illius tunicas, quæ grana continent, quiſquis perpenderit, nonne tot cartilagines, ſiue membranas eſſe fatebitur? Hinc igitur huic Malo non malè quadrabunt, *cartilaginei*, ſiue *cartilaginoſi*, necnon *membranacei*, ſcù *membranoſi* cognomenta. Cùm verò Pomum hoc vbi maturitatem attigerit, non proletariâ craſſitudine ſit præ- H ditum, & rami paterni ad illud ſuſtentandum valdè exiles ſint, indè nec impropriè *premens*, & *grauans*, ac *incuruans pondere ramos* agnoſcitur. *Cypria* ſimiliter, & *Venerea* poſſunt hæc Mala vocari, tum ex ſpecie, cùm quià non defuerunt qui cenſuere Granatum fuiſſe Pomum illud, quod ex Hortis Heſperidum carptum, & à Ioue Paridi miſſum, vt contentionem Dearum de forma ſolueret, ab hoc Veneri adiudicatum eſt, neglectis Iunone, & Pallade. Vndè habuit Troia quod de Paride conquereretur, & ſic Palladi ſupplicaret apud Agathium Scholaſticum.

Lib. 1. Antholog.

Ἰλήϊοι πολίηται, σὲ μὲν χρυσαυγέϊ μήλῳ,
Ὡς θέμις, ἡ Παφίη ἥλιος ἠγασάμην.
Ἀλλὰ σύ με προλέλοιπας ἐλώριον; ᾆσσι δὲ μήλου
Πᾶσαν ἀπεδρέψω τείχεος ἀγλαΐην.

Ἄρατον

A

Ἄρειον ἦν θνήσκειν τὸν βουκόλον; οὐ γὰρ ἄθεσμος
Ἔπλετο, τῆς πάτρης οὐκ ὀλίγημα τόδε.

Quod inuertente Legato sic latinè sonat

Troia Dina fane, cui fuluo templa metallo
Vrbs misera instruxi, te venerata diu.
Sed me liquisti spoliandam, irata decorem
Arcis, pro POMO, depopulata mea.
Quàm satius fuerat Paridis lethum! impius ille
Si fuit, haudquaquam Patria talis erat.

Legat. in Poet. Metaphyteumat. lib.2.ep.40

Sed ad Marinum, cui multum proptereà debet Granatum, quòd ipsum viuaci suæ Musæ pennicillo depingens, ad eam euexerit gloriam, quam infert à tribus apud Epopœos Deabus de ipso decertatum fuisse, vt supra, & in Fabulis quoque patet. Debet & ipsi contentionis Pomum, quia *diues* idem appellauit, cum, postquam à Discordia in concilium Deorum proiectum cecinit:

B

Con la sinistra man sul destro getta
De l'esca d'or la perfida scrittura;
Questo MAGICO DON tra tante feste
Gettò nel mezzo a l'assemblea celeste.

Non multum abinde subsecutus est.

Marte vuol sostener con l'armi stesse,
Che'l RICCO POMO a Citerea si dee.

Vndè & cur *ambitiosum* alibi vocaret habuit.

O' quando in Ida venne
Con l'altre emule Dine
A litigar l'AMBITIOSO Pomo.

Io.Bapt.Marin. Epithal.2.

Palladia insuper hæc Mala bene dicentur nedum ex Tyanæo, verum etiam quia in Hereo templo Eubœæ memorabile existens Palladis simulacrum ex Ebore, & Auro, operâ Polycleti concinnatum, alterâ manu sceptrum, alterâ Punicum gestabat Malum. Et de hoc fortasse Nicarchus intellexit, cum Venerē Palladi in hæc loquentem inducit.

C

Παρθένε τριτογένεια τί νῦν Κύπριν ἄρτι με λυπεῖς,
Ἁρπάξασα δ' ἐμὸν δῶρον ἔχεις παλάμῃ;
Μέμνησαι, τὸ πάροιθεν ἐν Ἰδαίαις σκοπιῇσιν
Ὡς Πάρις οὐ σε καλὴν, ἀλλ' ἐμ' ἐδογμάτισε.
Σὸν δόρυ, καὶ σάκος ἐστίν; ἐμὸν δὲ τὸ μῆλον ὑπάρχει.
Ἀρκεῖ τῷ μήλῳ κεῖνος ὁ πρὶν πόλεμος.

L. 1. Florileg. εἰς θεούς

Quod pariter in Poeticis Legati nostri Metaphyteumatis sic inuersum legitur.

Quid me Virgo premis Pallas Cyprin, & rapis illud
Pomum? quid gestas munera nostra manu?
Sis memor Idais quòd non te in collibus olim,
Sed tantum pulcram me Paris esse tulit.
Hasta tibi, & clypeus, Pomum mihi conuenit istud.
Ne certes iterum; sat tibi pugna prior.

Lib.2. ep. 39.

Vlterius *Agdestium*, seù *Agdestite Malum* Fructum hunc bene appellabimus, sicut & *Arbor Agdestia*, seu *Agdestites dicetur*, quòd hæc Malus cum suis pomis germinasse credita sit ab aliquibus ex sanguine Agdestis nati ex spermate Iouis, super saxum Agdo delapso, dum ille incestuosè requireret Deorum matrem, vt latius in Fabulis. Nec malè pronunciabit iudicio meo, quisquis malum hoc *triste, ferale, fatale, infernum, lugubre*, & alijs huiusmodi synonymis appellabit, cum illud solum causa fuerit, vt Proserpina à Plutone rapta, diùque à matre omne aliud credenti quæsita, cum tandem patuit euentus, obtento ex Ioue indulto, vt ad Superos euocaretur, sub hac tamen conditione; si nihil apud Inferos degustasset, propter trium, vel septem eius granorum esum, quæ illa inuenta est comedisse, coacta fuerit non in diei lucem redire, sed penes Inferos pulcherrimo Solis aspectu in æternum viduata remanere. Quod innuit Ouidius, dum canit.

D

Rapta tribus, dixit, soluit ieiunia granis,
Punica quæ lento cortice poma tegunt.

L.4. Fast.

Quam-

Quamuis alibi referat fuiſſe ſeptem, dicens — *Et cultis dum ſimplex errat in Hortis,* E

Puniceum curuâ decerpſerat Arbore pomum,

Lib. 5. Metamorph.

Sumptaquè pallenti ſeptem de cortice grana

Preſſerat ore ſuo.

Sed cortex huius Mali, Græcis σίδιον, aut κάλυμμα κόρπου, ſcilicet fructus tegumentum ex eo quod videtur eſſe coriaceus, ſibi proprium latinè nanciſcitur nomen, nempè *Malicorium*, & poteſt à qualitatibus appellari *Durum*, *Subſcabrum*, ac *Subruſum*; *Rutilum* verò indigitauit Columella dum ſic ſcripſit.

Nic. in Alexiph.

In hortulo.

Punica, qua rutilo miteſcit tegmine grani.

Lib. 4. Faſt.

Lentum Ouid. indigitauit *Punica qua lento cortice grana tegunt.*

Lib. 5. Metamorph.

Et *pallens*, vt illic. *Sumptaquè pallenti ſeptem de cortice grana.*

Cicus autem, aut cicum, *tenue*, ac *flauum* dicetur, & eſt verbum Varronis familiare; ſignificat enim apud illum membranulam illam tenuiſſimam, quæ acinos diſcriminat in Malo Punico. Quod abſolutè *pulcrum fructum* nuncupauit Homerus vbi cecinit:

Ενθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα, F

Ογχναι, καὶ Ῥοιαὶ, καὶ Μηλέαι ἀγλαόκαρποι.

Hom. Odiſſ.

Ideſt. *Ibi verò Arbores PROCERÆ creſcebant FLORENTES*

PYRVS, & MALVS PVNICA, & Mali alij FRVCTVM PVLCRVM producẽtes.

Sed hæ iam expoſitæ in Epithetis eruditiones, ſi dilatentur Hieroglyphica, & Symbola parient, de quibus deinceps agetur.

HIEROGLYPHICA, SYMBOLA.

CVm Malus Punica, & Myrtus, ſe ſic inuicem diligant, vt iuxta poſitæ, & feraciores euadant, ac radices ſimul complicent, ideò ipſas pro maximæ amicitiæ ſymbolo, merito quidem Pierius Valerianus declarauit; Hinc myrteam coronam, Malis tamen Puniceis exornatam, teſſeram eſſe frugiferæ amicitiæ colligendum eſt. Ipſa verò Mala in tunica Sacerdotis, coruſcationes ſignificant, ad mentem Ioſeph. Eadem ad numerum 72. in tunica, ſeù pallio Pontificis, Archangelus Burgonouenſis G poſuit pro Hieroglyphico ſeptuaginta duorum totius mundi populorum. Cartarij autem mens fuit ex hoc malo ſymbolicè denotari concordiam; Nec quòd malorum iſtorum grana folliculis quibuſdam inuicem aliquo numero ſegregata ſint, inobſeruatum prætermiſit Pierius; aſſeruit enim eis populos, ac gentes varias, vno collegio congregatas indicari. Nec perperam. Prædicta enim grana inter ſe tam miro Naturæ opere diſtincta, prouinciarum veluti limites quoſdam præſeferre videntur; immò Religioſorum virorũ concordiam ad amuſſim ſignificat ſecundũ Gillebertum, quoniam ſimilia inter ſe ſunt grana ſolo numero differentia, & quemadmodum (dicebat Crates) in omni Malo Punico ſemper granum aliquod putre eſt; ita nemo inter quaſlibet Hominum Prouincias reperitur, vndequaq; purus à vitio, & propterea Theognis ſcribebat

Fol. 398.

De Antiqu. l. 3. c. 11.

In Cabaliſt. dogm. 1.

Fol. 321.

Fol. 397.

Serm. 35. in cantica.

Monoſ. l. 6. num. 58.

Ἀνθρώπων ἄψεκτος ἐπὶ χθονὶ γίγνεται οὐδείς.

Ideſt illuc vſq; *Nemo ſupra terram ſine culpâ viuere natus.*

Quandoquidem, vt ex Clearcho apud Athenæum habemus.

Nil vnquam eſt hominum, carpere quod nequeas.

Prædicta fortaſſe de cauſa malum punicum in manu Iunonis ſignificabat illam regno- H rum, ac gentium præſidem eſſe. Sed cum Mala punica, Pœnorum, à quibus nomen acceperunt hieroglyphicas eſſe notas neminem lateat; hinc nihil mirum, quod idem Pierius aſſeuerãtius ſcripſerit malis huiuſmodi fercula illuſtrata dudum apud Romanos ſignificaſſe ferculorum celebritatem fieri ob belli Punici victoriã inſignitum euentum. Vlterius Malum Granatum, cum extrà pulcherrimum ſit aſpectui, intus vero ſæpiſſimè marcidum, non immeritò ex eodem Valeriano referre poterit probitatis ſimulatorem. Quod autem ab eſu mali punici Granorum mulieres Theſmophoria celebrantes prohibitæ fuerint, hoc indicat, vt tradidit Clemens Alexandrinus, ſecundum earum opinionem Mala punica ex ſanguineis Dionyſij Guttis germinaſſe. Virga inſuper de Malo Punicâ facta, quam incuruatam reginæ in capite geſtare conſueuerant dum ſacra facerent, & quam veteres marculum appellarunt, vbi ſub conſideratione venerint aſſerta

Fol. 398.

Loc. cit.

In adhort. ad gent.

Ibidem.

Pie-

A Pierij Valeriani, omni dubitatione remota denotabit id in Iunonis gratiam factum fuisse; cum maximè Malus Punica sit Iunoni sacra, cuius fructus designat populos, & gentes, & Iuno sit Dea Regnorum, præcipuè Punicis fauere credita sit; vnde Virgilius:

Hic illius arma hic, &c.

Africa depicta non nunquam videtur læua Malum Punicum tenens significare Regionem huiusmodi Arboribus fertilem esse; At Symbolica hæc Moralibus, & Mysticis valde affinia cum sint, bisq; libenter sociari velint, hinc Mystica, & Moralia proferentur.

MYSTICA, MORALIA.

Probatam in hac vita conscientiam ex Malis Punicis in tunicâ Sacerdotis, quæ tamen erant Aurea, denotari tradidit Ricciardus. Sicuti enim Malum Granatum extrà est incomestibile, & intus pulchrum, ac suaue; ità optima viuendi ratio exterius aspera est ad sensum, intus verò cælestibus exornatur diuitijs. Illa prætereà, ex B doctrinâ Gregorij Niseni, Hieroglyphica sunt disciplinarum, quæ in præsenti vita lætitiam non videntur afferre, sed tristitiam, prout eiusdem fructus exterior tunica, cum dura sit, minimèquè humano esui conformis id præsefert: æternum autem, huius vitæ consumato curriculo, conferunt solamen. Vbi verò vnitatem Ecclesiæ ex multis gentibus in eundem sonum, scilicet in eadem præcepta conuenientibus, per Mala Punica, tintinnabulis LXXII. aureis alternatim adiecta, vt erat in veste Hebræi Pontificis, repræsentari monumentis mandauit Valerianus, rationi dissonum nil protulit: eo etenim modo, quo Mali Punici exterius vnus est cortex, & multa interius grana continet, sic & innumeros Sanctæ Ecclesiæ populos vnitas Fidei complectitur, quos intus meritorum diuersitas tenet. Hoc pariter confirmatur, quin & exinde Mysticus alius sensus elicitur; quod scilicet Mala Punica nil differant in quantitate granorum, sed in omnibus, & singulis idem sit granorum numerus; hoc namque sibi vult homines in numero Theologalium virtutum conuenire. Idem Malum cum inter innumerabilia quæ continet grana, aliquod semper, aut putridum habeat, aut imperfectum repræsentat corpus huma- C num quod vndequaque perfectum esse non potest; nemo enim in hac mortali vita hominum repertus est (demamus Christum Incarnatum) aut reperietur, qui aliquem non habeat, aut habuerit imperfectionis næuum; idest aliquod crimen; cum in omnibus locum sibi nanciscatur illud: *Nemo sine crimine viuit*, & in sacris Bibliorum paginis legatur: *Septies in die cadit Iustus*. Quod axioma verificatum in seipso cognoscens Regius Propheta, cæpit toties quotidie affictari, & pænitentiam agere, ac laudes dicere Deo, quoties in statu gratiæ licet existens, per propriæ tamen carnis fragilitatem errare potuisset. Canebat enim; *Septies in die laudem dixi tibi*, Hac fortasse de causâ, vt scilicet septies ad minus in die cadentem spiritu Religiosum erigeret, S. M. Ecclesia sanciuit septē fore debere Officij Diuini Canonicas Horas, à Viro Religioso quotidie reecitādas. Cū autē tanta cadat in Malū Punicā, ac Pinum sympathia, vt illa si fructus acidos ferat, clauo pineo adusque medullā adacta, aciditatem, & austeritatē fructuum in dulcedinē, & suauitatē conuertat; Hinc idē Pierius ansam extraxit dicendi per Malū Punicam sic transfixam denotari hominem, qui vel morum austeritatem, vel vitium aliquod in melius verterit, ac in virtutem commutarit. Sed & Clemens Alexandrinus D altius penetrans Orationis multas latebras, multiplicesq; & occultos sensus, ex Mali Punici multis tunicis, in quibus grana continentur, significari tradidit: iure quidem optimo, nam apud eruditissimos Græcos hoc malum sacrum erat Mercurio, qui interpretatur Oratio. Illud verò in sacris literis. *Vt fragmen mali punici, ita & gena tua*, oh quam bellè gratiosum, & amabilem modestiæ ruborem, Sanctumq; Virginitatis pudorem designat! fragmen enim mali punici tumorem genæ pulcherrimum, illiusq; roseum colorem, ad rubicundum non intensum æmulatur, vndè ingenua verecundia emergit; Subdit ideò Sacer Textus: *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, &c.* Accedit & morator sub pomo Granato considerandus, vt est primo Regum 14. qui à Laureto, iuxta Animaduersiones Diui Gregorij exponitur ille, qui requiescit sub vmbra Christi. Prætereà Malus Granata, eum sit Arbor dura, & nodosa, plus in latum, quam in altum se protendens, & flores habeat alios albos, alios purpureos

In Comm. symb. tom. 2 fol. 2.

In vita Moysis.

Hier. tom. 3 epist. 26. ad Fabiolā de vest. sacer. fol. 398.

Loc. cit.

Lib. 6. stromat. f. 314.

Cant. c. 4.

Ibid.

In verb. habitus.

In 1. Re. 14.

reos; & alios roſeos, ac fructus poſteà emittat quibus durus eſt cortex, & interior ſubſtantia carnoſa, multa continens grana, atque cortex, flores, & fructus maximam ad ſenſum Iſidori vim habeant in medicina, repræſentat, teſte Berchorio, virum iuſtum, & perfectum, durum per conſtantiæ firmitatem, latum per charitatem, non altum per ſuperbiam, & vanitatem, breuem per humilitatem; cuius flores, nempè interiores affectiones aliquando ſunt albi per continentiæ puritatem, interdum rubei, per iuſtitiam, vel charitatem, & ſæpè, ac ſæpius roſei per patientiam, & longanimitatem; nam roſa, quæ fricata redolet patientiæ ſymbolum eſt. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis.* Illius fructus, ſcilicet opera, incluſa ſunt in quodam duro, & rudi cortice, in virtute videlicet humilitatis, quæ ipſa velat, & occultat, ne exindè per inanem gloriam euaneſcant; legimus enim apud Senecam: *Eſto occultator virtutum, ſicut alij vitiorum*, & hiſce in fructibus carnoſitas eſt pietatis, & granorum, meritorum ſcilicet, ac virtutum multiplicitas. Et huiuſmodi vir quoad corticem conuerſationis, quoad affectionis Flores, & quoad locutionis folia, atque ad fructus operationis, virtuoſus vndequaque, ac medicinalis eſt; cum ſcripſerit D. Paulus: *Omnis Creatura Dei bona eſt, quià nihil reyciendum in ea*. Inſuper hæc Arbor, cum maximopere frigoris, & brumarum ſit impatiens, & eius flores facillimè depereant à pruinis, ita & quamplurimos ſignificat, qui tam debiles in bono ſunt, vt frigus aduerſitatis, brumam tentationis, & pruinam pœnitentiæ tolerare nullo modo poſſint; quinimò ad tale etiam modicum frigus flores ſuarum bonarum affectionum, propoſitorum, & voluntatum ocyus deficiunt, & exiccantur; Hoc ideò reſpiciens Patientiæ Archetypus Iob, in hæc verba prorupit: *Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius* & paulò poſt: *Cum adhuc ſit in flores, nec carpatur manibus, ante omnes herbas areſcit*. Vel aſſeramus, quod per florem Mali Punicæ nullo negotio à pruinis exiccatum intelligi poſſit Iuuentus, quæ aduerſus tribulationum frigora, vel tentationum brumas maximè debilis eſt, & inepta. Quod verò Mali Granatæ fructus duro putamine operti ſint, & interius carnoſitatem, ac granorum multitudinem habeant, quæ quamuis parum nutriant, valde tamen ſunt medicinalia, cum ſecundum Dioſcoridem facultate potiantur confortandi, conſolandi, fluxum ſiſtendi, deſiccandi, & ſitim in febribus, ac aliàs compeſcendi, & contra multiplices alias paſſiones peculiaris medela ſit hic fructus; hoc nobis Prædicatorem deſignat, qui in exterioris apparentiæ cortice clauſus eſſe debet, & multa intus graua, pleraſquè ſcilicet virtutes, & merita continere, carnoſitatem quoque pietatis, & humiditatem orationis habens; qui & ſi parum nutriat alios, nempe quoad temporalem ſubuentionem, cum id propter propriam paupertatem præſtare nequeat, nihilominus illis vtilis eſt ſpiritualiter, atque medicinalis, ipſos ſcilicet ſuis dictis, & informationibus confortans, & conſolans, illos in fide roborans, & conſolidans, fluxumquè in eis vitiorum reprimens, & compeſcens, voluptates quoque illarum carnales, ſuæ exemplo continentiæ deſiccans, & tollens, ac in febricitantibus, in cupidis ſcilicet, ardentibus, & auaris ſacram auri famen, & auaritiæ ſitim ſedans, atque refrænans; ſicut enim ex iſtis pomis ſuccus guſtui delectabilis, & multas comprimens infirmitates eliquatur, ſic, & ſatius iſtorum ſuccus, nempe doctrina, quæ ab eis dimanat, contra vitia, & peccata ſalutaris eſt. Seneca in epiſtolis habet quod ſic ſapiens imperturbatus dicitur, quomodo Apyrina dicuntur: non quibus nulla ineſt duritia granorum, ſed quià minor, & ferè imperceptibilis cum ſumma dulcedine, id eſt morum ſuauitate cunctis exoptabili, & gratiſſimæ in fructu venuſto, vrbano, ſuaui, quæ quidem qualitas Domeſticorum Pomorum Arboris Granati Mali, & Punici exemplaribus actibus ſuaſu, auxilio, & munificentia morboſos inſultus Moralium Ebrium, & cordis igneitatem lenire, atque reſtinguere, vti conſucuère Granati Pomi dulcioris ſucci à febrientibus bibiti, vndè dici poterunt ſine igne à dictione *a* negatiua, & πῦρ, quod eſt ignis. Quibus alludere viſus eſt Martialis, dum ea digniſſima munera exiſtimauit.

Lecta ſuburbanis mittuntur Apyrina ramis.

Addamus vltimò quod hoc Malum propter toties allatas eius proprietates, ſignificat Sacram Scripturam; hæc namque licet exterius ſit rudis quoad literam, interius tamen granoſa eſt quoad intellectum: De iſtius verò Fructus Arbore dicendum ſupereſt, quod cum non noſtris duntaxat temporibus, verum etiam Plinij ætate obſeruata ſit fructum è ſtirpe tuliſſe, periude ac ſi propriam celare contenderet fructuoſitatem, hinc ideò Genus

Lib. 17. In reduct. mor. lib. 12. c. 95.

Cant. 2.

1. ad Tim. 4

Colum. de Arb. c. 23.

Martial. l. 13.

P. l. 17. c. 25

E F G H

A Genus Humanum ad vanam fugiendam gloriam, humilitatemquè sectandam instruatur. Humiles siquidem solent fructus suos, hoc est opera Iustitiæ occultare, maximeq; cauere ne emanent in publicum, tum vt tutior sit propria virtus, & minus insidijs Dæmonum obnoxia, qui ad explicatas merces vno agmine prosiliunt, cum etiam quia morale præceptum est,

P. Caussin. l. 10. polyhist. symb. num. 50.

Tu quicunque studes intactam ducere vitam
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumque potes prælustria vita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Te modis omnibus lector beneuole ad bene, Beatèq; viuendum inuitant Punica Mala, quæ sequentibus Virtutum speciosioribus Simulacris rem totam contemplatiuæ, atq; actiuæ Vitæ expediunt.

EMBLEMATA.

B

AD Topiariam artem pro rectis præcipuè Pergulis aptissima Punica Malus ingregia quoq; potest aptari Emblemata. Nam si eiusmodi Planta, cum sit naturæ sequacis, & flexibilis, ab ijs, qui topiariam exercent aliquo modo curuata consenuerit, & sic Emblematis corpus constituatur, cum ab inde rectitudinem repetere nequeat, eleganter significabit id, quod innuebat antiquus ille Poeta, quod nimirum —— *à teneris assuescere multum est.*

Carol. Steph. de re Hortensi l. 1. c. de Perg.

Hinc materiam sumpsit elegans Poeta Publius Franciscus Spinula Mediolanensis Historiam confingendi, ipsamq; idem probaturus, describendi Adamo Conarchio Polono Posnagniensi Episcopo, his hexametris.

Lib. 1. Epigr. 1.

Quid varios hominum mores, generosa propago,
Adame Antistes, toto miraris in orbe?
Villicus in patulos Pomum incurvauerat arcus
Constringens laqueo, multis quæ obdurvit annis.
C
Erigere hanc hæres superas modò tendit ad auras,
Quò sterilis fructûs aliquos sibi iam dare possit.
Cui sæpè annosus iam dixit rusticus: heus tu,
Quid facis insipiens? iam desine: confringetur.
Sic etiam ramos quæ vertis ad æthera onustos
Fructibus, incurvet nemo. Est assuescere multum
A teneris; id enim natura fit altera cunctis.

Quia porrò exiles sunt rami Punicarum, &, si multo fœtu fertiles fuerint, facile disrumpuntur: hinc facilis Emblematis contextus in eos, quos NON RARO BONA PROPRIA PERDVNT. Inde habuit quo matrem in puerperio mortuam significari innueret cultissimus noster Baptista, cum de Deliâ cecinit.

Ios. Bapt. centur. 1. epigr. 8.

Lacteolam reddit fœcundo è viscere prolem
Delia, multiuolo digna placere Ioui.
Halitat ast animam, fundit cum paruulus infans
Vagitus. Surgit filius, ipsa cadit.
D
Plaudite vos steriles. Hanc fœtus perdidit, & sic
SÆPE SOLENT RAMOS PERDERE POMA SVOS.

Hinc apud Ianum Pannonium Episc. Quinqueccles. Arbor eiusmodi in hæc conqueritur.

Ian. Pann. l. 1. eleg. 2.

Mansissem incolumis, si non fœcunda fuissem,
Nunc iaceo proprijs obruta pignoribus.
Nec iam aliud superest, nisi vt atrâ casa bipenni
Ingerar igniferis officiosa focis.
Quò Nucis est peior mea sors! ego lædor ab ipsis
Fructibus; ob fructûs læditur ipsa suos.
Hac mercede fuit genitrix Agamemnonis vxor,
Vel quæ cælatum misit in arma virum.
Talia de natis referent si præmia matres,
Sacra vbi natura iura potentis erunt?

Sci-

Scilicet hac ratio est, voluit dum gignere nupta,
Vt medio crescens ventre necetur onus.
Dira vtinam nostros exussissent frigora flores
Tum, cum prima nouo germina vere dedit.
Aut vbi mox teneris stabam densissima pomis,
Ventus abortiuas diripuisset opes.
Praberem vacuas astum vitantibus vmbras;
Maximus hinc Platanis conciliatur honos.

Et hæc quo ad Arborem. Quò enim ad fructum, cum, vt in Hieroglyphicis ostensum est, Concordiam significet, ad denotandum Emblematicè quod ipsa Concordia est Ciuitatis pulcritudo, à fertilissimo Poeta Nicolao Reusnero Punica Mala adducuntur ex Deæ Concordiæ vestibus dependentia, cum hac Agalmatis declaratione.

Quam spectas, est mater opum Concordia: templum
Camillus olim cui sacrauit splendidum.
Crateram fert dextra manus, cornûque sinistra,
Pomis, & odoro flore plenum, Copia.
PVNICA MALA Dea dependent vestibus: astat
Vtrinque Cornix sacra auis Concordia.
Nimirum regni vis est Concordia sancta,
Et pulcritudo Ciuitatis maxima.
Cui comes est pleno diues bona Copia cornu,
Et Pax, & alma Quies, Iustitia filia.
Bacchus adest, & flaua Ceres, & opima Voluptas;
Adsunt Opes, & Firmitas, & Sanitas.

Vnicum at Pomum magnæ molis adapertum Emblematicam nobis ob oculos ponit Charitatem, quæ diffiari nimium propter ardorem, alijsq; beneficè communicari desiderat; Symbolum hocce ab Excellentiss. Iatrotheologo Hieronymo Bardi in suo Peregrino Xauerio Epigr. 124. erectum legimus tali pacto.

Mala tibi munus deducto Punica libro,
Certa animi fuerint hac monumenta tui.
Illa rudi vinas condunt sub cortice gemmas,
Tu tacito athereas pectore claudis opes:
Illa rubro dum dulce micant, velamine fracto
Diuitias iactant ambitiosa suas.
An tibi dum sacro nudatur pectus amictu,
E medio diuus pectore flagrat amor?

Dum autem Scriptorium expectat calamum Atramentaria nostri Pomi Virtus in sequenti rubrica Variorum Vsuum exaranda, si Punicum interim sumatur Pomum, cui subtilioris Arundinis portio infixa sit pulcherrimum, ingeniosumq; satis Scriptorium Emblema, Epigrammate animatum duplici, & Græco, & Latino erectum perpetuò stabit.

Incerti ex l. 1. Anthol.

Ημlω ἀχρεῖον κάλαμος φυτὸν; ἐκ γὰρ ἐμεῖο
Οὐ σῦκ', οὐ Μῆλον φύεται, οὐ σαφυλή.
Αλλά μ' ἀνὴρ ἐμύησ' Ελικωνίδα, λεπτὰ τορήσας
Χείλεα, καὶ στεινὸν ῥόον ὀχετευσάμενος.
Εκ δὲ τοῦ, εὖτε πίοιμι μέλαν ποτὸν, ἔνθεος οἷα,
Πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷ δὲ λέγω στόματι.

Laur. Leg. in Poet. metaphrys. l. 2. epig. 22.

Quod ita vertit Legatus noster.

Agrestis iam Planta fui, qua Canna, nec ex me
Ficus, non Pomum, nec minus Vua fuit.
Sed me aptauit Homo, fecitque Heliconis alumnam,
Mi labium poliens, osque breue expediens.
Inde simul nigrum potum bibo, numine plena
Ceu fuerim, hoc muto qualibet ore loquor.

Nec Dapsilem hîc præteribimus ad Eruditionem Mali Punici Emblema, quod in Vetustissimo Æneo Schematismo nostra potuit adinuenire Mineruula, illudque eruditissimis

Ectypon Ἀθεογενίστος.

Manubriati Antiquiſsimi Hetruſci Diſci,

Hoc eſt Emblematicæ Æneæ Laminæ vetuſtiſſimæ Sacrificalis INTERPRETATIO.



ditiſſimis nonnullis, quibus communicaui viris prorſus non diſplicuerit, licet non vulgares intulerit auſus, ſperarem quoq; Gratiam aliquam apud omnes initurum, nam difficile factum comitari ſolet Gloria, vt Græcus ſentiebat Theognis; iamq; patet omnibus quod *Armat Spina Roſas, mella tegunt Apes.* *Claudian. l. 2. in Eutrop.*

Nec parum certè addidit in hoc Animi grauiſſimorum Philoſophiæ profeſſorum, & collegarum meorum colendiſſimorum D. Franciſci Natalij D. Fuluij Magnani, & D. Cæſaris Zopij Iudicium. Coronata Pomi Granati Dignitas, atq; Præſtantia Rationis Regiam quodammodò repræſentare in hoc Emblematico Diſco videtur; quià pro my-

Omne ſub Regno grauiore Regnum eſt.
Seneca in Thyeſte.
Ariſt. prim. paru. nat.
Nihil eſt in intellectu quod primò nõ fuerit in sẽſu.
Ariſt. l. 3. de Anima l. 4.
Id. c. 8. t. 37

ſtico repræſentatorum omnium ſtat fundamento. Vndè numeroſiſſimi qui in huiuſmodi Pomo viſuntur fœtus integri, ſinguliſq; in Cellulis diſtributi, communi non ſolum tunica duplici, altera dura, & altera tenui circumtecti, ſed propria quoq; intimè amicti, ſanguineq; proportionali, neruis, oſſibus, atq; medulla præditi Humanæ Mentis in Mentem reuocant ſpiritales Fœtus; Hi porrò, è materiali quamuis prodierint ſemine à ſenſibus ſato, intellectiuam, immortalem, & cœleſtem prorſus acquiſiere naturam. Totque numero perhibentur quot creatarum rerum Species, Hypoſtaſeſq; dari poſſunt in vniuerſum, hoc eſt Entia intelligibilia, quæ à Phantaſtica Virtute transmittuntur ad Intellectum vbi immaterialiter effigiata in penariâ Memoriæ Cellâ ſigillatim conduntur proprias ſeruantia conditiones, nobilitatas tamen, glorioſaſq; redditas, abſque eo quod ſingularitas vniuerſalitati deroget, & è contrà generalitas particularitati officiat; Dumque humano ſubordinatæ recognoſcuntur Animæ facultates in Capite, quæ ſupradictas Species mouent, componunt, deducunt, & cum illis identificantur, ita Vegetabile intrà Pomi Granati Caput Phyſica, merèq; materialis Virtus tot Fructuoſorum Granorum ſpecies mouebit, componet, deducet. Granati Dendrologica in Hiſtoria Pomi nobiliſſimum, egregiumq; admodum nobis nunc offertur Symbolum Cogitationis actuum, Intellectionis, & Volitionis repræſentatiuum, quod in Æneâ ſatis craſſa Laminâ vetuſtiſſimâ figuris nonnullis iuxtà præſens præcisè Schema inſculptâ inter rariora Coſpiani Muſæi Monumenta locatâ obſeruatur, artificiosè digeſtum.

Sylua Allegor. Exod. c. 28. 39.
Reg 3. c. 7. & 4. c. 5.
Paralip. 2. c. 3.
Hierẽ. c. 52.
Agg. c. 2.
Ioel. c. 1.
Leuin. lem. in Herb. Bibl. expl. ca. 36.
Ariſtot. l. 3. de Anima c. 4.
Zabarella f. 897. c. 5.
Mercenar. in dilucid.
Scalig. exercit. 307. ſect. 21.

Huiuſmodi nanq; Inſtrumenti forma, atq; figura cum rationabili, & non parum erudita relatione ad varios politicos vſus, atq; etiam ſacros Antiquiorum olim expetebatur, vtpotè quæ Granatum referens Pomum ob partium ſtructuram compoſitiſſimum, ſignificatuum quoq; feraciſſima poterat haberi. Nullum equidem reperitur Pomum, quod vnicam intrà Peripheriam tot, tamq; pulcros, coloratos, perfectos cum ſuis particularibus tegminibus, ſeminibuſque gerat partiales fœtus, & fructus, vtì Punicum Pomum, quod Pomum Vnicum poteſt dici in Pomoſarum omnium prærogatiuarum adunatione, ſicuti Animalium in genere Apiarium eſſet. Nam ſi Amplitudo illius ſpectetur, ea eſt inter maiores, quæ circumſcriptionem non ſolum habet iſoperimetrarum capaciſſimam, ſed exterius circa centrum triangulatam in gyrum, vndè terminatæ quamplures exeunt lineæ cum æquali, & ſolida extrinſeci continentis ſubſtantia, quæ Malicorium dicitur. Si Materiei ſignatæ conditiones in vno quoque Pomo conſiderentur quoad qualitates ſenſiles omnes, tum primas, cum ſecundas, oculus in illa colores omnes intuebitur viridem, luteum, purpureũ, aqueum, ac atrum; Sapores amarum intensè, remiſsè dulcem, auſterum, temperatè mixtum, inſipidumquè diſpiciet lingua. Mollitiem, aſperitatem, craſſitiem, tenuitatem, denſitantem, raritatem, ponderoſitatem, leuitatemquè diſcernere Tactus valebit. Sinus poſtea, necnon Proceſſus, qui ex Granorum loculamentis reſultant intimum verſus Centrum Mathematicales terminos excogitabiles omnes implere, atque ſpeculationem intelligibilis materiei ad ſenſibilitatem traductæ dafatigare poſſent. Et cum illud ſponte ſua dehiſcat, connaturaleſquè ſuas opes Mortalibus vtiliſſimas ad febrilem compeſcendum, & neciferum extinguendum ignem diffundat, Humanum quodammodo, immortaleque imitari videtur Ingenium, dum iſtud innumerabiles Phantaſmatum Species intelligibiles conceptas, & propriâ virtute efformatas, & ſpiritales omninò redditas glorioſè enititur, & à ſe dijudicatas exteræ cognitioni, mediantibus voce, & ſcriptis demandat, vndè Auditorum, Lectorumuè perquam auidè addiſcere cupientium deſiderio ſatisfiat, Munduſquè literarius, atque ciuilis optimis, & prætioſiſſimis inſtructus, & enutritus præceptis ad omnem felicitatem conſequendam faciliter aptus reddatur, vitiorumquè eliminare valeat, ac penitus abolere nequitiem, nam vt cecinit Lyricus

Horat. 1. ep. 1.

> *Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator*
> *Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,*
> *Si modò culturæ patientem commodet aurem.*

Atque, vt confirmauit Eroticus Poeta malitiem omnem ſanat doctrina

Ouid l. 2. de Ponto 9.

> *—Ingenuas didiciſſe fideliter Artes*
> *Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.*

Stob. ſerm. 1.

Veriſſimum enim vbiq; eſt, atq; deprædicatum in quocunq; genere Aſſertum, quod *bonum progerminant fructum probi, caſtiq; mores*. Et licet maiorem inter Homines excitet beneuolentiam, & amorem nobilior, vt eſt Intellectualis, quam Phyſica productio

fœtuum

A fœtuum, atq; educatio, ambæ tamen optimè parallelizant. Ex hac itaq; ficta, & Emblematica Pomi Granati, atq; Intellectus nostri Germinatione Verâ, Rectam, atq; Germanam addiscamus Methodum Sanitatem tû Corporis, tum Animi acquirendi non solum, sed diutissimè, & in æternitatē quoq; quoad animasticā saltem *nil non mortale tenemus - Pectoris exceptis Ingenijq; bonis* conseruandi. En Pomi Granati proposito in Schemate Plantam fructiferam ab vna parte, cui Columba Auis Perspicax admodum, Pacifica, Simplex, sine dolo, Lucem mille coloribus, in collo præcipuè reflectens Veneri proxima insistit, & in aduerso loco propè Mercurium eandem Plantam simpliciter germinātem, quæ sensitiuos omnes affectus tam dicto, quàm facto, viuaces quidem, sed innocuos suadet. En Iouem in medio schematis in Aere super nubes sedentē Æthereum, Fœcundum, Sceptriferū, Fulminigerumq; cum pallio sinistro ab humero pendente, gremiumq; solū, coxasq; & crura cooperiente, in actu paruæ Pallados è capite proprio excludendi, & veluti nixu valido producendi. En Regiā à parte anteriori cū simplici pallio à dorso pendente Iunonem, Lucinam Opem parienti Ioui ferentem, Iouemq; iuuantem, & ipsi obstetricantem, quæ Mineruulā Galeatam, Clipeatam, Hastatam, Cristatam ambabus eleuatis excipit manibus, quā Dianoetica veluti illatione, proprias vt descendat in vlnas, inuitare videtur. En Venerem à latere dextro Iouis candidis collum ornatam margaritis, Aphroditen, quæ amplexata Patrem, vt *natis alma creandis seruiat* auet agnosci, dumq; dextera aperta Iouis stringit pectus appetitiuæ facultatis harmoniam cum voluntate superiori, & dominante, vndè sensuum sequatur in agendis rebus obedientia, peramanter ostendit. En Iuuenem Mercurium, nudo ipsum quoq; corpore, pudendis exceptis, vt reliqua etiam Pseudonumina, primo anteriori in aspectu Iouis, Cothurnatū, stantē, sinistro parum eleuato, ac veluti gradum scandente pede, brachio autem eiusdem lateris supra eleuatæ coxæ planum reclinato, & Instrumentum gymnasticum trusorium cum longo, & subtili manubrio obliq; sibi admotū manu pariter sinistra detinente, quo mētes asperioribus firmantur studijs; Dextroquè è contrà brachio itá eleuato, vt manus digitis suis extremis omnibus verticem capitis tangens Arcem Sapientiæ non vì, sed obsequio tenendam esse innuat; Ille hîc est assumptus tanquā eloquentiæ Præses, qui *feruida dicta reportet*, & qui *suscitet Artes ignotas solers*, obscuritatū doctus Interpres ἑρμηνεύς, & ideò

C tanquam primum, & Phantasmaticum Ingenij obiectum, cogitabūdus est, necesse enim est intelligentem Phantasmata speculari a sensibus excerpta; ille est, qui literas primum à se excogitatas, & linealiter expressas ingeniolus tulerit in Ægyptum, quas Cadmus dein in Græciam, & Euander in Italiam, vbi toties mutatæ sunt, transtulere, ipseque Olympiacus veluti Palestrita ignauiam ostendit, morasq; omnes in studijs capescendis esse pellendas; ex quibus omnibus clarè, atq; dilucidè venit concludendum pulcherrima quæque, atq; vtilissima Præcepta Moralia naturalibus Principijs innixa, fabulosas quamuis incedant per similitudines, Summi, Veri, Vniciq; Boni obsequium venerabilissimum, immò adorabilissimum, mendosi corticis inanitate vndiq, prælucente, confirmare. Quod verò spectat ad ἑρμηνείαν, interpretationem, quæ in schemate cernuntur, cum hæ singulis adiungantur Pseudonuminibus cognitis, nempè Ioui, Iunoni, Veneri, atq; Mercurio istorum proculdubiò nomina importare debēt; at quomodò legantur, & quomodò sonent, quis determinare audebit? nam, vti Dionysius Halicarnasseus tradit huiusmodi sic habita Hetruscorum antiquissimorum Lingua, itá & ab antiquo perijt, vt nullus inuentus sit ex Aruspicibus, suo quoq; tempore, Hetruscis, qui eam se nosse

D fateretur; liceat tamen in hoc aliquid candidè, atq; syncerè proferre verisimilitudinis intrà terminos, qui tanta in antiquitate ad conclusiones demonstratiuas proximè accedunt; illud Moschionis dictum re ipsa replicando. *Haud vnquam tamen, quod rectum, & iustum est silens praeteribo, quippè nutritam Palladis inter ciues, in Vrbeq; Thesei, candidè seruare decet loquendi libertatem*, Hetruscos habemus ex Diod. Siculo literis, & rerum naturalium inuestigatione, ac Theologiæ studijs clarissimos fuisse, *quos imitati postmodum Romani in melius cuncta ad suam Rempublicam transtulere*; literas ergo Hetruscas, eorumq; Sermonis (qui Gallis victoribus omninò cessit) reliquias longissima post tempora receptas in proprium verisimiliter vsum deduxere Romani, itaut aliquam nobis præsentium literarum Hetruscarum interpretationis ansam reliquerint, nihil inhærendo Alphabeto illi, quod Hetruscum appellauit Fr. Iacobus Bonauentura Hespbrunus Scotus Ordinis Minimorū, quippe quod nulla ratione, vel auctoritate sul-

Euripides in Medea · *Ouid. 3. Trist.* · *Aldrou. Ornith. T. 2. l. 15. c. 1.* · *Val. Flacc. l. 5.* · *Petrarca.* · *Terent. in Andria.* · *Plin. l. 36. c. 5.* · *Lact. Firm.* · *Horat. l. 3. ode 24.* · *Hygin: fab. num. 277.* · *Virg. lib. 1. Æneid.* · *Pontanus.* · *Arist. l. 3. de Anima c. 4. t. 2. 3. & sequ.* · *Seneca ep. 80.* · *Apud Stob. ser. 13.* · *Diod. sicul. Hist.*

 ful-

ſultum in quo ponitur N pro B. M pro C. R pro K. R pro N. Z pro Q. X pro R. Y pro S. Δ pro X. H pro Z. & aliæ informes literæ pro alijs, quas cum varijs alijs Alphabetis cõmunis lectionis, ſeu mauis viſionis fecit, in magno folio. Huic ergo non inſiſtendo ad noſtram venimus interpretationem, cum aliæ ſint pronobis coniecturæ, nec deficiant auctoritates, & credibileque magis videtur plura Græcis ex proprio idiomate cõmunicaſſe Hetruſcos, tanquã ipſis præcedenti tempore propiores. *Veteres Græcas fuiſſe eaſdem ferè, quæ nunc ſunt Latinæ* obſeruauit Plinius *forma literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum.* Tacitus retulit; vnde Polygraphicæ doctrinæ regulis, ſeù cautelis antiqua in his literis Græcizatio ſupra vetus, vt ità loquar Latiniſmũ obſeruari non abſq; ratione potuit; Sed Literarũ Græco-latinarũ formæ maiuſculæ inuerſio mirabilis in primis perſpicuè actualiter apparuit in E, ꟻ. S, Z. L, ⅃. N, И. D, ᗡ. Virtualiter autẽ in A, A. M, M. I, I. O, Θ. Quarum combinatio non alia fortaſſis eſſe potuit quam hæc, nempe in Dictione ponè Venerem ANLAO; Ad Iouis caput ANIL; Ad Iunonis faciem DNAO; & deniq; ſub axilla dextra Mercurij MNALOES. Quas Dictiones ſic ſuppoſitiuè interprætarer; primam Veneri conuenire per hunc ſenſum, quaſi dicatur ANLAO ἀνὰ λαὸν *ſupra populum*, quod ſcilicet Gentium popagationi præfecta ſit: ſecundam *Anil* Iouis eſſe quaſi αἰ, & ἥλιος ſimul cum ſole, qui φαίθων ἰυκράτωρ *ſplendidus vitæ auctor, & conſeruator* ſolus Cœlicolum Rex confictus ab antiquis. Iunoni adaptatur nomen DNAO, quaſi δύναω, vndè δύναμαι (quaſi δυνάωμαι) hoc eſt *poſſum*, quia ipſa eſt Regina, Iouis & Soror, & Coniux. Mercurij tandem nomen eſt MNALOES, quaſi μνᾶν λάων *Pondus volens* innuendo numerationis, & literarum inuentionem, Mercurio attributam; quarè Statius vocalis Citharæ repertoremeum haud immeritò nuncupauit; Hinc magni ponderis, ſeu valoris vocem multi doctiſſimi dixere viri, dum illam alij ferream, vt Virg. alij ponderoſam, vt Valerius Maximus vocauere, ob quam rationem *Mercurius*, hac ſuppoſita lingua (ſi tamen ſit Hetruſca, atq; Grecizans) non incongruè vocatus eſt MNALOES, ſeù *Pondus volens*. Hanc interprætationem, vt æqui bonique conſulat Lector cum elegiaco Poeta enixè rogo.

Quod ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit. & *In magnis voluiſſe ſat eſt.*

Forſan tempeſtiuus hic labor, ex Euripidis ſententia, non modicam circa finem pariet felicitatem; interim *Laudamus veteres, ſed noſtris vtimur annis.*

Pl. l. 7. c. 58. Tacit. Annal. l. 2. Io. Trithem Abb. Peapolitani l. 1. Plin. lib. 2. c. 8. Lib. 1. Sylu. Virg. Georg. l. 2. & Æn. l. 6. Val. Max. Propert. 2. 10. Apud Stob. ſerm. 49. Ouid. 1. faſt.

VSVS VARII.

ASperum Mali Punici Putamen, aliqui *Sidion* à virtute ſcilicet ferreorum vulnerum conſtrictiua, vt in Sideriti Achillea traditur Herba, vocarunt: communiſſimè autem Malicorium per antonomaſiam appellatur, quià vnicum illud ſit Malinum Corium, quod craſſo, & aſpero, duroq; admodum, dum ſiccatur, conſtat Corio. Cuius mali Flos in Fructu etiã auritus *Balauſtium* dicitur à ſimilitudine figuræ glandis querneæ in cacumine auritæ, vnde vox *Balauſti* ex græco fonte ſortè manauit voce compoſita ex Βαλάνου ideſt *glande*, & ὠτὸς, quod eſt *auris*; Quamuis alij à facili caſu idem nomen *Balauſti* deducere velint. Huiuſce Punici Putaminis vſus valde conſpicuus, & celebris apud Artifices coriarios, caligarios, alutarioſq; deprehenditur, atq; ſimillimus in vſu coriario granis, & corticibus, folijſq; Fruticis appellati ἐρυθρὸς Erythros quod eſt Ruber, Coccinus, & eſt Rhù *Coriariorum*, erythros quidem à colore, qui Rufus eſt miſtus ex rubro, & flauo, vt in malicorio quoq; Pellibus igitur inſeruit concinnandis, inſpiſſandiſq; illis gratiam, & robur addendo, vnde Rhu à ῥέειν quod eſt in ſimilitudinem fluxus aquæ ſuperficiem corij criſpare, ex quibus pellibus ſarcinari veſtes, & conſui tegmina œconomicis pluribus inſtrumentis poſſint; Quamobrem nomen quoq; ab eodem effectu commune quodammodo cum frutice prædicto obtinuit, nam Græci Malum Punicum præcisè ῥόια *Rhia* dixerunt, vel ῥοιὰς, ἄδος ſecundum Suidam, ex cuius Arboris ligno baculus, ſeù fuſtis ῥοικὸν dictus fuit colore ſpectabilis. Ad colores igitur principaliter facit Mali Punici cortex ità coloratus à natura factus, vt colorum intenſiorum index, & efficiens potuerit eſſe cauſa. Vulgari in primis nigerrimo, Neotericorum præſcriptione, Atramento, quod idiomate vulgari Encauſtrum, ſiue *Inchioſtro* appellatur, & pro baſi partiali, & pro egregio coadiuuante ſpecifico inſeruit tali pacto

Dioſc. l. 4. c. 28 & l. 1. c. 127. Theoph. l. 3 H. pl. c. 18. Plin. l. 24. c. 11. l. 23. c. 6. Dioſc. l. 1. c. 124. ῥόω fluo. Ex Lexic. Græcis. Petrus Maria Caneparius de Atramentis deſcript. 4. c. 8. 10. & 13. & 14.

℞. Gal-

A ℞. *Gallæ confractæ* lib. 1. *Gummi Arabici*; *Baccarum ligustri maturarum*, ana libr. ½ inf. per octo dies in libr. 6. aquæ communis, coquantur ad tertiæ partis consumptionem, feruenti ad huc aquæ adde Vitrioli 1. libram, corticis Malorum Punicorum vnc. 1. misce, & agitentur omnia lignea spatula, vel bacillo oblongo. Alio modo ℞. Gallæ libr. 1. corticum Granatorum vnc. 3. Aquæ fontis, vel pluuialis libr. 36. bulliant omnia, vsq; ad quartæ partis consumptionem cui adde Vitrioli Romani vnc. 9. iterumque fiat decoctio ad quartæ itidem partis consumptionem; huic tandem imposito gummi Arabico ad vnc. 6. & peracta trium vndarum ebullitione, & ab igne remoto, & frigefacto vase, optimeq; clauso Encaustum perfectum, omnibusq; numeris absolutum habebitur. Hyemali tamen tempore vinum magis probatur, in quo supradicta, vel infrascripto carmine contenta breuissimè peragantur.

Et lib. insc. Plico dell' Arte del tingere par. pr. pag. 17. 20. 21.

> *Sic Atramentum tu Scriptor confice crudum*
> *Vitrioli quarta, & sit item media vncia Gummi,*
> *Tertia succedet Granati cortice Mali,*
> *Integra sit Galla; superaddas octo Falerni;*
> B *Noctibus ista tribus sic tu confecta sereno*
> *Sapius hac misce; demum colata repone.*

Pro fullonibus autem, & infectoribus succus Pomorum Granatorum non mediocriter facit, & primo aquam nigerrimæ infectionis destillatam ità ingreditur idem succus. ℞ succi corticum iuglandium viridium, succi Pomorum Granatorum, Gummi Arabici ana vnc. ½ Vitrioli Romani vnc. 2. destilletur s. a. aqua: corticis tandem Granatorum nunquam obliuisci debebit fullo, itaut Malicorium benè illi cordi esse debeat, ex eo nāq; colores varij clarissima, & acceptissima obscuritate notabiles emergent, vt ℞. limaturæ Chalybis, Malicorij, Aluminis Rochæ vulgò dicti, hoc est Aluminis Rupei, vel Glacialis; Brasilij ligni ana; bulliant in aceto fortissimo ad tertias. Ad Erugineum verò colorem ℞. Malicorij, Corticum Arantiorum siccorum. fuliginis camini, ana, Aluminis Rupei parum, bulliant in suff. q. aquæ s. a. in qua Telæ bulliant inficiendæ, vel Fila simplicia pro Sutoribus, vel Textorum Arte in vsum deducenda. Tutissima tandem simulet vtilissima sepimenta Punicæ Arboris Planta suppeditat, quæ spinis fures arcet. C Virtuoso halitu virus omne fugat serpentum, & animalia noxia enecat; Viridariorum vmbras gratissimas, pulcherrimosq; prospectus elaborat. Lignū insuper coloratū abacarijs ad eorum tessellata opera perficienda præbet. Purpureum item florem ad tingendas, veluti baphica cocco vestes, corticemq; pro colore atro instruendo fullonibus concedit, vt etiam coriarijs corium idem fructus, quod propterea malicorium fuit appellatum; Præterea succum Mali Punici, scripsit Cardanus tanti esse, vt Ferrum in chalibem mutare possit, idest ferrum nobilitare, defæcare, fortissimūq; reddere; Et hæc pauca pro multis, quæ possent exarari genere in hoc sufficiant exempla, quibus Granatorum vtilissimus vsus œconomicus in apertum deducitur; Sacros Ethnicorum Vsus execrare modò præstabit.

In idem lib. par. prima.

VSVS IN SACRIS.

D Apud Ethnicos, quo suis etiam Barbaros magni æstimati sunt Sacerdotes, licet superstitiosi, atq; sacra, quamuis impia, in primo venerabilitatis gradu semper habita sunt, cuius rei testimonium locupletissimum in maximo Stagirita legimus; *necessaria igitur cura sunt de his rebus, vt summatim repetamus, quæ ad res Diuinas, & ad bellicas, & vectigalia, & ad sumptus, qui fiunt, & ad forum, & ad Vrbem, & portus, & agrum, &c.* quantò magis id est obseruandum in veros Dei Ministros, & in Catholica, Apostolica, Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre, atq; Magistra? Deum vnicum verum, per quem Reges regnant, & Iudices iusta decernunt Reges toto corde, tanquam Dominum venerari, & illius parere præceptis debent, quemadmodum Sanctus ille, & doctissimus Hipponæ Episcopus Theodosium Imperatorem admonebat. *Si de causis pecuniarijs comites tuos consulis, quantò magis in causa Religionis Sacerdotes Domini aequum est consulas.* Huiusce debitæ, necessariæq; Numinum venerationis Pomum Punicum nobilissimum, clarissimumq; fuit semper exemplar, & ideò Mali Punici

Aristot. l. 6. Polit. c. 8.

D. Ambros ad Imper Theodosiū.

sacris

sacris in Biblijs non rarò fit mentio, quo decus, & virtutis insigne ornamentũ designabatur, cum puris, & castis eloquijs, necnon morum innocentia, hicque Fructus in sacris Hebræorum cæremonijs Lege plurimum laudatus fuit, etenim apud Gentem illam tunc Deo dilectam Sacerdos Tabernaculũ ingressus vestem gestabat, in cuius extremis oris, & fimbrijs alternatim pendebant Mala Punica, & tintinnabula, cuius causam interpretes reddentes sic explicant, vt enim Mali Punici cortex exterior interius plura grana continet, sic etiam Fides vna innumeros Ecclesiæ Sanctæ Populos conseruat, qui tamen omnes reguntur, nec solũ apud antiquam Religionem Deo acceptam, sed & apud Ethnicos Græcos in illorum sacrificijs percelebre fuit Malum Punicum in manu Iunonis simulacri locatum ex auro, & ebore facti manu Polycleti, dum sacrificia peragerentur in Hæreo Templo in imo insulæ Eubϙæ; immò & in eiusdem Iunonis gratiam ex prædictæ Mali virgulis coronam in capite gestabant; & quamuis Arcades mitiores omnes Arbores in Proserpinæ fanum inferrent, vna excepta Punica, eam ob causam, quod hæc Matri restituta non fuisset, quia Mali Punici granum degustasset obseruata, atq; delata ab Ascalapho in bubonem posteà deformato, hoc non cedebat in huius Arboris dedecus, sed vt simplicissimam vitam mortalium in conspectu Numinum memorarent, ijsque quodammodo offerrent in hunc sensum preces proprias dirigentes.

Symphor. Hort. l. 3. c. 10. & l. 21. c. 13.

Meursius in Græcia feriata l. 4. de Thesmoph. q. 1.

> *Quid vita poscit, nisi duo, mortalium,*
> *Cereale munus, & liquorem fluminis?*
> *His alere natura est potis passim obuijs.*

Eandemq; prorsus ob causam in Thesmophorijs Græcorum Festis mulieres sacra ministrantes castitatis, & abstinentiæ maximam gerentes curam, non solum à coronis abstinebant floreis gestandis, sed ab esu quoq; granorum Mali Punici, vt compotes dumtaxat istiusmodi Mala mysticis in cistis ad solemnia festa in honorem Cereris, & filiæ baiulare, ob eam causam, quam pluries tetigimus, quam sic innuit etiam Lucanus.

Menander apud Stob. ser. 5.

Clemens in protreptic. institiuta.

Ontrocrit. l. 1. c. 25.

Meurs. Eleus. c. 25.

Lucan. l. 6.

> *Eloquar immenso terra sub pondere, quæ te*
> *Contineant, Ennæa, dapes; quo fædere mæstum*
> *Regem noctis ames; quæ te contagia passam*
> *Noluerit reuocare Ceres.*

Iam satis nauseæ passi ad vsus ciborios explicandos nos met conuertamus.

VSVS IN CIBIS.

Theoph. in l. de leg.

Quam necessarij nunc essent Athenienfium Agoranomi, vt omnia compositè venderentur in Foro, & à mendacijs abstinerent venderes non solum, sed ementes quoque! perquam vtilis quidem, & sanitati conducibilis cibus hominibus est Malum Punicum stomacho existente bilioso, quem roborat; & ab Hostili humore liberum reddit, noxium ab sede eiusdem ventriculi tyrannica succum eundem deturbando, prohibens ne is superiora petat, sed iubens, vt deorsum ad intestina exulatum deportetur, & vltimum propellatur ad exitum: verum nec vendentes, nec ementes se inuicem fallere debent, quia nisi iusto ematur pretio, & nisi seruabilis vẽdatur hic fructus, vitiosus vndequaq, euadit. Huiusmodi proculdubiò cibus propter minimam quam habet adhærescentiam, cum lentore careat, exiguum admodum corpori præstat alimentum, quod de medicamentoso magis participat, quam de peptico alimentali. Horum fructuum proprium est, quia frigidi sunt, & tenuium partium, medijq; temperamenti, incidere, & secare quodammodo homogeneitatem humorum, atq; heterogeneitatem eorundem dissoluere, vnde nisi crassioribus associati fuerint cibis, quos ad mediocritatem redegerint pro permeatione, in quibus glutinositas aliqua feructur, parum, vel nihil de alibilitate retinebunt. Succus horum Malorum mitigandæ idoneus est siti, & hepati refrigerando non parum accommodus habebitur. Hinc horum fructuum Vinum *Sidra* propriè, græcam iuxtà significationem dictum, succedaneum illius est, quod ex vuis depromitur, & febricitantium, capiteq; dolentium non modicum solamen euadit. Est enim vetiti Lyei plausibile, & valdè placens substitutum; & de hoc fortè vino locutus est Sponsus Sacrorum Canticorum Sponsæ offerens conditum vinum, dum dicebat, *Dabo tibi poculum ex vino condito* iuxta Leuini Lemnij eruditam interpretationem.

Psellius de victus ratione l. 2.

Canticor. 8.

Dul-

A Dulciora hæc poma stomacho sanorum valdè arrident, *Punica mala iuuant stomachum praedulcia*, ipsum enim calore blando fouent, quæ Poma Antonins Anguisola Med. Placentinus docet seruabilia fieri hoc pacto, nimirũ si illa tempore maturitatis in Arbore in suo petiolo contorqueantur, ibiquè per aliquot dies antequam decerpantur pendula relinquantur, vel decerpta statim argilla ex aqua soluta vndique oblinantur, deinde pluribus diebus Soli exposita detineantur. Seruantur & in hyemem, imò in æstatem sequentem, secundum regulam generalem fructuum seruandorũ inter aceruatas fruges minutiores sepulta, vt milij, hordei, sorgi, vel etiam lignorum pulueris sectorij, & in siccissima arena; At secundum aliquos durabilitatem maiorem acquirunt ex momentaneo balneo aquæ salitæ bullientis, ac triduana ad Solem siccatione, vel suffumigatione longiori, quæ cruditates illas corticosas vt plurimum causantes putredinem in cortice (cuius contactu putrescunt grana, alioquin durabiliora) optimè corrigit; meminerint tamen picrocholi, idest amara bile abundantes acidioribus vti, & dulcia omittere poma. His verò Coqui, & tricliniorum Præfecti varia edulia, lancesq; veluti pyropis, & carbunculis comestibilibus ornent, vt visum alliciant primò, deinde gustum irritent;
B quod Romani olim in vsum deducebant, in memoriam quoque victoriæ de Pœnis relatæ; & quoniam magni est momenti Medica ratio, Vsus Malorum Punicorum in Medicina sunt attendendi.

In Herb. Bibl. expl. cap. 36.
Cast. Durã. In simpl. medic. tract. p. 59.
Pl. l. 15. c. 17.
Gallus Agr. giorn. 5.
Pisanellus de nat. cib.

VSVS IN MEDICINA.

STomachi prægnantium Malaciam Marinæ Malaciæ, seù Pellaciæ persimilem, quæ languida fluctuatione ingentem inuoluit voracitatem, curat, si tempestiuè adhibeatur Punicum Malum; cuius imaginario caueant ab esu prægnantes, nam specie sui nimis efficaciter impressa, perpetuo in affectu præternaturali deturpatum relinquit fœtum, quemadmodum sæpè solet euenire, & omnibus est perspicuum. Omnes Mali Punici partes facultatem adstringentem in genere possidenr, teste Galeno, & ad Cardialgiam, quæ ab exorbitante oritur bile non mediocriter prosunr iuxtà Hippocratis sen-
C tentiam. At Symeon Sethi vim quandam in Punicis Malis Veneris aduersatiuam, genitales impetus compescentem agnouit, vndè ignem extinguunt, cum impia nec pacem ossibus relinquat Venus.

> *Omne adeò genus in terris, hominumquè ferarumq;*
> *Et genus aquoreum, pecudes, pictaq; volucres*
> *In furias, ignemquè ruunt: amor omnibus idem.*

At Folia cum oleo rosaceo contusa fronti, atque temporibus applicata dolorem capitis etiam inueteratum maximopere mulcent, atque etiam extinguunt. Flores hernijs curandis conducunt, & gingiuarum laxitatem firmant; illorum propterea decoctio pro collutione oris, dentes quoque labantes sistit, & omnes eireumiacentes partes corroborat; flores ijdem, quia rubescunt, sanguinis signaturam præseferũt, vndè ad sanguinis profluuia, & vulnera cruenta valere ereduntur, & ideò flores Mali Granati præscribebat Galenus sanguinem excreantibus, necnon fœminarum immodicis fluxionibus vuluæ, & ità conserua florum eorundem facit ad menstrua superflua corrigenda, gonorrhæamq; sistendam in vino bibita austero, vel granatorum vino. Ex Folijs Florum Punici Pomi
D fit syrupus, & à nostro Antidotario Bononiensi nouissimo in hunc modum adnotatur ℞ infusionis foliorum florum Mali Punici factæ ad modum inf. Rosarum, & violarum lib. v. mellis optimi lib. ij. sacchari lib. i. misce, & f. a. f. syr. qui menstrualibus nimijs defluxionibus occurrit, stomachum roborat, & gonorrhææ medetur exhibitus ab vnc. i. ad vnc. ij. pro singula vice.' Et quoniam Granata in vniuersum vim habent diureticam poterunt quidem peruadere partes vltimas naturalium viscerum. Balaustium item arefactum, & contritum in tertriginibus, reliquisque vlceribus superpositum ea citrà erosionem perducit citissimè ad curationem; Illud idem destillationes cohibet, & quascunque sauguinis excretiones, dysenterias quoque, ventrisquè profluuia, & vteri præstantissimum velut auxilium curat: cuius puluis haustus in aliquo liquore internas omnes erosiones, atque debilitates sistit, & firmat; Cortex Arboris in vino coctus perniones sanat; radicum verò decoctio vermes latos enecat, & excoriatis tibijs auxilium præ-

stat,

Lucret. l. 2. de nat. rer.
Subdola quum ridet placidi pellacia Ponti.
L. 8. simpl. med. fac.
L. 2. epid. de cib. facultate
Virg. Georgic. l. 3.
Hist. Gen. pl. l. 3. c. 6.
Io. Tattus in Agr. l. 4.
Porta in Phytogn.
Osual. Crollius de sign. Pag. 244.
Ex Agr. di uersor. l. 3. cap. 26.
Cast. Durã.
Diosc. l. 1. cap. 151.

Lonicerus de Arbor. & Fruct. *H. Gen. pl. l. 3. c. 6.*

stat, si Drachmæ pondere bibatur, & si læsæ partes ex ea foueantur sæpè; Cortex ipsius Pomi, idest malicorium in aceto cum galla decoctum mobiles dentes ligat, & stringit, idem exiccatum, & cum spongia manna, & aloe tritum in æquali pondere omnium, addito aluminis vsti momento, penis, & vuluæ vlcera citissimè sanabit; & omnes sanguineas eruptiones sistet; macerati ijdem cortices simplices in aquis ophtalmicis, vel naturalium viscerum sympaticis, quibus madefiant oculi, vel hemorrhoides, lachrimarum, & sanguinis respectiuè fluxiones sanabuntur; nuclei acinorum tosti, tusiuè stomachum iuuant, & si puluere eorum cibi inspergantur horum retentio procurabitur; ijdem in aqua pluuiali macerati contra hæmoptoim faciunt; vti etiam si eidem subtilissimo Thuris parum admisceatur, illequè cum aquâ rosaceâ bibatur ad dies aliquot in dosi Drachon. ij. profluuia alba mulierũ tollet; Integra quinimò grana matura sole siccata, vel in furno, totoq; anno in pyxide asseruata ipsa vino, edulijsq; omnibus per infusionem, vel ebullitionem virtutem efficacissimam tribuent omnes compescendi excretiones immoderatas cuiuscunq; generis. Integra verò Mala Punica contusa, cum suis scilicet corticibus, & expressa succum dabunt, qui bilem flauam purgabit actione duplici, & per irritationem bilis, & per expressionem eiusdem; idem succus ex toto punico, coctione mediãte, inspissatus polypum narium delebit, nam carnem succrescentem reprimet, & tenellam absumet propter corticis amaritudinem, & humoris adstrictionem; coctus insuper cum melle poterit oris, genitalium, & sedis vlceribus opitulari. Succus porrò granorum mundatorum leniter extractus, dulcisquè aluum mouere poterit, habetquè aliquantisper calefacere, itaut quo magis à dulcedine receditur versus aciditatem, augetur frigiditas virtualis, caliditate sublata, vndè acida poma refrigerant, & siccant ordine 2. vbi dulcia manẽt in confinio primi gradus, primo versus caliditatem, à quò semper absunt acini, seù acinorum nuclei, & longissimè distant cortices; vndè Medicus Gualdensis sic scribebat

Hip. l. 2. de diata

Cast. Durãtes in Herb.

Punica Mala iuuant stomachum prædulcia, verum
Febribus officiunt, magis at sunt acria tuta;
Frigus & humorem inducunt, aluumque fluentem
Et stomachum sistunt: acinus sed siccat eorum,
Et magis ipsorum siccare putamina possunt.

Iodochus Harchius Medicus Germanus eruditus Granatis dulcibus calidiusculam tribuit temperiem, respectiuè saltem, si non simpliciter, quod erit in gradu admodum remisso. *Granata*, inquit ille, *dulcia calent, & humectant temperatè, acida refrigerant, acini astringunt*, eorundemq; Pomorum Medicas Virtutus hoc tetrastico inclusit

De simpl. lib.

Compescit vomitum, stomachi, ventrisque fluores,
Atque sitim, cortex vlcera sicca facit.
Sumito radicis decoctum, quo tibi vermis
Latior è ventre nil nociturus eat.

Idem ferè Pictorius, Medicus & ipse Germanus doctus vnico voluit concludere disticho

In Pantopolio.

Acribus est gelidus, feruescens dulcibus humor,
Dulcia gustantem peruomuisse volunt.

Vino Granatorum nil tandem vsitatius in medicina febricitantium, & eorum qui cholericis passionibus laborãt, illudq; Plinius Rhoite appellauit, inq; Officinis hoc pacto paratur communiter omnibus, quod syncerum debet esse, & nullo pacto permistum, atq; compositum, vt illud Constantini Vinosum, atq; Mellitum quorundam impostorum. Tale igitur debet esse. ℞. Acinos Granatorum rubentes, & maturos ex pomis magnis, & domesticis erutos, seclusis pelliculis omnibus, ita vt nihil ciccorum in illis remaneat vmbilico adhærens, prælo cõmissos comprime quo vsq; succus clarus emergat, qui percolatus ad subsidendum reponitur vitreis in vasis per decantationem permutandis, vt fæx omnis protrudatur, cui vino superponitur oleum ad conseruationem saltem annuam, & vt acor, & putredo arceantur; quod vt tutius assequeretur Palladius coquere succum ad medietatem instituit, cui mel quoq; addendum esse ab alijs fuit excogitatum; quæ cum fieri nequeant absq; præiudicio gustus, vinum huiusmodi excoctum, & compositum vsu receptum minimè fuit, & eo magis, quià nimis receditur à temperie concupita in medicamentoso simpliciter vino. Suprascriptas vires exasticho intexuit huic Fridæuallius auctor Germanus,

Li. 14. c. 16 *Mizald. de sec. Hort. l. 3 c. 14.* *Lib. 8. c. 19.* *In Mense Martio tit. 10.*

A

Dulcia sunt madidi roris, ficci acria Poma
Punica, Pulmoni hac sunt Mala, at illa bona.
Cuncta nocent stomacho, feruentes acria flammas
Extinguunt, cunctis mensa secunda datur
Sæpe remorbescit dulci si vescitur æger.
Vtraquè eum distent, meiere cor faciunt?

Hugo Frid. de tuẽ. san. lib. 2. c. 18.

At breuius Reusnerus hoc disticho cuncta complexus fuit.

Reusn. in Pom. Poet.

Pallenti sanos depellunt corpore morbos:
Arentemquè leuant Punica Mala sitim

Et Legatus noster, de vino eiusdem fructus loquens

Lib. 1. Epigr. ad Cam. Bazanum. Epigr. 23.

E Libycis vinum Malis sitientibus agris
Potio quàm suauis, tam quoque tuta datur

Sed Baptista Fiera Mantuanus in sua Cœna reliquis antescriptis prius, & fortè melius cecinit

Punica si dulcent maduerunt: Acria siccant:
Hinc, & Pulmoni sunt Mala, & illa bona.

B

Cuncta nocent stomacho: sed perdunt acria bilem:
Cunctis, si qua venit Mensa secunda venit.
Sæpe remorbescunt languentes dulcia pasti:
Tam varijs, vndè est lotia ferre datum?

Quantum possint, ac valeant ægrum releuare animum Fabulę dicant, qui festiua à lepiditate morbos depulsos fuisse in semet senserunt; vndè Medicas Vires Fabulæ comitantur.

FABVLÆ.

PAucæ de hac Arbore habentur Fabulæ, sed paucitatem curiositate compensantes, inter has in mentem prima subit, quam confinxere veteres, & Ouidius, ac Claudianus erudito carmine prosecuti sunt, ille à vj. vsque ad xj. fabulam lib. 5. suarum Metamorphoseon, & hic heroico trium librorum Poemate totum hunc euentum

C

elegantissimè describens, de Proserpina scilicet Iouis, atque Cereris filia, quæ in Sicilia Insula nata, cum omnium sui temporis puellarum formosissima foret, à Plutone in campis Ennæis rapta est, absente Genitrice ad Idam Phrygiæ Montem profecta; quam cum Mater longo ab itinere reuersa non inuenisset, frustrà custoditam deflens, terràquè, mariquè, cœloque perquirere decreuit. Verum vbi multas peragrasset regiones, dilectissimamquè gnatam non ideò comperisset ad Solem confugit, à quo cuncta videntem omnem edocta, tantam iniuriam Ioui conquesta est, ab eodem petens, vt communis natæ prædoni restitutionem indiceret. Quibus annuit Pater, sub hac tamen lege, nimirum si nihil apud Inferos illa degustasset, sic Cereri respondens.

Ou. l. 5. met. fab. 8.

— Repetet Proserpina cœlum;
Lege tamen certâ, si nullos contigit illic
Ore cibos; nam sic parcarum fœdere cautum est.

Cum autem contrarium testaretur Ascalaphus Orphnes, & Acherontis, seù Stygis filius, quod scilicet in Elysijs Proserpina nonnulla Mali Puniei grana degustasset, mœstissimæ Cereris intentum non potuit obtineri.

D

Loco cit.

Non ita fata sinunt, quoniam ieiunia Virgo
Soluerat: & cultis dum simplex errat in hortis,
Puniceum curuâ decerpserat Arbore Pomum,
Sumptaque Pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo: solusquè ex omnibus illud
Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne
Inter Auernales haud ignotissima Nymphas
Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris.
Vidit, & indicio reditum crudelis ademit.

Quare ægrè ferens Proserpina in infamem testem maximopere irata, illum in Bubonem autem feralem, & maximè abominatam commutauit. Quo exemplo monemur, ne quid temerè indicemus, quo aut odium, aut pœnã subeamus. Indices huius generis importu-

portunissimi sunt delatores in aulis degentes perpluribus exitiales. Sed à frequentibus istis Ascalaphis, ad Ouidianum, importunissimis cuius indicijs

Ingemuit Regina Erebi, testemquè profanum
Fecit auem, sparsumquè caput Phlegethontide Lympha
In rostrum & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille sibi ablatus fuluis amicitur ab alis,
Inquè caput crescit, longosquè reflectitur vngues
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas,
Fœdaquè fit volucris venturi nuncia luctus
Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.

Nec aliud post reiteratas querelas consequi potuit Mater Eleusina, nisi vt Filia superas euadens ad auras sex secum menses, totidemquè penes virum degeret apud Inferos

Nunc Dea regnorum Numen commune Deorum
Cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.

Quod de Luna pleriq; intelligunt sex super nos mensibus, & totidem subter nos mensibus, idest super Antipodas iubar suum expandente. Alij de seminum fœcunditate exposuerunt, semen quippè terræ cultæ iniectum hyemis tempore sub terrâ detinetur: æstiuis autem mensibus rursus prorserpit, & excrescit. In quam sententiam venit & Velleius, qui apud Ciceronem de Natura Deorum fabulam exponit, inquiens: *Proserpinam, quæ Περσεφόνη Græcè nominatur, semen frugum esse volunt: matrem autem esse Terram, quæ à gerendis frugibus Ceres, quasi geres nominatur. Hinc & filiam Cereris, id est fœcunditatem, quæ à proserpendo Proserpina dicta est, raptim apud Inferos detineri fabulati dicuntur Poeta, quod aliquando seminum fœcunditas defuerit, ac terra sterilitate quasi maruerit.* Et hi fuerunt euentus mythici Iunonis Auernæ, quàm si septem Mali Punici granis esitatis apud Inferos remanere coactam hic cecinit Ouidius, alibi quoque pauciora narrat eadem fuisse, nempè tria duntaxat,

Lib. 4. Fas.

Rapta tribus, dixit, soluit ieiunia granis,
Punica quæ lento cortice Poma tegunt.

Verum tria fuerint, vel septem parum refert, sat est ad rem nostram ea fuisse de Pomo cuius modo sermonem habemus. Alia quoque nil minus lepida fabella, Arnobio Auctore circa Punicam adinuenta est huiusce modi: In finibus Phrygiæ, immensæ molis petra fuit, & ab indigenis Agdus indigitata, ex qua Deucalion, & Pyttha ad replendum ex Themidis præscripto Terrarum Orbem post diluuium Hominibus, & Animalibus orbum, saxa iaciebant, ex quorum iactu Berecynthia diuinitus formata, & animata est. Hanc autem in vertice Agdi obdormientem Iupiter concupiuit, viquè comprimere frustra conatus, semen fudit super lapidem, in quo conceptus partus post decem menses in lucem exijt nomine Agdestis, cui robur inuictum, indomabilis ferocia, & immanitas in omnes sæuissima, inexhaustaquè libido furentissima, summusquè terrestrium rerum omnium, atque cælestium contemptus. Istius reprimendæ audaciæ cælites, & temeritati mentem aduertentes, tantæ rei prouinciam libero Patri demandarunt, qui manus in Agdesten his dolis iniecit. Meri cadum ipse vini parens prope fontem, ad quem post labores, & defatigationes saxeus ille prædo sistere consueuerat, exposuit, quod videns, & gustans ille, immoderatiusq; de eo bibens, altissimo oppressus est somno. Ex insidijs illicò prodiens Lyæus laqueos obdormientis pedibus circunduxit, & deinde testes cum pene vinxit. Ille somno solutus sese violenter excutiens, & impetuosè proripiens se virili priuauit membro, & ex effluente sanguine quem terra bibit, exortam fabulantur Arborem Mali Punici, cuius fructus cum Nana Sangarij filia legisset, inquè sinum reposuisset Atym concepit. Aliter autem, & longè modestius de hac Arbore, simul ac de Malo Aureâ fabulatur Balthassar Bonifacius ad alterius ex istis Malis Fructum respiciens rubentia grana, quasi tot gemmas in ventre recondentem, nec non & ad alius pomum, quod pretiosum auri colorem præsefert. Tradit itaque Gemmiuoracem, atque Chrysophagum quosdam eodem tempore Punicorum Reges fuisse, quorum alter pretiosis lapillis, alter autem auro præparato, vndè & nomen traxerunt, viuentes, nullo Martis desiderio flagrasse. Principem verò Nomadis, atque Getuliæ bellum illis intulisse, veritirum ne tam lautâ mensâ quasuis orbis diuitias deglutirent. Ità ergò de ipsis Bonifacius

Arnob. l. 5. aduersus Gentes.

Agdestis Fabula.

Musarum 5. num. 60. pag. 173.

Gem-

A *Gemminorax, & Chrysophagus cognomine dicti*
Quos habuit Reges Punica terra duos.
Margaribus bene contusis, tritisq; pyropis,
Limatoquè auro sese aluere diù.
Scilicet his epulis curtam producere vitam,
Mæstumquè his dapibus cor hilarare putant.
Decipit hac agros etiam fiducia nostros,
Aurumquè, & gemmas, nec valuere, bibunt
His bellum Getulorum, Nomadumq; Tyrannus,
Ductus auaritiâ, vel pietate mouet.
Prospiciens ne non solum mox reddat egenos
Prodiga mensa duos, daps pretiosa, viros.
Sed totum terræ demum depauperet orbem,
Dum gaza in cineres omnis'it, inquè scobem.

B Instructis igitur aciebus Punicos Reges aggressus, illos bellandi inscios compulit in mare se præcipites agere. Verùm hi Reges inuidi, ne post sua funera propriæ diuitiæ sub hostis ditionem venirent, eas in Pelagus secum proiecerunt, quibus retentis pontus exanguia Regum corpora in littus exposuit, ex quorum putri nobilissimæ Arbores pullularunt, Punica scilicet, & Aurea Malus, cuius fabulam in superioribus non adduximus, tum ob consimilis materiæ superabundantiam, tum nè illic dictum hîc repeteretur. Sed ad Bonifacium, qui rem his absoluit.

Agmine Rex igitur peditumquè, equitumq; coacto
Sedibus è patrijs pellere vtrunquè parat.
Quî nitida obscuro mutentur puluere gemma,
Quîquè grauans aurum fiat arena leuis,
Hi norant: At non acies proferre, nec vllas
Belligeri partes sustinuisse Ducis.
Malleolum clypeo nequeunt, gladioquè scobinam
Vertere, nec saltem terga parare fugæ.
C *Ergò lapillorum cumulum, fuluiquè metalli*
Congeriem secum, quò licet vsque trahunt.
Cumque suis opibus celsâ de rupe profundi
Se maris in vastas eiaculantur aquas.
Diuitias recipit, reuomitquè cadauera pontus,
Arbor & his duplex ossibus orta viret.
AVREA Chrysophagus MALVS facit AVREA POMA,
PVNICA Gemminorax GEMMEA POMA facit.

Nec his contentus vir ille doctissimus, & ingeniosissimus, mutuæ Mali Punicæ, & Myrti amicitiæ adhærens, lepidissimam aliam Philomusorum in gratiam hîc referendam, hac desuper re fabellam contexuit, hæc de Punicæ nominibus præfatus

Qua Libya Populis censetur PVNICA MALVS,
POMVM hanc GRANATVM nunc vocat Oenotria. — *Musar. l.4. num.62.*
Lautus Athenæus dici obseruauit eandem
Cadmæis SIDEN, Cecropijsquè RHOAN.
D *Hanc, quia prima Venus Paphio plantauit in horto,*
CYPRIPHYTON meritò dixerit ipsa Cyprus.
Huius ego historiæ quamuis producere testes
Non valeam Græcos ἀξιόπιστος ero: — Fide dignus
Credar ego: sine teste mihi narratio constat,
Non caritura fide, teste sit vsque carens.

Quia nimirum Punica dicitur Græcis ῥοιά, & Myrtus Μυρσίνη, Rhoam, & Myrrhinum puellam, & puerum commentus est, quorum hic à Venere adamatus, illa à Vulcano, Venerem, & Vulcanum vterque præ mutuis amoribus contemnebat. At ignis præses, coniuge impatientior, cum puellam flectere non posset, affectus mutans, amorem in odium conuertit, quo succensus vtrunque se mutuò amantium igne sustulit. Venus autem cineribus ipsorum collectis, ambos in sibi cognomines Arbores transformauit. Quæ sic descripsit nobilis ille Poeta *MYR-*

E

MYRRHINVS eſt pulcher Iuuenis, RHOA pulchra puella,
Hanc Veneris coniux, hunc amat ipſa Venus.
Mutuus hos amor, affectuſquè reciprocus vrget,
Temnat vt illa Deum, ſpernat vt ille Deam.
At contemptus amans, atroces ſuſcitat iras,
Euibranſquè facem ſæuus vtrunque cremat.
Tum cineres vtriuſque Venus collegit, eoſquè
Arboribus mutans, fecit vtrunque ſuum.
Deleuitquè RHOÆ turpis veſtigia flamma,
Vt decus huic, & honos vſto fœda foret.
Sunt acini, vt pruna ardentes, & floſculus ardens
E calyce erumpens, ſeu nouus Æthna micat.
Myrrhinon ambuſto ſtirpem pro torre virentem
Fecit, & æternùm permanet ille viror.

Ex quibus ſingulare patet artificium, quo Arbores ab antiquitate Veneri dedicatas, F à Venere in tutelam accipi elegãtiſſimo hoc cõmento Bonifacius oſtendit. Arboris itidẽ vtriuſque Frondes, Flores, & Baccas in coronas connexas ab Aphrodite deinceps geſtari ſolitas tradens, eruditum operæ pretium facit, Sic & Fructuum earundem qualitates, & vſus perbellè deſcribens audiendus eſt.

Frondibus hinc Myrti rubicunda Balauſtia iungens,
Et baccas cytinis, ſerta dat ipſa ſibi.
Stemmata temporibus nectit, capitiquè corollas
Aptat, vt Arboribus ſit noua fama nouis.
Prima ergo amborum facies, & prima figura
Sic abit; affectus non abiere tamen.
Manſit amor, manſit paritas. Acredine dulcì
Eſt RHOA, ceù Myrto gratus amaror ineſt.
Fructus vterque cibos condit, nam Myrtea bacca
Inſtar erat piperis, cum procul Indus erat.

Nec minus ſuauis eſt lectionis quomodo ad medicas inde vires vtriuſque ſe trans G ferens, ſympathicum earundem Arborum affectum ediſſerat, & curioſam his claudat hiſtoriam lepidiſſimus Poeta

Quiſquis vtranque comeſt, oculis proſpectat acutis
Linctibus & lacrymas, mydriaſinque fugat.
Adſtringunt Plantæ folijs, & floribus ambæ,
Strinxerat vt iuuenes irreſolutus amor.
Radices glomerant, arctiſquè amplexibus hærent
Cum prope ſunt poſitæ, proſperiuſquè vigent.
Iuxtim plantatæ gliſcunt, ſeſeque viciſſim
Reſpiciunt hilares, viuidiuſquè virent.
Frondibus, & ligno pariles, ni plura loquamur,
Permutant fructûs alterutrinque ſimul.
Fert Myrti baccas nonnunquam PVNICA MALVS,
Myrtus & interdum PVNICA MALA creat.

Quæ Poma cum ſint in Mauritania frequentia, & maximè circà montem Atlantem, H vbi famigeratiſſimum hortum Heſperidum extitiſſe fabulati ſunt Veteres; Inde Granatum commentus eſt celeberrimus Italorum Poetarum Eques Io. Baptiſta Marinus Pomum illud, quod ex iiſdem viridarijs à Diſcordia petitum, & verbis DETVR PVLCHRIORI inſcriptum, ab ipſa in conuentu commentitiorum Deorum proiectum con. tentionem de pulcritudine inter Dearum formoſiſſimas Iunonem, Palladem, & Venerem ſuſcitauit, & à Ioue Paridi Phrygio pecudes in Ida paſcenti miſſum eſt, vt quia maximo pollere iudicio cenſebatur, tantam dirimeret litem, & irrefragabilis eſſet quæuis ab ipſo proferretur Sententia. Gemmea quippe Mali Granati ſemina elegantiſſimè deſcribit Marinus, Punicum poeticè delineans, vbi de Diſcordiâ verba faciens cecinit.

Corre al giardin d'Eſperia, e dà di piglio
A le Piante, che'l Drago hebber cuſtode;

Quin-

A *Quindi vn Pomo rapisce aureo, e vermiglio,*
De' cui raì senz'offesa il guardo gode,
Di minio, e d'oro vn fulgido balteo
Vibra, e gemme per semi accoglie in seno.
Ne la scorza lucente, e colorita,
Il cui fulgore lieto i lumi abbaglia,
La Diua di disdegno inuiperita,
Cui nulla Furia in fellonia s'agguaglia,
Di propria man (come il furor l'irrita)
Parole poi seditiose intaglia:
Dice il motto da lei scolpito in quella:
Diasi questo bel dono a la più bella.

Cum porrò in Fabulis, & in ijs maximè, quæ metamorphoses inuoluunt, vt adduximus, quædam afferantur, quæ Naturæ Monstrosè per accidens operantis speciem aliquam præseferre possunt; ad eos ideò, qui præter naturæ ordinem obseruati sunt Puni-B carum Malorum effectus vltimò commemorandos conuertendus est sermo.

MONSTROSITATES.

Plutarc. de Poet.


NVnquam dici poterit speciosum, siue decorum, quod à natura vitiosum est; quod siquidem à propriâ desciscit formalitate, cuius est esse bonitatis indiuisa comes, horrorem quendam præsefert, nullamquè vel minimam, & accidentariam ferè adfert vtilitatem, quæ à decoro nec hilum solet discrepare. Cogitur quandoque natura rerum esse nouatrix, & extrà proprios, congenitosquè vagari fines amoris in præiudicium illius, quo formatricis suæ virtutis fœtus prosequitur: Flos Pomi Granati cynocephalos, cuius figuram suprà posuimus in primo libro pag. 83. ex ijs naturæ malè operantis operibus est, cuius in oculorum occursu

Periander ap. Auson. Ouid. l. 15. metam. Horat. 1. epist. 6. Apuleius.

— Improuisa simul species exterret

C Ille terribilem Proserpinæ raptum à Poetis ingeniosè fictum in mentem reuocat, vlulatusquè nocturnos Cerberi canis renouat, dum latrantis belluæ speciem perquam bellè induit cum ore hiante, exertâ linguâ, cumquè apertis, toruèque aspicientibus oculis; vndè hîc memoratur *Nocturnis vlulatibus horrenda Proserpina.* Flos item alius Arboris eiusdem Granati Pomi dentatum os belluinum clausum repræsentans non-





multum discrepat à superiori significatione canina dentibus frendente, atque rabiem veluti coquente. Huiusmodi Flores, nisi præter, immò contrà ordinem Naturæ originem sumerent, capitalis, vel odontalgicæ virtutis, ex signatura curandi morbos Crollianam iuxtà methodum, essent habendi; Quare irarum potius denunciatores, biliosarumquè motionum instigatores timendi sunt; Hos ego Flores ambos ab vnicâ plantâ excerptos habui an. 1665. quos & ostendi excellentissimis Philosophis, & Medicis Domino Hyacintho Ambrosino, Archigymnasij nostri Botanico præclarissimo, atque Domino Syluestro Bonfiolo Herbariæ, & Anatomicæ rei peritissimo, viris doctissimis, & ab eorum iudicio prædictæ sententiæ cõfirmationem retuli; Sed compressa ab hac Florum Monstrositate ad Fructum seminis compressi lenticularis, Sorbum nempè, haud lentè procedere placuit; vt Pomacinosarum propriè Arborum tota, & integra Tractatio exprimeretur, inq; hoc primo Dendrologiæ Volumine, proprium locum obtineret. F

Plin. l. 15. c. 24.
Galen. l. 7. simpl. med. fac.
Diosc. l. 1. c. 138.
Galli Sorbũ Cormier *vocãt quasi* Comaron *Gr.*

Vnica tamen Vnedonis Fructus, Memæcyli scilicet, Fragarumquè Arboris simplicissima linearis repræsentatio (absque illius Historiæ inter Mycarpia reponendæ præiudicio) præcedentis non solum sensus, sed subsequentem Sorbi mitiget acerbitatem, irrefragabilemquè nostrum hunc ordinem reddat, vnde κόμαρον, huiusce scilicet Fructus Mitis Acerbitas Sorbo affinis duos valdè Adstringentes, Granatum nempè, atq; Sorbum iungat fructus. G



VLYS-

VLYSSIS ALDROVANDI

PATRITII BONONIENSIS

DENDROLOGIÆ

Libri Secundi, Tractatus Secundi

CAPVT VII.

DE SORBO.

ORDO, NOMINA, DIFFERENTIÆ.

SVBCROCEVS Sorborum vnà cum Rubore pulcherrimo Color, Venusta Forma, non contemnendus Odor, Intractabilis primum, & demum accepta Gustabilitas vinositatis comes Arboris propriæ, proceræ, recti caudicis, compactæ, duræquè materiei, folijquè, vel Fraxinei alati, serrati, vel platanini Historiam post Granatum Pomum exposcebant. Postremum Acinifero in hoc Pomario locum, qui VII. Caput inscribitur, illi concessimus, quià Fructui εἴω ἀξυλοσπέρμῳ minimè duri, aut lignosi seminis sub ὀπώρας genere posito, qui minima inter Poma tardius, & ab Arbore tantum auulsus maturescens, constringentis maximè facultatis agnoscitur, primum hocce Dendrologicum castigatæ molis Volumen concludendi munus conuenientissimè debebatur. Nobis autem interim permittatur literarias inter Sorbi Eruditiones Ingenio ludere, Permessijsquè sorbitionibus Pomossificarum Arborum, & in primis Vitium tractationibus Voluminis sequentis lætè præire, Virgilianosquè Agricolas obseruare, qui

Dodonaeus pempt. 6. l. 3 cap. 12.

> *Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti*
> *Fermento, atque acidis imitantur Vitea Sorbis.*

Virg. lib. 3. Geogr.

Quin imò vtiliori cum voluptate Musei leporis Asseclas Botanosophos audire

Auson. in Protrept.

> *Sunt etiam Musis sua ludicra, mista camœnis*
> *Otia.*
> *--- Nec enim facundia semper*
> *Adductâ cum fronte placet, &c.*

Lucan. ad Pisonem.

Sorbi modò nomina iuxtà varias linguarum acceptiones proclamentur. Non aspernandis insignitur Sorbi Fructus nominibus; Galenus in primis ipsum οα à vinositate vocauit, alij Græcorum οη, οἴη illius Arborem, ipsumquè fructum οἶν, & οὖον, quià referat

Galenus l. 8 de simpl. medic. facult.

 Oni-

Ouiluteum; Hebraicè *Toleſch* nuncupatur; Latinè autem *Sorba*, atque Italice *Sorbe*, & apud vulgus noſtrum *Sorbole*, quaſi *Sorbile* quid; Germanicè ſecundum Tragum *Sperling*, vel *Spervverbaum*, ac iuxtà Bauhinum *Sporopffel*, & ex Fuchſij ſententiâ *Sorbopffel*; Bohemicè *Rzerbiny*; Belgicè *Sorbenboom*; Hiſpanicè *Sorbas*, & *Sernal*; Gallicè *Sorbier Cormiè*, & *Cormier*. Paruum licèt hoc Pomum magnitudine vt plurimum columbaris oui, haud exiguas, hoc eſt non paucas differẽtias admittit; Prima quarum eſt Syluestreitas, quæ cum maiori maturabilitate fructus maiorem à frigidiori loco captat ſuaueolentiam; Secunda eſt infructuoſa Maſculinitas calidioris temperiei, locumquè nacta calidiorem; Tertia eſt Fœmininceitas Fœcunda, Satiua, Legitima, Eſculenta, Frigidior, Odoratior, quæ triplex eſt, alia Sphærica cæteris melior, dulcior, odoratior; alia Oualis, ſæpè acidior, ac minus odorata; tertia Turbinata Pyriformis compoſita ex rotunda, & elliptica, cum quâ magnitudo, & maturata iucunditas duplicantur. Quarta differentia ſpecifica Plinij Torminalis dicitur, remedio probabilis, aſſidui prouentus, minimiquè Pomi, folijſquè penè Platani, quæ multum diſtat à communiori Sorbo, nam hæc ſpecies folia ſambuco aquatico, & Platano ſimilia gerit; priores autem alata folia, vni alternatim pediculo longo cohærentia, & in imparẽ numerum deſinentia ferunt, cũ Floribus vulgaris quidẽ Sorbi racematis ex pallido candidis, at fructibus paruis, rotundis, vmbilicatis, coloris ferruginei, cum ſeminibus veluti Pyrorum; qui fructus dum maturi fiũt acidulo grato ſapore ſunt prediti; cortex iiſdẽ ramorum eſt ſubluteus, & caudex albicans, præduraquè materies; Torminalem aliqui pro Cratægo, vel Cratægone Theophraſti habuerunt, licèt Meſpilaceo potius hanc adſcripſerit ille Generi; ab omnibus autem Pliniana Torminalis dicitur, & inſuper Aucupalis, & Aucuparia à multis, fortè quià fructus illius, qui per hyemem in Arbore manſerint aues, quæ illos manſum venerint aucupentur. In vlteriori differẽtiâ, quam nos quintam ſpecificam faciemus aderit Sorbus Alpina per Io. Bauhinum in Hiſtoria vniuerſali Plantarum ſic deſcripta, quod ſit erecto, & robuſto caudice, rubente potiſſimum, materiei albæ, firmæquè, folijs Alni, floribus Sorbi Torminalis, Pomulis autem rubris, paucis, lanugine obductis, vmbilicatis, quorum pulpa luteola eſt, ſapore primum acerbo, dein commendabilis cum ſeminibus intus pyrorum in modum efformatis; Arborem hãc, vel huic perquam ſimilem, plerique Ariam Theophraſti dici poſſe putant, qui laurum tenuifoliam, ſiue marinam figurâ ſimilem fecere Sorbo. Sorbus igitur hæc *Aria* non ineptè fortaſſis dicetur, & *Oenaria piloſa alpina*, item *Matallum* Italorum, ſeù Apenninicolarum, Gallicè *Tralier*, & *Dioſpyros Sorbus*; item *Pyrus Ceruina*; *Pyraſtrum Idaum*, *Myrtomeles*; *Vitis Idaa*; *Lotus etiam ſylueſtris*; *Codomala Cretenſium*; *Amelanchier Gallorum*; *Bagola* item alterum genus, & *Dioſpyros*; quibus Arboribus fructus tribuitur rotundus, violaceus, vel niger, in quo vmbilicus quinque alarijs lacinijs eſt ſeptus; ſucculenta quoque eſt ei medulla, ſapore melleo, ſeù iuiubino in Autumno matureſcens, ſtomachicus non ingratus; cum ſementicis granis pyrorum ſemina referentibus, quibus proximè accedere videntur Figuræ propoſitæ duæ, quas hîc ad aliquod ſaltem ſpecimen exaratarum differentiarum exhibendum, quã quid omninò certũ, & abſolutũ proferendũ attulimus; his addi poſſent duæ illæ ſylueſtres Pſeudoſorborum ſpecies, à diligentiſſimo Germano Botanico Hieronymo Trago allatæ, quarum vnam ſaltem exhibemus delineatam, ſcilicet Fraxinifoliam; alteram vocat ipſe *Malbaum* Germanicè, Alni folijs, rugoſis, & pulueratis, ſubtus albicantibus, floribus ſambucaceis ſtellatis, iucundi odoris, baccis viridibus, aliquantum compreſſis, per maturitatem nigris, guſtu dulcibus, & viſcoſis; alteram verò *Sorbum Sylueſtrem*, *& Arborem Fraxineam*, *den groſſen Malbaum* Germanicè, cui baccæ ſunt ex rubro nigricantes, quibus per inopiam Annonæ Frugum Rura veſcuntur.

Creſcẽt. l. 5. c. 27. Tragus l. 3. cap. 31. Suidas Galenus Theophr. l. 3. H. pl. c. 3. & c. 12. Theophr. l. 6. de cauſis pl. c. 24. Celidon. Agric. p. 1. c. 35. Plin. l. 15. c. 21. Lib. 3. H. pl. cap. 15. Robert. Conſtant. in Theophr. Bauh. Pin. l. 11. ſect. 4. Cord. Bellõ. Cluſ. pan. Thal. Cam. p. 1. c. 8. Io. Bauh. l. 1. Vn. H. pl. cap. 8. L. 3. H. pl. c. 12. Carol. Cluſ. in pannon. cap. 5. Tragus l. 3. c. 28. & 29. Ruell. l. 1. de nat ſt. c. 82.

Diospyri fortè species ab Aldrouando sic inscripta, sed non descripta.



Sed hic notandum est circà Diospyri vocem magnã intercessisse interpretum Theophrasti æquiuocationem in illius expositione, dicendo Diospyrum esse Iouis flammam, nam Διόσπυρος non Διὸς πῦρ, ideſt *Iouis flamma* exponi debet, sed Διὸς πυρὴν, ideſt *Iouis nucleus*; & quià significationi, magis quàm nudæ etymologiæ, quæ ſæpè fallit, est insistendum, interpretatio prædicta est attendenda: at in Græci Codicis transcriptione maximus notari debet error in transpositione terminorum, vbi Diospyro nucleus durus tribuitur, & cerasо mollis, cuius totum oppositum patet, nam ceraso durissimus est nucleus, vndè Diospyro erit mucleus mollis, & ità poterit esse Sorbi quædam species fructum edens apparenter similem Ceraso syluestri paruo.

Lib. 3. H. pl. c. 13.

Sorbus Torminalis. Quarta Plinij.

Cratægus Theophraſti Anguilaræ, & alijs lib. 3. Hiſt. Pl. cap. 15. Aria etiam nonnullis; ſed maximè differt ab Aria Dalechampij. In Hiſt. Lugd. p. 1. l. 2. c. 41. Nam ibi depingitur Arbor Viburno ſimilior.



Sorbo Torminali cortex lęuis eſt, albicans, folium Sambuci aquaticę folio ſimile, ſed ſolidius; Flos palleſcens, vmbellatus, denſus, cui ſuccedunt parua veluti pyra incana, aſperiuſcula, ſapore meſpilacco, nucleos, ſeù acinos pyrales continentia, Autumno maturantia, ſapore haud ingrato.

Plin. l. 15. c. 21. Rober. Conſtant. in aduot. ad Theoph. l. 3 c. 15. H. pl.

Dioſ-

Diofpyros Theophrafti.

Sorbi Species quibufdam; Mefpili de genere alijs; Pyra Sancti Ioannis fecundum aliquos; Berberis Species nonnullis etiam.

Gef. Hort.

Ibid.

Hamamelis fortè anguftior Athenæi. Lug. lib. 2. cap. 42.

Α'μαμηλίς, & Ο'μομηλίς per quandam malorum fimilitudinem. cuius fructus dulcis, & ἀπύρηνος, ideft fine nucleis lignofis eft.



Fructus vmbilicatus eft, prædulcis cum maturuit, purpureus ante maturitatem, dein fubrubeus; femina includens terna, quaternaué pyro fimilia, nigra. Et quoniam hîc excitari poffent quæftiones de nomine non paucæ, dum tot de vna tantum planta efferuntur nomina, nos hifce relictis inguftabilibus difputationibus elegãtem fubftituemus eruditionem, quæ licèt videatur communis, de Achrade, & Diofpyro prolata à præfenti non abhorret materia. Α'χρὰς enim eft Pyrafter propriè. Nonnunquam tamen accipitur pro qualibet Arbore fylueftris naturæ. Hinc Diofpyron expofuit Legatus ad illam Antipatri hiftoriam de paupere, qui nihil, præter vnam vaccam, & ouem habens, cum hæc à lupis rapta, illa partus difficultate vnâ eâdemq; die mortua fuiffet, præ mœrore Diofpyro fe fufpendit. Habet Græcus ille Poeta.

D

> Εἶχεν Ἀριστείδης ὁ Βοκέρριος οὐκ ἀπὸ πολλῶν
> Πολλά, μιῆς δ' ὄϊος, καὶ βοὸς εὐπορίην.
> Ἀλλὰ γὰρ οὐδ' ὁ πένης ἤρυγε φθόνον: ἤματι δ' αὐτῷ
> Θῆρες ὄϊν, τὴν βοῦν δ' ὤλεσε δυστοκίη.
> Μισήσας δ' ἀβληχὴς ἐπαύλιον, ἅμματι πήρας
> Ἐκ ταύτης βιοτὴν ἀχράδος ἐκρέμασεν.

Lib. 1. Anthol.

Ita Paraphraftes in Poeticis fuis Metaphyteumatis.

> *Rexit Ariftides non multa Bocerrhius, vna*
> *Cui totum armentum bucula, ouifque fuit.*
> *At neque tam pauper fortunam euafit. Eodem*
> *Mane tulit vaccam partus, ouemque feræ.*
> *Sed pecudum incufans mala fata, ligamine peræ*
> *Ex hac fufpendit fe IOVIS ipfe PYRO.*

Laur. Leg. in Poet. Metaphyt. l. 2. ep. 37.

Sor-

Sorbus Sylueſtris.

Matth. in Dioſc. l. 1. cap. 136. Alpina Aduerſariorum, Sorbus Aucuparia, Fraxinea Arbor Tragi lib. 3. cap. 29. ſeù Ruellij lib. 1. cap. 82. Spectat ad Fraxinum Bubulam Dodonei pemptade 6. lib. 4. cap. 13. de Orno; ſed fortè melius ὀρεομελία ſylueſtris, parua Ornus, ſeù ſimilis Orno hæc Arbor eſt dicenda.



Huius Sorbi Alpinæ fructus ſuaui dulcedine grati ſunt, & Ziziphorum in morem tuſſes leniunt, ſputum adiuuant, & humores in pulmone exiſtentes concoquunt. Nos verò non timemus has Arbores, ſylueſtres quidem naturâ, ſed cicurabiles, & innoxias admittere in Pomarium, nam comeſtibiles, durabileſquè fructus, atque aliqua ſpecioſitate notabiles edunt, & quià ἀταξία per hæc non efficitur præſentis noſtri Plantarij diſpoſitio, nempè vmbroſa nimis, cum hæ non ſint ex illis Arboribus, quæ Ventos, nè aerem purgent, impediunt, noxiaſquè vmbras nectant, nam tetrum non emittunt de ſe odorem aeris corruptiuum, ſed leues pediculo foliorum longiuſculo capitibus minimè nocent, immò iuuant, quas Plinius libertimè admiſit, dicendo; *Omnium ferè leuis vmbra, quorum pediculi longi*. Harum quanti ſit æſtimanda Patria nunc videamus.

Bauh. l. 1. H vniu. Pl. cap. 8.

Adrianus Alemanus Pariſienſis in Hippocr. de Aere, Aquis, & locis, textu 6.

Li. 17. c. 12

PA-

A

PATRIÆ.

NAtalis locus, vbi Planta optimè vigens, atq; fructificans gaudere videtur, ipsa Patriæ Nomine iuremeritò debet indigitari; *Vnicuique Natura Generis est Patria* docebat Euripides. Nemo negabit, quod vbicunque viuenti benè est erga elementorum proportionatam dispositionem, locus ille Patria sit dicenda, quæ alumno iucundissima euadit. Hinc *Diuisa Arboribus Patria* perbellè, atque clarissimè apparent. Quapropter Sorbus Arbor, quæ frigida naturaliter affectat loca, humentia tamen, & pinguia, & è contrà feruida detestatur, nam hic perit, ibi verò odoratos & quamplurimos edit fructus, frigidam, montosamque, sed non aridam Patriam habere dicetur, quemadmodum expertissimus in Botanicis Tragus scriptor testatur, de hac Arbore sic scribens: *Gaudet itaque alsiosis Montibus, & lapidosa terra, tractus Rheni, necnon Syluis Mediomatricum ad fluuios Saram, & Blisam dictos sitis admodum familiaris.* In montibus quoque Helueticis circà Tigurum frequens occurrit Sorbus, vt tradit Gesnerus: item in sylua Bard dictà Io. Bauhinus propè Otmarsam Sorbum prouenire testatur. Patrijs iam dictis respondet Sorbi facultas insigniter constrictiua, & frigefaciens, quæ in acerbo fructu ad stupefactiuum ascendit, in huiusmodi constitutione mixti frigidior, & crassior confluxit substantia, quæ quia proportionatæ humiditati iungitur alicuius fragrantiæ particeps efficitur; Illius ergò si Patriam respexeris, aliquam plantæ huiusce poteris deducere cognitionem, tanquam prolis alicuius, quæ genitricis imaginem quandam conseruet, de qua Ouidianum illud genericum haud fictè poterit de omnibus consimilibus verificari dictum.

Viuaci nutrita solo, ceu matris in aluo
Creuerunt, faciemque aliquam cepère morando.

Non parum igitur virium singularium afferet Plantæ Patria, cuius terrenæ affectiones intimius perscrutari non esset inutile; in summa hæc Arbor congruens sibi Solum, Cœlumq; nacta sese mirabiliter efferet, atq; fructificabit, nã partialis Aer, & Terra Plantam hanc amant, & ab ea vicissim amãtur, in qua Natura longè præualet Arti: Hinc valdè notabilis hæc Planta mihi videtur, quæ in proprio nata sit Solo, idest libero à quacunq; contradictione, ibi enim est veluti Probus ille Pater, qui filium seipso probiorem desiderat, nam ex semine in matris telluris gremium prolapso optimæ in suo genere emergunt, & pullulant plantæ, quæ si fari possent, non alium fortassis exprimerent sermonem præter hunc: *Hæc est ò mater, possessio pulcerrima, & potior diuitijs, &c.* tacitas tamen has voces ad nos peruenire facit literarius ille, qui *terram rumor transilit, & maria.* Exotica igitur Sorba, si quæ sint, à Scriptoribus sunt exaudienda.

Aristophanes in Pluto Cicero l. 5. Tusculan. Quæst. Euripid. in Phaetone ap. Stob. ser. 38. Scæuola de Leg. 3. in L. quib habebat Glos in L. veluti ff. de Iust. & Iur. & in L. fin. C. de Sobol. Virgil. l. 2. Georgic. Theophr. l. 2. H. pl. c. 3 1 & lib. 6. de caus. pl. c. 24 Tragus de stirp. Hist. l. 3. c. 31. Herrera l 3 c. 40. Agric. P. l. 15 c. 21 15. Metam. Euripid. in Dictye apud Stob. ser. 18 Plautus. in Pseudolo Act. 1. sc. 5 Eurip. in Meleagro ap. Stob. ser. 73. Propert. l. 2 Horat. l. 1. epist. 12. Impress. an. 1658. Gall. Plin. lib. 17 c. 24.

B

C

EXOTICA.

QVò maior natalium datur longinquitas, eò etiam ampla magis exurgit laudationis, & admirabilitatis materies, canebat Lyricus

Laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.

Quam igitur Sorbi speciem in Anteinsulis remotissimis Americæ crescentem audimus, pulcherrimam eam impensè laudare, & admirari non desistimus: Narrat itaque Historia Naturalis, & Moralis Anteinsularum Americæ Roterdamensis Arborem Sorbi crescentem, & fructificantem ibi reperiri, cuius fructus rotundus est, colore luteo totus, sed rubris maculis ornatus, quæ maculæ in maturatione dilutæ obsolescunt, & ferè totaliter euanidæ euadunt, ad quos fructus sapidissimos, suauissimos, gustuique valdè prolectabiles vndiquè accurrunt aues, & alia quoquè Animalia, vt his fructibus saturentur; & quoniam nullam Indicam aliam Sorbi speciem nemo ex Scriptoribus Botanicis, quos legerim, præter vnicum Anteinsularum Americanarum Historicum indicauerit, hac vna Exotica Sorborum specie contenti esse debemus; Verum huic aliam obseruationem superaddam partim factam, partim fiendam circà Sorbi, etiam nostratis fructum, quæ peregrinitatem quandam admirabilem importare videtur, & est singularitas vermis in eodem maturo innascentis fructu, de qua Plinius communius forsan hæc adnotauit, *& Sorbus Arbor infestatur vermiculis rufis, pilosis,*

D

atque

Arist. lib. 1. de Gener. & corrupt. c. 3. & l. 4. meteor. c. 1. & l. 2. Physſ. t. 38.

atque ità emoritur; Certum eſt non quodlibet fieri ex quolibet, ſed determinatum ex determinato, iuxta Philoſophos; & cum noſter Fructus ſingularitatibus polleat conſiderabilibus, dabitur propterea in noſtro hoc Fructu Sorbi generatio quædam valdè ſpecioſa, & notabilis vermis inſolentiſſimi, vt ex Microſcopio licebit perſpicere; pro qua re adſunt præclariſſimi viri noſtra hac tempeſtate, qui pluſquam Dædaleo Ingenio Cœlum per minimas haſce Animalium ſpeculationes obſequens ſibi reddere nouerunt; ijs hanc curam relinquimus, ſperantes fore, vt breui Microzoophytorum greſſilium, reptilium, aligerumq; greges in lucem prodeant maximè viſibiles redditi; nos, quæ in varijs obſeruauimus fructibus, ſtirpiumq; partibus in principio putredinoſæ conſtitutionis animalcula, aciculæ capitulum in magnitudine non excedentia, alia Scarabæiformia, alia Erucacea, alia Culices referentia, alia Formicas, alia glabra, alia piloſa, cū varijs appedicibus deprehendimus; de quibus nihil ſpecialiter hîc ponimus, eorundem diſquiſitionem habendam ſuper Aldrouandæas præcipuè obſeruationes in Volumine de Inſectis felicioribus Ingenijs reſeruantes; in Æquiuocis modò laborabimus. E

Rubrica Genus, & Differētia.

ÆQVIVOCA, ET DENOMINATA. F

SOrborum ſaporis ſumma auſteritas, eorundemq; ſuperbus aſpectus (vndè Fructus hi Pyra Superba, de quibus ſuperius locuti ſumus, figurâ, coloreque ſuperare quodammodo videntur) originariam ex nomine ipſo ſuperbiam realiter oſtentant; Quarè ſi Græci nominis ὑπερηφανία ſignificatio Sorbis tribueretur, quæ arrogātiam, auſteritatem, venuſtatemque ſuperbam, elationem, audaciamque ſibi placentem importat, parum aberraretur à recta Denominatorum, vel Æquiuocorum regula, etiam ſi pro ſuperbia ſumeretur Sorbus, vel pro Sorbo ſuperbia acciperetur, quæ eſt

Claud. 2. in Stilicon.

—— Vitium rebus ſolemne ſecundis,
Virtutumque ingrata comes.

Panyaſis apud Athenæum l. 2.

Vinoſus præterea Fructus hic tanquam Augurale Pomum per quandam æquiuocationem dici poſſe promeretur, ex ipſo nomine primo ὄα, & οἶα, nomen οἰωνοῦ Augurij, & nomen Vini, & Vitis abbreuiante, quod eſt οἶνος, & οἴνη. Illius quoq; nomen ὄα æquiuocare conſpicitur cum fimbrijs Veſtimentorum, quæ ὄαι pariter dicuntur, ſiue ᾦαι, vel ὤαι vocantur; quin & eâdē appellatione ſignificantur etiā ſuperiores Veſtium Oræ, ſiuè ſatius Orificia, quibus collum inſeritur: ità dicta quod nedum ab Antiquis, ſed à recentioribus ſutoribus aliquid de pellibus ouillis veſtium extremitatibus adijciatur, quandoquidem ὄα pellem ouillam pariter denotat, & reperitur à Græcis poſitum, pro οἶα in eodem ſenſu, ſublato tamen iota, & ᾤα, mutando omicron in omega; & iota ſubſcribendo. Quin οἶαι vocantur quoque ab Apollonio Pagi, ſeù Vici, ab antiquo Græcorum verbo οἴω, ſcilicet *fero*, deriuatum id nominis crederem in vtroque prędictorum ſenſuum accepti; nam & ὄα Sorbus maximam ſolet fructuum ſuorum copiam Agricolis impertiri, qui ex ouibus, illarumquè pellibus quamplurima eliciunt emolumenta. Non deſunt tamen rationes, quibus probari poſſit ὄαν Sorbum ab ᾠὸν, quod eſt ouum deriuari, tum quià Fructus huius Arboris ſit ouiformis, cum quià, ſi credimus oculis, luteum eiuſdem oui refert. Cæterum Latinè Sorbum à ſorbendo dici non diſſenſerim, eo quià *Sorbile* Pomum, quando maturum eſt, proferat. Denominatorū porrò quàm pauca ſubeunt recenſenda. Legimus *Sorbos*, ſeù potius *Sorabos* in Chronico Merſburgico vocatos fuiſſe Vandalos. Lutetiæ Pariſiorum Collegium prænobile memoratur, quod *Sorbona* appellationem aſſumpſit, & ex Chronico Francorum tradit Polyhiſtor Beyerlinck in ſuo Theatro erectum fuiſſe à Roberto Comite Druydum, & Fratre Diui Ludouici, vſque de anno ſal. 1253. quam Vniuerſitatem adhuc glorioſiorem reddit inter alios doctiſſimos Viros præclariſſimus Samuel *Sorberius* nemini Humanitate, & Doctrinâ ſecundus. Nobilitate quoque, tum literis, tum armis conciliata viret Familia *Sorbellona* Mediolanenſis, immò huius Arboris nobilitandæ causâ, eandem in Gentilitij Pegmatis Æquore ſenis Baltheis ſemnifcato, duoſq; inter Punicei coloris Gryphes aduerſos erigit. Nec ab hoc excludēda videtur cenſu Sorborum inſigni decorata Familia Bagnacaballenſis alia, licet Sorbelloniæ inferior, *Sorbola* nuncupata, quæ Sorbum Arborem in ſtemmate cum Iconibus vtrinq; obuerſim ſtantibus G H

L. 2. Argon.

Fratr. Frăciſcani in Meſuem. Pag. 607.

Sorbonenſe Collegium Pariſys.

P. Sylu. Petra Sancta l. de Teſſeris Gentil. pag. 510.

geſtat

A gestat; sed Sorbus à nominali, politicaquè ad Physicam, moralemquè deinceps transeat cutam, variosquè deducatur in vsus, accurato Dendrologo charior effecta.

EPITHETA.

PRoceram licebit appellare Sorbum, quam Græci οἴην, seu ὄην ab ὠοῦ vocant, eo fortasse, quia fructum oui forma, quam ὠοειδῆ dicunt, insignitum, luteumq; oui referentem colorem producat, cum in non modicam longitudinem à Natura efformetur, vt patet experientia; sic eam quoque in illius descriptione Dodoneus cognominauit; ita enim hic scriptum reliquit, *Proceræ magnitudinis Arbor Sorbus est.* Cum verò tradiderit Theophrastus in sua Plantarum Historia hanc Arborem in feruentibus locis sitam citissime sterilescere, idcircò illi iuremeritò *calore sterilescentis*, & è contrà *frigidi amantis* apposita conuenient. Sed quià absquè insitione prouenit, & sola inter syluestres Arbores est expers aculeis, ea de re *insitiones minimè curans*, atq; ἀνάκανθος, B scilicet *aculeis carens*, seu *non aculeata*, ac *lænicortex*, & *inter syluestres præstantior* nuncupabitur. Arcades δᾳδοῦχον, quasi quæ tedam gestat appellant. Cum enim illa Regio Sorbis scateat, apud illius incolas opinio inualuit eas, quæ steriles essent, aut si quos fructus producerent, illos adusquè maturitatem non promouerent, teda cortici infixa feraces effici, & fructibus exactè maturis ornari. Φυλλοβολεῖν, idem Theophrastus alibi nominat, cum eius naturę sint huius Arboris folia, vt non singulatim decidant, sed simul pennata illa duodecim circiter foliorum congeries defluat. Vlterius *aucuparia*, ob escam, quam copiosam auibus suppeditat, appellatur à Clusio. *Rabidam vmbrâ* nuncupauit eandem Marsilius Ficinus; Nec immeritò; constat enim experientia Rabie semel correptos, & si intrà statum tempus sanatos, si ad illius vmbram dormierint, iterum ad rabiem excitari. *Arbor quoque fraxinea* Trago, & *Fraxinus bubula* Dodonæo antonomasticos est appellata. Flores illius non illepidè *racemosi*, *minuti*, & *candidi* indigitabuntur, vt ij, qui huiusmodi cognomen ex proprijs qualitatibus sibi valeant conciliare. Fructus autem, qui Sorbum Latinis dicitur, à sorbendo Etymologiâ desumC ptâ, vt placet Bodæo in Theophrastum lib. 3. cap. 12. eo quia dum maturum est, ob teneritatem absorbeatur, aut quod diu seruetur, ob intractabilitatem saporis, antequam maturescat, extra Arborem, *gustu intractabilis*, *insuauis*, *stypticus*, & *ponticus*, atq; *asper* dicetur: Sic enim inter Italos Poetas quidam doctissimè cecinit.

> *Cal. in v. Sorb.*
> *Theophr. l. 2. c. 3.*

Hor quantunque volgar non dee schernirse
La Nespola real, ne l'ASPRA Sorba.
Che l'vna, e l'altra pur tal volta dona
Come al gusto sapor, salute al ventre.

Nec non *acerbissimus*, vt idem Author alibi innuisse videtur, scribendo.

> *Alamãnus Col. 3. & 1.*

Mà l'hirsuto Castagno, e'l Noce ombroso,
L'ACERBISSIMO Sorbo, il Pino altero.

Inde *Alligatoria*, seu *laqueantia* Sorba vocauit Italicæ Poeseos Pater Danthes Aligerius cum vernaculo adiecto *lazzi* cognominauit, eò quia palatum alligare, & quodammodo illaqueare videantur ligamentoso sapore. Habet ille.

> *Danth. Inf. 15.*

Et è ragion, che trà li LAZZI Sorbi
D *Si disconuien fruttare il dolce Fico.*

Propter quam rem non erit absurdum hunc fructum dicere firmantem, ac adstringentem intestina, sicut & durantem aluum, vt extat apud Epigrammatarium Bilbilicum.

Sorba sumus molles nimium durantia ventres,
Aptius hæc puero, quam tibi poma damus.

> *Martial. l. 13. Epigr.*

Hac etiam de causa σφιγκτικὸν Sorbum esse cognominandum, quasi aluum cohibens, seu illius fluxiones sistens nonnuli penes Galenum lib. 1. κατὰ τόπους κεφ. 1. contendunt. Acorem rursus, cui obnoxia sunt Sorba, & præcipuè ouata, cum nonnunquam præ nimia maturitate acescant teste Naturalis Historiæ Textore, respiciens Latinus Homerus, *acidi* cognomentum illis egregiè communicauit, vbi sic panxit.

> *Pl. lib. 15. cap. 21.*

Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atquè ACIDIS imitantur vitea Sorbis.

Quod

Quod nec Mantuanus prætermiſit, dum cecinit:

— acidis tunc & ſua Sorbis

Tempora

E

Sed hæc non ſemper illis conueniunt, quando enim matura ſunt, *mitia*, & *ſuauia* vocare non dedecet, quæ etiam *ſtomacho aptiſſima* indicauit *Celſus*, referente Bodæo, *Turbinata* etiam, aut *terminoſa*, vel ſatius *terminalia* vocantur ab Authoribus Sorba quædam, quæ inteſtinorum tormina ſedandi vim habent. *Generoſiſſima* alia nuncupauit Plinius, & ſunt quæ circà pediculos tenerrimis folijs inſigniuntur. A colore pariter, & forma alijs exornantur appoſitis; Vndè *Rutila*, alia *ouata*, alia *orbiculata*, ac *pyriformia*, quæ nempè minutiſſima pyra referre videantur, non ineleganter à Scriptoribus dicuntur. Vltimò tandem globulares, aut ouales fructus; vniformia, & racemoſa Poma polyonimicè non nequibunt appellitari, &c. Ab Epithetis ad Prouerbia tranſitum modò facere conuenit.

Bod. loc. cit.

PROVERBIA.

F

QVæ Sorbum concernant Prouerbia, nec apud Græcos, nec apud Latinos fuit obſeruare, cum tamen Lingua noſtra nouellis huiuſcemodi ſemper ſcateat inuentionibus, operæ pretium ideò duxi, ſi quæ hanc ad rem Thuſcia, noſtraq; Bononia nobis exhibet Adagia, recenſere; dicimus itaque EGLI E' PIV' DVRO, CHE SORBO DA GVAZZA, & innuere ſolemus Hominem ità difficilem ad aliquid agendum, vel credendum ac Sorbum, & præcipuè ſummo mane dum rore madet, durum eſt, & difficile vt comedatur: ſic TROVARE LA SORBA BEN BENE ACERBA, eleganter infertur de ijs, qui quicquid egerint, non poſſunt illud, quod ſibi propoſuerunt negotium, intrà id temporis quo vellent perficere; quicquid enim fit, vt maturetur Sorbum ab Arbore decerptum, niſi debitum temporis interceſſerit, fruſtraneum eſt. Cæterum MOSCONE DA SORBO eſt quoddam dicterium, quo malè audiunt, qui circumueniunt proximum, illiquè decipiendo ſtudent; ſenſuq; non multum hinc diſtat hoc aliud ſcilicet BVSSARE A' FORMICA DA SORBO, & identidem quoque intelligitur fruſtrà aliquid ſperare, eò pacto, quo, & FARE CON ALTRI IL FORMICONE DA SORBO: NON VSCIR PER BVSSARE, ideſt ſuas cum ſocijs non participare fortunas, indè fortaſsè deſumptum, quod formicæ in Sorbis degentes, etſi Arbor multis ictibus ſecuris cædatur, non exeunt de caueis, ſed erodendis Sorbi medullis inſiſtunt. Poteſt etiam de ijs dici, qui negotium aliquod ineuntes expedire ſe neſciunt. Alias hoc idem expoſuit Monoſinus, & applicauit ijs, qui, quanquam iterum, atque iterum de aliqua re interrogati, nè iota quidem, vt fertur, ad propoſitum reſpondent. Imò cum Sorba, non ſecus ac Meſpila niſi longo cum tempore matureſcant, hoc aliud enunciare ſolemus,

Monoſ. Fl. It. l. pa. 410 & l. 6. pag. 298.

G

Et palea, & longo cicurantur tempore Sorba.

Quo ſignificamus nihil eſſe tam difficile, quod temporis diuturnitate non ſuperetur; At quoniam mores plerunque, aliæquè notitiæ corriguntur à Prouerbijs, ſic decet Myſtica, atque Moralia ſubinferre clariora proptereà reddita.

MYSTICA, MORALIA.

H

ARcanorum Naturæ oculatiſſimi Speculatores animaduerterunt non ſemel rabiem, & ſi diu ſopitam, ſub vmbra Sorbi dormitantibus, aut illius lignum contrectantibus, fructumuè eiuſdem comedentibus excitari, vt in Rubr. de huius Arboris Antipathia, & Sympathia tradidimus. Indè igitur Myſticè, peccandi occaſionem referri aſſeuerandum eſt. Qui enim illam, ſemel rabie peccatorum correptus, licèt poſtmodum per confeſſionem ſanatus, aut non fugendo contrectat, aut operando deglutit, aut in illa dormitabundus nimium moratur, indubiè ad noua peccata, quæ Animam rabidam efficiunt, reuertetur. Hocquè magis veritati conſonum eſt, cum rabidus nullo negotio ad vomitum inducatur (quod obſeruatur in canibus) vndè

In noctefugitiuus multum valet.

Eurip. in Rhes.

&hæc

A & hæc peccatorum iteratio, nouus meritorum vomitus in sacris persæpè nuncupatur. A Plinio quoq; erudimur Arborem hanc obnoxiam esse vermiculis quibusdam rufis, & pilosis, à quibus vitalis illius humor exugitur, & sic emoritur. Nec contrà arcanam hâc pertransseūdum est explicationem: id enim nobis valet repræsentare summum illud malum à sacrâ Scripturâ indicatum huiusmodi verbis. *Occurrent Dæmonia, Oenocentauros, & pilosos*. Ex eo insuper, quod quoadusque patriæ Arbori adhæret Sorbum, eousque acerbissimum est, esuiquè ineptum, ideò pariter nota est significatiua hominis terrestribus hisce rebus Affectuum pediculis inhærentis: Nam quandiu Mens humana mundanis adhærescit, tandiu Anima inhabilis est pro Paradiso. Qui voluerit esse amicus huius Mundi, inimicus Dei constituitur. Hi fructus, quando sunt immaturi, præ styptico, & qontico sapore, quo acerrimè pollent, à ieiunijs absumpti, solent aluum quàm maximè stringere: rationem tradunt Medici, quod scilicet hoc fiat, quia venter vacuus à frigiditate, & siccitate huiusmodi saporis nimis corrugatus, illiusquè meatus facillimè oppilantur, & coarctantur, quod non euenit, immò totum contrarium, in non impranso; tunc enim aluus cibis plena laxatur, & in parte inferiori comprimitur, ac in-B clusa, quasi compulsa exitum moliri conantur. Hoc igitur pacto Sorba perpensa, nobis exactè præsentem sistere valebunt Mundi prosperitatem, & bona terrestria, quæ quidem non infirmæ voluntatis appetitui immatura esse, & insipida compertum est. Proficiunt enim, & nocent, iuxtà quod mentis intimioris humanæ ventrem, aut oppletum gratia, aut ieiunum reperiunt. Hominem siquidem gratijs, & virtutibus expertem offendentia, extemplò per cupiditatem strictum, perquè auaritiem coarctatum efficiunt.

Deut. 23. Prou. 26. D. Matth. 7 Plin. l. 17. c. 23. H. N. Isai. 34.

D. Iacob. 4.

At primùm scelerum matrem, quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis auaritiem.

Claud. 2. Stil.

Illum autem, cuius Anima spiritu Sancto sit repleta, continuò in eleemosinas relaxant, & largum ad pauperes reddunt.

Vir bonus, & sapiens dignis ait esse paratum,
Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis.

Horat. 1. epist. 7. Seneca lib. de paupert. Oppian. l. 1. de piscat.

Nam Mundi bona malis officiunt, bonos afficiunt *Non est in rebus vitium, sed in Ani-C mo*. Eorundem quoque immaturorum præscriptus sapor, cum sit intractabilis, videtur esse symbolum Imperiorum hominum, iuxtà illud Oppiani. *Semper enim imperitorum mens hominum intractabilis est, neque volunt veris etiam obtemperare*. Ipsorum etiam in præallegato immaturitatis statu sitorum, illud est proprium, vt spleni oppilationem inducant, calculis materiem suppeditent, vomitumq; sedandi vim habeant, asperitatem in gutture producant, & dentes acerbitate percutiant. Sed oh quàm adamussim huiusmodi operatio potest & diuitijs, ac cæteris Mundi bonis, vt plurimum coaptari! Nonne conscientiæ interiora, proposito non confitendi mediante, obstruunt, & præcludunt?

Mala obteguntur opibus, vt velamine.

Antiph. in Nean. apud Stob. Theognis. Eurip. in Phaet. apud Stob. serm. 91. Eurip. in Hipsip. Stob serm. 10. id. in Alex. apud Stob.

Nonne peccatorum vomitum, quod per confessionem faciendum esset, retardant, & impediunt? *Multi improbi diuites sunt, pauperes verò sunt probi* philosophi cuiusdam doctissima est sententia. Nonnè duros obstinationis calculos in animo producunt? *Res mala, sed innata, diuitibus est, improbè viuere*. Nonnè guttur deuotionis exiccant, atq; exasperant? *Improbi lucrum iustitiæ præferunt*. Nonnè dentes discretionis obstupefaciunt? *Iniustæ sunt diuitiæ, & multa perperam* committunt.

D *— Dissuasor honesti*
Luxus, & humanas oblimans copia mentes.

Claud. 3. de rapt. Pros.

Generosissimam postremam Sorbum esse constituit Naturalis Historiæ Pater, cui circà pediculos tenera inhæreant folia. Hæc à Natura sic producta videtur, ad denotandam mititatem, mansuetudinem, & affabilitatem cum omnibus, & quæ coniuncta est generositatis virtuti, propter quam amabiles cunctis fiunt homines. Nam sic Aquila inter aues, & Leo inter quadrupedes Magnanimi, & generosi nomen adepti sunt, quià vtriq; minores nec despiciunt, nec insectantur, quinimmò eisdem escam impertiuntur.

Pli. lib. 15. c. 21.

Trux Leo prostratis parcit, sed dentibus vrget
Quos videt armata sumere tela manu.

Costal. in pegmat.

CVLTVS, CVRA.

E

Duriſſima Sorbi materies, intenſèque colorata, quæ Metallum quodammodò imitari videtur Serotinos ſemper proferēs Fructus, Grandiuſcula tantum gaudet transferri, licetquè illa radicibus plurimis, altiſſimèuè deſcendentibus minimè polleat, eas tamen validas admodum, craſſas, & incorruptibiles poſſidet; Sorbi Planta modis omnibus propagari quà poſſit vt doceat, Flores, & Fructus racematos proferre nititur, quare Auulſione, æquè ac Semine in gelido melius, atque montano ſolo, minimèquè calido, & ſicco, vbi ſterileſcit, deponi non multò antè, ſiue poſt Brumam, haud inauſpicato contendit; Maturati exactè Fructus, terræquè ſerò commiſſi in ſeminario ad id parato felicem nanciſcuntur ortum, & de facili adoleſcere addiſcunt, & in Plantas abeunt, ſemel tantum in ſolidiori iuuenta transplantandas, atq; in loco ſarculis parum exagitando perpetuò locandas, quià ſolertem, ſollicitamq; reſpuunt curam; Non prius quàm ætate trima translata, trimâ feracitate ſuperbit hæc Arbor, quam tamen in annos ſingulos perpetuò ſeruans, ęqualiter inæqualis agnoſcitur; viuificumquè oſtentat vigorem, ac germinatiuam nobilitatem, dum amiſſo quoq; folio, in ſummis ramis, & in eorum alis imbricatas Gemmas, virentes veluti copioſaſquè Cachrydes, emittit, & turgidas tota hyeme ſeruat. Illa dicetur exquiſitiſſimè coli, dum modicè culta locum ſibi congruum nanciſcetur, Agricolamquè fuerit ſortita, qui eiuſdem mederi nouerit iuſirmitatibus, quique tædam infigere caudici ad alimentalis humoris procurandam rectificationem calluerit, atque vermes toto genere præternaturaliter innaſcentes, ruffos quāmaximè, atque piloſos, inſectaquè alia inſectari, ac perſequi modis omnibus, atque incēdio circà ſuperficiem Arboream excitato, inimica omnia animalcula perimere, & extirpare ſataget; perfectaq; tali pacto cultura fructuoſitatem ditiſſimam excitabit, eo pacto quo

F

—Cultis bene liber ab vuis
Prouenit, & culto ſtat ſeges alta ſolo.

Aprilis porrò intrà menſem, vel ſub veris initium Inſitionem tolerabit Arbor Sorbi, vel in ſcipſâ, vt cicuretur magis, vel in Cydonijs, aut in Oxyacantha quoque, vt molē ſatis amplam, aut vinoſitatem copioſiorem acquirat; de qua inſitione hæc Palladius digna notatu ſuis carminibus conſignauit.

G

Sorba ſuos partus meritò maioris honeſtant
Seminis, & pulcro curua labore nitent.
Hac Arbos ſpina duros mucronibus artus
Exuit, ac libris mitibus arma tegit;
Aureaquè annexo miſcere Cydonia fœtu
Gaudet, & externi dona coloris amat.

Hinc etiam pro Fructuoſitate ſtabit in ligno veteri aurea prætioſitas duritiei maximè leuigabilis Arte, variaſquè in formas, atque figuras œconomicas, atque gymnaſticas transmutabilis. Multa quidem admiratione digna manent in Sorbo, & inter hæc Antipathicæ, atq; Sympathicæ numerantur vires, de quibus nonnulla fari debemus.

Pallad. l. 2. Agr. c. 15. Theop. l. 2. H. Pl. c. 33. Bauh. H. V. Pl. T. 1. l. 1. c. 7. Ionſton. l. 1. art. 6. pom. Theop. l. 3. H. Pl. c. 12. Ou. l. 3. de Arte am. Creſc. agr. l. 5. c. 27. Pall. de Inſit. l. 14. Celidon. ag. part. 1. c. 35 Theop. l. 3. H. Pl. c. 4.

ANTIPATHIA, SYMPATHIA.

Dens, Lingua, Manus, Rabie, Venenoq; affecti hinc longè abſiſtite: væ Cani rabido, væ Viperæ lætiferæ, de vobis actum eſt, ſi huc appellitis, mortem ex Sorbo ſorbere cogemini. Rabiem enim, venenūq; in viuentibus, nec vmbratiliter viuere permittit hæc Arbor; Viperam venenantē perimit, Rabidū quemcunq; contagioſis in inſidijs latere non patitur; Quomodo autē naturaliter id fiat Arabū Medicorū Princeps, atq; Pergameus Medicinæ Parētis Hipocratis maximus Sectator, & Vindex interrogētur, hi reſponſa hæc ſaltē muſſitabūt; Aurā quandā ab hac Arbore, illiuſq; partibus omnibus valdè penetrantē eleuari validā, copioſā, exiccatiua, & ſtiptica vi præditā, quæ venenū in Vipera, quo dentes animalis deleteriè animātur, reperiēs, illud ad intima impingēs auctori ſuo lethale reddit; atq; in rabidè venenato, ad longū etiā tēpus, neruoſarū intēperiē partiū Imaginationi primario, & dein Vitę Principi deſeruiētiū iā fundatā adauget, quā humectātia medicamēta, laxātia, & reſo uētia imminuere potius ad miſeram morſuū famē delinendā, ſeu delēdam debuiſſent. Quę furorē cum fuget Alyſſon, mirum eſt

H

Marſilius Ficinus. Auicennas Fen 5. trac. 4. c. 4. Gal. l. 6. de locis affect.

A est quantum hanc herbam amet Sorbus; Fraxino quoque antipharmaco tutissimo amicissima. Arborem Sorbi solarem esse, & virium admirandarum astruit Ionstonius, docetquè tempore, & horâ, vt inquit ille, balsamica lignum à trunco euellere, vt vires exerat stupendas, & magni momenti, addens horam Solis, secundum aliquos, propè ingressum eiusdē in Arietis cælestе signum, vel in solstitiale pūctum Cancri, ramis detractis ab Arbore, materieiquè lignosæ diuisæ agglutinandorum vulnerum maximam vim impartiri; à quâ sententiâ non discederem, nisi superstitiosam adderet actionem, quod scilicet impubes puer debeat esse scissor, & non alius; nam stare potest, quod stypticа, & glutinatoria vis ab influxu syderum augeatur, sed pueriliis nimium, siue anilis nugatoria explodenda est hæc scissio. Serpentineam certè virtutem Fraxini in morem Sorbis non esse denegandā censuere viri grauissimi, sed quod exigua Ligni Sorbei portio in magnum frumenti aceruum conіecta vermes omnes, tam manifestos, quàm latentes potentissimè occidat, atque fuget solus Ionstonus exploratum se dicit habere. Fungos ab hac Arbore progigni antipestilentes prædicat idem Ionstonus scribens maximo pro secreto hoc in ijs esse, vt linteamina, & vestes tempore pestiferæ luis super eo-

Lib. 1. Arb. Pomacini s. Artic. 6.

Ambrosius Paræus lib. 21. c. 20.

B rum ardenti fumo postquam aliquantisper manserint à quacunq; suspicione pestiferi veneni liberentur; verum præparationem sequentem prædicti Fungi subire debent, ij namq; aceto macerandi, atq; siccandi sunt, vt veluti carbones ignescant, qui tantæ sunt efficaciæ, vt illorum vsta non modo ariditas, sed humecta infusio admirabilissimum euadat Prophylacticon intus, quam exterius vsurpandum pro teterrimi pestilentis hostis propulsione. Specificum item ex Sorbo auxilium, & penè diuinum contrà tussim, & Pulmonum vitia occultæ adscribendum proprietati ab eodem scriptore proponitur, quod est Aqua ex floridis racemis, folijsq; recentibus eiusdem Arboris destillata per chymicum Vas Vesicam dictum, non semel, sed pluries, nouis, primo extracto liquore, affusis folijs, atq; racemis, qui denuo destillandi sunt; Vndè acquiritur, inquit Ionstonus, Balsamicus quidam liquor maximè vitalis Thoracicus, qui infælicissimis depulsis citissimè morbis, beatam certò introducere potest valetudinem indubitabili euentu in eodem historicè scribente Ionstono comprobatam; nam cum ille ex assumptu prædictæ aquæ diurno, ab vnica, ad duplicem ponderis vnciam, prima die raucedinem de-

Suffitus, lotio, antipestilens

C pulisset, secunda tussim facilitauit, in tertia copiosam materiæ purulentæ eiectionem procurauit & sui in maximo vitæ prius discrimine integra sanitas naturali iudicatione vincente est subsecuta; Hisce sic stantibus, quare non promptè, atque hilariter admittentur in cibos Sorba optimarum conditionum, atque mitiora?

Aqua Sorbi florum, & foliorum saluberrima.

VSVS IN CIBIS.

Saporem esse affectionem quandam, seù qualitatem corporis mixti à sicco terrestri in humido aqueo per calorem generatam docuit Aristoteles, cuius materiem non aliam idem cognouit, quam siccum, terreum, humido aqueo mixtum, istud autem mediocre debet esse, nam crassissima quæcunque insipida sunt, sicuti & humidissima; quo fit, vt aer, & aqua saporem nullum habeant, sic est de siccissimis; hinc etiam euenit, vt lingua sicca, similiter & nimio madore scatens, nihil saporis percipiat, quia siccus humore dissolutus apta constituitur materia saporum; Saporum genera prin-

D cipalia ex Aristotele sunt *Dulcis*, & *Amarus*, & secundum Galenum sunt *Acerbus*, & *Acer*; Saporem tamen vniuersalissimè sumptum omnes vocauere *Chymum*, Aristoteles nempè, Plato, atq; Galenus; & quia idem sapor maximè conducit ad nutrimentum totius corporis, eiusq; singularū partium, cum quibus maximam conseruat analogiam, nomine Medici Chymi Nutrimentum, siuè Humorem ad nutrimentum Animalis in hepate præparatum, depositis excrementis, dignare voluerunt; Saporem Sorborum considerantes dicemus adstringentem in genere, qui ad austerū, & ad acerbum ascendit, in quo pauca quidem, vel nulla facultas inest alendi, nam vehementer desiccat, linguam contrahit, & in multam profunditatem illam exasperat; sed si ad maturitatem perueniat, quantū de adstrictione remittit, tantum dulcedinis acquirit, vnde fit alimentalis, secus quidem esset si amaritudo ex natura illi obuenisset, nam hæc nunquam potest eidem naturæ pacificari, tanquam illius, atq; dulcedinis contrariæ in-

Lib. de sensu, & sensili cap. 4.

Arist. de sēsu, & sens. & lib. 2. de Anima cap. 10. text. 4.

L. 2. de. Ani mat. 10. 5.

Gal. simpl. med. c. 36.

Plato in Timæo.

Gal. l. 4. de vsu partiū.

Gal. l. 1. sim. med. fac. c. 37.

 sen-

Galen. l. 8. *ſimpl. med. fac.* *Martial. l.* 13. *ep.* 26.

ſenſiſſimus hoſtis. Eſto igitur quod Sorborum fructus quoquo pacto manſi adſtringant, induréntquè ventres, iuxta illud Epigrammatarij

Sorba ſumus molles nimium durantia ventres

ſemper ab illaudabili longè aberit extremitate ipſamet amarities, infelix omninò habita. Pueriles præterea dicuntur Sorborum fructus, vt innocentiæ, quantum fieri poteſt, adhærere videantur, nimio, & perfacili puerili fluori blandè obſiſtentes; Hyemales inter Ruſticorum delicias, atque bellaria numerari debent fructus Sorborum poſt acquiſitam maturitatem ſiccati, & artificialis quandam confectionis ſpeciem adepti, cui roborare viſcera datum eſt, ne in laſſitudines, grauitateſquè de facili hæc delabantur, & vt appetentia conſiſtere contrà ſenſus ſuctus deiectionem; ſuauiora quoque ad opſonia paranda ijdem Sorborum fructus maturi condiuntur in vino dulci, vel ſapa, & cum melle addito coquuntur ad modum cotoneorum: quod quidem ſtomachi mirè corroboratiuum eſt huiuſmodi è Sorbis conditum, de quo videtur cecinisse Pallada in Florilegio

Κονδίτου μοι δεῖ; τὸ δὲ Κονδῖτον πόθεν ἔχει
Τοὔνομα; τῆς φωνῆς ἐστὶ γὰρ ἀλλότριον
Τῆς τῶν Ἑλλήνων: εἰ Ῥωμαϊκῶς δὲ καλεῖται,
Αὐτὸν ἂν εἰδείης, Ῥωμαϊκώτατος ὤν,
Σκεύασον ἄν μοι τοῦτο; τὸ γὰρ κατέχον μ' ἐνόσημα
Τοῦ στομάχου, χρῄζον τοῦδε λέγουσι ποτοῦ,

Laur. Leg. in Poet. Metaphyteum, l. 2. *ep.* 38.

Vt noſter tranſtulit Legatus

Condito nobis opus eſt; verum vndè vocatur
Conditum? Græcâ non bene voce ſonat.
Quod Latij ſi iuris erunt ſua nomina, noſces
Ipſe ter aſſuetus verba Latina loqui.
Hoc igitur compone mihi; nam quiſque laborat
Pectore, ſicut ego, tali eget ille dape.

Cato de re ruſt. n. 143. *Varro l.* 1. *c.* 59. *& c.* 68. *Creſc. l.* 5. *c.* 27.

Ex ijſdem quoque fructibus vltimam maturitatem adeptis, tunſis, preſſiſquè, maceratis, atque digeſtis Vinum, atque etiam Sapa pro opſonandâ hyemali Agricolarum fame, vt ex acerbioribus agreſta, & acetum artificiosè confici poſſunt, ad noua etiam gulæ irritamenta ruſticis Ganeonibus inſtruenda; nam adulterina inter pocula Sorbea. Agreſtes homines, queis legitimi non ſuppetit copia Bacchi.

--- Pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea Sorbis.

Tanarius Oecon. ete. vill. l. 5. *Vir.* 3. *Ceog. Pallad. in menſe Ian. tit.* 15. *Nicol. Renſ. in Pom. Poc. Gal. in.* 4. *Aph.* 12. *&* 6. *de locis aff.* 2. *Terent. in Adelph. Plin. l.* 14. *c.* 16. *Dioſc. lib.* 5 *cap.* 25. *Trag. lib.* 3. *de ſtirp. Hiſtor. c.* 30. *De nat. cib.*

Ijdéq; nobilibus non inuident prætioſiora ex ſaccharatis aromatibus muſtacea liba; dum ex remollitis ſiccis, & veluti fermentatis aqua calente Sorbis offas pinſunt, atque placentulas, quibus ad hilariter pitiſſandum in illorum conniuijs inuitantur, quem morem eruditus quidam hoc diſticho tetigit.

Pocula Sorbe ferax imitaris vitea ſucco,
Pomaquè fers acido grata ſapore gulæ.

Et cum illo non malè agetur, niſi modum nimis excedere detur, cum neque Lientherici, aut Cæliaci Cyathorum Sorbillatores huiuſmodi fieri nequeant; hoc eodem vino vtiliter vti poſſent qui viſcerum debilitate, non autem obſtructione laborant; idquè viribus ipſis à Granatorum vino parum diſtare cognouit Plinius, cui *Rhoitis* nomen poſſe tribui, propter quandam ſaporis communem aciditatem, cenſuit: quâ mediante naturalia viſcera, & inteſtina præcipuè quodam ſalubri in æquilibrio retinentur, torminaquè longè abeſſe coguntur; quod in ſpecie, & perquam clarè comprobat illa Sorbi ſylueſtris ſpecies, quæ à Botanicis Torminalis appellatur, à quâ medicinalium virium tutiſſimum ſumere poſſumus Argumentum pro Rubricâ ſequenti.

VIRES IN MEDICINA.

Medicus doctus ad Sorbũ auſpicatè veniat, ſed maximâ cum animaduerſione δαίτης, efficaciſſima ſingulis ab huiuſce Arboris partibus inueniet cõtumaciores ad debellandos morbos medicamina; ſed ab ægrotantiũ intẽperie caueat malignâ, ne decipiatur ab ea; Frigida quidem Sorba in 1. gradu, ſiccaq; in tertio protulit Piſanellus ciborum non contẽnendus perpenſor, ſed qualitate occulta ad vtrũq; parata

ea

A ea nos recognoscere debemus nimirum, vt sint optimum, vel pessimum φάρμακον malè, vel rectè vsurpata. Atrabilarius vbi est sanguis contagione quadam rabida infectus, crudæ nullam cuiusuis partis Sorbi Arboris meminerit medicus fieri debere applicationem, ibi enim, vt rectè Adnotauit Princeps Aboali, adest immutatio temperamenti in malignam quandam intemperiem venenosam; quæ immutatio, seù alteratio in gradu quodam excedente consistēs siccitatis alicuius, frigiditati destructiuæ iuncta improportionatæ aliquandiu latet. Dioscorides, & Paulus scripsere rabiem in canibus sub flagrātissimis æstibus, itemq; vehemētissimis sub frigoribus enasci, quare ibi ad ὑδροφοβίαν adest dispositio, quæ de facili suscitari heù nimis potest. Exemplum quoddam in morbo Gallico tandiù latēte potest apparere; & sicuti lignum Guaiacum Venereæ Luis principalissimum est Antidotum, ita Rabiei caninæ Theriaca à doctissimis viris habita est Alexipharmacum, de qua rè certiores nos fecit Andromachus canens.

Hæque canum rabiem fato impendente fugabit,
Cum trepidat moriens, & sitit æger aquas.

Laxioris alui pueris, difficili maximè sub dentitione Sorba rationabiliter offerebat Q. B Serenus, quibus tanquam vtilissima, & vndequaq; proficua illa concedebat, vt hoc disticho liquet. *Proderit & Pueris, quos dentis origo fatigat*
Castaneas coxisse Nuces, & Sorba vetusta.

Hocq; duplici cum cautione factum existimari debet, in humidissimo scilicet temperamento, & subiecto ab omni rabidæ labis suspicione immuni, & cum rectificatione coctionis, & castaninæ miscelæ: & propterea non ità de facili Sorbea Poma pro constipante medicamento grandioribus concessisset Martialis.

Sorba sumus molles nimium durantia ventres,
Aptius hæc puero, quam tibi Poma dabis.

Sorba cruda immatura, alba quidem sunt, sed atrabilarijs nigrum Theta præfigunt, sthomacoque grauissima sunt, matura verò, obscuro licet sub colore, fastidium pellunt, vulneraque in internis enata deliniunt; decocta dysentericis prosunt, idemque operantur condita sapa, vel melle secundum Catonem, imò etiam siccata valentiori cum adstrinctione viscera concidentia restaurant, atque, Galeno auctore, confirmant; C quod confirmare metro Durandus voluit.

Sorba aluum stringunt, præsertim sicca, simulque
Sistunt, & stomachis, aluisque recentia prosunt.

Nullum reperiri posse crederem in dysenteria præstantius Remedium ipsis Sorborum Fructibus secundum Pharmaceutriam Artem doctè compositis: Vndè Antidotarij nostri Bononiensis ex descriptione Electuarium Diasorbis valdè probatur, & tali pacto cōficiendum proponitur. ℞. Carnis Sorborum maturitati propinquorū coctorum in aqua, in qua rosæ siccæ, & cortices Granatorum prius cocti fuerint libras iiij. Sacchari lib. ij. & semis, coquantur vsq; ad debitam consistentiam, & in vase ad vsum medicum recondantur, ventriculum scilicet roborandi, immodicamq; alui solutionem sistendi, exhibendæ singula vice ad vnciam semis ante cibum, viribus illius medicamenti validis per annum tantum permansuris. Sed specialiores formulas attendendo dicimus, quod Aqua ex Florum racemis, folijsq; recentibus in B. M. eum noua adiecta materia bis destillata, & per os vnciatim quotidie pluries assumpta pulmonum omnia vitia, noxiosissimasq; noxas ad miraculum vsq; tollit; Cacoethicos Virginum habitus emendat, & naD turam, vt sese mensualiter expurget adiuuat; Hæmoptoicis, & Gonorrhæa laborantibus, alijsq; præter naturam fluxibus euidentissimo cum successu succurrit; Aurium dolores Aqua eadem auribus guttatim instillata, & tepidiuscula extinguit. At Lignum Sorbi attritu solo, absq; suppuratione contusiones, vulneraq; simplicia cutanea, & carnosa breui resarcit, eiusdemq; puluis Vlceribus cacoethicis, & sordidis inspersus, post earundem lotionem cum sabinæ decocto pristinam reuocat partium affectarum integritatem, qui puluis bis, terue in olei oliu. perfect. Drachma vna assumptus tussi violentissimæ etiam ab interno vulnere pendenti citissimè quietem imponit: vlterius consideretur, Sal ex ligno paratus, vt in decocto radicis Altheæ ad grana iij. vel iiij. nephriticis ante ingressum balnei aquæ dulcis oblatus calculi materiem omnem in mucorem traductam per vrinam foras propellat; fungis tandem Sorbeis antipestilentibus, dum opus sit, vtitor, neq; hic sistito, illos pro tuæ sanationis symbolo habeto.

Anicennas fen. 6. tra. ct. 4. c. 5.
Lib. 6. c. 36.
Lib. 5 c. 3
Baptista Codrōchus Phil. & Med. Imol. de Rabie l. 1. c. 8.
Fracastor. l. 1. de morbis contag.
Galenus de Ther. ad Pis. c. 16.
Andromac. in pr. part. poematum.
Lib. 13. epigr. 76.
Platina de Hon. volupt. & valet. lib. 2.
Lib. 2. de Alim. facult.
In Herb. pag. 441. lit. S.
Antid. Bonon. nouiss. pag. 43. & 60.
Ionstonus loco cit.

SYMBOLA.

INtractabilis, Elatæ. Audacis Iuuentæ Symbolum Sorborum Poma in Arbore rutilanti, speciosa, concinna Acerbitate prædita possunt existimari. Hæc nisi tardam, incuruam, decoloremquè Senectam expectent, nunquam esui apta, & ad alimentales præstandum succos idonea deprehendentur, sed damnosa inter discrimina vitam ambiguam ducent, de quibus illud Satyrici vatis heu nimis verificabile apparet dictum. *Plurima sunt Iuuenum discrimina, &c.*

Vna senum facies, &c.

Sorba igitur, instabili iam ætate transacta, sub anni senescentis inclinationem, ærias sublimes relicta sedes, tereti circumalligata bacillo lenitatem, dulcedinemquè fortita Humanæ ciuiliter excultæ Senectutis meliorum omnium Bonorum diuitis felicissimum referre promerentur Signum; nam Tempus ritè, ac rectè preactum, atq; paratum.

... Sauas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mæstaquè corda leuat.

Iisdem innixa fundamentis Physica rerum Constitutio cum Morali, atque Politica Coordinatione æquabili, atque tutissimo pede graditur ad ipsam desideratæ prosperitatis perfectionem. Nam sicuti Austerus Fructuum immaturorum Sapor Bacchantium in morem insuperabilis est, ita morum rusticitas, ac tetrica nimis gubernatio Rempublicam vitiat, atque perstringit; vndè sapienter Cicero sic perorabat *eum ad gubernacula temerarij, atque audaces Homines accedunt, maxima, & miserrima naufragio fiunt*; Matura igitur Senectus, præcipuè salubris in Sorbis

Proderit & pueris, quos dentis origo fatigat
Castaneas coxisse nuces, & Sorba vetusta.

Ipsa vbiq; facit ad Gloriam, *in Antiquis* enim (vt ex Oraculo Diuino percipitur) *est Sapientia, & in multo tempore Prudentia.* Principum, & Regum Sceptrum non ex eo quòd aureum fit, & durissimum Principatum, & Regnum conseruat, ac extollit, sed quià Beneuolorum, & Amicorum copia Mansuetudine, atque Clementia comparatorum informatur, supremā Decoris metam attingit, vt apertissimè testabatur Cyrus ille Persarum, Medorumquè Rex potentissimus, qui aliquando interrogatus, cur ità liberalis esset in munerando amicos, vt sibi nil relinquere videretur, respondit, *quià corpus meum his omnibus ornari non potest, amicos autem his ipsis ornatos intuens, maximè mihi ipsi ornatum aptatum esse putabo.* Ad quid pulcherrimis, atque preciosis ornatum esse vestibus, atque ab alijs despici, maledictisquè incessanter peti? gratissima cunctis semper erit Humanitas, ità sapientissimè monuit quemque Menander: *Humilitas tua, si qua granitas accesserit, pulcra apud alios videbitur, ò chare vir. Sin tutè feceris, abiectum te ipsum, & pro nihilo duxeris, domesticus esse contemptus, & ludibrium apparebit*; Et è contrà inuisa cunctis vbique gentium fuit Paludata, Coronata Iniquitas, iuxtà id quod bonus cecinit Boethius.

Quos vides sedere celso
Solij culmine Reges,
Purpura claros nitente,
Septos tristibus armis,
Ore toruo comminantes,
Rabie cordis anhelos,
Detrahat si qua superbis
Vani tegmina cultus,
Iam videbis intus arctas
Dominos ferre catenas.

Nil aliud sunt hi mali Præsides, Rectores Vrbium, Prouinciarum Violenti, Rigidi, Superbi, Immanes, quàm Scelerum Magistri, Eumenidumq; Mancipia. Heù quàm malè finditur extrinsecis Fortunæ propitiæ simulacris, quæ nil aliud, quàm leues vmbræ sunt; talis est Pulcritudo fallax Sorborum celsa in Arbore locatorum, quæ dici potest Fabula, Monstrum, vndè Monstrositates, & Fabulæ hîc quoq; locum Dendrologica in eorundē fructuum Historia poterunt habere. MON-

Iuniorum mens sēper attollitur. Homer.Il.7 Ouid.5.met Tibull.l.2. Iuuenalis sat.10. Emin. Paleatus de Bono Senect. Sophocl. in Tyro Aristoph.in concionatricibus. Ouid.l.4.trist. Virtus periculorum expers. Pind.ode 6. Olymp. Plaut in Amphit.ac. 2.sc.2. Canonher. in Aph. H. Polit.interpret. Cic. de senectute. Q. Serenus Iob c.12. Matt.Tympius inspec. Princ. p.1. signo 38. Xenophon. lib.8. Max.ser.de Amic. Ap. Stob. serm. 22. Lib.4.Metro 2. Sophocl. in Aiace flagellifero apud Stob. serm. 22.

E F G H

A

MONSTROSA.

NAturæ peruerſus, ſeù deprauatus ordo, Monſtrificus nempè in rerum particulari conſtitutione tunc obſeruari cœptus eſt cum in Babylonicæ Turris ædificatione confuſus iuſto Dei Iudicio remanſit Hominum ſermo, quemadmodum ſapientiſſimi exiſtimarunt Viri; Impudentiſſima certè, atq; Monſtroſa fuit Nemrodica illa Aſſyriæ, & Chaldaicæ originalis Gentis audacia, quæ cauſa extitit, vt malignam illorum Peruerſionem pœnales plures ſequerentur Phyſicæ, & tam in Animalibus, quàm in Plantis peruerſiones, hoc eſt Monſtroſa Indiuidua, quorum plura inter Plantas, quam inter Animalia accidere docuit Ariſtotiles, cum de his magis ſollicita, quam de illis magna rerum ſit Mater, & Altrix Natura; ſic enim habet ille. *Amplius & in Plantis ineſt ipſum propter aliquid, minus autem diſtinctum eſt. Vtrum igitur & in Plantis fiebant, vt Bouigena, Vitiprora, ſic Vitigena, Oleoprora? an non: inconueniens enim, ſed tamen oportebat, &c.* & quamuis Monſtra in genere Animalium notabiliora ſint, & maiorem captent admirationem, pluresq; habeant oſtentatores, non tollitur tamen, quin multo numeroſiores, ſi minutatim res ipſæ diſquirentur, daretur in Plantis reperire monſtroſitates; recenſeant quantumlibet Scriptores humana Monſtra, tam à principijs generationis, quam ex poſt ſub orta, illaq; ſigillatim enumerent, nunquam tamen genericarum, & ſpecificarum Plantarum innumerabilium innumerabiles peruerſiones poterunt æquare. Pumiliones νάνος Græcè, Gigantes, Craſſos, Macrinos, Cilones, Myconios aduertamus, Frontoneſquè, Cœcos, Coclites, Vnocolos, Strabones, Pœtos, Flacos, Brochos, Contuolos, Naſones, Simos, Silones, Labeones, Dentones, Gutturoſos, Gibbos, Obſtipos, Repandos, Panſas, Loripedes, Varos, Valgos, Vatios, Compennes, Pedones, Macropodes, Miſcelos, Attas, Scauros, Sedigitos, Depiges, Mutios, Balbos, Draulos, Ancynogloſſos, Longimanos, Vnimanos, Hircios, Coxones, Hermaphroditos, Eunuchos, alioſquè ſimiles; minimam & ferè aſpectabilem in plantis partem accipiamus Scopiones v. g. Acinorum, Pelmata Pomorum, Piſmataquè Ficuum, quæ nil aliud ſunt, quàm Herbaceus Peſſulus, quo fructus, vel eorum particulæ adhærent lineariter quodammodo toti, quas patitur illa peruerſiones Contorſionum, Arefactionum, Figurationum, Inæqualitatum, Monſtroſitates? Et quas cæteræ partes compoſitæ, atque maiores in earum inutili prorſus indagatione? Deficeret Tempus, obtunderetur Calamus; itaut ſufficiat de Monſtrorũ inaſſequibili numero id præmonſtraſſe in gratiam præſentis Sorbei Monſtri, Verrucæ ſcilicet nodoſæ Sorbiformis reticulatæ intra viſcera Sorbi Nigni nuperrimè repertæ; nam ſicuti aptam Sorbi Arborem ad fallendum oſtendit hoc Monſtrum, vndè ſylueſtrem Sorbum propter Aues frequẽtiſſimè deceptas, Aucupariam Botanici nuncuparunt, reticularis, labyrinthæiſquè ſignatũ prodijt Mæandris. O' miſeram Auium conditionem, quibus *quæ putantur fortunæ munera inſidiæ ſunt*; nam in Sorbi laqueos ipſæ cadunt, vel externos pedum, vel viſcerum intimiores: vndè Sorbus non immeritò στρυφνὸς quoque græcè dicta eſt ab acerbitate, rigiditate, & ſtupiditate, & nimia quã inducit conſtrictione; immò & à duritie, ſeueritate, ac difficultate, quæ omnia verbum στρυφνὸς iuxtà Theodorum Gazam, poteſt ſignificare, & veluti qualitates de tertia ſpecie Ariſtotelica, eiuſdemquè proprias paſſiones alijs communicabiles; cui Sorbo non incongruè poſſet huiuſmodi diſtichon applicari



B

C

D

D. Auguſt. l. 16. de Ciuit. Dei c. 8.

Martinus Vuinrichius de Monſtrorũ ortu part. 2. c. 29

Ariſt. lib. 2. Phyſ. t. 83.

Varro l. 1. de Re Ru. c. 54.

Ca. de Re R.

Columel. de Re Ruſt. l. 12. c. 39. & 43.

Aldr. Ornith. t. 2. l. 16. cap. 11. p. 622. & lib. 17. c. 30.

Seneca ep. 7

Ariſtot. l. de Prædicam. cap. 4.


> *Hæc laqueis Sorbus ſolita irretire volucres,*
> *Vel potuit crudas explicuiſſe vices.*

Quin & aliud Monſtrum Auem Sorbiuoram repræſentans Sorbeam mammam adire videtur (ſic enim Sorba nomine mammarum inſigniuit Crates Philoſophus) Quodquè Panes quærit Apirios inexperientiæ; Obelios Bacchicos, Speuticios tumultuarios, ac Artopteſios ex duriore fermento coactos, vt hic literario Sorbo perpetuo viuat, vbi Medici in hac Dendrologica ſcena perſonam agens Sorbeum ſic alloqui fingitur cum Plauto Monſtrum *Hem mihi iam video propter te victitandum Sorbilo*. Limonium igitur hoc Monſtrificum Pomum quaſi Famæ βουλιμιῶν ideſt Famelicum, quia inter congene-

Plautus in Pœnulo.

genera Monſtra locum ob illius tarditatem genituræ præſentis Anni 1667. obtinere, non potuit, Serotina vt Sorbus, eodem tempore, quo Sorbus prælo ſubijciebatur mihi à Sapientiſſimo Patre Auguſtiniano mei amantiſſimo Angelico Aproſio de Vintimilijs Intimelio miſſum, Poeticis non abs re petiuit refici ſaltem Fabellarum ſuauitatibus, quibus ſuperciliofa quæcunque mitigari, & dulcorari valebunt.

Pindarus Olympiorũ Ode 1.



FABV-

A

FABVLÆ.

RVdem pariter, ac ſtypticam Sorborum, congenerumquè Fructuum materiem largâ Mythologicarum Hiſtoriarum lautitie dapſilem fecit eruditus noſter Legatus. In Poeticâ ſiquidem *Agriomeleidis* ſuæ, ſylueſtrium nimirum Pomorum Hiſtoriæ ſtructurâ, non Pyrum tantum ſylueſtrem, & Arbutum, ſed & Sorbum, & Amamelidem, & Ariam, & Dioſpyron, ac alias huiuſce generis controuerſas Arbores elegantibus proſecutus eſt commentis. Quâ in re cum nemo alter verſatus fuerit, curioſâ Fabularum huiuſmodi lectione delicatiores Lectores hoc in loco fraudandos non cenſui, Quin & ne quicquam de Legati Poematio non aliter fortaſſe videndo hîc deſideretur, quidquid Fabulas in illo præcedit, adducere operæ pretium viſum eſt. Nam & hoc Phœbo non indignum erit, cum ab ipſo maximè Phœbo ſit exordium alludens *Horologio Solari* V.C. Petri Franciſci Minotij I.C. & Poetæ Monſauinenſis, cui Legatus *Agriomeleida* inſcribit, Viri multo nobis nomine colendi, & cui ſic præmodulatus eſt Poeta.

B

Laurentij Legati Agriomeleis.

Quem numeris æquas, &, dum mihi terminat horas,
PETRE, vides HORAS perpetuare tuas;
Non ſemper generum ſpecies conſpexit eaſdem,
Phœbus, ſit quamuis id, quod is ante fuit.
Quæ tibi, quæque ſibi cingit modo Laurea frontem,
Hanc olim Nympham vidit, & arſit amans.
Eſt Lotus Dryope, Flos eſt Hyacinthus, & Aiax,
Et Clytie, & Smilax; Phyllis, Atyſquè virent.
Quot regnum Iunonis habet! quot cærula Doris!
Quot Rhea, quos dudum fama fuiſſe viros!

Eiuſcemodi nempè Metamorphoſibus plenæ ſunt transformatoriæ Poetarum paginæ, quas inter primas ſibi vindicant Ouidianæ, cum ipſarum ſcriptor ſit

C. Sol. Sid. Apoll. hendec. ad M. Felic.

C

— Qui corpora prima transfigurat.

Cuius ſolertiſſimus, & felicis exitus imitator fuit Rhodiginus Balthaſſar Bonifacius, qui nouas quamplures, elegantiſſimaſq; metamorphoſes in quadraginta ſuos (vt inſcripſit) Muſarum libros congeſſit. Cuius rei meminit & Legatus, cum ſibi noua quoque, & ab enarratorum auctorum inuentis diuerſa ab Apolline inſpirari modeſtè præfatus, Minotium noſtrum in fabularum ſuarum lectionem ſic allicere pergit.

Res nota, vt quotquot ſublimi carmine panxit
Ille, Tomitanâ qui ſtetit exul humo;
Quinc quadragenos MVSARVM nomine libros
Edidit, & Naſo eſt, Vrbs Rhodigina, tuus.
Non tamen his fautor detexuit omnia Titan,
Quæ ſub mutatâ fronte videre licet.
Sunt ex his pariter quæ, alijs incognita, nouit,
Et tantum Muſis pandit Apollo meis.
Et noſtras ſubit ille fibras; Afri, atque Cydones
Quid modò ſint iuuenes, illo agitante, ſcio.
Tu quoque ſcis mecum, Vatum ter culte MINOTI,
Tu, qui non rarò pagnia noſtra probas.
Et pariter noſces quid ſit Nea, quidue Sorores,
Quas transformatrix noſtra Thalia canit.
Sed te ſcire prius volo quæ mihi nuper Apollo
Parrhaſio quondam prodidit acta ſolo.

D

Quod manifeſtum facit præcipuum Fabuloſorum huiuſmodi euentuum locum Arcadiam conſtitui, vbi fortaſſe plura, quàm alibi mythica eueniſſe commenti ſunt Poetæ, præſertim antiquiores, qui fabulati ſunt

Sta. 2. Theb.

— Aſtris, Lunâquè priores
Arcades.

In

In quorum Regione quià fuit Parrhaſia Ciuitas non procul à Stymphalo Lycaonis patria, hinc factum eſt, vt Parrhaſiam vniuerſim Arcadiam Poetarum Reſpublica nuncupet: quod & ſuperius præſtitit Legatus, qui, quomodo ſibi Phœbus aſtiterit, ingeniosè deſcribit, poſtquam grati animi officium amicis, & præcipuè Minotio noſtro, à quo ſacræ aliquot Poeſes ſibi nuncupatæ ſunt, in hæc præmiſit.

E

Nam memini, cum iam penſaſſem nocte ſilenti
Quantus Amicorum debitor ipſe forem:
Præſertimque tui, qui multo carmine, & alto
Extuleras nomen vel ſuper aſtra meum:
Tu, mihi, qua, Tyberis Phœbumquè, Iouemq; ſecutus,
Panxiſti ſacro carmine culta, dicans:
Atque ideò tantis agitaſſem quomodo poſſem
Muneribus gratâ pendere mente vices:
Verſaſſemquè mihi meritis æqualia tantis
Non ſuetum Aonidum ſuppeditare chorum:
Languida furtiuus ſerpſit per lumina ſomnus
Tam lenis, vt tenuis vix foret ille quies.
Tunc mihi, nec fallor, quanquam maiora relatu
Nunc repetam, atque ideò non habitura fidem:
Tunc, inquam, ante oculos Phœbi mihi fulſit imago
Laurigeram ambroſio mollis odore comam.
Qualis ad Eurotam Lauros ediſcere iuſſit
Quæ cecinit ſolo carmina digna Ioue:
Talis adeſſe mihi viſus: Chelys aurea ſecum,
Ducere ceù Muſas ad noua metra velit.
Cum mihi: te, pariter, qui noſtras excolit artes,
Et tibi in his nullus res odioſa labor:
Te volo participem quorum ſuppreſſor ad vſque
Ipſe fui; per me prodigioſa ſcies.
Prodigioſa canam, quæ non præceptor amorum,
Et quæ transformans corpora nemo canit.
Sic ait, & citharam cum iam pulſaret, vt illi
Accineret, varium hoc eſt modulatus epos.

F

Virg. egl. 6.

G

Nec qui Poeticis coloribus melius delinearet ſilueſtria Poma, & præcipuè Sorbum, ac Pyrum, quæ præcedunt, quenquam introducere poterat Legatus Phœbo meliorem, qui fructus eoſdem formâ ſimillimos, eleganti radiorum ſuorum pennicillo tam bellè colorat, vt vix illuc vſque ars valeat, nedum metam illam attingat, aut ſuperet; vndè Poeta Sulmonenſis illum deſcribens ſic canebat

Ou. l. 2. Met.

— Purpureâ velatus veſte ſedebat
In ſolio Phœbus claris lucente ſmaragdis,

Quin & optimè propterea gemelli finguntur iidem fructus, cum & lepido colore, & formâ, ac magnitudine, imò etiam ſummâ ſtypticitate, & viribus perquam ſimiles comperiantur. Ad hæc egregiè pariter Melidis filij perhibentur. Cùm enim Μῆλα Græcis ſit Malus Arbor, ità de Malorum genere innuuntur eſſe Sorbum, & agreſte Pyrum. Vt quemadmodum Fabuloſum Arcadiæ nemoroſæ Numen Pan illis in patrem aſſignatur, infertur in locis nemoroſis frequentem eſſe ſilueſtrium huiuſmodi Arborum prouentum. Ità ex Melide formoſâ, & rudi Pane natos gemellos quidem pulcros, ſed moribus aſperos deſignat ſpecioſam fructuum iſtorum pulcritudinem, quam ſaporis intractabilitas comitatur, & nota eſt filiorum illorum, qui omnimodè parentibus aſſimilantur. Sed attendatur Phœbus, cuius narrationem ſibi ſic introductam infit Legatus

H

Valer. Flac. l. 5. nemorū potentem vocat Pan.

Nympharum Inachidum MELIS pulcherrima (dixit)
Semifero pecudum MELIS amata Deo:
Laſciuo de Pane tulit compreſſa gemellos,
(Nam Calamus Syrinx, & Pitys Arbor erat.)
Alter ACHRAS, SOBARIS fuit alter, MELIDI formâ,
Et morum ſimiles aſperitate pari.

Sic

A

Sic, si forma bonum est, fuerant exemplar vt istie
Sunt bona mixta malis, sunt mala mixta bonis.
Creuerunt, quorumque parens est numen agreste,
Ante alios pecorum diues vterque fuit.
Vt siquidem efferrent patrimonia ditia natos,
Sat pecudes poterat multiplicare pater.
Hinc illis turbas pastorum cessit in omnes
Primatus, quos tunc Arcas alebat humus.

Nec minus rei significatæ quadrant illa Gemellorum nomina è Græco fonte petita, quorum Achras ἀχρὰς est, Pyrus nempè siluestris, & Sobaris ἀπὸ τοῦ σοβαροῦ deflectitur, quod arrogantem, superbum, & fastosum non sine speciositate significat, imò & inconstantem, ac intractabilem, cum hoc ad fructus translatum denotet ipsos formosos quidem, sed superbi saporis, & ingrati, quoadusque nempè maternâ degunt in Arbore. Quapropter in Poematio subsequi videmus.

Arrogans nemini amicus. *Diog. apud Stob.*

B

In geminis vultûs laudabat quisque decorem,
More rudes nimium, vel reprobando, probans.
Talis enim ruditas erat, & petulantia fratrum,
Vt vel vix posset quisque placere sibi.
Non itaq; armentis vigilant communibus ambo:
Distinguit studium rusticitate pares.
Aucupio SOBARIS gaudebat, & ACHRADA traxit
Indiuisorum cura proterua gregum.
Dumq; is captat aues, eicutatque, cibatq; frequentes,
Atque hanc inconstans temnit, abhincque probat:
Centum pastores praponit ouilibus iste,
Et modo prapositis sufficit inde nouos.
Nemo, quantumuis satagens, satis egerat illis,
Pro benè patratis traxerat imo probra.

Ita videbatur ex auium inconstantiâ instabilitatem auceps Sobaris didicisse, quemadmodum & ex communibus gregibus proteruiam Achras, vt omnibus odiosus vterque fieret. Nemo enim eiusce modi homines non odit. Quo tátò digniores erant, quantò peius cum suis egisse feruntur. Nam, vt introductus in Poematio Phœbus dicere perrexit, gemini, non verborum tantum insuauitate, sed & operum asperitate læserunt immerentes, imò probris præmio dignos exceperunt, vnde nihil mirum est, si parum abfuerit, quin tumultuariè pastorum turbæ in fratres exosos irrumperent. In tumultum enim sæpius exire solet commune multorum agrestium in proteruos maiores odium, ex non iniustâ præsertim causâ dependens. Inde subsecutus Poeta.

C

Haud ideò patuit totâ Nonacride terrâ,
Cui nusquam Iuuenes causa odiosa forent.
Nam placet vt facies, animos irritat agrestes
Intractabilitas intoleranda duûm.
Adde quod interdum & factis lasere ministros,
Ipsaque sedulitas verbera sæpe tulit.
In lasis mos ille truces exuscitat iras,
Vindictaque animum quemque agitare facit.
Et, nisi quod culti cohibet reuerentia Panos,
Vindex de geminis vltio sumpta foret.
Obtulit at tempus fors improuisa secundum,
Quo fratrum fastûs detumuisse datum est.

D

Placet igitur intuentibus faciei decor, membrorumq; concinnitas. Sed, vt in fabulosis hisce gemellis, historicas tamen veritates repræsentantibus, nisi pulcero veniat in corpore virtus, pulchritudo fallax suspecta fit, & despicitur, atq; odibilis redditur. Ruditas ergo, & petulantia fratrum à Poetâ nostro descriptorum, eorumq; intoleranda intractabilitas, Pastores amicos, & beneuolos, obsequentesq; prius, in hostes mutauit. Hinc patet, quod quò maior est auctoritas in hominibus austeris, & arrogantibus, eò etiam maius illis imminet periculum. Clarum enim est in historijs, superbiâ, & crudelitate

litate Principum deleta Imperia. Sic Domitianus Cæſar propter nimiam arrogantiam E inuiſus, tandem amicorum, & libertinorum, imò & vxoris ipſius conſpiratione extinctus eſt. Sed quomodo compares euentus hoſce Panos filios oppreſſerint attendamus.

Feſta dies aderat, Paui quâ ſacra Luperco
Facta, Lycæus vbi mons adit aſtra iugis.
Pana lupos abigat Paſtorum turba precatur,
Defendatque greges, multiplicetque petit.
Inſtituit rex ille ferus, quem vidimus olim
Infantum carnes appoſuiſſe Ioui.
Quique Thyeſtaas humano ſanguine cœnas
Exemplo docuit triſte madere ſuo.
Vnde luit meritas tanto pro crimine pœnas
Prima fameſcentis cum tulit ora lupi.
Nec tuuit quod & ipſe Ioui prior hiſce litaſſet,
Quæ gens ad pecoris transtulit illa Deum,
Exul & Euander Latias traduxit in oras, F
Et ſtatuit nudus ſacra Lupercus agat.

Erant quippè Luperci Panos Sacerdotes, qui ſolebant Lupercaliorum die nudi per vrbem curſitare, prægnantiumque mulierum manus, vteroſq; caprinâ pelle ferire: ſicq; fœcunditatem, & fœtus facilitatem promoueri veteres Romanorum, apud quos iſta fiebant, arbitrabantur. Quem morem innuit & Virgilius eo carmine.

Virg. 8. Aeneid.

Hîc exultantes Salios, nudoſque Lupercos,

Ouid. 2. faſtor.

& Ouidius. *Tertia poſt idus nudos aurora Lupercos — Aſpicit.*

Mant. faſt. 2.

& Baptiſta Mantuanus. *Compita curſabant ſtolidi ſine veſte Luperci.*

Cauſam porrò cur ſic denudari prodirēt Seruius enarrat in eundem Virgilij locum, *Quum*, inquit, *in honorem Panos Lupercaliorum ſolemnitas celebraretur, pecora Romanorum ſubitò à latronibus rapta ſunt: quibus oppreſſis, & receptis animalibus, propter rem à nudis proſperè geſtam, conſuetudo permanſit, vt nudi Lupercalia celebrarēt.* Quod & conſuetâ elegantia Vates Ouidius in Faſtis digeſſit.

Ouid. faſt. 2

Cornipedi Fauno caesâ de more capellâ, G
Venit ad exiguas turba vocata dapes.
Dumque Sacerdotes verubus transfixa ſalignis,
Exta parant, medias Sole tenente vias.
Romulus, & frater, paſtoraliſque iuuentus
Solibus, & campo corpora nuda dabant.
Caſtibus, & iaculis, & miſſo pondere ſaxi
Brachia per luſus experienda dabant.
Paſtor ab excelſo per deuia rura iuuencos,
Romule, pradones, & Reme, dixit, agunt.
Longum erat armari: diuerſis exit vterque
Partibus: occurſu præda recepta Remi eſt, &c.
Fama manet facti, poſito velamine currunt,
Et memorem famam, qui benè geſſit, habet.

Dicti verò creduntur Luperci à Pane *Luperco*, Lupos nimirum arcente, cum hanc ob rem à Paſtoribus in numen coleretur. Quod ſuperius innuit Legatus, & ante ipſum H Baptiſta Mantuanus, vbi — *Non Pana Lupercum*, — *Non Satyros*, inquit. Ouidius autem à Lycæo Arcadiæ monte, in quo Pan ipſe colebatur, vt retulit Legatus, dictos eſt ſuſpicatus, dum habuit.

Faſtor. 2.

Quid vetat Arcadio dictos de monte Lupercos?
Faunus in Arcadiâ templa Lycæus habet.

Ipſi in eodem Monte, qui fortaſſe propterea Lycæus dicebatur. Lycæa agitabant paſtores Arcades ſimilia Romanorum Lupercalibus. Vndè Plutarchus. Ἦν μὲν γὰρ ἡ Λυπερκαλίων ἑορτή, περὶ ἧς πολλοὶ γράφουσιν, ὡς ποιμένων τὸ παλαιὸν εἴη, καί τι καὶ προσήκει τοῖς Ἀρκαδικοῖς Λυκαίοις. *Erat*, nimirum *Lupercaliorum feſtum, de quo multi ſcripſere, quale antiquum illud paſtorum, & vt mos erat in Arcadicis Lycæis.* Inſtituta verò in honorem Iouis τοῦ Λυκαίου à Lycaone tradit Meurſius ex Pauſaniâ. Eadem in Latium tran-

Plutarc. in vita Cæſar. Meurſ. Græcia feriat. lib. 5.

A stulit Euander, ex Arcadiâ profugus fratre per errorem occiso, qui Pallantæo extructo Lupercalia instituit. Indè concinnum fuit Legato nostro fingere gemellorum curę fuisse Lycæorum celebrationem, vt sibi viam sterneret ad describendas ipsorum metamorphoses. Quod facit postquam suæ inseruit narrationi, quæ de Amamelide, Phyllo, Arbuto, & Pomo siluestri contexuit. Præmittit igitur.

Menrs. Grecia Feriata lib. 5.

Cura fuit Fratrum celebrare Lycæa parenti,
A quo semideum se vel vterque putat.
Victima siue canis cecidisse solebat ad aram,
Siue procax hircus, candida siue capra.
Seligat hanc igitur solers mandatur OPORAX,
Quo nec tunc iuuenum firmior alter erat:
Robustum fratri COMARVM *ni forsitan agnes,*
Cui Trachyn fortes pascit opima greges.
Seù liquidam nudare Palen, seù fundere castus
Esset opus, semper victor vterque fuit.
B *Nec mirum, siquando solet natura parentum*
Diffundi, & soboli participata vigere.

Quod & plurima comprobant exempla. Fratribus ideò pugnax assignatur origo. Filij quippe *Phylli* Centauri ex *Symmelide* Oreade (quæ in *Amamelida* conuertetur, cum eadem sit vis τῶ σὺν, καὶ ἅμα apud Græcos) perhibentur. Patria Phthiotis dicitur, quandoquidem Centauri populi fuerunt Pelij Montis, & Ossæ accolæ, propinquorumquè locorum in Phthiotide, quæ Thessaliæ Regio est, quam indè Pelasgicus, hinc Thermaicus, illinc Maliacus alluunt sinus. Nec abs re Centaurus ille vocatus est Phyllus. Vt enim Phœbus rei narrandæ libentius incumberet, ea debebat aliquâ ex parte suâ interesse. Quod egregiè demonstrat, & præstat Poeta, nomen eiuscemodi Centauro imponens. Alluditur enim *Phyllo* Phthioticæ plagæ pago, à quo *Phyllæs* cognomentum traxit Apollo, ob Templum, quod ibidem illi celebre surrexerat. Testis optimus est Strabo scribens: Ταύτης δ' οὖν τῆς Θετταλιώτιδος μιᾶς τῶν τεσσάρων μερίδων τῆς ὅλης Θετταλίας, ἧς καὶ ἐπ' Εὐρυπύλῳ, καὶ Φύλλος, ἔνθα Ἀπόλλωνος τοῦ Φυλλαίου ἱερὸν, καὶ Ἴχναι: Scilicet *Hac quidem de Phthioticâ plagâ, vnâ ex quatuor Thessaliæ totius particulis, cuius sunt & subdita Eurypylo terra, & Phyllo, vbi Apollinis Phyllæi fanum est, & Ichna, &c.* Templo C Laureum additur Nemus ob Laurum Phœbo sacram, qui apud Poetam ita prosequitur.

Strabo l. 9. Geograph.

Centaurus Phyllos *celeberrimus hos, & Oreas*
SYMMELIS *Phthys progenuere iugis.*
Hos memorare placet, namque hinc Phyllæus *Apollo*
Dictus ego, & Phyllus *Thessala grata mihi est.*
Nam genus antiquo Phyllos *qui traxit ab* Orneo,
Ingentes Orni *spicula cuius erant:*
Cum sanos Lapithas fregisset Marte cruento,
Dux vbi semiuirûm seminir ipse foret:
Atque triumphator patrium remearet in Ossam,
Ichnæa Eurypyli fessus ad arua stetit.
Vulnere què accepto, fureret cùm fortis in hostes,
(Quod Chironis Aui non bene clausit opus)
D *Concidit hîc, abitumquè anima laxauit acerbum*
Triste recrudescens plaga labore via.
Sicquè cadens inter quæsitas sanguine palmas
Par victis victor conditione fuit.
Atque sepultus ibi, Phylli memorabile nomen
Illius in nomen fecit abire loci.
Nam, quem Phyllaliam *iam tum dixêre priores,*
Hunc Phyllon voluit dicere Phthia Thetis.
Hicquè sacro Daphnone mihi, temploquè dicato
Deucalionæi me coluêre diu.
Hinc data Phyllæi *mihi nomina, vt inclyta* Phylli
Gloria stet semper, sitquè coæna mihi.

Daphnonas, Platanos, ac aerias Cyparissos *Martialis l. 10. ep. 50. &* Disposuit Daphnon suo Torquatus in agro. *l. 10. ep. 79.*

Concinnum efficit loco nomen à Centauro inditum, quod *Phyllalia* quoque dictus fit & hæc pro primâ ſumatur nomenclaturâ. Sicut ex Ornei quoq; deſcendentibus benè canitur, cum Orneus Centaurus fuerit ex ijs, quibus cum Theſeum decertaſſe meminit Ouidius. Ornos autem pro iaculis ab Orneo torqueri potuiſſe Iuuenalis inſinuat, idem de Monycho ex Centauris altero narrans, vbi ſic

--- Quantas iaculetur Monychus Ornos.

Hinc probè cum Lapithis quoque pugnaſſe latus eſt Phyllos reuiuiſcentibus auiti Martis ſeminibus. Hoc enim innuitur antiquorum traditio, Centauros nimirum cum Lapithis, & Ixione illis dominante bellum exercuiſſe. Taurorum ſiquidem grege per Montis Pelij iuga ferocibus iuſultibus deſæuiente, non illi tantum montes infeſtabantur, ſed culta quoque illorum loca ferociâ peſſundabant. Quapropter ab Ixione oblata fertur pecunia, quâ donandus eſſet, qui animalium eorum compeſcere potuiſſet feritatem. Pelij accolæ iuuenes equos domare ceperunt, quibus inſidentes, tauros quoque domuerunt. Indè crediti Centauri mediâ ex parte homines, mediâ equi, cum in equitibus procul appareat mixta ſpecies equi, & viri. Eâ de re in ſuperbiam elati, cum Ixione, & Lapithis certare auſi ſunt. Cum quibus cùm ob hæreditariã inimicitiã præliatus eſſet Phthioticorum fratrum pater, victor quidem euaſit, at grauiter ſaucius. Quamobrem itinere in Oſſam inſtituto, mediâ viâ procubuit ex vulneris recrudeſcentia, quam viæ difficultas promouerat. Locus ille erat *Phyllalia*, ad quam iter erat media Eurypylo, quæ Ichnæa vocatur à Poetâ propter Ichnarum propinquitatem ex Strabone ſuperius oſtenſam. *Phyllum* demum à Centauri morte nuncupauit Phthia Thetis, qui Phthiam nempe ciuitatem ad Maliacum ſinum, & Apidanum fluuium Achillis patriam inhabitabant, quæ Thetidium quoq; à Theti Achillis eiuſdem matre dicta eſt. Ad Centauri denique ſepulcrum enatæ finguntur plantæ illæ, quæ quicquam ſecum nomine conueniebant, & præſertim vtrumque Phyllorum: In alterum enim iſtorum, nempe in marem, conuerſus videtur, cum, quemadmodum Centaurus mares tantum genuerat, ex Phyllo pariter eiuſce generis herbâ maſculorum tantum partus promoueri ferant, ſicut & à Phyllo fœmina fœmellarum: vndè nomen itidem apud Græcos illis obtigit, alteri τὸ ἀῤῥενογόνον, *maſculos*, nempè *generantis*, alteri θηλυγόνον, ſcilicet *fœmineum partum* facientis. Quod in hæc eleganter exprimitur à Poeta in Amamelidis metamorphoſem poſt V. C. Ludouici Boncompagni Græcarum literarum apud nos profeſſoris, & humaniſſimi in ea facultate præceptoris olim ſui mentionem properante.

Quodque magis mirere, velut veneratа ſepulcrum,
Orta ibi ſtirps Phylli *nomine quaque ſonat.*
Phillon *vtrumq; prius natum hic, quod Graia vocaret*
Ἀῤῥενογόνον, θηλυγόνον φυτόν.
Namque vbi Phyllorum *ſunt mas, & fœmina ab aluo*
Ducit fœmellas fœmina, maſquè mares.
Quin & cum primum non eſſent cognita Phylla,
Mutatum Phylli *corpus in iſta ratum eſt.*
Hancquè fidem fouet, maribus quod maſcula Phylla
Dant ortum, vt genuit Phyllos *& ipſe mares.*
At cum Phyllon *ibi quod, ἀμβλῶσαι habetur,*
Prodierit, Latij fœmineumquè vocant:
Et quia Diuorum retulit nemo illa patraſſe,
Nec cui cuncta patent, hac patuere mihi:
Hac tibi ſi quiſquam narrabit, Mythica credes,
Namſi vera forent, hac mihi nota forent.
Phyllida *vt in plantam ſi ſe migraſſe docebit*
Pelignus Vates, ἀξιόπιστος erit
Phyllida, *qua poſtquam viguit nouâ in Arbore,* Phylli
Ad buſtum paries multiplicata viret.
Phillyreamq; *illic*, Philyram, Philycenq; *frequentem*
Nacta, ſimul tumulo ſtemma virendo facit.
Nec deerat φελλὸς, *quem tu pro Subere ſumis,*
Cùm BONCOMPAGNO, Graia, probante, canis.

Illic

Ouid. l. 12. Met. fab. 4. & 5.

Sat. 1. & Lucan. aute iactantẽ Monychon Ornos.

De Phyllo herba Dio. l. 3. c. 123. atq; Theop. l. 9. H. Pl. c. 19.

Quæ cum duplex ſit, vt Mercurialis Mas, & Fœmina cum teſticulatis, atque ſpicatis floribus Marifica, & Fœminifica appellatur.

Linozoſtos *lĕtè cingens, vt linum: ſunt enim vtraq; inter primaria emollientia in Medicina.*

ἀξιόπιστος *fide dignus, quo vtitur & Bonifac. Muſ. l. 4. 62*

φελλὸς Suber.

A *Illic* Phellodrys *fuerat*, Phellandryon *illic*,
Quaque sepulcrali facta corona solo.
Defuit vna virens alibi φιλέφυλλος *Oreas*,
Cum Comaro fratrem qua tibi, *Phylle*, *tulit.*

Ecce Symmelidis enunciatam transformationem. Illa quippe dilecti mortem in Offâ percipiens, tanto dicitur affecta dolore, vt post breuissimam querelam mortali correpta deliquio semianimis conciderit. Quo in statu à Ioue afflictissimam Nympham commiserato in *Amamelidem* conuersa describitur. Nec incongruam censeo Græcam eiusce querelæ expressionem, cum, vt ordo præsentis Poematij postulat, ea pendeat ex arbitrio Phœbi narrantis, quem non dedecet Græcè canere intelligenti, vbi maximè vernaculâ conquerentis linguâ ipsissima lamentantis verba referri, & affectus ipsius inalteratos exprimi contigit. Nec quicquam obstat, quod eam non intelligant qui Græcas non callent literas, cum (præterquamquod id viri absolutè eruditi non est) ijs quoque consuluerit Poeta, qui in subsequentibus eosdem sensus latinè disposuit. Ita de Symmelide.

Φιλέφυλλος Phyllum amans.

Cic. Acad. Quæst. 3. Amicos suos ad Græciam ire iubebat, vtibi luculenter scire posset.

B *Ossai siquidem qua verticis alta colebat,*
Phylli *obitum in patrio nouerat vsque iugo:*
Atque ideò tantis est pressa doloribus, vt vix
Quiuerit hac patriâ paucula voce queri.
Φίλτατε Φύλλι κόρη, τίκη ὑποταχθεὶς ἐν ἄντῃ,
Νικάτωρ νικῶν, πρόσθε τρόπαια θανὼν
Ω δείλαιος ἐγὼ παρὰ αὐτοθεῖσ' ἀγαπητοῦ!
Τίς τὴν τλημοσύνην ζῆλος ἰσάζει ἐμήν!
Ω τρὶς ἐγὼ Νύμφων τούτοις ἐν ὄρεσσι τάλαινα!
Μοίνην τὴν χθονίην ζῶς βιοτὴν μοι ἴδω.
Hæc ait illacrymans, & dicere plura volebat,
Præpedijt nimius sed noua verba dolor.
Semianimisquè cadit; cum qui Pater excipit orsa,
In misera fautor vota precantis adest.

Infrà sensus latinus.

C *Namquè vt se patrio longas idiomate dixit*
Exosam luces, quas sibi fata sinunt:
Fata nimis pia, quin nimiâ in pietate seuera,
Tempora dum vita dant sibi longa nimis:
Sequè nouas odisse dies, & funera malle,
Quando cum Phyllo *vita perempta suo est.*
Audijt altitonans, atque ex Symmelide *Plantam*
Fecit siluestrem, quæ sola montis amat:
Primauoquè dedit de nomine, amoreque dici;
Quæ Symmelis *erat, sit AMAMELIS ea est.*

Iamquè planta est, sed nihilominus inter Botanicos controuersa, quam Oreadis natura esset inter antiquos. Ex eorum enim fictionibus Nymphæ nonnunquam Deæ, nonnunquam semideæ, aliquando puellæ, & mortales habitæ sunt. Cuius confusionis pulcherrimum exemplum habemus ex illo de Prisci Agathonis Ælia Lælia Crispi monumento, quod superius in Historiâ Quercus inter Ænigmata recensuimus, interpretati D Nympham illam vnam ex Hamadryadibus, quæ cum Oreadibus interdum confunduntur. ob Quercuum in Montibus quoque frequentiam. Eiusdem infrà meminit & Legatus, magnum nobis amoris pignus vnius spondaici grauitate spondens. Inter ea cum quibus confusa est Amamelis, sunt Sorbus Torminalis, Vitis Idæa, & Pyraster itidem ex Idâ. Sed poetico inuento dubium tollit Legatus, Pyrastrum, & Sorbum postmodo tantùm notas tradens, postquam in hæc sibi succinuisse fingit reuelatorem.

Pag. 110. *b*

Nam Dea si fuerat, poterat bene Iupiter illam
Vertere, dum Diuis ille dat esse viros.
Hoc expertus ego cari post funera nati,
A patre ad Amphrysum cum vir, & exuleram.
At quia non certum vobis, dum vixit Oreas,
Num mulier tantùm, num foret illa Dea:

 Sine

Siue Dea, & Mulier simul esset: Oreades ancept
Quid sint, tam variè turba canora putat:
Exemplumq́; suâ tibi dat CASARALTVLA Nymphâ,
ÆLIA quæ Prisci *LÆLIA CRISPIS erat;*
Quamquè tuo melius dignoscere Montalbano
Nemo, quantumuis doctus, adusque potis;
Sic dubia est noua Planta, velut quodammodo nolit
Agnosci, Nympha qualis origo fuit.
Sunt hanc qui Sorbum *faciunt, quæ termina sedat,*
Idaam Vitem dicit hic, ille Pyrum.
Percipe quantum errent; namq́; vt tibi dicere pergam,
Tunc Idaa Pyrus, nec quoque Sorbus erat.
Nec quicquam commune tenet eum Vitibus Ida,
Ni quod in Idao vertice & ista quoque est.
Hic Malum vocat; at proh quàm malè, quando nigrantes
Fert baccas, & non Mala dat iste frutex.

Vndè patet ex genere quidem Malorum strictè sumptarum pro Arborlbus notissimis negari Amamelidem, sed non ex genere Pomorum, quod est nomen latius, & generale omnium fructuum, qui ex Arboribus elui simplicius apti proueniunt, & sic non subducitur denominationi Agriomeleidos, cum maximè siluestribus Sorborum Pomis similes fructus edat (quamuis paruos Baccharum in modum, vndè Baccæ à Poeta nuncupantur) & ideò Sorbi species dicatur. Botanicam cuius desciptionem eleganter adducit Poeta probatissimos secutus auctores, Gallicumquè *Amelancher* nomen eidem Plantæ ex melleo malino Amamelidum sapore cum Athenæo deriuatum facit, eâ datâ occasione Botanicum præstantissimum Horti Regij Parisiensis Præfectum Dionysium Ionequetum rara nobis in ea cognitione nonnunquam communicantem memorans, & Amamelidis copiam in Galloprouinciæ Montanis, vbi frequenter cibarium in vsum venit, prouenire sic perhibens.

Vid. Bauh. in Pinace l. 11. sect. 6. ad fin. citãt. plures auct. Ap. Ruell. l. 1. c. 97 hab. Pamphilus Apomelida Pyri genus arbitratur, quod Amamelida quidam vocant, alij Omomelida frequens in Ionia, Theocritus Oromalida appellauit.

Quem tibi describam, nec enim stirps me latet vlla;
Nam quanam Phœbum planta latere potest?
Surrigit hic ergo quamplurima lauta, recta,
Duraquè virgulta, & cortice tecta nigro.
Sunt folia oblonga haud secus ac quæ Berberis effert,
Quæ firma, & placido pulcra decòre virent.
Inter & hæc Bacca crebra est fœtura rotundæ,
Et nigræ, sed quæ ficuti mella sapit.
Hinc & Amelancher *IONCQVETVS dixerit, ille,*
Cui Plantas omnes noscere ego ipse dedi.
REGIA Sequanicis huic ritè coluntur in Hortis
LILIA, quorum omni climate notus odor.
Ille tibi, Ouidioq́; *tuo testabitur, altis*
Quàm multa in Gauarum Planta sit ista iugis.
Sicut ego solus potero tibi dicere quidnam
Fratribus Ossais accidit inde noui.
Solus ego siquidem geminorum facta recordor,
Quorum obseruator sedulus ipse fui.
Nam quis Phylligenûm mage quàm Phyllaus Apollo
Quaquè tuens, tutor certus habendus erat?

Ita fratres Arbuti, & Pomi siluestris personam agentes in scenam redeunt, in quâ satis parentes egerunt. Vtroq; ipsorum eodem tempore orbati puerilem ætatem patrijs in montibus transegerunt, tempestatum alterationibus corpora obdurantes, seq; venatorijs laboribus exercẽtes, vt in robustã crescerent iuuentutem. Hęreditarius erat amor equorũ, quibus ea loca feruntur abũdasse, præcipuè Trachyn, de qua Seneca in Troade.

— Meliorquè fœtu Fortis armenti lapidosa Trachyn.

Cuius rei meminit & Legatus noster supra, & infra quoque, vbi desiderio peragrandi regiones exteras tactum Oporacem natu maiorem, fratri curam indiuisi patrimonij reli-

Chor. act. 3. Sic Hermaphroditus peregrinatur apud *Ouid. lib. 4. Met. fab. 11*

A reliquisse refert, & inde profectum Boeotiam, Helladem, & Phocidem, & denique Peloponnesum inuisisse. Quamobrem geographicè multa recenset poeta, & inter cætera Thebas, ac eâ occasione veri Præsulis ideam memorat, Illustrissimum nempè, ac Reuerendissimum D. D. Petrum Bargelinum Patritium Bononiensem, Archiepiscopum Thebarum, S. Sedis Apostolicæ modò Nuncium ad Regium Sabaudiæ, Pedemontanorumquè Principem, & Cypri Regem Carolum Emanuelem, Serenissimo cuius nomine suas illustrare paginas maximum operæ pretium ducit Legatus, Plinium in eo secutus, quod Cyprum *Aspeliam* vocat. Præcinuit tamen.

Vix lustrum Comaros *compleral: maior Oporax,*
Cum duplici his plagâ raptus vterque parens.
Nutrijt in filuis geminos Ossaa inuentus,
Sic brumam, ac æstûs edidicêre pati.
Sicquè canes placuêre, & equi, quos arua frequentes
Patris alunt, nemorum sic fera monstra sequi.
B *Hinc ego Ithyraos vtrumque intendere neruos*
Edocui, & certo vulnere adire feros.
Hicque labor, studiumque fuit commune duorum,
Donec Oporacem *mens vaga abire dedit.*
Namque vbi lanugo per malas aurea serpsit,
Extera visendi pectore serpsit amor.
Hinc Comaro *alipedum, quos Pelion, Ossaque patri*
Pauerat, & Trachyn, prouida cura data est.
Ergo indiuisis vigilat dum censibus iste,
Alter abit gaudens regna videre noua.
Peneus abscedit, cuius me filia torsit,
Longè à me torsit cùm fugitiua pedes.
Sic Othrys, sic Oeta patent, sic Phocidos arces,
Et iuga, qua mecum, dulcis alumne, colis.
Sic Cephisiadas bibit, atque Ismenidas vndas,
C *Et modulante videt mœnia structa chelì.*
Mœnia, qua Frater nostrâ si condidit arte,
Destruxit Methio barbara Marte Soror.
Hac tamen, hac iterum (nec fallax augur Apollo)
Consurgent, Alpes Marte mouente pio.
Scilicet Alpinus cum Iupiter exiget equos
Cultûs à Natâ Cypride, in Aspeliâ.
Tunc nostrum venerata PETRVM Thebana Iuuentus
Stabit sub sacro Principe fida redux.
Inde & Palladia iuueni lustrantur Athena,
Ingens Argolica Regia, Larquè Plaga.

Idquè fuerat oraculum Pythij, quemadmodum Ἑλλάδος ἕρκος, *Gracia* nimirum *gloria* Nazianzeno, *columen* Pindaro, *communis ora* Æliano dictæ sunt Athenæ. Quo allusit & qui cecinit

—. Quaruntur Athena,
D *Quaruntur Gray mens, manus, arma soli.*

Isthinc subsecutus iter Oporax, Eleusim migrat celeberrimam arcanis Cereris sacris, *quibus*, inquit Meursius, *totâ Graciâ, imo Orbe vniuerso, nihil vnquam celebratius, sanctiusq́, habitum fuit.* Indè Megaride, quæ a Megareo Apollinis filio nomen habuit, peragratâ, in Peloponnesum se contulit, quâ Co inthus, aliàs Ephyre nuncupata spectanda erat. Meta viæ fit Arcadia, in quâ mira sibi euenerunt. In primis enim Pholoes montem, & oppidum illi cognomine scandens, veluti cognata loca, quippe à Pholo centauro nominata, Nympham *Pyrenen*, quæ *Diospyri* personam induit, offendit, & subito illius captus est amore: Quippe vel maioris perhibetur fuisse pulchritudinis, ac Pyrene illa, quæ Bebrycis filia, Herculi summè placuit, à quo pariter compressa est illis in montibus, quos nunc ab eius nomine *Pyrenaos* vocamus. Autor huius sententiæ Silius, qui de ijs montibus inter cætera canit.

In præfat. libri de Sacris Eleusinys.

 Nomen

Silius l. 3. Belli Pun.

Nomen Bebryciâ duxêre à Virgine colles,
Hospitis Alcidæ crimen, &c.

E

At visam dum Nympham alloqui contendit Phthius, illa naturæ nil minus siluestris, ac inhabitati montis Arbores, rapidissimam in fugam conuersa est. In hac *Cratagum* Satyrum lasciuissimum malo fato obuium habuit. Illum etenim formâ nimis alliciens, velocissimum experta est insectatorem. Iamquè prope erat, vt persecutoris præda caderet, cùm Iouem patrem rogauit, vt vel Satyri manus euaderet integra, vel species, quâ nimium illi placuit, mutaretur. Posteriores exauditæ preces, & in Diospyron Nympha conuersa. Sed ad poetam hæc subnectentem.

Mox tacitis qua tunc sacris gaudebat Eleusis,
Et Megara à nostrâ condita prole subit.
Hinc bimari gradiens Ephyre, Pelopeia visit
Regna, & in Arcadiâ denique sistit iter.
Cognata hic etenim Pholoes iuga, & oppida scandens;
Hæsit in aspectâ virgine montis amans.
PYRENE fuerat nomen: Bebrycia non tam
Bella fuit: specie MELIDA sola refert.
Nympha itidem regnata Pholo per opaca vetusto
Lustra perennatos viuere nata dies.
Obstitit at ceù qui rapuit Symmelida *casus,*
Nam quam tunc iuueni sustulit alta fuga:
Offendit Satyrus, cui summa libido, CRATÆGVS,
Igne calens visæ, quam retinere cupit.
Nec vidit fugitiua, sibi nisi cum prope cursum
Rumperet, vndè pauens in latus vrsit iter.
Sed sequitur Satyrus: volat hæc, volat ille; volandi
Sat sunt causa potens hinc Amor, inde Timor.
Sic insectatus pariter Syringa, Pitymquè,
Frondes pro Nymphis Pan aditurus erat.
Sic etiam fugit me cantûs inscia Daphne,
Cum fauo ipsius præpes amare forem.
Nec secus ac patrem, cum iam mihi prensa fuisset,
Orauit supplex, vt sibi ferret opem:
Et facta est Laurus; sic & Pholoessa Tonantis,
Cum prope prensa foret, fer pater, inquit, opem.
Fer pater, vrget, opem, vel me mihi tolle, reformans,
Ne monstro insitanti præda stupranda cadam.
Ingeminatquè preces; cum, dum iam tangitur, hæret
Cuncta repentino mollia membra libro.

F

G

In Diospyron repentè conuersæ curiosas, nec minus elegantes eius nominis rationes, à confusis Botanicorum opinionibus longè diuersas adducit Poeta, qui Cratægum pariter in tanti pœnam ausûs in Arborem sibi cognominem subitò mutatum asserit. Iude moneri possumus criminibus semper imminere pœnas. Et sanè pulcrè factum est, vt Cratægum Satyrum petulantissimum fingeret, cum Κράταιγος nil aliud sonet, quàm κράτη αἰγός, nempe *capri vim*, vndè petulantissima designatur Lasciuia. Cuius proteruitatis index in Satyris inferior capri figura depingitur. Ita dum *Cormes* filia perhibetur *Pyrene*, innuitur ex genere Sorborum esse Diospyron, cum Sorbum Gallis *Cormie*, siue *Cormier* vocari superius tradiderimus. At poeticam Arboris vtriusq; descriptionem attendamus. De Pyrene siquidem habemus. quod

Theoph. l. 3 Hi. Pl. c. 15. Id. l. 3. c. 13. Io. à Stapel. in comm.

H

In ramos abeunt trepidantia brachia, crines
In frondes; validâ stirpe stetêre pedes.
Nam Nympha ex CORME furtiuus Iupiter auctor
Id præstat, Iuno ne mala peius agat.
Quin sua cum sit stirps, ipsam de nomine dici
Dat proprio; hincque Διὸς dicitur illa πυρὸς,
Succreuit similis Plantæ, qua Mespila profert,
Nonnisi quod Cerasum subrubra bacca refert.

Diospyros

Nigra

A *Nigra Pyri includit referentia femina semen,*
Hinc & nomen habet de Ioue, *deque* Pyro.
Nec Satyri impunis mansit petulantia. Monstrum
Quippe stupens, monstro vertitur ipse pari.
Pro bifidis pedibus iam serpit plurima radix,
Et cortex hirsâ pro cute turget iners.
Sic rude villorum nemus, exporrectaque fronte
Germina, sunt Plantæ germina, frons que noua.
Stat Satyri nomen, nam nunc quoque dicta CRATÆGVS
Arbor, rara genus ceu capriforme fuit.
Fert folia vt Platanus, paruumque, & Sorbile Pomum,
Quo, si tunc fuerans Sorba, *ea* Sorbus *erat.*
Sed fructus ne Sorba *forent dedit vnus* Oporax,
Per quem vt sit Sorbus *proxima causa data est.*

Vt enim infrà patebit, Oporax improuiso quodam euentu mortem *Sobari* promo- B uit, vndè mutatio ipsius in Sorbum successit. Casu enim gemellorum domesticus effectus est, postquam sat sibi mirandi contra votum in Pholoe contigit obseruare. Nympham siquidem, quæ illo viso celerrimè fugerat, diù secutus, illuc tandem peruenit, vbi geminæ locum habuere transformationes. De *Pyrene* actum erat; & de *Cratago* iam agebatur, cum in reliquis frondens, liberum querelis exitum haberet. Lamentabundum in Arbore demiratus Oporax, ex questubus fata Nymphæ collegit. Attonitus rerum, & non tam Nymphæ metamorphosim, & vel in cunis raptos amores, quàm quod in Satyro iàm in æternum obmutescente, pœnasque proteruiæ luente, uullus relinquebatur vindictæ scopus, dolens, multa mente voluere, nulla probare. Sanioris tandem consilij ratus illinc abire, solumq; adeo fatale fugere, in orientem iter direxit. Afeam demum, quæ ad Alpheum sita erat non valde procul à Lycæo monte, deuenit. Cumque Regio venatibus apta placeret, consistere visum est. Ibi degebant memorati Panos filij, à quibus inter familiares connumeratus est. Quin & eis eò vsq; gratus fuit, quò capram Lycæo patri mactandam, ijs mandantibus, selegit, vt supra tactum est. Tunc enim maximæ animorum mutationes irruperunt. At ex Poetà, quæ intercedunt, audiamus, & C interim scitè interrupta sacrificij fila coibunt. De Oporace præfatur.

Arist. 5. Polit. c. 8.
Plut. de sera Num. vendicta.
Plato 9. de legibus.

Namq; superueniens vbi Planta nouella PYRENE est
Iam prope fessus eam per loca iniqua sequi:
Nescius actorum, Satyro suprema querente,
Edidicit geminos quæ noua fata premant.
Indoluit raptos, vt ad hos est raptus, amores,
Et Lignum haud flammis posse calere suis:
Mensque fuit furere in Satyri frondentia membra,
Sed tenuit facinus pœna sat vlta procax.
Hinc & quæ nequyt fixisse suauia Nymphæ,
Quæ licuit frutici basia vana dedit.
Fatali sed abire loco vt mens optima suasit,
Ladonis properat quà celer vnda fluit.
D *Buphagus hinc illi Melinaus, & aduena terra*
Alpheus Sicula dulce propinat aquas.
Hicq; videt ripas per amantis fluminis ambas
Mille frequentantes pascua læta greges:
Mille greges, quorum custodes alteras ACHRAS,
Cui, ficus fratri, subdit Afea lares.
Insides hac fluuio, nec longè summa Lycæi
Culmina stelliferos sangere visa tholos.
Thessalus huc migrans, Regione placente, morari
Constituit, siluis exagitando feras.
Hinc & cum SOBARI aucupio, cumq; ACHRADE pollens
Curâ armentorum, gratus vtriq; fuit:
Donec Faunigenûm iussu cadenda Licais,
His capra, & huic forma causa reperta noua est.

Quan-

Quandoquidem victimâ delectâ, & floribus, vt moris erat, ac frondibus Pineis Pani ſacris coronatâ, ſupplicatio paſtoralis ad Lycæum directa eſt. Iamq; ad ſacrificij locum deuentum erat, & ignis accenſus; cùm neſcio quo malo fato male ſeruata ſubitam in fugam rapta eſt capra. Nec multum cucurrit, quia rupes altiſsima impedijt. Præcipitium ideò non eſt auerſum; illinc quippe victima cadens, per cautes extantes dilacerata eſt. Inſecuti fuerant quamplures, & ante alios Oporax, at irrito conatu. Quapropter intento vacui redierunt, Poetâ canente.

Victimæ fuga triſtis erat Auſpicij.

Al. ab Alex. D. G. lib. 3. cap. 12.

Namq; vbi de gregibus ſelecta eſt victima Phthio,
Vellere candentes vincere nata niues:
Inſtruitur pompa agreſtis, prait alba capella,
Cui Calami, & Pinûs cornua fronde virent.
Poue ſequebantur fratreſque, ſacrique miniſtri,
Quos & Paſtorum longa caterua ſubit.
Serta gerunt omnes, qua Pinus, lentaq; canna
Componunt, culti ſymbola certa Dei.
Edita ſic gelidi ſcandunt Pineta Lycai,
Cuius ineſt medio vertice meta via.
Hic ſpecus eſt Panos, quod montis in intima tendit,
Horrendum inſpectu, quodq; patenter hiat.
Hoc prope monticola conſurgit Numinis Ara,
Vmbras quam circum plurima Pinus agit.
Iamq; iſthic aderat liturgica turba, nec obſtat
Sacro operi, ni quod luceat igne focus.
Ergo latens ſilicis venis extruditur ardor,
Ignibus & feſtis fumet vt ara datur.
Intereà malè ſeruata, & fors territa flammis
Victima ſe ſacris ſubtrahit, atq; fugit.
Paſtorum celeres hanc ſuſectantur: Oporax
Anteit, adducta qui modo praſes erat.
Sed reducem vt faciant, fugientem fruſtra ſequuntur,
Nam de vicinâ rupe capella cadit.
Delapſa in praceps agitur, praruptaq; montis
Per cautes lacera lana, cruorq; notant.

Eâ de re gemellorum amor in Theſſalum repentinum migrauit in odium. Crediderunt ſecreto aliquo ipſius ſcelere factum, vt victimam eius manibus contaminatam pater reſpuiſſet, & in fugam compuliſſet. Ita malæ mentes malos alios facili negotio arbitrantur. Illum ideò redeuntem ſacrificare conſtituerunt, vt exoſum lueret crimen. Inde famam tantùm emanaſſe tradit Poeta, homines in Lycæis immolatos, nolens in hoc ſubſcribere Porphyrio, qui ſcriptum reliquit hominem in illis ſacris abſolutè mactari ſolitum. Habet enim. Μέχρι τῦ νῦν, ἐκ ἐν Ἀρκαδίᾳ μόνον τοῖς Λυκαίοις, ἐδ' ἐν Καρχηδόνι τῷ Κρόνῳ, κοινῇ πάντες ἀνθρωποθυτῦσιν. Vt verterem. *Hucuſq; non in Arcadiâ tantùm Lycais, neq; in Chalcedone Saturno, communiter omnes hominem immolabant, &c.* E contrà turbæ crimen in gemellos animos torquebat. Non enim incredibile videbatur, eos, qui latè mortalibus in odio erant, parenti quoq; numini diſplicuiſſe. Saluando igitur homini, & cani potius mactando mentem diſpoſuerunt. In quam ſententiam eò libentius venire poterant, quò magis à gemellis læſi, gemellis quoq; fatis obſtare poſſe iuuenem robuſtiſſimum cognoſcebant. Res ex ſequentibus patet.

Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων *lib. 2.*

Rem ſic diuinam fruſtrari contigit, vnde
Eſt vt Panigenûm ferueat vſq; furor.
Hinc & Oporaci *ſuccenſent: creditur eius*
Crimen, quòd ſubitâ ſit capra rapta fugâ.
Vt luat hoc igitur, ſatius duxère gemelli
Mactanda miſerum ſubſtituiſſe fera.
Sic placare patrem, ſi qua indignatio fortè
Patris erit, ſoboles non bene ſaua putat.
Cæca fides fratrum hac: dum factum id Panos ob iram
In prolem exoſam non male turba rata eſt.

Omni-

A

Omnibus inuisi nam cùm pastoribus essent,
Esse quoq; inuisi non nequiêre patri.
Damnata hinc mens ipsorum, similisq; colenti
Victima, Latrator cùm satis esse queat.
Quin & dum gemini, ne sacra infecta finantur,
Pro caprâ Oporacem *sacrificare parant:*
Atq; iubent ideò redeuntem in vincula trudi,
Et sacrum chalybi supposuisse caput:
(Indeq; vt exemplum traherent Busiridis ara,
Fama fuit casos sacra per ista viros.)
Turba fremit, frendetq; iras, mussatq; tumultus,
Quales commotâ Doride pontus tuit.

At si tanta in pastoribus excitatur turbatio, quasnam iras non conceperit, vbi redijt, & rem nouit, qui solus ad iugulum petebatur? Vicinam in aram furibundus irrupit, & sacrificalem inde sumpsit securim, quâ primum obuiorum *Achrada* ita percussit, vt ferè mortuus in terram conciderit. Ita qui exterum sacrificare voluerat, ad eandem aram ab extero ferè sacrificatus est. Sobaris fratrem vlturus in Thessalum pastores arroganter animat; at illi non parent, imò iandiù conceptas iras in exosum enituntur. Ex lapsu Achradis, quem mortuum credebant, illorum audacia in Sobarim consurrexerat, vt simul intolerabilem superstitis superbiam detumescere facerent. Non alijs ergò armis in monte, sacrificij tempore suppetentibus, saxis illum petunt, à quo nonnisi contemptibus semper fuerant impetiti. Nec quicquam iuuit in fugam conpulso patris opem implorare. Luxuriosissimus enim fabulosorum omnium antiquitatis Deorum aberat, festo, natisq; postponens persequendarum Nympharum curam. Hinc ridere est gentilitatis stultitiam. Inde, rudi licet exemplo, monentur potentes humaniter in minores agere, quorum quò minus timetur imbecillitas, eò nonnunquam maiores clades molitur. Frequentia sunt exempla, quæ recensere non est huius loci. Sat quod ad rem expressit Legatus noster, de Oporace canens.

Plut. de cohib. irac.

B

Frater fratris necem vlciscitur.

Homer. Iliad. l. 24.

Libido occupatissima est. *Senec. de irac. l. 3.*

C

Machina sic fratrum vt patuit, furit acer Oporax,
Prosiliensq; duûm nixibus obstat atrox.
Ac, vt erat propior sacris altaribus, illinc
Dependens ferrum sacrificale tulit:
Quiq; prait, quanto nec prastet robore Phthius
Computat, in primis Achrada *sternit humi.*
Non moritur; saxum, quod iecit frater, in ictu
Prapedijt chalybem ne graue theta foret.
Et simul accurrit Sobaris, *turbasq; sequaces*
Nititur in iuuenem verbo animare truci.
Sed frustrà; nam cum exosum vidêre iacentem
Achrada, *par frater concidat, omnis auet.*
Creditus est etenim Phyllidet athere missus,
Vt fratrum fastûs detumuisse daret.
Rupibus hinc Sobarim *fractis petiêre; coactus*
Terga dare hic, turba se fugiendo rapit.

D

Saxa volant: miseri tolerata superbia cælo
Tanta fat, haud tandem est digna fauore patris.
Dum siquidem hic pressus Patrem inuocat, ille sequendis
Intentus Nymphis luxuriosus abest.
Posthabet huic etenim cura natosque, sacrumque,
Quâq; illas flectat, fistula sola placet.

Surrexit interim Achras, quem percussio non occiderat, interrupta ab ictu saxi, quod proiecerat frater, & in ansam securis iecerat. Stans, vt turbas abesse nouit, miratus est. Oculos tandem circumuoluens, vidit vbi tumultus fiebat. Antecedentem conspiciens fratrem in fugam versum, rei nouitate fere desipuit. Accurrere volebat fratri commoriturus, sed non prorsus inultus. Arma non erant quæ caperet, nisi lapidea securis, quæ ab arâ pendebat. Antiquitus enim eiuscemodi quoq; bipennium in sacrificijs vsus erat.

Ta-

Talis eſt quæ aſſeruatur in nobiliſſimo Aldrouandi noſtri Cimeliarchio, cuius iconem in Muſæo Metallico eiuſdem Aldrouandi adduxit V. C. Bartholomæus Ambroſinus Anteceſſor noſter in complendis Aldrouandæis Operibus. Eo inſtrumento armatus Achras, per breuiorem, quæ in læuum patebat, viam, quas potuit fratri ſuppetias tulit. Et iam primam commotionis cauſam deſinente tramite offenderat Oporacem Sobari imminentem, quem magno ictu ſtrauiſſet incautum, niſi celer ſagitta brachium erectum præueniſſet, ſecurimq; relinquere coegiſſet. Vnde iaculum venerit patebit, vbi quæ præcedunt ex Poeta innotuerint. Canit ergo.

Lib. 1. c. 6. ſub rubr. vſus in inſtrumentis pag. 158.

Nocere facile eſt, prodeſſe difficile. Quintil. l. 8.

Intereà qui iam cecidit ferè victima ad aram,
A te, quem voluit victima, Phthie, fores:
Torpore excuſſo reſilit, turbaſq́. fugantes
Germanum ſaxis inſpiciendo furit.
Quodq́, vnum bene præſtat, abit, cum fratre paratus
Viuere viuenti, cum moriente mori.
Et ſibi quà in lauum breuior via conſtat eundi
Palantem Sobarim *quò fera turba premit:*
Hàc volat, ex arâ marmor carpendo relictum,
Marmor, cui ſacra forma bipennis erat.
Hoc dextram inſtructus, quò ſemita deſinit illa,
Meligena accurrens impetuoſus adeſt:
Et Phthium offendit, qui iam iam triſte ſecuri
Fert Sobari *fatum, ni tueatur* Achras.
Quippe vbi in incautum ſilicem vibrat iſte verendam,
Reſtitnit fratri par pietatis opus.
Quin & Oporaci *vulnus lethale fuiſſet,*
Repreſſus iaculo ni grauis ictus erat.
Namq́, mucronatum lapidem dum torquet in hoſtem
Achras, *ei cubitum prapes arundo ferit.*

Sagittam torſerat *Comaros* Oporacis frater, quem in Phthiotide Germanus reliquerat. Illuc migrarat deprædicatum Lycæorum feſtum & ipſe viſurus, & forte aduenerat cum iam paſtores in improbum Sobarim ferebantur. Tumultum pro ſacro conſpicatus, quod multum admiraretur habuit. Ex vltimorum igitur aliquo, quid ſibi res vellet, expoſcens, totum ignotus intellexit. Antegreſſus ergò opportunè aciem flexit quo imminentem Oporaci Achrada conſpiciens, certo potuit iaculo mortem fratris auertere. Sic in fugam Achras quoq; compulſus eſt, nouo peregrini calamo pariter in tergum fauciatus. Cum ecce improuiſus euentus in ingentem omnes traxit admirationem. Prope ſilua erat, ex qua Nymphæ geminæ formoſiſſimæ rapido gradu gemellis iam iam procedentibus obuiæ factæ ſunt. Erant iſtæ *Onchne*, & *Arie*, quas introducit Poeta ad exprimendam identitatem Onchnes cum Pyro ſilueſtri, & confuſionem quam Arbor *Arta* facit inter Sorborum ſpecies. In tota propterea Arcadia gemellos ab his tantùm impensè dilectos confinxit, Onchnen Achradi, & Arien Sobari contraponendo. Fauet rudis Arborum, quibus illæ præerant, natura, vt ipſæ quoq; rudes Nymphæ compertæ, rudes fratres amare poſſent. Simile quippe ſuum ſimile diligit

Onchne, & Achras *idem ſunt, ſcilicet Pyraſter.*

Ouid. 2. de Ponto 5.

Conſeruat ſtudij fœdera quiſque ſui.

Conducit & gemellorum ſpecioſitas, quam miram fuiſſe incunte Poematio deſcripſit Legatus, qui relatis iſta ſubtexuit.

A Comaro *it calamus; viſurus quippe Lycaa*
Venerat, huc ſecum ſpicula nota ferens;
Certior & rerum factus, paſtore docente,
Fratri opportunam deproperarat opem.
Achrados *arma cadunt, ictu languente lacerto,*
Cognatamq́. ferit vana ſecuris humum.
Nec lauâ relegit fruſtratam vulnere petram
Arcas compulſus fratris inire fugam.
Dumq́, gradus glomerat, Sobarimq́, prope aſtat anhelum,
Ipſi aliud Phthij miſſile tergus obit.

Nec

A *Nec procul vt caderent, hic telo saucius acri,*
Ille cito lapidum turbine mersus, erant:
Cùm gemina occurrunt præstanti corpore Nymphæ,
Quæ fratrum sortem collacrymando gemunt.
Achrados *auertit lapsum complexibus ONCHNE,*
Atq; ARIE Sobarin *officiosa leuat.*
Insima vicini sunt amba numina luci,
Queis fratrum species vsserat alta fibras.
Nec rudis illorum quicquam natura coercet
Spes; nam vel sterili spes in amore virent.
Dat ruditas innata, quibus sunt numina, plantis,
Vt fratrum ruditas ipsa placere queat.

Iandudum à Nymphis amabantur gemelli, nec tamen amori quicquam humaniter correſponderant. Faſtoſi nec illas amorum ſuorum dignas cenſebant. Quamobrem nec moribundis pium ipſarum officium acceptum erat. Ad mortem nimirum vſq; na- B tura eadem eſt.

— ad mores natura recurrit
Damnatos fixa, & mutari nescia.

Iuuenal. Satyra 13.

Superbi igitur vel in morte (quæ breui ſucceſſit, licet geminos præ reuerentia Nympharum inſectari deſtiterint irati paſtores) deſcribuntur à Poeta, qui miranda aliquot enunciaturus, hæc dictis ad Nymphas ſpectantia connectit.

Hinc quantum informes Satyros, turpemq; parentem
Fugerunt, tantum quaq; secuta satos.
Et, nisi quòd patrio nequeunt discedere monte,
Quolibet hos esset quaq; secuta loco.
Nec tamen hi curant Nympharum vota, precesque,
Sed vitant; adeò rusticitate tument.
Et quoque nunc fugerent, sic mens est improba vtrisq;
Sed iactura nimis larga vigoris obest.
C *Ergo velint, nolintue cadunt in brachia Nymphis,*
Quæ sola immeritos integro amore petunt.
Destitit, his visis, vltrà sauire iuuentus,
Cui sacrum inspirant numina pulchra metum.
Non vltrà sauire tamen nil profuit, vlli
Cùm iam sauitia desinat esse scopus.
Vix in complexûs etenim cecidere duarum,
Et quoque complexa est mors properata duos.
Expirant agrestem animam, nil corpore dignam
Tam lepido, & patrem commoriendo cient.
Vt velit vlcisci prolem, si numen in illo est,
Atque scelus mulctet, verba suprema rogant.
Sed procul est surdus, soboli, si forsan adesset,
Conturbaturus vina feretra pater.

Ita ſenſu priuati, qui ſenſus humanitatis vix cognouerunt. Verè ruditatis exempla- D ria, cùm inter homines rudior aliquis ęgrè poſſit excogitari, quibus omen triſte fuerat ipſum nomen, vt infortunijs abſorberentur, illaquè deglutirent. Quamobrem rudes in Arbores conuerſi finguntur, quemadmodum luxurioſos in ſues, anthropophagos in lupos, duros affectibus in ſaxa transformatos cum antiquitate commentus eſt Ouidius. In eaſdem Arbores coaluerunt & dilectos complexæ Nymphæ, quæ funeris gemellorum impatientia ductæ, vel in ipſa fata, quorum diſpoſitione res acta fuerat, mala effutire verba auſæ ſunt. Ita mulctatæ, & cęlorum honore priuatæ, quem ipſis decreuerat Iupiter apud Sulmonenſem Poetam habens.

Io. de Rinal. libro Ital. inscr. Mostruosis. mostro tratt. 2. lit. S. pag. 135.

Lib. 1. Met. fab. 6.

Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique, & Monticolæ Syluani,
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certè terras habitare sinamus.

Id.l.4. met. fab. 11.

Ex duobus porrò, Nymphâ ſcilicet, & viro geminatis Arbor vnica reſultaſſe fingitur eá vi, quâ ex Hermaphrodito, & Salmacide vnum pariter hominem integratum narrat Ouidius. Sic Achras, & Onchne, quorum nominis eadem eſt vis, ſignificandi nempe Pyraſtrum, in Arborem ſignificatam migrarunt, quæ geminis, iuueni ſcilicet, & Nymphæ ſilueſtreitate ſatis reſpondet. Rem ſic expreſſit Legatus.

Vna duos quos hora tulit, ſic abſtulit vna
Tam moriendo pares, ac oriendo pares.
Vtraque propterea queſtûs inſtaurat Oreas,
Cui pariter nimij ſunt Amor, atque Dolor.
Tanto execrantur ſceleratam crimine turbam,
Et Fatum incuſant illa quod auſa ferat.
At qui Fata regit, quorum moderamine iuſto
Quaque ſubeſſe facis, vindicat iſta Pater.
Vtſiquidem, Ioue diſponente, ſuperbia fratrum
Dura nimis, tali funere plexa fuit.
De Nymphis, quas ille olim dignatus Olympo
Eſset, ſic pœnas ob mala verba tulit.
Quippe, vt dilecti quaque eſt complexa cadauer,
Planta fit, vno arctans corpora bina libro.
Nec ſecus ex Herma puero, ac ex deſide Carum
Naiade coniunctis Hermaphroditus yt.
Achras, & Onchne *illâ clauduntur in Arbore, quæ nunc*
Nomina de Græco fonte priora tenet.
Silueſtris *Latio* Pyrus *eſt, ſilueſtris vterque*
Ceu fuit; hinc ramis plurima ſpina riget.

Idem de *Sobari*, & *Arie* traditur. In Sorbum ſiquidem Arborem vterq; mutatus eſt. Hoc tantum intercedit diſcrimen, quod *Aria* nomen determinatæ Sorborum ſpeciei remanſit. Ea eſt Sorbus Alpina, quam Poeta deſcribit, Lauro ſimilem faciens, ſed roburnæ duritiei. Tardam ei germinationem, fructuumquè productionem cum Theophraſto aſſignat, confuſamquè Plantis ambiguis ambiguo carmine innuit. Opportuna quoque cadit fabula, quam ludit in Æquiuocatione Ariæ Arboris cum *Ariâ ſcorpioferâ* Perſidis Regione, quæ *Heri* hodierno incolarum vocabulo nominatur, in quâ flumen indigenis *Polimalon*, *Arias* olim dictum eſt, quemadmodum & ſtagnum in eâ plagâ erat, quod pariter *Aria* Ptolemæo Geographorum primario nuncupatum eſt, non longè à Sariphis montibus, à quibus Sariphæos Populos illos Poeta noſter appellat, hæc admodulatus.

Abrahã Ortel. Theatr. Or. Tab. 85.

ἀρία, quaſi ἀγρία, id eſt agreſtis. *σοβαρὸς* inſolenter ſe inferens, *quod & ruſticorum eſt ἀμφιβόλοις φυτοῖς* confuſis plãtis, *πολύμηλον* Pomis abũdans, *ad pomoſos Ariæ fructus alludendo.*

Sic ARIE, & SOBARIS, quos forma *appellat* agreſtis,
In Plantam coeunt, quâ modo SORBA parit.
Nomen vtrunque diu SORBO cuicunque relictum,
Sed ſpecies ARIE denique certa fuit.
Hæc prorſus Lauro ſimilis, ſed Roboris æquans
Duritiem, eſt SORBVS, quæ iuga Montis amat.
Germinat, & fructum profert tardiſſima, ſæpe
Confuſa ἀμφιβόλοις, vt vocat Aſcra, φυτοῖς.
Nota Sariphais tamen eſt, vbi tam crebra creuit,
Plena nepis habeat nomen vt inde plaga.
Quin ſtagno, fluuioquè ARIÆ data nomina reſtant,
Dum Perſæ dicunt has POLYMALON aquas.
Intractabilitas fratrum, facieſquè remanſit
Inguſtabilibus continuata Pyris.
Et nunc maturis pariter ruber extima pingit,
Ceu pudeat geminos vſque fuiſſe rudes.
Sic intereeſſit quæ forma ſimillima fratres,
Conſimiles fructûs Planta vtriuſque facit.
Imo reuixerunt geminorum in ſtirpibus Artes.
ACHRAS paſcit oues; SORBVS opimat aues.

Vndè

A Vndè factum fingit vt *Onchnea* ὄις ἄγχι, nimirum *ouis prope* nuncuparit, apparentem vocis etymologiam rei suæ opportunam secutus, cum aliàs *Onchnen* ab ἄγχειν, quod est *strangulare* dici non ignoraret, quoniam acerbitate sua propemodum strangulant eiusmodi Pyra siluestria. Quod autem Achras Arbor effectus pascat oues, id de fruticantibus Pyri siluestris ramis intelligitur, cùm ipsos pecudes appetant. Sic & aues opimari Sorbis, clarum est. Indè aptæ Arbores aucupio, vndè genus illud. Sorbi nomen traxit, quod *Sorbus Aucuparia* dicitur. Quod innuit Poeta dum aucupem Sorbo, quam Græci nuncupant ὄιη, nomen indidisse tradit, ad Sobarin aucupem alludens. At non tantum aues alunt Sorba, sed & pleraque alia animantia. Præterea in cibum hominibus agrestibus concedere, cùm superius satis superque dictum sit. Id tantum addo quod & à quadrupedibus nonnullis valdè expetuntur. Inter hos auidissimi Sorborum sunt Canis, & Vulpes. Imo aliquando factum est, quemadmodum à viris fide dignis accepimus, vt Vulpes, & Canis venaticus illam insecutus sub eâdem Sorbo consisterent, & pacificè pascerentur, hinc inde Sorba per terram delapsa legentes. Opportuna propterea Vulpibus per autumnum capiendis venatores nostrates censent ea loca in quibus Sorbi B sunt. A frequentiâ demum huiusmodi Arborum *Sorbos*, aliàs *Sorabos* dictos olim Vandalos (quod nec nos suprà siluimus) Arbitrari videtur Poeta, cuius opinioni fauet, quod Sorbus in frigidis regionibus multa proueniat. Hinc frequens est in Germaniâ; vt à nobis in Patriarum titulo tactum est. Clarius à Sorbis denominari *Sorbetuli* Castrum nunc vulgo *Soriuolo* in Aemiliâ situm non longè à Cæsenâ, cuius meminit & Legatus vbi succinuit.

Canis, & Vulpes Sorborum auidissimi.
Sorbi olim dicti Vandali.
Sorbetuli Castrum in Aemiliâ.
ὄις quis.
ἄγχ, prope
ὄιη Sorbum

Inde ONCHNEN ὄις ἄγχ' & ὄιν quoque nuncupat Auceps,
Est & in Arcadicis vtraque crebra iugis.
Hinc data Vandalicis SORBORVM Montibus ingens
Vis, populum SORABI nomen inire dedit.
Tunc quoque vt à SORBO gens moribus aspera, dicta est,
Quàm benè signata nomina fixa rei!
Non ita in Aemiliâ titulum cùm Castra tulissent
Arbore ab hac, titulus conueniebat eis.
C *Nam qui se ad Sapim Pagus SORBETTVLVS offert,*
Clares ob insignes integritate viros.

Quo videtur præ ceteris alludi ad S. Aldobrandum Episcopum Forosemproniensem, qui in eo pago natalem habuit, & fuit Cæsenæ Canonicus Secularis, inter Regulares demum Lateranenses ascitus, postremò Dei nutu à Ciuibus Forosemproniensibus in Pastorem electus. Ad Forosempronienses spectat & antiquissimum *Sorbolongi* Castrum trans Metaurum à Meridie positum, non vetustate fermè dirutum, cuius meminit Legatus, & eruditè *Vallum Asdrubalis* vocat. Hîc enim, vt Historiæ Forosempronensium testantur, & colligitur ex Liuio, Castra fixerat Asdrubal, quum magnis copijs in Italiam aduenisset, vt Annibali fratri suppetias ferret. Nec procul hinc à Claudio Nerone, & Liuio Salinatore interfectus est. Hinc Horatius.

Ex Chronico Canonic. Later.
Sorbolõgũ Castrũ Leand. Alb. in descr. Ital. pag. 288.
Lib. 22.

Quid debeas, ò Roma, Neronibus,
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
D *Ille dies Latio tenebris.*
Qui primus alma risit adorea,
Dirus per Vrbes Afer, vt Italas
Ceu flamma per tædas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.

L. 4. Carm. Od. 4.

Cognominis huic Castro est nobilissima, & vetustissima Familia *Sorbolonga*, cuius Stemma Sorbus est. Meritò hanc celebrat Legatus, cum ex hac prodierint Viri proceres, Duces strenui, Iurisperiti doctissimi, Præsules integerrimi, & omni literaturâ præditi: Viuunt nunc Abbas Michael Angelus Vir eruditissimus, Chirstophorus Eques S. Stephani, & Iacobus fratres. Memoriâ dignum est Viridarium singulare, quod inter alia bona patrimonialia possident extrà Portam Romanam Forosempronij. In eo siquidem fontes frequentissimi varios ludos effingunt, spectatoreśq; deludunt insidian-

Sorbolõga vetus Familia Forosempron.

ſidiantibus aquis: Curioſitatem alliciunt Apollinis, & Muſarum Statuæ, Lymphis col- E ludentibus varios concentus emodulantes. Quæ deliciæ continuò patent exteris, & ciuibus. Rem ideò non ſiluit Phœbus apud Legatum, qui nobilem ſubdit mentionem communis amici, viriq; doctiſſimi Ioannis Antonij Victorij Foroſempronienſis I.V.D. Protonotarij Apoſtolici, & Archipresb. nobilis Eccleſiæ Plumatij in Agro Bonon. Accinuit ergò. *Sic Vallum Aſdrubalis, quod nunc ferè diruit ætas,*

Et SORBOLONGVM patria lingua vocat:
Seù det ei nomen Stirps SORBOLONGA, trahatuè,
Nomina præcipua nobilitatis habet.
Hinc velut haud rarò quæ ſunt deſpecta coluntur,
Sæpe vbi ſuccedit vilibus altus honor:
SORBVS item facta eſt inter celeberrima Plantas,
Cùm celebres tulerint nomen abinde Viri.
SORBOLONGORVM præſignis Gente Metaurus
Non Tiberi Iliadas inuidet, atque Numas.
Marte valent, illoſq; iuuant Tritonidos Artes,
Numinis & noſtri delicioſus amor. F
Phaacum hinc noſtris quā nobiliora Vireta
Ad latus Aemilia diſpoſuêre via:
Me Polycletao ſpirare dedêre labore,
Inter & Aonidas ludere fonte melos.
Lympharum vario modulantem carmine cœtum
Quotquot conueniunt viſere, porta patet,
Teq; huc me verſu referens VICTORIVS olim
Inducet, ſecum ſi loca adire velis.
Illa ſuum plaga iactat: ibi iam vagyt infans,
Teq; ibi pro Dirces amne, Metaure, bibit,

Suum quoque locum inter hæc promeruit virtus Hieronymi SORBOLI Philoſophi, & Medici, atq; Theologi Balneocaballenſis, ſcriptis clari. Quare, vt cum Philippo Oſſano canamus, *— Sit proximus iſtis* G

Chartis SORBVLEVS decor,

Nam ſubſecutus apud Legatum Phœbus habet

Citrà eſt Pæonio gens SORBOLA ſanguine creta,
Cuius auis fermè victus in arte fui,

In Ode ad libr. Hier. Sorboli de Peſte.

Quibus concinuit ille, qui inter cetera de Hieronymo SORBVLO in eius libro *de Præſeruandis Hominibus à Peſte* Bononiæ excuſo apud Ioannem Rubeum 1577. in 8. modulatum reliquit.

Hippocrates cedat, cedat ſimul ipſe Galenus,
Artis Pæonia concelebreſquè viri;
Quando artis Medica verus monſtrator Apollo
Diceris; hoc virtus poſtulat ipſa tua.

Edidit & Lectiones *de Amoris definitione* Mutinæ apud Paulum Gadaldinum 1590. in 4. Nec aliter *Sorbediorum* gentis meminit Legatus cum ſubdit.

SORBEDIOS Themis, & ſine Nomine nota Lycea
Norunt, quā exultans LILIA Parma rigat. H

Quo videtur alluſum eſſe ad Marcum Antonium *Sorbedium* I. C. eruditum, qui magni nominis fuit inter Academicos *Innominatos* Parmæ, & inter cetera doctè ſcripſit ad Antonium Adrianum ſuper *Gualando* Ecloga. Rariſſima quoque literis non minus, ac alijs ſplendoribus eſt Familia *Sorbellona* Mediolanenſis, cuius ideò mentionem prætermittere noluit Legatus, eruditiſſimum eá occaſione memorans amicum Poetam *Carolum Turrium* pariter Mediolanenſem, inſignis ibi Collegiatæ S. Nazarij Canonicum. Ita vno calami volatu Lutetiam Pariſiorum ſe transferens, *Sorbonenſis* Collegij Patribus grandia ſcientiarum incrementa in quocunq; alio literatorum cœtu promouentibus, iuſta Muſæ tributa perſoluit, inſignioreſq; Lutetianæ Vniuerſitatis Samuelem SORBERIVM, *Anzottum*, *Petitum*, & *Robercallium*, ac *Theuenotum*, doctiſſimumq; *Io. Dominicum Caſſinum* primarium in Archigymnaſio noſtro Aſtronomum eodem actu veneratur his metris *Inſu-*

Qui rectè ſapit omnia ſimul complectitur. Cheremon. ap. Stob. ſer. 3.

A

Insubria Heroas quoque SORBELLONA propago
Fert, vbi dat nostrum Pindica TVRRIS opes.
Quin & quod SORBO decus est sublimius; Orbe
Doctior hinc toto nomina eatue habet.
Est hic SORBONÆ princeps Academia, florens
Ampla vbi Sequanicas Insula findit aquas.
Vix mea sufficerent Timais ora canendæ,
Nam semper merito metra minora forent.
Nosce hinc quàm iustè ex illis SORBERIVS ingens
CASSINO in pretio est, Ouidioquè *tuo.*
Nec minor ANZOTI virtue, magniq; PETITI,
Ocia scica parant, grandia semper obit.
Doctrina callet *sic ROBERCALLIVS omne*
Robur; *transquè meas it sua fama vias.*
Pallade sic sacrâ notus *THEVENOTVS vbique est,*

B

Vt tot, quos nequeo commemorare satie.

Nec impunè maioribus suis manus iniecere pastores. Nam & ipsi totidem in Arbores pariter silueftres conuersi perhibentur. Indè patet in malum terminare seditiones. Insigniores *Oporax*, & *Comaros* in Pomum siluestrem, & in Arbutum commigrarunt. Vt enim Κόμαρος Græcis est Arbutus, siue Vnedo Arbor libenter frutificans in alpibus; ita ὄπωρα cum sic vocentur fructus autumnales, ob asperitatem nominis (*Oporax*) indè confićti, significationem ad asperi fructus Arborem direxit Poeta, penes quem hæc Apollo. *Aristot. l. 5. Politic.*

Viderat admirans nuperrima monstra inuenins,
Territaq; indè abitûs forte parabat iter:
Cùm reduces gressus (mirum) intentantibus orta
Radices subitò continuère gradum.
Fata malis punire malos assueta, ministros
Vindicta pœnâ compedière pari.
Qui mage sauierant, primi radice tenentur,

C

Nec Phthios potui proripuisse meos.
Hoc tantum indolui; sed quisnam obstare valeret
Fatis? Et Phœbum fata superna mouent.
Serpit OPORACIS lignum per membra, miserquè
Germani celerem frustra frequentat opem.
Namq; hic in auxilium properat dum fratris, eâdem,
Quam premit, hæret humo, stirpe ligante pedes.
Incusat causamquè via, fatumquè seuerum,
Sed dat pauca queri, quiæ egit ora, frutex.
VNEDO fit Comaros, *dum fit SILVESTRIS* Oporax
MALVS, vt amborum nomina græca sonant.
Qua iuuenis tulerat, ecce virga spicula finns;
Hinc fruticat iaculis ARBVTVS apta vagis.
Est ciuis nemorum, siluestri prædita fructu,

D

Duxerat vt Comaros *lustra per alta dies.*
Fraga refert Pomum, quod, vt & siluestria Mala,
Purpureum, in fratres nostro ab amore, micat.

Cùm *Oporacis* in Pomum siluestrem transformatione introducitur & *Melidie* Inachi Argiuorum antea Regis, indè Fluminis in sinum Argolicum illabentis filiæ metamorphosis in Malum domesticam, ob venustatem formæ, quâ prædita fuisse mythologicis hisce narrationibus ineuntibus descripta est, & vt varietur inuentio. Tanto enim affecta est dolore miseros natorum euentus tacito horrore perseutiens, vt in mortale deliquium inciderit, & expirauerit. Nec absque naturalibus misterijs fabulæ de Sorbo confectæ miscetur commentum de Malo domesticâ. Nam hinc insinuatur Pomum Arborem Sorbo feliciter inseri. Quamobrem Palladius de Malo Satiua scripsit.

Exiguum Sorbum dulci diſtendere ſucco
Nouit, & ad tupidas flectere Poma manus.

Rem itidem Agriomeleidis in eo concernere deprehenditur, quia Taleæ Pomi ſatiuæ alibi plantatæ, niſi ſolers cultus adhibeatur, ſilueſtrem induunt naturam. Quod & Poeta pariter inferius innuit, poſtquam Inachi querelas erudito carmine expreſſit.

Grandior in grandem Plantam ſuccreuit Oporax,
Congentrem Planta, MELI decora, tua.
Prolis enim intereà, niſi ſcis, hac caſibus horrens,
Pene patrem tacito victa dolore ruit.
Deliquium mortale fuit, nam ferreus illi
Perculit æternâ lumina nocte ſopor.
Inachus exanimem properato funere natam
Ingemit inſpiciens, datquè madere genas.
In dextrum pronâ reſidens innititur vrna,
Subleuat & ſqualens dextra bicorne caput.
Ingeminat fletus, laticeſquè ijs imbribus auget,
Queis, niſi flumen erat, nunc bene flumen erat.
Nec tot fortè fluit lacrymis; cùm mugijt Io,
Verſus & in fluuium decidit ipſe throno.
Soluitur in queſtus tandem mœſtiſſimus Amnis,
Effuſaſquè oculis, queſtubus æquat aquas.
Deplorat ſemper, ſeù rex ditauerit Argos,
Seù flumen, ſobolis fata ſiniſtra ſuæ:
Sequè magis miſerum Peneo dicit, eumquè
Præ ſe felicem, ſorte premente, vocat.
Nam, cùm nata fugax humanos exuit artus,
Saltem vndis facta eſt Planta riganda Patris.
Quod ſi MELIS erat (quid non ita ſumma iubetis
Numina?) non fueram ſic, ait, ipſe miſer.
Hoc, ceù cum pulcris, vt noſco, nepotibus actum eſt,
Mœrorem poterat diminuiſſe meum.
Sed quid, ſumme Gener, per quem mea Numen adepta eſt
Io culta Pharo, non ſimul iſtud agis?

— Pater ipſe bicornis. In læuum pronâ nixus ſedet Inachus vrnâ. *Stat. Theb. 1.*

Cùm enim, vt Poetæ fabulati ſunt, Io Inachi fluminis filia à Ioue, qui eam vitiauerat, Iunonis metu in vaccam conuerſa fuiſſet: illam Iuno à coniuge dono petijt, & obtinuit, indè œſtro immiſſo tantoperè exagitauit, vt furore correpta nuſquam conſiſtere potuerit, donec in Ægyptum tranſuecta, in Iſidem Deam conuerſa eſt. Cui fabulæ occaſionem dedit Iupiter Rex Cretæ, qui ſurreptam Io Inachi Argiuorum Regis filiam, in Cretam abduxit: ipſamquè Iouis vxor Iuno pellicis impatiens grauiſſimis odijs proſecuta eſt. Inachus ideò nimias in lacrymas ob indecoram natæ iacturam effuſus, in flumen ſibi cognomine mutatus perhibetur, & indè iure merito noſtrum apud Poetam Peneo Daphnes patri ſe comparat. Eius denique votis de natæ exauditis, illa Pomus facta eſt: quod auſpicium fuit prope locum eiuſce Metamorphoſis erigendum fuiſſe templum Veneri, quæ *Melanis* indè nuncupanda foret. Quod conſonat V. C. Iano Laurenbergio, qui in Græciâ antiquâ, ab erudito Samuele Pufendorf editâ, in tabulâ Argiæ, propè Inachum eiuſcemodi templum Veneris *Melanidis* conſtituit. Eo interim illinc tranſijt Pan, qui mutatæ ſpeciem agnoſcens, in rei memoriam aliquot Arboris nouæ ramos Lycæum ſuum petiturus, ſecum abduxit, è quibus ob cultoris ruditatem Mali poſtmodo ſilueſtres prodierunt. Hinc Poeta de Inacho loquens:

Ouid. lib. 1. Metam.

In Græcia antiq. p. 39.

Dixerat: & votis flexus pater, hic quoque mira
Seminat, in MALVM MELIDA abire iubens,
Quo dedit auſpicium quòd ibi mox eſſet honore
Templorum MELANIS deueneranda Venus.
Stat ſpecies generoſa, decus ſtat in Arbore primum,
Quotque roſis Mala, ſplendida Mala rubent.

Mæſta

A *Mæsta serenauit Pater Inachus ora, rigansquè*
Plantam, qua potuit basia fonte dedit.
Hicquè fuit gratis ea semper onusta volemis,
Non vbi Pan eius germina fixit humo.
Quippe rudis facta est, & agrestia protulit illic
Poma, rudis cultor Pan vt agrestis erat:
Insectatus enim Nymphas, dum transijt illas
MELIDIS effigiem nouit & ipse nouam.
Non tamen id multum curat, cum pergat vbique
Naiadas, & Dryadas solicitare salax.
At quia Planta placet, plures legit ille stolones,
Quos secum rapiens, antra Lycæa petit.
Appulit hac, cum iam Nati, Phœbyquè virebant,
Ibat & in Plantas vltima turba querens.

Recognitâ per querelas, nec ad casum filiorum indoluit petulantissimus ille, qui B multas hinc inde fecerat matres. Metamorphoses igitur obseruans animaduertit humanum olim populum, siluestrium Pomorum vulgus integrum fieri. Mirum in hoc, lapides, quos quis sustulerat, in lapidosa siluestrium fructuum semina migrasse, sicq; Prunos, Mespilos, Cornos, Ziziphorumquè, & aliorum eiusce modi fructuum Arbores in Plantarum Rempublicam inuectas eleganter commentus est Poeta, indè moraliter innuiturus, quòd *per qua peccat quis, per hæc & torquetur*, Quod hunc in modum figurauit. *Sapient. 11*

Singultus mœsti casum testantur at agrè,
Cùm properet facie quisque latère noua.
Nec quoque natorum tetigit iactura parentem,
Cùm multos illi multa libido paret.
Displicuit tantùm geminas quòd Oreadas ante
Non vicit, semper frustra secutus eas.
At quoniam fato standum est, premit acta, videtq;
De pastorali crescere plebe nemus.
C *Diuersa Arboribus species, at migrat in vnum*
Malorum *species omnis* agreste genus.
Qua quis corripuit, nequijt deponere saxa,
Hinc ipsis lignum participasse datum est.
Contracta in varios ea decreuère lapillos,
Quos pro seminibus pleraque Poma gerunt.
Talia cum Prunis sunt Mespila, Zizipha, Corna,
Et tot, qua longum dinumerare foret.

Non ideò superstitiosa celebritas caruit sacrificio. Tardiores aliquot montem ascenderant eo temporis, quo nouum nemus exigere stuporem inceperat. Hos Pan videns, alloqui dignatus perhibetur, tragicæquè certiores rei fecisse. Mox multorum admonitos, interturbatum absoluere iussit sacrum, rem, quià natorum dedecus inuoluentem, continuo premendam silentio mandans. Hinc historica verisimilitudo fabulæ conciliata, & cur ab alijs ne verbo quidem id memoretur, ostensum. Ex obseruato nimirum silentio factum, vt res ab omnibus ignoraretur. Absolutis hæc ideò subnexa Metamor- D phosibus, & ad eruditissimum nostrum Petrum Franciscum Minotium Apollineus sermo conuersus, ac, vt ipsi nuncuparetur *Agromeleis*, mandatum. *Cic. 5. Tuscul. & 1. din.*

Dumquè ea compleri spectat, cultumquè nouellis
Imbris non reprobat Pan nigricare iugum:
Respiciens, aliquot videt aduentare colonos,
Quos insueta procul silua stupore trahit.
Cura intercedens pecorum, melioraquè fata
Ferre pigrum dederant montis ad alta gradum.
Non refugit cerni Numen, serosquè profari
Dignatus, breuibus Monstra stupenda refert:
Et iubet attonitos absoluere festa, sacrisq;
Victima perpetuò non nisi bruta cadat:

E

Quodq́; vnum bene curat, ibi nè ſanguine poſthac
Audeat humano turba litare, cauet:
Sed memorent qualis facta eſt mutatio rerum,
Vltoremq; eè monet pertimuiſſe Iouem:
Nec quenquam violare velint, ne puniat illos,
Vt transformatos Arcadas, æquus Anus.
At quantùm meminiſſe Iouis vult vindicis iræ,
Tantùm de natis premere verba vetat.
Libatum eſt ergò, & multis mos floruit annis,
Queis rem neſciri gens reticendo dedit.
A priſcis ideò nihil eſt ſuperinde notatum,
Atque hinc, priſca licet, res ſibi viſa recens.
Hæc ſunt, quæ tibi duntaxat pandenda premebam,
Scirem vbi de Plantis multa canenda tibi:
Hæc, cui tot debes, hæc primùm ſubijce noſtro
MINOTIO: grata ſymbola mentis erunt.

F

Macte animo: maiora paro, queis Vatis amici
Officijs aliàs gratior eſſe queas.

Metamorphoſeon tandem Agriomelicarum narrationi coronidem imponens introductus Apollo, numeris omnibus abſolutiſſimam efficit, dum numeris omnibus abſolutiſſimos viros commemorat. Nec ſanè qui tantorum virorum mentionem haberet, dignior alter poterat introduci. Vel homine quippè maiorem promerebantur Encomiaſten melicus Ioſeph Baptiſta Poetarum huius æui facile princeps: Excellentiſſimi Domini Franciſcus Marinus Caracciolus Abellinatum Princeps, & Antonius Muſcettola Franciſci Spezzani Ducis primogenitus, aquè docti, ac nobiles; Laurentius Craſſus cum Vatibus pariter, ac cum Oratoribus ſummus: & Fulgentius Arminius Abellinas Auguſtinianus Eloquentiæ Monſtrum, cuius ore ipſa Suadela vteretur, ſi loqui vellet, vt Græca Legati noſtri Muſa dudum his innuit metris.

Laur. Craſ. in Elog. Ioſ. Bapt. & Antonij Muſcettolæ,

G

Ἑλλὰς μὴ Δημοσθένεας, σφετέρους τε Περικλῆς,
Ἡδυλόγους ἴτορας κὐγ ἐπικυδιάῃ.
Εἰ φράζειν Πειθὼ νῦν βούλετ', ὡ γὰρ ἐκείνοις,
Χείλεσι δ' ΑΡΜΙΝΙΟΥ θαυματοροῦσι λέγει.

Laurentius Legatus in ἑλλάδι μετρικὴ ἐπίγρ. 2.

Quod ità Latinè ſonat.

Ne Demoſtheneos tollat modo Rhetoras Hellas,
Neue Periclæos iactitet illa ſonos.
Si nunc Suada loqui velit, illis Suada relictis,
Mirſono ARMINII deliget ore loqui.

Eandem in claſſem veniunt Federicus Nomius Aretinus Poeta ſuauiſſimus, & eidē conciuis Franciſcus Redi Sereniſſimorum Etruriæ Principum Archiater: Auguſtinus Cultellinus in omni doctrinæ genere verſatiſſimus: Petrus Adrianus vanden Broecke Teneramundanus, Piſis eruditionis Profeſſor, magnoquè nomine maiores Io: Franciſcus Bonomius, & Io. Aloyſius Piccinardus: Addatur Hercules Antonius Cuppellinus municeps noſter Iulij Patrui magni Poetæ clariſſimi veſtigia percurrens, & dum hæc prælo ſubijcimus, in magiſtratu excels. DD. Antianorum Iudicis officio quinto bimeſtri glorioſè fungens: ac Angelicus Aproſius Intimelienſis Auguſtinianus, quem animatam Bibliothecam cum Doctioribus appellare placet. Et in hos deſinit Agriomeleis, Phœbo demum habente.

H

Plura tibi referanda manent, vbi largius vndis
Labra Aganippæis mergere fata ſinent:
Fata ſinent etenim, mihi ſi præcognita credis,
Vatibus optatâ te requiete frui.
Texere tunc dabitur ſacris Heroibus Aſeræ
Stemmata, *quæ dudum verſibus orſa premis.*
Tunc melico *poteris BAPTISTA digna profari,*
Et ſuprà Vates pangere quantus erat.

A

Et secum sceptroquè potens, plectroquè MARINVS,
Thespiadum columen, nobilitabit Epos:
Magnanimoq; meus MVSCETTOLA Principe cretus
Dicetur Tragico quàm pede grande sonet.
Ibit & in numeros non crassâ Pallade CRASSVS,
Tullius ore, Maro carmine, lege Numa.
Tunc tibi & ARMINIVS, quo non facundior alter
Pulpita sacra terit, per noua metra fluet.
Dumq; hos Parthenope tibi deliget, inclyta magnum
Flora cheli NOMIVM suggeret, atq; REDVM.
Et CVLTELLINVM dio modulamine clarum
Subdet, nec longè Belga BROECKVS erit.
Hic quoq; tum BONOMVS, PICCINARDVSq; canètur
Et CVPPELLINVS Vatibus ortus Olor.

B

Succedent quotquot tibi, dum restaurat ATHENAS,
APROSII graphicus suppeditauit amor.
At iam surgit Eos, & nos hinnitibus Aethon
Aduocat; intereà, dulcis alumne, vale.
Dixerat: & species liquidas excessit in auras
Ambrosium latè, nectareumquè fragrans.
Excidit inde sopor, fixèquè hærentia menti
Dicta recantandi serpsit in ima furor.
Qualiacunque ideò sint hæc, tibi, PETRE, vouentur:
Suscipe; fors olim nobiliora dabo.

Quoniam verò fabellarum festiuitas solertiam aduocauit, ingenium propterea doctrinalibus eliminandis ambiguitatibus aptius effectum, promptius quoque dignoscere poterit varios rerum vsus exercendos, vt contemplationi perbellè iungatur vitæ actiuitas ad operandum in genere quolibet, & circa quamcunque materiem. Quamobrem Sorbeis Agriomeleidos fabulis, Problemata circa Sorbum succedunt, vt Varij demum C eiusdem Vsus explicentur cum relatione ad reliqua edenda.

PROBLEMATA.

ABditarum, scituquè dignissimarum rerum perquisitionem interrogatoriæ quæ sequuntur binæ concernunt Propositiones, quarum prior est, quì fiat, vt citrà insitam aliquam venenosam, aut malignam qualitatem Sorbus Arbor simplici attactu sopitam, & ferè sanatam hydrophobam rabiem in animante quouis exciter, & furere faciat; altera verò num aliquam Sorbus Arbor analogiam possit obtinere cum prorsus nouo insectorum genere odore mosci ante paucos annos Pisis detecto, dein Romæ, nuperrimè Bononiæ quoque obseruato, quod more stirpium tam integrum, quàm corruptum, & aridum bene olet, suauemquè reddit odorem contà communem omniũ Animalium regulam; nullum enim Animal ex Aristotele suauiter olet; Ad primam respondetur Sorbum Arborem, vt etiam Cornum, aliquasquè alias Plantas non esse venenatâ, contagiosauè malignitate præditam, neque ab ea fluere, vel dependere posse pestilentis, infandiquè morbi sæuitiem, cum nemo det quod non habet, vt in iure quoque tritissimum est: *L. traditio ff. de acquir. rer. dom. L. si filius familias C. de donat. L. si vniuersa C. de Legat.* sed per accidens omninò esse, vt ipsa Sorbus imperceptibili sub hac hydrophoba alteratione atrabilarij succi pedetentim facta, antequam desiccati, & frigefacti sint spiritus generis præcipuè neruosi, exiccatiuam, & frigefacientem, constrictiuamquè qualitatem, alioqui saluberrimam, in tangentis viscera introducat male affecta, ad rabiemquè disposita; vndè atrabilaris coagulatio, atque fixatio ad conuulsionem, atque imaginationis deprauationem prona succedit, & hoc etiam absque eo quod intumescat corpus, vt in venenis accidit antibioticis immediatè, ardentibus scilicet, erodentibus, putrefactorijs, & strangulatorijs à bile impetuosissima subtili, quæ obuios quoscunque humores violenter corrumpit, inquè vapores crassos, & venenosos ad cu-

D

Quotidiana vt docet experiẽtia.

Galenus l. 9 Method. c. 5

Aristot. sec. 13. Probl. 4.

Galen. lib. 1 de loc. affectis.

Ambrosius Leo Nolanus probl. 321.

tim

Lib. 1. prac. tract. 9. cap. 16. Tetrabibli. 2. ſerm. 2. cap. 24. Scalig. in Card. exercit. 192. c. 2 Ouidius 15 metam. Virg. 4. Georgic. Bernardin. Comeſius apud Aldr. de Inſectis l. 1. c. 1. p. 60. Val. Chimēt in Myrodia, ſiuè de Muſcis odoris Piſanis. Ariſtot. l. 5. Phyſ. c. 5. Id. l. 1. de Gener. & corr. c. 4. Et l. 5. de Hiſtor. Animaliū c. 19. Id. Ariſtot. l. 1. Phyſ. c. 5. Id. l. 1. de Gen. & corr. c. 17. Ariſt. l. 3 de Generat. Animal. c. vl. Ariſt. l. 5. de Hiſt. Anim. c. 32. Aldr. l. 4. de inſectis c. 4. Ariſt. l. 1. de Gen. an. cap 16. & de Hiſt. l. 5. c. 8

tim propulſos vertit; propriè autem, atque formaliter Rabiei morbum in neruoſis conſiſtere partibus clarum eſt, ob Conuulſionem non ſolum, ſed ob Maniam, atq; Delirium, quod docetur ab Vrinarum, immo & ſimplicis Aquæ in huiuſmodi ægritudine imaginaria Catulitione, quàm Auenzoar ſic atteſtatur. *In hac Mania quoddam mirabile reperitur, quia ſi collectum fuerit de vrina illius in quantitate multa in vrinali vitreo, quæ clarificabitur, & ſine dubio videbis intrà formas catulorum natantium*; hancq; hallucinationem clarius expreſſit Aetius ex perſona illius Philoſophi hoc affectu præternaturali tentati, & ſeſe in balneo curantis, cui canum ſpecies obuerſabantur, qui lucido in interuallo hæc verba protulit *quid Cani, & Balneo commune eſt?* Secundæ autem propoſitioni ſic ſatisfieri poſſe putarem; Credibile inprimis, & à Sapientiſſimis exploratum Viris eſſe Inſectorum omne Genus duplicem à naturâ ortum obtinuiſſe, vndè Fucus ex floribus Cerinthi, aut Oleæ, atque Arundinis autumarint oriri poſſe nonnulli: alijquè Apes ex optima Mellis parte, aut etiam ex Bouillis carnibus, cum odoriferarum Herbarum aſſociatione putrefactis poſſe progigni, Poetarum quoq; concentibus concordes crediderint.

--- De putri viſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur Apes.

Quod naturali ſuper omnia oſtento doctus quidam vir Neotericus confirmare conatus eſt, dum excluſit ipſe per compreſſionē è Fuci ventre caput, licet minimū Bouillū, cum cornibus, &c. cuius rei veritas ſit apud illum; Animalcula quæ inertes Apes, ob quandam ſimilitudinem dici poſſent, quorum icones amplificatas quoque microſcopji ope exhibemus, antiquis omnibus inexplorata prorſus, & ignota ab eruditiſſimo Chimentellio I. C. Piſani Lycei in primo Politiorum literarum ſubſellio Profeſſore celeberrimo primò deſcripta quis vetat ab aliquo ſuaueolenti flore, fructuuè ſyluestri credi poſſe ſuborta? cuius rei conjecturalem veritatem non paucæ ſuadere videntur rationes. 1. Vera Generatio, quæ eſt motus, ſeù mutatio de non eſſe ad eſſe, hoc eſt quià acquiritur noua forma ſubſtantialis, & quâ res tota mutatur, & idem ſubiectum ſenſile non manet, nam tunc ſequitur ex Tauro fieri Apes, & ex Equo Crabrones, ex Aſino Scarabeos, atque ex varijs Herbis, floribus, fructibuſquè alia Inſecta, tam reptilia, quam alata non bene adhuc indiuidualiter, & diſtinctè obſeruata. 2. In omni Generatione neceſſarium eſſe ſubiectum, nullamq; p: o: ſus eſſe generationem, ſine precedente materia, quæ ſit habilis, & idonea, vt vnum ex altero poſſit generari; ſed cum varia poſſit eſſe idoneitas materiæ ob varium elementorum concurſum, Cæliq; influentis variam actionem, hinc variæ quoque rerum Generationes fieri poſſunt, etiam rariſſimæ, vt illa de qua nobis eſt ſermo. 3. Generatorum ex putri cauſa efficiens æquiuoca, & remota cū ſit Calor cœleſtis in ambiēte Aere diffuſus, proxima verò Calor putreſcentis Mixti v.g. Floris, Fructus, Folij, Ligni, &c. Materia diſponitur, inquam, veteri Forma excluſa, noua inducitur, quæ ob raritatē mira quoq; cenſeri poteſt; data ergò Cęli Clemētia odorabilitatis effectrice, & datâ materiâ bene diſpoſita, quarè nō dabitur, &c. 4. Prout putreſcibilia varia sūt, & multiplicia, in quę Calor nō ſolū particularis mixti, ſed Vniuerſalis Cœleſtis agūt, ità quoq; varia, & diuerſa pręcipuè Inſecta, modò nobiliora, modò ignobiliora producuntur; inter ignobiliora Xylophthorus numeraretur, proximè admodum haberi poterunt Cantharides iam notæ cunctis, in ſummis Fraxini ramis, inq; Ficis, Pyris, Pinis, Populis, &c. originem ducentes, quas roſis, alijſquè floribus paſci, ac delectari conſpicimus; ita vt nobiliſſimum omnium Inſectorum remaneat ὀσμομυῖα, ſiuè Μοσομὺς Muſcodora conſiderandum, quod quidem à Fucorum, veſparumuè ignauarum, minimi ſcilicet aculei, natura non multum diſtans in multis quoque ijſdem conformabitur, quibus generatio ex putri peculiari quodam modo ab alijs diuerſo poterit attribui; ita vt concludi poſſit hanc Odoratiſſimam Inſectorum Speciem, ſolitarię naturæ, cum ſilueſtribus, odoratiſquè Pomis originalem aliquam conſeruare poſſe Analogiam; à quarum Arborum cenſu cum non veniat Sorbus excludenda Sorbis hæc Animalia problematicè erūt adiuncta; quæ quià rara miraculoſa ſunt in §. 1. *in Auth. de conſul. coll.* 1. Sed pro coronide hîc repetamus, quod præclariſſimus Chimentellius de hac muſca odoratiſſima metricè concluſit.

Quæ ventre artifice exhalantia dona reformat,
Et noua de florum ſuccis myrothecia condit,


Muſco-

Muſcodora, ſeù Muſca Moſcata.

Latibula quoque profundiora, vbi ab Arboribus radices immittuntur apud nos quærens, ibiquè viuens.

De Inſectis, & minimis Animalibus ſupra 500. imagines euulgauit Thomas Mouſetus Londinenſis anno 1634. typis Thoma Cotes, ſed longè plura noſter Aldrouandus cum ſuis Iconibus dedit in Volumine de Animalibus Inſectis lib. vij. Verùm nemo antehac magnitudinem eorum adauctam eſt ſpeculatus, ad quod Ingenia perſpicaciora noſtrorum temporũ, in quibus Inſtrumenta optica optima non deſunt, inuitamus.


Magnitudo Vera Apparens.



Pro tertio demum Problemate ſtabit hæc dubitatiua Propoſitio, num ſcilicet Moralia Præcepta Phyſicis, atque Botanicis miſceri commodè poſſint materiebus; Cuius affirmatiuam non prius concludam Reſolutionem, quàm ſequentium obſeruationum Phyſicarum nuperrima fundamenta tetigerim. Nouitatibus inhians Sæculi huiuſce Auiditas tot à ne petere videtur recentes admiratione dignas Obſeruationes Dendrologicas in quot fortunatè mihi accidit hac tempeſtate incidiſſe; & quià non infimæ ſortis aliquot, dum præſentis Voluminis editio maturaretur, occurrere, circà volantum Animalculorum Suaueolentiſſimam Speciem, & circa Serpentigenam Lacertam Chalcidicam dictam, Viperex naturæ, in Pratis quibuſdam Agri Bononienſis natam noſtrati Cœlo, Soloquè hucuſquè inuiſam; & demum circa Lapidem Staurophorum Rhenano è Cæſpite excluſum, qualem in Figura ſequenti proponimus videndum,

Vide Figur. ap. Aldr. l. 1. de Quadrup. digit. ouip. c. 7.

illas



LAPIS STAVROPHORVS

illas præterire nolui,tanquam, mediatè ſaltem, & remotè, reducibiles ad integralem Dendrologiæ conſtitutionem; namhæc mixta omnia Stipitibus, Radicibus, Folijs,Floribusuè,necnon Vmbris Arborum poſt ortum proprium ali, & coaleſcere poſſunt. His ratus ſum ſimul iunctis, & velut Alexipharmacè compoſitis, moralem quoque corroborari poſſe Virtutem, maledicarum necnon linguarum venena ſuperari, atq; debilitatum omnium fluxiones firmiſſimo præſidio ſiſti; ad hoc, vt æqui, boniq; ſcriptis meis omnibus conſulatur; & cuinam ſtomachum mouere poſſunt frequentes Ethicophyſicæ Propoſitiones, quarum ope auaritia, ambitio,mulieroſitas,peruicacia,liguritio ſubuertuntur penitus, atque eliminantur? Sine his etenim Intellectualis, ſimul atq; Realis Felicitas citò,tutò,atq; iucundè acquiri non poteſt.Prauum illum motum,triſtemq;ſenſum ſapientiſſimi verè omnium ætatum Viri rectiſſimè ſunt auerſati;ex quibusduos tantum authorabiles valde in medium adducam cauſæ meæ patronos,alterum in antiquiſſimis, & in viuentibus alterum.Hic eſt Reuerendiſſimus Abbas S.Petronij Can. Philoſ. & Sacræ Theologiæ Doctor, & Moralis in Archigymnaſio Bononienſi Profeſſor,toti Orbi notiſſimus, ore, atque calamo admirandus, Iacobus Certanus; ille eſt Lyricorum omnium Princeps Pindarus in hunc ſenſum effuſus. *Non ſecus, atque viridi rore Arbor creſcit: ita Virtus à Sapientibus Viris exaltata inter iuſtos ad liquidum athera exurgit.* G

Pindarus Ode 8. Nemeorum.

Αὔξεται δ' ἀρετὰ χλω-
ραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐς
σεν σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις
Τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα.

Cum his concludi poteritvtiliſſimam,& iuſtiſſimam eſſe methodum noſtram Phyſicè, atq; Moraliter procedendo in conſequentibus verſari; ſed rerum Vſum in Phyſicis Morũ experiamur nũc Magiſtrũ, *& quodcunq; ſagax tentando repperit vſus* ipſe compleat. H

Manilius 1.

VSVS IN VARIIS.

Conſtans adeò, ſolidaq; Sorbi Materies inuenta eſt, vt pueros non tantum, ſed viros alti iudicij fallere potuerit,dum pulcherrimas rerum Formas ligneas prętioſiores ementitur, & ſimulat; nemo dubitat *quod Simia pueris ſemper ſit pulcra,* nec ſimilitudo veritatis artificioſa cunctis etiam doctis diſplicet viris, cum *æmulatio naturam vincere ſoleat.* Simulatores Abacarij Artifices Sorbi lignum inficere, dolare, lęuigareq; ità norunt, vt Ebenum, Lignaq; alia Indica,quà luteo, quàquè rubro, aut variegato colore rutilans, ad ignominiam ferè Naturæ ferro, & manibus elaborarint,

A rint, probatamque cunctorum hominum in admirationem, nouum opus produxerint; cæteriq; Materiarij cuiuscunq; speciei Sorbeos Arcus, atq; Balistas tortiles Phœnicij; sinuidendas fabrefecere, quæ iaculis ex Bononiensis Rheni Nasto Pliniana ab historia celebrato scopos collimerit, *Nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, pondusq; volucre, contra flatus quoq; pertinax libra*; sic ibi legitur in eiusdem textu: Testudines Arietarias militibus alij parant, Trochleas alij tractorias, Cocleasuè, atq; Machinas spirales, quas Vites binas vocant, tam masculas, quam fœminas inuicem iunctas, quarum altera longo vecte circumducitur, altera verò immobiliter substat ad compressoriam vim varijs laboriosis operarijs validissimam exercendam, struunt. Architectoribus alij Ergatas, Suculas, Artemones suppeditant ab ἀρτάω dictas, quod est appendo, aut ab ἀρτάζω, quod est itidem appendo, & circum ligo; quas Græci propius vocant ἐπάγοντα ab ἐπαγάγεσθαι, quod est agito, vcho, moueo, sed melius secundum Apollonium ab ἄγω, idest Duco; & sunt illæ Machinulæ appensæ cum multis orbiculorum circuitionibus ab exteriori parte in interiorem, vt Bononiensis manuscriptus Vitruuij antiquissimus codex habet, ad pondera grauissima, per

B quam facillimè subleuanda, & altissimè quoque tollenda: nostri autem vulgares Bononienses aptissimè dicunt *Taleas*, quia incisa in se habeant orbiculorum, seù rotularum loca, per quæ funes traijciuntur. Minimum herclè, quod reperitur in Sorbo Arbore magnam vim retinere Mirabilium effectricem docemur ab experientiâ, quæ prouida rerum, infallibilisquè Magistra perhibetur. Non alia videmus extimulari melius tardi à Bubulcis Triones Virga, quàm Sorbea, quæ ab ijsdem apud nos Bononienses cum Hastula nuncupetur, agrestis quoque Mineruæ haud inutile terreum simulacrum referre videtur: Felices propterea liceat nunc proclamare Agricolas, si sua Bona norint! quibus Sorbeum dat Mirabilia efficere posse lignum; ipsi Sorbeis simplicissimis Schidijs in aceruum frumenti, quantumuis ingentem sepultis Insectorum omne genus perditissimum malè perdent, longèquè fugabunt: Aquaticum è contrà Gregem intrà Piscinas, fundi Dominorum præclarum ad vsum conclusum optimo remolliti Sorbi alent cibo fideles, & fidi, vt docuit Columella sic scribens; *& nuces digitis infracta sunt danda, nec minus elixum molle Sorbum, quique sunt cibi Sorbilibus proximi*. Eodem ex-

C siccato fructu capiendis, inertiæ omnis obliti, incumbent Hyemali tempore Auibus, quibus futurorum terræ fructuum vberem auspicabuntur prouentum, atque capturam, vndè Catonianum illud veritatem nanciscatur præceptum

> *Exerce studium quamuis perceperis Artem:*
> *Vt cura, ingenium, sic & manus adiuuat vsum.*

Capiendas porrò subsecíuis saltem horis, subsecundarioq; tempore aues, quæ agrestia Poma diripiunt, vel ipsæ persuadent Cicadæ. Sic enim apud anonymum quendam in primo Florilegij libro Cicada de Pastoribus ipsam insectantibus conquesta, damnosa rapacium auium furta, non innocenem suum ex pauco rore victum puniēdum insinuat,

> Τίπτε με τὸν φιλέρημον ἀνειδεῖ ποιμένες ἄγρῃ
> Τέττιγα δροσεροῖς ἕλκετ' ἀπ' ἀκρεμόνων;
> Τὴν Νυμφῶν παροδῖτιν ἀηδόνα; καυματι μέσσῳ
> Οὔρεσι καὶ σκιεραῖς ξουθὰ λαλεῦντα νάπαις:
> Ἠνὶ δὲ καὶ κίχλην, καὶ κόσσυφον, ἠνὶ δὲ τόσσους
> Ψᾶρας ἀρουραίης ἅρπαγας εὐπορίης.

D

> Καρπῶν δηλητῆρας ἑλεῖν θέμις. ὄλλυτ' ἐκείνους.
> Φύλλων, καὶ χλοερῆς τίς φθόνος ἐστὶ δρόσου!

Quod si latinæ placeat lectionis effectum, condescendet noster Legatus apud quem ità sonat.

> *Quid me solinagam insanè venando cicadam*
> *Pastorum arboreo de lare turba moues?*
> *Cantatrix ego Nympharum grauiore sub æstu*
> *Per saltus resonans, per iuga, perquè vias.*
> *Quid noceo? en turdos, & AGRESTIA POMA vorantes*
> *Sturnos, & Merulas; hos opus est capere.*
> *Perdite qui perdunt fructûs; Quamnam excitat iram*
> *Frondibus, & viuens rore cicada leui?*

Sed

Pindarus ode 3. Pythiorum.
In hist. sax.
Crescentius Agricult. l. 5. c. 27.
Plin. lib. 7. cap. 56.
Id. lib. 16. cap. 36.
Tanarius l. 5. Oecon.
Gul. Philander in Vitruu. l. 10. c. 2. & sequ.
Moschius in Gelasino Orphei.
Iabolenus I.C. l. b. 50. pandect. l. 3
Arist. in Mechan. quæst. 18.
Leo Bapt. lib. 6. cap. 7. rei ædificat.
Ionstenus Arb. lib. 1, art. 6.
Lib. 8. de re rust. cap. 17.
Pindarus Ode 3. Pythiorum.
Cato lib. 4.
Lib. 1. Anthol. εἰς ζῶα.

Sed hîc Sorbeus Termes pro Termino Dendrologiæ primi Voluminis inſeruiat, Botanicoſquè noſtros pro nunc abſorbeat labores; iam propè erit vt Vineam longè, latèquè patentem ingrediare, mi Lector, Pomoſſificarum Arborum, atque Bacciferarum ſartam, tectamquè delicijs, quibus omnibus liberè, liberaliterquè frui literariam ad Gratitudinem licebit, non ad direptionem; Vndè Pacifero nunc cedat Terminali Hermeti Tirynthius Heros cuſtodiæ Vindex, non Obex, à ſilueſtribus huc vſque ſeruatis abſtinens Pomis, aliaquè intacta relinquens, ne antiquas ille renouet querimonias, & nequicquam contrà ius, faſque contingat, vt olim accidiſſe haud ineptè fingitur ab eruditiſſimis Græcorum Scriptoribus. A Leonida ſiquidem diſcordes introducuntur Mercurius, & Hercules in hunc modum: Mercurius de Hercule conqueritur, qui ſilueſtribus Pomis eſitatis, propè erat, vt vicinas abſumeret vuas.

Legat. in Poet. metaphyſ. lib. 2. ep. 41.

Ω τάνδε στείχοντες ἀταρπιτὸν, ἤ τε ποτ' ἀγρούς
  Δαμόθεν, ἤ τ' ἀπ' ἀγρῶν νεῖσθε ποτ' ἀκρόπολιν,
Αμμες ὅρων φύλακες, δισσοὶ θεοὶ, ὧν ὁ μὲν, Ἑρμᾶς,
  Οἷον ὁρῆς μ' : ἕτερος δ' οὕτερος, Ηρακλέης,
Αμφω μὲν θνατοῖς εὐάεσι; ἀλλὰ ποθ' αὐτοὺς.
  Αὐτῷ μοι παραθεὶς ἀχράδας ἐγκέκαφεν.
Ναὶ μὰν ὡσαύτως τοὺς βότρυας, οἵ τε πέλονται
  Ωριμοι, οἵ τε χνόην ἔμβαχις, εὐορίτριεν.
Μισέω τὰν μισοχὰν, οὐδ' ἤδομαι; ἀλλ' ὅ φέρων τι
  Αμφω, μὴ κοινῇ τοῖς δυσὶ παρτιθέτω,
Καὶ λεγέτω, τῆ τοῦθ' Ηράκλεες; ἄλλό τι τοῦτο
  Ερμᾶ; καὶ λύσω τὰν ἔριν ἀμφοτέρων.

Lib. 1. Antho. ti; Θεὺς

Quod ſic Latinè reddidit Laurentius Legatus.

Hac quicunque viâ felices itis in agros
  Vrbe procul, viſis aut remeatis agris:
Numina limitibus quæ præſunt bina videte:
  Ille eſt Alcides, atque ego Mercurius.
Ambo ſalutares mortalibus; attamen ambo
  Diſſimiles: multum hic paſcitur, ipſe parum.
Achradas abſumpſit, vicinas promptus vt vuas,
  Non bene maturæ ſint licèt, vſque voret.
Tale ſodalitium mihi diſplicet; haud ſit vtrique
  Commune id, ſi quid poſtmodo quiſque dabis.
Sed dic Alcides hæc accipe: & accipe donum hoc
  Hermes: nec lites inter vtrunque cadent.

In Metaphyſ. l. 2. ep. 26.

In quem ſenſum & Antipater elegans luſit Epigramma.

L. 1. Anthol.

Εὔκολος Ερμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι
  Χαίρων, καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι.
Αλλ' οὐχ Ηρακλέης; ἓνα δὲ κτίλον, ἢ τάχυν ἄρνα
  Αἰτεῖ, καὶ πάντως ἓν θύος ἐκλέγεται.
Αλλὰ λύκους εἴργει τί δὲ τὸ πλέον, εἰ τὸ φυλαχθὲν
  Ολλυται, εἴτε λύκοις, εἴθ' ὑπὸ τοῦ φύλακος.

Vt inuertit Legatus.

Id. ibid. ep. 27.

Non eſt, Paſtores, Hermes moroſus; & illum
  Lac, & mel Quernum conciliare ſolet.
Non ſic Alcides; vel ouem petit ille, vel hircum,
  Vtquè lupos abigat, pinguia dona legit.
Cura quid ergo iuuat, ſi, quod ſeruatur ouile,
  Siue lupis, ſiue à Præſide, triſte perit?

Interim autem Fructus hoſce literarios blandè carpendi maneat Officium, quos prima ſat eſt vt attingant leniter Labra, minimè Dentes mordeant.

Ingenio libanda tuo, non dentibus offert,
  Qui tibi dat, Lector, Poma priora Liber.
Sordeat haud Munus ſi Sorba nouiſſima dantur;
  Vt meliora ferat, iam prope BACCHVS erit.

FINIS SECVNDI LIBRI.

AL-

ALPHABETICA
TABVLA
Genericarum Arborum res indicans principaliores, & verba notabiliora.

A

ABraxas Gemmis insculptus. 76. c
Abusus Arborum. 76. e. f
Acapna. 17. f
Actuaria Naues. 140. h
Actus corporis Anima. 150. h
Adamitanudi. 77. b
Adolebantur antiquitus Arborũ fructus. 139. a
Aemilius Rhetor Arboreus dictus. 14. g
Aemilij Scauri Rom. Cõs. Pater Carbonarius. 19. e
Aenigmata Arb. 110. h
Aequiuoca Arb. 12. f
Aggeres loricati, & furcillati. 130. h
Alba Iulia Transiluania Metropolis. 27. c
Albara familia, Albersca, Albirola. 109. c
Albero Castrum antiquiss. Bononien. 109. c
Alex. Co. Ghisl. I. V. D. Coll. Canon. Bonon. 51. d
Altare Holocausti Moysis ex lignis pretiosis. 136. e
Amphiteatrũ Bonon. Anatomicũ ligneum. 136. g
Anacharsis Philosophus. 134. g
Ancilia, Metanctilia. 131. c
Andreas Ghisilardus Senator Bonon. 51. d
Anima Arborea. 4. f. 5. a. 6. f. 146. e. 147. c. 150. a
Annibal Pœnus. 132. f
Anthrax Carbo morbus. 17. f
Anthracopolium. 121. b
Antipathia, & sympathia Arborum. 148. g. h
Antiqua Domus Auium sunt Arbores. 31. a
Antonius Leuantus Xylotechnastes Bonon. 136. g
Apistopista superstitiones. 76. e
Appetitus naturalis Arborum. 147. a
Aqueitas in fructibus. 11. b
Arabes super Arbores dormientes. 127. b
Arbona, quasi Arbor bona. 13. c
Arbor, quasi Aruor, seu Aruos. 12. f
Arbores Abibeiba Regionis. 33. b
Arbor Ænigmatica. 111. a. c
Arbor Antiuenerea. 40. g
Arborarius Picus Auis. 14. h
Arbor à Robore. 12. g
Arborator, qui curam gerit Arborum. 14. h
Arbor Banane panem ferens. 38. g
Arbor Baxane Deleteria partim, & Alexipharmaca. 39. a
Arbor Brusathaer. 33. a
Arboreta loca Arboribus consita. 14. h
Arboridea Planta Arborescens. 14. h
Arboris, & Arbosis antiqui nominis differ. 12. f
Arborum calor implantatus. 3. c
Arbor Cerbas in Nicaragua. 33. b
Arbor Coutoa Vini ferax. 38. g
Arboris definitio. 5. c
Arbor fluuius. 12. h
Arbores fumi lethalis. 39. a
Arbores Guttis metallicis referta 38. h
Arbor Hebraicè Hets, vel Eb à virore. 12. h
Arborea Ciuitas, vel Arborosa. 13. d
Arborichi Populi, vel Arboriti. 13. c. & d
Arbor Insula ferri pluuia. 35. a
Arbores Lanigera. 39. d
Arbor Impragnante fructu. 40. g
Arbores Frondiuua. 40. g
Arbor Nauis. 12. h.
Arbores Philippinarum ab altera parte salutares, ab altera venenata. 40. h
Arbores propria habent organa animastica. 150. f
Arbores piscatrices. 40. e
Arbor Piscis. 12. b
Arbores omnes praparant hyeme astiuas commoditates. 3. b
Arbores Principum pro Insignibus. 109. d
Arbores sanguineum madorem excitantes. 40. g
Arbores similaribus, & dissimilaribus constant partibus. 3. c
Arbores solo odore, & vmbra alentes. 39. c
Arbores syluestres, & vrbana. 3. b
Arbores Triumphales. 131. d
Arbores vermiradices, & serpentifera. 40. h
Arbores virtutibus à varijs indigitata. 39. c
Arbor vua, nidus vnus, in prou. 42. e
Arbuscula nomen mulieris mima. 14. f

INDEX.

Arbuscula Phasis fluminis, qua mulieres reddunt nullius Hominis prater viri appetentes. 39. *b*
Arbuscula pro plaustri pede. 14. *f*
Arbuscula singulis diebus nascentes, crescentes, & occidentes. 39. *e*
Arbusta sunt Arbores detruncata, vel maritata. 7. *b.* 14. *b*
Arbustare agrum quid. 15. *e*
Arbusta muscarum splendentium. 40. *b*
Arbustu vnu haud alit duos Eritachos. prou. 41. *d*
Arca Fœderis ex lignis Sethim. 136. *e*
Arca Noetica ex lignis leuigatis. 135. *c*
Arcubalista. 131. *d*
Ardeola Aues. 40. *f*
Argo Nauis ex quibus lignis. 141. *c*
Aries, & Ansanella Machina. 130. *b*
Armamenta ramorum Arboreorum. 9. *a*
Artemone Arborum brachia. 150. *g*
Aruum, sed magis annum producere fructus. 6. *f*
Arymphæi populi nemora pro ciuitatibus habentes. 127. *b*
Assare, contabulare significat. 25. *a*
Asseres. 25. *a*
Asserculus, Asserculum, Asserulus, Assula, Asculus, Assulesè, Assulatim omnia ab Assere. 25. *a*
Asseres aquiuocant cum palis, vel paxillis, qui lectis supponebantur. 25. *b*
Asseres etiam pro fœminis sub quibus nutriebantur infantes. 25. *b*
Asseres item pro macilentis. 25. *b*
Auditio Arborum aquiuoca. 149. *d*
Aues Bernachiæ ex Arboribus. 36. *f*
Aues maritimæ ex concibus, &c. 36. *g*
Aures Arborum quæ. 3. *d.* 47. *c.*
Austrasia. 132. *g*
Axæ sunt Tabulæ sectiles. 25. *a*
Axilla Arborea, Mascala etiam dicta. 4. *e*
Axis Cardo, Ianua. 25. *b*
Axis Diameter Rota. 25. *b*
Axis Fera Indica. 25. *b.*
Axion fluuius in Asia. 25. *c*
Axis Vrbs. 25. *d*
Axones Tabula, in quibus Solonis Leges scripta erant. 25. *b*

B

B *Aalsamex Cœli donum.* 50. *g*
Balsama. 139. *d.*
Balsamifera Arbores. 116. *e*
Bacchanum sacra. 77. *d*
Baccho Luci Athenis, & alibi sacri. 73. *a*
Bacchus primò coronatus. 143. *b*
Baculus Dominy symbolum. 47. *b*
Baculus vita sapientia. 47. *b*
Balfort, Balten, Ballegehen Luci apud Germ. 78. *f*
Banane Arbor in Cauchinchina latiss. folys. 34. *e*
Baseli. 140. *g*
Basilides Simonis Magi discipulus. 75. *b*
Basilidianorum secta Idololatria. 75. *a. & b*
Beelphegor Moabitarum Idolum. 138. *e*
Belluck Vandalorum Deus albus. 78. *e*
Benna Gallica. 120. *g*
Bibulam lauare fauillam. 137. *d*
Biliosus humor Plantarum. 5. *b*
Binarius numerus in Arb. potentia designat. 61. *b*
Bina Aures centu cogunt mutescere linguas. 48. *e*
Bimum Nemus. 132. *b*
Biscaccia. 134. *f*
Bis mortua Arbores sunt peccatores. 63. *c*
Bæoty fructus Ioui immolabant. 117. *d*
Bombyces ex Arboreis floribus quibusdam in terram decussis. 36. *b.* 123. *d*
Bona ex Arboribus cuncta. 62. *e*
Bona conuersationes sunt vt folia tutantia flores, & fructus. 61. *a*
Bona temporalia sunt veluti folia caduca. 61. *a*
Bononia Belgica. 130. *b*
Bonus Medicus adiectioni studet non minus, quam detractioni, & pluribus quidem modis. 114. *e*
Bosco *vulgò, nemus à βόσκω græco, quod est* pasco. 28. *b*
Botanica disciplina laudatur. 115. *a*
Brachia Arborum Acremones dicta. 3. *d.* 4. *e*
Brachmanes Lucos habitantes. 127. *b*
Bractea lignea pro prima ciuica corona. 143. *d*
Bragie *ἀπὸ τοῦ βράζειν à feruendo.* 23. *b*
Bretislaus Boloniorum Princeps. 133. *b*
Bronchus quid. 22. *d*
Bruma optimu facit casionis Arboru Tèpus. 126. *g*
Bruniacum Gallicum oppidum. 132. *g*
Brusingus Riuus. 133. *a*
Bubo Rhizomenos. 81. *a*
Bulionius Rex coronari noluit. 143. *d*
Buscus Arnoldus Augustinianus Historicus. 30. *b*
Buses, Busi, Lucraria parua Naues. 140. *g*

C

C *Achi, & Cicara fructus Arboreus in Malabar.* 34. *f*
Cadua Arbor.
Caremonia circa Arbores. 140. *e*
Casiones Arborum opportuna. 126. *e*
Caspitare. 49. *a*
Calces mali Nauis pars infima. 142. *f*
Calafati, seu Nauifabri. 142. *f*
Calopodia. 121. *e*
Calor innatus, & influens Arborum. 4. *e*
Canaliculata ligna. 122. *e*
Cadidiores fructus, cæteris paribus meliores 11. *b*
Cane oriente commodè caduntur Arbores. 126. *b*
Capena Porta Romana, & Fontinalis. 74. *e*
Caput, Cerebrum, Coxendices, Capilli Arborum. 3. *d*

Caput

INDEX.

Caput Tauri,& Capra Amalthea in Numis signif. ex labore diuitias. 109. *b*
Carbo Ænigmaticus. 112. *g*
Carbo, & Calx inquo differunt. 54. *g*
Carbo lignum aridum, & coctum, extinctâ prunâ. 17. *f. g*
C.Carbo Orator item M.Carbo disertissimus, & Cn. Pap. Carbo Conf Rom. 17. *h.* 18. *a*
Carbonacia familia. 18. *d*
Carbonaria ex comedijs Plautinis vna. 19. *f*
Carbonaria ex Padi Portubus vna, vulgò le fornaci. 19. *f*
Carbonaria sylua saltus Leodiensis Ditionis. 19 *f*
Carbonarij carbonum venditores. 18. *d.* 19. *f*
Carbonarius Aristarchus. 19. *e*
Carbonesia familia Bononiensis antiquissima nobilitatis. 18. *d*
Carbonianum edictum. 18. *b*
Carbone notare. prou. 43. *d*
Carbulo Batica Oppidum propè cordubam. 19. *g*
Carbunculus gemma. 19. *g*
Carbunculus Terra feruens exusta. 19. *g*
Carbunculus Tumor morbosus. 19. *g*
Carbunculus vitium Arboribus innascens. 19. *g*
Carchesium Mali Nauis suprema pars ad formam poculi. 142. *f*
Carina. 140. *h*
Caro Arborum. 3. *d.* 6. *e*
Carpense Castrum à fructibus forte dictum 14. *g*
Carpenta. 120. *h*
Carpophagi fortes, morigerati. 11. *c d*
Carpophagi Populi. 118. *e*
Casa frondea. 129. *d*
Casimirus II. Pol Rex. 133. *b*
Casti Arborum cultores. 66. *f*
Catapulta. 131. *a*
Catea. 131. *a*
Catena Trabes structuras domorum arctè ligantes. 129. *c*
Cathedra. 135. *e*
Caudex vnus Nauis ingens carina. 33. *d*
Caulis pro virga. 145. *b*
Cedrina ligna. 136. *e*
Celoces. 141. *b*
Ceppo *quid, &* Ceppare. 23. *a. c*
Cerebrum Arboreum. 61. *c*
Cete syluam in ventre habent. 9. *h*
Charitatis, & Amoris symbola sunt Arb. 106.*e.f.g*
Cicadarum iecta sunt Arbores. 31. *b*
Ciconia lignea. 121. *d*
Cippus marmoreus Manilianus Bonon. 24. *e*
Cisia, cisiarij. 121. *a*
Cimbubone Arboris fugacitas. 150. *f*
Cithara, lyraquè. 136. *e*
Cinnamomum, cassia. 139. *d*
Claua, & Cathesa secundum aliquos. 131. *b*
Clausura inculpata, & laudabilis. 128. *e*
Clauator claua instructus. 131. *b*
Clinopodia. 122. *f*
Childebertus 132. *g*
Chilpericus. 132. *g*
Clypei, seù Clypea, vel Clupea. 130. *g*
Clytella. 120. *h*
Coagulatio Plantarum ab aqua. 5. *c*
Coctilitia Taberna. 121. *b*
Codex liber. 120.
Codicaria Naues. 140. *h*
Codicillus vltima voluntas sine solemnitat. 20.*e*
Codicilli, diplomata, vel epistola Principum. 20 *d*
Cœli consensus cum Plantis. 149. *b*
Cœna Philosophica. 119. *a*
Cœna Saturnia. 119. *a*
Coitus Luna, & Solis lignorum casioni fauet. 126. *f*
Colchi Arborib. suos mortuos suspendebant. 77. *a*
Columnarum capita coronata. 144. *h*
Columna lignea serpentifera. 80. *e*
Comatus siculus vixit sine cibo in Arbore clausus per annum. 74. *e*
Comba. 142. *e*
Comectaculum. 139. *c*
Comus, & Gratia coronis aduocabantur. 145. *c*
Complicati morbi composita requirunt medicamẽta. 113. *a. b*
Conferua. 8. *e*
Conlucatores, & Sublucatores Arborum. 70. *e*
Conoidales fructus salubritatis indices. 11. *b*
Conti Hasta longiores. 131. *b.* 140. *b*
Conuiuium sine culpa quale. 117. *b*
Coppei Arbor dicta scriptioni inseruiens. 39. *d*
Cor Arborum. 3. *d*
Corallium Planta lapidea. 12. *g*
Corbita, Cybei. 141. *b*
Corona à Cohonorando. 144. *a.* 145. *e*
Corona Alcibiadea, atque Socratica. 144. *e*
Corona Hyberna. 143. *d*
Coronam in focum indere. 145. *c*
Corona in somnijs. 93. *c*
Corona militares, & ciuiles varia. 144. *f*
Corona non scindenda. 144. *e*
Corona quibus debentur. 143. *b*
Corona spinea. 143. *d*
Coronâ superbia. 144. *f*
Corona Syriaca. 45. *a*
Cornucopia fabula. 89. *b*
Cornua Ceruorum Arborea, quià ramosa. 14. *f*
Cortices, Caules, folia pro belluis. 117. *c*
Cortices Arborum vary. 9. *d*
Cortices Arborum referunt Elogia Patrum. 94. *g*
Cortices Arborum mandere quid significet. 94. *g*
Cortices Arborum Tela in modum. 40. *e*

Corticum fragmenea pro monetis. 144. g
Craſſioris ſubſtantiæ fructus alimentoſiores. 11. e
Crux in meditullio Arb. à natura delineata. 57. c
Cucuma. 131. b
Cutis, & cuticula Arborum 3. d. 4. e. 5. b
Cyclopum alimentum fructus Arborum. 119. a
Cydippes, & Acontij fabula. 90. g
Cymba. 140. g
Cymba ſpeculatoria 141. a

D

DAnia. 133. e
Dare lanceam, & recipere eſt fædus inire. 96. e
Daulis Δαυλὶς Ciuitas ab Arborum denſitate. 14. e
De Cãna, Straminibuſq. Domus prima Vrb. 127. b
December, & Ian. cæſioni Arb. idonei. 126. e
Decermina frondes ſacra. 139. b
Decimæ fructuum. 140. e
Defunctorum funera epulis proſequebantur Ant. 138. e
Delicatæ Arbores Hortenſes. 156. h
Delphinum ſyluis appingere. prou. 79. a
Delubrum à ramis Arb. delibratis. 71. b. 137. b
Denarius numerus. 140. f
Dendranatome. 3. 8
Dendrophori feltres habebantur. 57. b (66. h
Dendrotomus ex Lege Arb. caſis nouas ſubſtituit.
Denominata. 12. f
De Ramo in Ramum. prou. 49. a
Deſiderius Lignamineus Patauinus. 16. b
Diætetica Med. pars ex Arb. vt plur. 112. h
Differentia Arb. in vniuerſali. 7. b
Digiti Arb. Thalli. 3. d. 4. e. 150. g
Diligentiores Agricolæ meliores Ciues. 66. g
Diſphendomene ſupplicij genus in Arb. 58. e
Diſſimiles formarum vires pugnant, &c. 150. f
Diſtributio alimentorum varia in Arb. eſt ab Anima. 148. f
Diuina verba nunquam pugnãt ad inuicem. 112. e
Diuiſibilis Plantarum Anima. 147. a
Diuites ſunt vt Arbores æſtate virentes. 59. a
Diuitiæ velut Arborum vmbra. 61. a
Diuitias eſſe periculoſas Radices Arborum ſerpentiformes monent. 62. f
Diuturnitas vitæ Arborum ex qua cauſa. 146. f
Documenta, & correptiones ſunt medicina vitiorum. 61. a
Dolones. 132. e
Domeſtica Arbor. 7. b
Domicilia Hominum prima Sylua, & Arb. 127. b
Domus porticata, columnata, cum ſcapis, & epiſtylijs ligneis nobiles antiquitus. 129. b
Dormiunt metaphoricè Arbores. 149. d
Douſinna Arx. 132. h
Draco Saraph Hebraicè, vireni Latinè. 103. g
Druydæ inter Arbores permanebant. 127. b
Druydæ primi ſacrorum antiq. Miniſtri. 74. b
Dryades ſyluæ vocabantur. 70. b
Dulce lumen ſociabilitatis humanæ ſymb. 63. a
Dulcia ſomnians iucunditatem expectet. 63. a
Dulciores fructus benigniores ſemper. 11. d
Ductorum calliditas in bello victoriarum fomes. 132. e
Duorum lignorum æqui ponderis inæqualium in magnitudine maior portio magis leuitat in aqua. 54. b
Duricortices Arbores, & ſpinoſas ſomniãs, in difficultates incidet, atq. pericula. 93. c

E

EBenum Arboreum. 14. f
Eccoprotica medicamenta ex Arborib. 113. a
Educationes Hominum ab inſitionibus Arb. docemur. 96. b
Edulia compoſitiora, morbos excitant. 117. b
Effectus mirabiles in Arb. & Plantis. 147. a
Eleophoræ Arbores. 70. e
Ellypticí fructus. 11. b
Emblemata Arb. 96. g
Embryones Arborum. 9. b
Enodes Arbores. 9. b
Epibades. 140. h
Epiſchidia. 121. b
Epitheta Arborum. 31. a. b. c. d. & pag. 32. e. f. g.
Ericus Diſertus. 133. c
Erinaceus cum Pomis, &c. emblema. 108. g
Eriophora Arbores. 70. e
Eſſeda Belgica. 120. g
Eſuriens Aſinus fuſtem negligit. 43. b
Etiam vetus Arbuſtum transferri poteſt. 42. b
Etymologiæ Arborum. 12. f
Euerſionis Regnorum cauſa potiſſima quæ. 41. c
Euphorbius quidam fingitur fuiſſe prius Ethalides. 88. g
Euphratica Planta quomodo moueantur. 150. e
Exauctoratio per Foliorum ferendorum excluſionem. 44. e
Exciſa magis germinat Arbor quædam. 89. a
Exciſa, non euulſa fructificat Arbor. 44. e
Exhibitores Auſpicales. 57. b
Exedræ. 136. g. 137. a
Ex optima ſemẽte fructus quandoq. peſſimus. 48. g
Ex Plant. & Arb. Animalia etiam perfecta. 148. g
Extractum omnium Arboris partium nobil. ſunt fructus. 61. d
Exultare poſt obitum. 137. e

F

FAbrica Duratea. 129. e
Fabuloſa Arborum. 87. c

Facul-

INDEX.

Facultates omnes Animæ vegetatiuæ Arb. 147. *a*
Fagutalis lucus Marti sacer. 73. *a*
Fames è luco lupum extrahit. 43. *b*
Fames nè canis fustem timeat facit. 43. *b*
Familiarum coronæ in Numis. 109. *b. c*
Fana à Faunis. 71. *b*
Fanalia festa. 71. *b*
Fanfur Arbores India farinifera. 119. *a*
Fascia totius conseruatiua in Arb. sunt Dermata. 150. *f*
Fatidica Rates. 141. *c*
Faunus Latinorum Rex faunis nomen dedit. 71. *b*
Felix Arbor fœcundissima. 11. *b*
Feri homines vt feræ. 58. *b* 59. *b*
Ferinus cibus Hominibus improprius. 117. *b*
Feronia lucus. 72. *e*
Figura Arborea portentosa in nubibus. 80. *g*
Filamentosi contexti cortices Arborum. 122. *h*
Fixio Plantæ à Terra. 5. *b*
Flamines, quasi filamines 139. *c*
Flaminica Diales. 139. *b*
Florales sacerdotes. 71. *c*
Floralia festa. 71. *c*
Flores foliorum scutis corpora tecti. 10. *f*
Flores gaudium sunt, & pulchritudo plantæ. 52. *b*
Flores humanam indicant fragilitatem. 61. *b*
Flores omnium colorum, & figurarum. 10. *f*
Flores quia solisequi Diuinum monstrant Amorē. 61. *b*
Flores referunt viros perfectos, & honestos. 61. *b*
Flores sunt vt Merita, fructus autem vt Præmia 61. *b*
Florum palpebra, Pili. 6. *g*
Florimontius Ramus doctiss. vir. 22. *c*
Flos Cynocephalos. 83. *c*
Flos natura Genius. 6. *g*
Flos Veris Honos, & Gratia. 6. *g*
Flos vnus, frons vna. 44. *f*
Fluminis Athamantis Aqua incendens. 35. *d*
Fluores Arborei sunt veluti fletus morbosi. 6. *e*
Fluxij mœroris, & tristitia. 91. *c*
Fœmina Arbor. 7. *b*
Folia caliculata. 85. *b*
Folia dormientem super decidere quid significet. 93. *d*
Folia figuris omnibus dotata, atq; coloribus. 10. *f*
Folia partim carnea, cartilaginea, mollia. 10. *e*
Folia parte ab altera lanuginosa. 123. *e*
Folia plana maiori ex parte, callosa, articulata. 9. *d*
Folia pilis Animalium respondentia. 9. *d*
Folia testimonia sunt contra peccatores. 60. *h*
Folia tutantur flores, & fructus 60. *h*
Folia vestimentorum vsce, &c. 122. *g*
Folia vndè dicta. 26. *e*
Folia Xerampelina. 10. *e*
Foliana familia à folijs. 26. *f*
Fons Scotusa mirabilis. 34. *h*
Foresta *aquiuocat cum sylua.* 29. *b*
Foresta Petrus Cardinalis. 29. *b*
Fortuna paucis non est contenta, post folia cadunt Arbores. 42. *e*
Fractam Arborem somnians morbum timeat. 93. *d*
Framea. 131. *a*
Franciscus Barbadorius I.V.D. Coll. Bononiensis. 51. *d*
Franciscus Carbonius Pictor Bonon. 19. *g*
Fraudem fraude repellere. 133. *d*
Fraxinea Crux. 81. *d*
Fredegundis Regina. 132. *g*
Frequens transplantatio instabilitatis typus. 43. *a*
Frondator. 26. *g*
Frondisij milites 26. *g*
Frondium casus fluxilitatem humanam docet. 104. *f*
Frondium corona in Numis cum Claua; Fide, atq; Labore Gratiam Principum emendam esse docet. 109. *a*
Frondium sacturafacilis. 104. *f*
Frotbon Rex. 133. *e*
Fructifera Arbores mares existimantur. 7. *c*
Fructus Alphitey. 10. *f*
Fructus amari somniati mala denunciant. 93. *b*
Fructus Arborei. 14. *g*
Fructus Arborum sunt veluti capita. 10. *h*
Fructus Ariena. 33. *c*
Fructus elçopheri. 10. *g*
Fructuum additamenta incomestibilia. 12. *e*
Fructuum extrinseca accidētia considerabilissima 12. *e*
Fructus feri molliendi sunt. 42. *b*
Fructus longæuitatem facientes. 119. *a*
Fructus ingentis molis. 33. *c*
Fructus minus graues super Arbore propria. 53. *b*
Fructus mitiores salubriores quoque. 119. *a*
Fructus Potomij. 10. *g*
Fructus remotiores à terra dulciores. 53. *a*
Fructus acciores non facile putrescunt. 12. *e*
Fructuum varia virtutes, & efficacia. 11. *d*
Fructus transitorias consolationes in somnis denuntiant. 93. *a*
Fructus transmissus ad os concupiscentiam denotat. 94. *g*
Fructus tristitias in somnis designant, si duri sint corticis. 93. *b*
Frugalitas virtutum nutrix. 119. *b*
Frumenta in Arboribus Bononia nata. 79. *b*
Frusta simillima ligno. 48. *g*
Frutex Agniformis sanguineus. 40. *h*
Fruticans Arbor. 7. *b*

Fruticetum, fruteƈtum, fruteƈtosus, frutetosus fruticosus 27. A
Frutinal Veneris Templum 72. H
Fulcrum Trabe debilius 47. A
Fulgurita Arbores 77. C
Fumus pulcriorem sequitur 45. A
Funera Ægyptiorum lignea 138. E
Fungus igniarius 121. B
Furno parao parca sat ligna 44. G
Fustuarium, fustuaria 132. E

G

GÆsum, Gasata populi 130. G
Galeones, Galee, Galeazze 142. E
Galli Boij 109. C. 133. B
Gaudia alligant fructus 11. A
Gauli, Gerariæ Naues 141. B
Gazophylacia 122. E
Gemina Petra percussio Crucem signif. 63. D.
Gemmæ Arborum 6. G.
Gemma oculorum adinstar 61. C
Genealogia per Arborem indicata 13. B.
Genera, & Differentia Arborum in vniu. 7. B
Genius, & Lares coronati 145. B
Gentes quamplures pro Dijs arbores colebãt 71. A
Gerardus Magnus Co. Stormariæ 132. H
Geoponici coronati 245. D.
Germina Arborea Iuuentutem designant 61. C
Giacha Arboris fructus maximus 34. E
Glandes obscœnitatis symbolum 63. C
Glandem in alieno fundo quamdiu colligere liset 67. B
Glires, Mures, Aues, aliaq. Anim. quando Annonæ caritatem praenuncient 92. F
Glycera 143. C
Gossampina Arbores 123. B
Gralla, vulgò Zanchi 111. C
Grallatores, & Calabatrarij 121. D
D. Gregorius Thaumaturgus Arboris in speciem 66. E
Gremialis Arbor, siuè Cremialis 69. C
Gryneus Lucus Apollinis 72 F

H

HAcon Amundi filius 133. A
Hamax vehiculi genus forte Caleffo 120. G
Hasta lignea Belli sunt inditium 96. E
Hasta solo infixa corticibus Arborum tecta pro Domibus 128. G
Hastilia amentata 131. C
Hederæ inter Arbores numerantur 12. F
Hedera simplex tactus Dialibus Flaminibus interdictus 67. D
Hemera Arbor, domestica, mitis, satiua, &c. 7. B
Hemisyclares fructus initium speciositatis 11. A 62. E
Herba plurimos, & periculosos sanant morbos 115. B
Hersynia sylua 133. B
Hercules Alexicacus lignum 116. E
Herculeo nodo quidpiam ligare 47. A
Henricus II. Imperator 133. B
Heptacometa Populi super Arbores habitan. 127. B
Heptagoni fructus, & Hexagoni bonum significant 11. A
Hæreticorum Arbor Anathematis igne consumitur 103. B
Heruingus Portus 133. A
Hetrusca structura Porticus Bonon. 53. D
Herus in primis Hominum societatibus 127. B
Hieroglyphica Arborum 94. E
Hippagines 140. H
Hippocrates Purgantibus vtitur Medicamentis 114. F
Historica Arborum 55. B
Hosma ligna dicebantur lauigabilia 16. c
Homines, velut Arbores ambulantes 60. f
Homines Diuinis obtẽperãtes Praceptis sunt veluti lignum plantatũ secus decursus aquarũ 60. g
Homines in dignitatibus constituti sunt tanquam Rami celsiores Arborum 60. g
Homines ex Arboribus natos fabulati sunt antiqui 87. d
Homines Probi Arbores in Arboribus 60.
Homines iniusti Arbores pessima 60. f
Homines iusti Arbores sunt felices, & fruct. 60. f
Hominum genus Arboreum Lunare Luciani commentum 88. f
Hominum supplicium crudele Arbores 57. d 58. e
Hominum transformationes Poetar. figmenta 88. e
Homunculi Chimera apud Paracelsum 88. f
Horti Adonidis 45. c
Horti diuites 57. a
Horti fortes dant viros 56. e
Hortus ænigmaticus 111. b
Hortus sine fructibus qualis 45. e
Humana vita foliis Arborum comparata 60. f
Humeri, & Axilla Arborum 150. g
Humores alimentales, & exsremẽtitij Arborũ 3. g
Hydrotica Planta 149. c
Hyems mala pestis Arborum 42. g
Hyems non probat Arbores, sed æstas 42. g
Hyrcana sylua 30. e

I

IAcobus Carpus Anatomicus 14. g
Ianus Coronarum Auctor 143. b
Iatria Arborea 112. h
Idalium Nemus in Cypro 72. h

Idoli

INDEX.

Idoli Moloch , & Baal Lucus 16. g
Ichthyophagorum Arbores nutritiuæ 56. g
Iecur Arboreum 6. e
Ignaros custodes respuunt Arbores 66. f
Ignaua typus leuitates sectari 110. h
Ignis in alto non timendus, sed in imo 48. h
Illiberales actiones sunt vt fructus imperfecti 62. e
Ilithyia syluarum Dea 72. f
Imaguncula lignea sepulcrales Æg. 138. f
Immobiles sunt Plantæ localiter 146. h
Imperij Hieroglyphicum est Arbor in vniuersum 94. f
Immodica Sandaliorum altitudo, atque demissio 124. g
Impendens ædibus Arbor debet succidi 69. a
Impietatum promptuaria Syluæ multa 76. h
Improbitatis symbolum circumplicatio Arb. & siccitas. 107. b
Incerta Arbor. 13. a
Incensa cremiorum strues ciuiles acclamatoria, læta. 135. b
Incuruata miraculosè Arbor 65. e
Inarculum 139. b
Indiges Apollo 72. f
Indigni elementorum cultores 76. g
In diuersa se transferentes Arbores quid portendant. 79. e
Indorum Neophyti coronantur 145. e
Industrialis Arbor 69. e
Indulgentia parentum liberis nocet 98. e
Infelici Ramalia Luna 48. h
Infructifera Arbores somniata inopiam denunciant 93. b
Ingenuus Ager rubis liberatus 3. a
Inimicam positionem odit Arbor 149. a
Innocentes quæ sint deliciæ 119. b
Insignia varia familiarum cum ligneis instrumentis 110. e
Insomnia circa Arbores. 91. d
Insula Arborea natantes 8. e
Insula portentosa 90. h
Insulani Peru, & Malacca super Arbores altissimas 127. b
Instrumẽta multa punitiua Iustitiæ lignea 135. e
In tuo luco, tuoq; fano. prou. 45. e
In vsa ne ligna (eces symb. Pyth 96. f
Ioannes Arboreus Theologus Denom. 14. g
Ioannes Largus Co. Holsatiæ 132. h
Ioannes de Ligueriјs Phil. & Astron. 16. b
Io. Philippus de Lignamine Messan. Med. 16. b
Iordanus Carbo Concionator eloquentiss. 18. d
Italia herbarum copiâ illustris. 33. d
Ithonis Montes Cultrix Bellona 72. g
Iugum Boum ligneum seruitutis Hierogl. 96. e
Iuli Arborum 27. b
Iulia Gens Cæsarum 27. b
Iuliana vectigalia 27. e
Iuli anus nomen proprium à Iulis 27. e
Iulus, aut Iula Piscis Æquinoc. 27. e
Iulus fæm. gen. Cantilena; aqutu. 27. e

K

K *Irgesti in Tartaria sacrificulos habebãt, qui Arbore conscensâ Populum aspergebant puluere quodam, &c.* 77. a

L

L *Acunaria* 129. e
Laertes 142. g
Lautgata ligna in Pyris sepulcralibus vetita 138. a
Lancea 131. e
Lambrechie *ligna ad imbres arcen.* 121. e
Landricus 132. g
Lanigera Arbores 122. h 123. e 124. e
Lanugo soporis index 6. g
Lapides in Arboribus 116. h
Lapides Plantis, ramisq; illarum insculptis effigiati. 7. e d
Lares redimiti in Numis 109. b
Lauatrina lignea 121. d
Laurea serta cum spicis, & Aquila in Numis Virtutem, diuitias, & maiestatem indicant 109. a
Lauiny Lucus 72. e
Laureta Camænarum 71. d
Legalia Arborum 66. f
Legatâ Arbore, legatur & Solum, quo itur ad Arborem 69. b
Leges in Asseribus ligneis scribebantur 70. g
Legnaggio, *Genus, Origo natiuitatis* 16. a
Legnago *Castrum sub Republica Veneta* 16 a
Leguli serui 70. f
Lembus 141 a
Lene imperium efficacissimum 1. a
Lenibus mobilior folys. prou. 46. f
Lex Esculeti, inter Arbores lata 67. b
Lex Lignum dicitur scientia Boni, & Mali 64. f
Librata nauigantes Quercus in Gurgit. magnis 9. a
Licina Ara 71. d
Licondo *Arbor vnica inseruiens pro naui* 200. *Hominum capaci.* 40. e
Lien Arboreus. 6. e
Ligellum Tugarium ex lignis constructum 15 b
Ligilla Anus 15. h
Ligna siluarum pro Arboribus viuis 15 f
Lignana familia patritia Bonon. 16. a
Lignanum Castrum Mediolanensis Ditionis 16. a
Lignaria ager Florentinus 16 a

· *Ligna-*

INDEX.

Lignarius Idola fabricans est Hæreticus. 64. g
Lignarius lignorum elaborator. 15. b
Lignator lignorum comportator. 15. b
Ligneus index, Legum feueritas. 43. e
Ligni nomine quid veniat. 12. f 15. f
Lignorum innumerabilis varietas innumerabiles parit effectus. 150. f
Lignum Antonomasticè S. Crux. 15. g
Lignum à legendo, vel ligando dictum. 15. f
Ligna acapna sunt carbones. 67. a
Ligna imputribilia Sanctos denotant. 95. a
Lignilia lignorum sunt strues. 15. b
Lignea Numismata cusa, non casa. 110. f
Lignipes qui calceis vtitur ligneis. 15. g
Ligna cotis vicem subeuntia 122. g
Ligna focaria. 67. a
Ligna Hieroglyphicum Animi in seipso vigentis. 96. f
Ligna corrosa à locusta punitionis sunt Hieroglyphicum 95. b
Ligna cum lapidibus sunt nota grauiorum reatuū. 95. c
Ligna gaudent Aere. 54. f
Ligna Noetica leuigata. 53. c
Ligna pulcherrima sunt Scientiæ mundanæ. 64. f.
Ligna quadrata Arcæ Noe sunt Doctores. Eccl. 95. b
Ligna recisa cum spe reuirescendi sunt Iusti pro veritate occisi. 95. a
Ligna regionis sunt Sancti in Ecclesia. 64. g
Ligna Sethim imputribilia æternam Veritatem designant. 64. f
Ligna vel ipsa testari possunt, &c. 44. e
Ligna viridia sunt voluptates. 95. b
Ligna viridia, dein sicca significant Iudæam destructam. 85 c
Ligni cuiusdam suffitus impotentiam ad Venerem inducit. 39. b
Ligno dolato Animam committere. 13. a
Lignorum marcor pulueratus vlcera sanat. 127. a
Lignum bicorporeum cum medullaribus figuris. 87. a
Lignum igniarium. 36. b
Lignum incombustibile redditum. 37. a
Lignum instrumenta militaria significat. 15. g
Lignum nuceum cariosum cum caryotidibus. 86.
Lignum pro Pedica captiuorum. 15. g
Lignum Paribū magnetica vi potentissimum. 39. a
Lignum quare non pellucidum. 54. e
Lignum Scientiæ. 64. e
Lignum cum simulacris Animalium quid significet. 85. a
Lignum Spei. 63. d.
Lignum pro tabula legum. 15. b
Lignum Vitæ. 63. d
Lima, & Hosma olim erāt ligna leuigabilia. 16. c
Limb. lignei pro dolijs. 121. c
Limon Aquiliniformis. 83. d
Limnades, Thalassiaq; Arbores.
Linter, lintrarius. 140. g
Litana sylua. 133. b
Lithuanis olim tangere lucos capitale. 77. a
Lithanthrax Carbolapis, & Lapicarbo 37. a
Lotharius. 132. g
Lucania Italiæ Regio. 30. f
Lucania festa. 30. g
Lucaria festa. 71. c
Lucanus Poeta. 30. g.
Lucanus Franciscus Parm. Iurista. 30. g
Lucetia Mima. 30. g
Luceres Populi. 30. f
Lucetius Iupiter. 30. f
Lucina Iuno. 30. f
Lucius Florenus Episcopus Feltrensis. 36. g
Luco Minturnensi debuit C. Marius. 56. f
Lucos olim violare probrum, & scelus. 67. c
Lucus Franc. I. C. 30. g
Lucus in Aulide ab Agamemnone violatus. 90. f
Lucum Oppidum Romandiolæ. 30. g
Lucus Baaras, vbi radices Arborum flāmea. 91. b
Lucus Crani 74. g.
Lucus Castoris, & Pollucis. 73. d
Lucus Cupidinis 72. b
Lucus Deorum omnium Athenis. 74. f
Lucus Despanæ vnicâ radice omnes Arbores complectens. 56. f
Lucus Furinæ Deæ in Latio. 74. f
Lucus Hecadeuea, seu Academia. 56. g
Lucus Herculis incensus. 56. g
Lucus Hilernæ. 74. e
Lucus Latonæ in Caria. 73. a
Lucus Lupercal. 71. d
Lucus Manium. 73. d
Lucus Mulieribus interdictus
Lucus Maricæ Deæ. 74. f.
Lucus Plutonis. 73. c
Lucus Suadelæ Deæ. 74. g
Lucus Sibyllæ Tiburtinæ. 74. f
Lucus Vestæ. 73. c
Lucus Vulcani. 73. a
Luci Cereris, & Proserpinæ. 73. b c
Luci Dianæ. 73. a
Luci Epulares. 56. e
Luci Herculis, & Æsculapij. 73. d
Luci latissimi. 55. d
Luci Martis. 73. a
Luci Neptuni. 73. a
Luci proconcilijs. 56. e
Luci sepulchrales. 56. e
Luci Theatrales. 56. f
Lucius Posthumius Consul. 133. b
Lucrum ludorum incertum, damnum plerumquè certum. 134. f

Ludo-

INDEX.

Ludouicus Carbo Perusinus. 16. e
Ludus Arborum Ciuilis, Honestus, Ingeniosus. 135. a
Ludus alearum genuit certamen,& iram. 134. f
Ludus periculosus vetitus. 134. f
Luna lumen molliora ligna facit, & cariei obnoxia. 126. e
Lunares Plantæ. 149. c
Lurcones, & scurræ opulentioribus adhærent, vt vermes Arboribus fructiferis. 42. e

M

MAchabæus Scotorum Rex. 132. b
Madera insula facchari ferax à ligno denominata. 14. e
Macraphia Arbor, ex qua Nauis Argo. 141. c
Magduffus. 132. b
Magistratus syluis Præfectus. 67. e
Magnitudo Arborum vmbra magis quàm fructuum ferax. 45. a
Magnitudo fructibus nomen Regium attulit. 11. b
Magnitudo pulchritudinis indiuisa comes. 32. b
Mague Arbor omnia humanæ vitæ necessaria producens. 41. a
Maio mense ligna recidi possunt. 49. a
Maiuma Romanorum. 58. f
Malabarani Indi Arboribus spinosis vice murorũ vtuntur. 127. d
Malacca Arbores pro Arcibus. 56. g
Malalbergum agri Bonon. oppidulum. 51. d
Malus Nauis. 142. f
Manus extensa ad humiliores partes Arboris cum fructu significat quòd altum sapere non oporteat. 108. g
Manuum Metaphorica motio Arboris per folia, per ramos. 149. d. 150. e
Manphur. 121. d
Mæror morbus Arborum, & absumptio. 6. e
Mares, & fœminæ Arbores proximitate fœcundantur. 148. g
Mars syluanus. 73. b
Massylij per syluas errantes viuebant. 127. c
Materiam combustibilem igni addere, prou. 44. b
Materiari castrense verbum pro lignor 16. e
Materiary dicti sunt Hæretici à Tertulliano. 16. d
Materiary lignorum cæsores, seù opifices. 16. e
Materiatio, & Materiatura à verbo obsoleto materio apud Vitruuium. 16. d
Materiatus, idest materialiter compositus. 16. d
Matrix in Arb. non differt à iecore, & corde 6. e
Medulla Arb. Miran, Melon, mater nutritionis. 4. f. 6. f.
Medulla ferrea Arboris Iaua maioris. 6. f 36. f
Melancholicus humor Arborum. 5. b
Membrana carnosa Arborum. 3. d
Membratura lignorum vulgò quaderletti. 25. a
Memphyticæ Arboris caducitas. 150. f
Mensa Acerna, aliarumq; Arborum. 120. e
Mentoris mensæ. 110. g.
Mercurius non ex omni ligno. 139. a
Meretricium symbolum sunt Arbores cum Leæna & Ariete comprehensæ. 95. d
Mesancilia, Missilia. 131. a
Metaphorica in Arboribus visio. 149. d
Metempsicosis Pythagorica. 88. g
Michael Angelus Castellus I.V.D. Coll. & Canon. Bonon. 51. d
Microcosmica Respublica multis infestatur.
Minimum insectum maximam sternere potest Arborem. 61. e
Minio inficiebant Arbores Ægyptij. 77. d
Mirabilia Arborum. 32. b
Mitis Arbor. 7. b
Miraculosa Arbor Salutationis Angelicæ. 65. d
Mœstitia Hierogl. Arbor sicca. 94. g
Molochia Tela. 124. e. f
Monocrota Naues. 141. d
Monorotta. 120. g
Monoxyla. 140. g
Mons Ænigmaticus. 111. e
Mons loco motus vehementissimè. 79. d
Monstrositates Arborum. 80. b
Montani quidam Scythiæ solis Arboribus viuentes. 119. d
Morales Actiones bonæ, vel malæ sunt veluti fructus. 62. e
Moralia Arborum. 58. h
Morini Galliæ Populi. 133. c
Mors caloris extinctio. 146. f
Mortis æternæ periculum in incerto Arboris mox casuræ decubitu denunciatur. 104. h
Multam sylvam dicitur gestare, qui multis implicatur negotijs. 43. a
Multis ictibus deijcitur Arbor. 44. f
Mundi felicitas est vt puerorum ludus. 111. d
Mundus est quasi sylua. 58. b
Muscosus aceruus quid. 8. e
Musa à Cythere saliu Cytherea. 74. e
Musculi Arborei 4. e. f. 5. d
Musculosa substantia Arborum pectinatim fibrosa. 5. d
Muto sermone loquuntur Arbores 79. b
Myoparones. 141. b
Mystica Arbor. 94. e

N

NApææ vocabantur deuia Rura. 70. h
Nardus. 139. d
Natura frondibus Arbores coronat, flores apicibus. 144. e

Naturalis Arborum Calor, & Anima. 146. e
Natura ductu admirabilia fiunt. 150. e
Natura nos varijs alloquitur modis. 84. e
Naues Frumentaria, Vinaria, Militares, Bellica, Mixta. 141. d
Naues multa dicuntur Classis à caudicibus, idest tabularum contextibus, vndè caudica, caudicata, & caudicaria dicebantur. 21. f
Nebrophone, Lentodame, Britomaste, varia Nympharum nomina. 77. d
Nec fictis auribus fidendum. 47. e
Nec longum tempus spoliatæ manent Arbores, viror vsque recurrit. 106. b. & 107. a
Nefasta, & infelices Arbores faustis interdicebantur Actionibus. 67. d
Nemorarius Iordanus Mathem. 30. b
Nemoreus Ludouicus Vir literatiss. 30. b
Nemus ab Amœnitate appellatum. 28. g
Nemus non facit Arbor vnica. 44. f
Nerui non sensorij, atq; motorij, sed durabilitatis Arboribus insunt. 3. c. 4. e
Nicaula Æthiopum Regina Herbarum scientissima. 55. b
Nocent & frugibus Vmbra. 63. b
Nodosa Arbores. 9. e
Nodosa Arborum articulationes. 51. a
Nomina Etymologia, Æquiuoca, Denominataq; Arborum. 12. f
Non ex quouis ligno Mercurius. 46. g
Nuclei fructuum partem habent propriè germinatiuam, ex qua efformatur Planta. 84. f
Nullum magnum ingenium sine mixtura dementia. 49. b
Numina Antiquorum Agrestia Syluani, &c. 71. b
Numina Terrena sunt Numi. 109. a
Numinum Statua ex ligni delectis fiebant. 68. e
Numismata Arborum. 109. a
Nuper insita Arbor spei Symbolum. 103. d
Nutritur Planta ex fluore sibi connaturali. 148. e
Nympharum Arborearum fabula vulgatissima, vt Napaarum, Driadum, &c. Orcadum, &c. 88. g
Nympha Arcades in varias fabulosè mutata Arbores. 88. b

O.

Obiurgatrices Arbores. 58. e
Obsequio vt flectitur Arbor, sic educandi iuuenes 98. f
Occhi di Bragia. 23. c
Occulto velut Arbor auo. 46. b
Occultum nihil quod non reueletur. 150. e
Oculi Arborum Gemma. 150. g. 3. d
Odore pracellentes Arbores perpetuitatem obtinent. 120. e
Odoratum quendam Analogum Planta habent. 149. a (119.b
Odoribus fructuum solis integri Populi viuebant.
Oliuarum de lignis Cherubim in Templo Salomonis. 135. d
Olympica moralia certamina. 144. e
Olympicus Iupiter. 72. f
Omnis optimi Arbor Agar. 58 e
Omne solum forti Patria. 106. e
Omnes Virorum ordines Arborū iuuat Hist. 2. f
Oneraria Naues. 141. d
Opera Medici plura sunt, vndè multa medicam. 113. b. c
Operari diebus festis permittuntur Agricola. 70.g
Opus Natura, opus Intelligentia. 149. d.
Orabant Antiquorum nonnulli ipsas Arbores, vt aliò diuertere vellent, &c. 72. d
Oracula, & instrumenta Diuina Visionis Arbores. 57. c
Orba Arboribus non potest esse fœlix Resp ublica 66. f
Orchestra. 136. g
Ordo Alphabeticus pro doctrinarum coharentia improbatur. 3. d
Ordo docendi aptè institutus res facilitat. 2. g
Ordo à fructuositate varia petitus, idest à fine videtur optimus. 2. g
Oris extẽsio in Arboribus est Radicatio. 7. d. 148. e
Ornatum, & venustatem Arborearum frondium somnians, pecunias ex fructibus expectet. 93. d
Os, & Oesophagus Arborum. 5. a
Ossa Arborea. 4. e
Ostenta Arborum. 79. A
Ostẽta graca Aristander, Latina C. Epidius scripsit. 79. a
Ostigia Arbor. 77. c
Ostiola è lignis oliuarum. 136. e
Ouales, Obsidionales, Nauales, Murales, Ciuicaq; Corona. 145. a
Ouum gallinaceum intra oui substantiam partem ostendit, qua dicitur Chalasa, qua pulli sentientis est germen. 84. f

P

Pala Arbor Indica. 33. c
Palanga. 142. g
Palaris, Perticalis Materies pro sepibus, &c. 69.d
Palladium sigillum ligneum. 78. e.
Pallentes Arbuscula absque radice olida. 37. b
Pancarpia corona pluriflora. 145. c
Panes ex fructib Caritatis Annonę tempore. 118.e
Parenchimatosa partes Herbarum per solam affusionem coalescunt. 5. b.
Partes Arborum caduca, eademq; perpetua. 7. d
Partes integrantes Arborum. 7. d.

Patien-

INDEX.

Patientia vera fortitudo. 144. *e*
Patientia Virius suauitatem facit. 105. *c*
Pauca loquens multa audi. prou. 48. *e*
Pausias Pictor. 143. *c*
Pedes Arborum. 3. *d*
Pegmata, & Pegmares. 130. *f*
Penaria Scientiarum aperta Musarum ope. 2. *f*
Pentagoni fructus Iustitia, & Æquitatis Indices. 11. *a*
Pentones. 140. *b*
Per Arborum Cymas obambulare. prou. 47. *c*
Percussoris iniuriam vlciscentes Arbores. 91. *c*
Pergula. 137. *a*
Periclymeni fabula. 89. *b*
Peristylia. 136. *g*
Perpetua coma Arbores, longaeuitatis signum. 92. *f*
Persa terrarum negligentes cultores non tolerabant. 66. *g*
Perseuerantiã nos docent Arbores. 98. *b.* 99. *a*
Perspiraut Arbores, non respirant. 149. *d*
Pertica. 140. *h*
Pertinent ad Emptorem Agri Arbores in illo existentes. 69. *b*
Peruersam fortunam, & scelera aduenientia videtur adumbrare qui cum Amico in syluam abit. 107. *a*
Petelini ab Annibale obsessi Arborum frondibus victitantes. 117. *d*
Petra, vel fungus. 51. *b*
Petrus Ramus Philos. Carbonarij filius. 19. *e.* 27. *b*
Petrus Stephani Vualach. Vuaiuoda frater. 33. *b*
Peula Bonon. Agri Villa. 51. *d*
Pexilei Corona. 143. *b*
Phalangogia. 74. *h*
Phala, seu Fala. 130. *e.* 156. *g*
Phaseli vulgò Vassèlli, ò Batelli.
Pheretrum. 138. *g*
Philyrini, & Tiliacei Libri. 70. *g*
Phlebotomanda Arbores ante casionem. 126. *g*
Phœnices lugebant Arbores emortuas. 77. *a*
Phyton Anima Arborea, & illius Actus. 6. *h*
Pierium Nemus. 30. *e*
Pigmenta per confectiones ex diuersis Arb. 113. *b*
Pinguedo fructuũ amœna robur facit comesta. 11. *c*
Pinguis humor Aereus calorem viuentium alit. 146. *f*
Pituitosus humor Plantarum. 5. *b*
Planci Asseres plani. 136. *f*
Planta cedit solo. 68. *b*
Planta aliqua ad sensibilitatem proximè vidĕtur accedere. 147. *d*
Planta inanimatorum respectu quasi Animal est. 147. *b*
Planta Inuersum Animal immobile dicta fuit. 147. *d*
Planta secernit vtilem ab inutili succo. 148. *e*
Planta sentit quodammodo noxium, & innoxium. 148. *e*
Planta laboriosa Homo dictus est. 60. *e*
Planta semina sunt veluti animalium Oua. 84. *g*
Planta vmbra sola ladentes vicinum corrigenda sunt. 68. *h*
Plantam eruere somniani quid attendendum. 92. *h*
Plantam plantare somnians prolificus fiet. 92. *h*
Plantam somnianti è proprio excuntem corpore quid immineat. 93. *a*
Plantam alijs circumligatam somniare, vincula praenotat. 93. *c*
Platanon. 137. *a*
Platanus Bononiensis. 33. *b*
Platanus Lycia. 33. *b*
Plaustra vnde dicta. 120. *f*
Plena Luna cariosas reddit Arbores casas. 126. *e*
Pluribus ramis virentibus ab Arbore auulsis, vbi fuerit vnus relictus, non dicitur Arbor deficere. 107. *c*
Plutei Viminea Crates. 130. *h*
Podium 136. *h*
Pœna furtim cadentium Arbores, vel diripientium. 66. *g*
Polycarpi nomen à fructuum pluralitate. 14. *g*
Poma Sarcinaria. 40. *f*
Pomona Vertumni Amasia. 114. *g*
Pondera ferre prudenter docent Arbores. 99. *c*
Pōdus à fibris validis eleuatur in Arboribus. 52. *g*
Populus Turbini comparatur. 41. *b*
Porcula machinamentaria. 121. *b*
Porta, Fenestra, Tigna Ædium. 128. *g*
Porticus ad Portas refertur. 129. *a*
Portumnus Clauigerum Numen. 128. *g*
Posita in vnguem Arbor. 13. *a*
Postilena. 120. *h*
Prabenda vnde. 57. *b*
Prala. 21. *b*
Prasagia Arborum Germanorũ inuctũ. 91. *d.* 92. *e*
Prastigia Arborum varia. 70. *h.* 78. *h*
Pratoria, Talamigera, Turrita. 141. *e*
Prester procellosus, Typhonĩ terribilis. 51. *c*
Primi Arborum fructus olim abyciebãtur. 140. *e*
Problemata Arborum. 49. *c*
Prodigia Arborum. 79. *a*
Pronos in annos mutari, &c. 50. *g*
Propriam per Animam viuunt Planta. 146. *g*
Proserpina pro Terra à proserpendo radicis. 7. *d*
Prosperitates sunt veluti Arborum folia. 61. *a*
Prosumia nauicula. 140. *g*
Prostrata vt resurgant Arbores. 51. *c. d*
Proteus in Arbores sese transmutans. 89. *b*
Prouerbia Arborum. 41. *b*
Proximè ad sentiẽtiũ ordinẽ accedũt Plãta. 150. *b*

Pro-

INDEX.

Ptolomeus Philopator. 141. *d*
Publicos iuxtà Aquaductus Arbores plantanda non sunt. 68. *e*
Pugillares Tabella. 121. *a*
Pugna acerrima pro focis, & laribus. 145. *b*
Pugna fustuaria. 73. *b*
Pulpita. 136. *g*
Pulpitare verbum antiquum. *Ibid.*
Pullulant inter Arbores eximia virtutes. 55. *b*
Puppes. 141. *a*. 142. *e*
Pura Arbor. 139. *b*
Purgantia medicamenta necessaryssima. 114. *f*
Pusterla, Porticula, Postica porta. 128. *b*
Putata Arbor cum vno tamen ramo relicto vnam sperare salutem docet. 164. *e*
Putator hominem occidens ex casu rami Arboris quando plectendus. 67. *a*
Putrida ligna malas operationes designant. 64. *g*
Pyctacia Iudicum. 121. *a*
Pyrechi Magi. 72. *e*
Pyrophoba Planta. 149. *e*

Q

Q*Vadriremes, quinqueremes, quadragenireremes, pluriremesq́ Naues*. 141. *d*
Quæ sunt in Prato Arbores cõtinentur sub Statuto puniente damnum dantes de Prato. 69. *a*
Quatuor, aut septem digitis à morte remotum esse. 13. *a*
Quemcunque fortem videris, miserum neges. 53. *b*
Quercus transuersa pondere hebescit. 53. *c*
Quina folia in floribus, vt plurimum. 6. *b*
Quinarius numerus, & septenarius in folijs, & floribus natura Genius est. 61. *b*
Quingentos ante annos florebant Medici Bononiæ. 116. *f*
Quinta decima nonnisi exacta Luna cadẽda sunt Arbores. 126. *f*
Quinti Sereni superstitiosa remedia. 76. *e*
Quintus Pedius duarum Italicarum nonarum Legionum à Cæsare mittitur in Galliam Dux. 128. *f*
Quiris, seu Curis, vndè Quirinus. 131. *a*
Quiritis, & Iuno. 131. *a*

R

R*Adicatio Plantarum est Orsis extensio*. 7. *d*
Radices Arborum pro pedibus etiam stant. 7. *d*
Radices complecti amant ad inuicem. 8. *e*
Radices dicuntur ima partes rerum metaphoricè. 27. *b*
Radices omnium saporum, odorum, magnitudinumquè. 8. *e*
Radices origines rerum habentur metaphoricè. 28. *e*
Radicis cuiusdam Indica decocto Venus extinguitur. 39. *b*
Radicis Synonymon est Stirps. 28. *f*
Radix amara fructum dat dulcem. 62. *g*
Radix carnalem significat natiuitatem. 62. *f*
Radix extrà terram Mortis memoriam excitat. 62. *f*
Radix profundior humilitatis est symbolum, nam celsiores emittit de se surculos. 62. *g*
Ramum in somnis auellere victoriam de inimicis insinuat. 93. *d*
Ramum naribus applicare, videtur esse de peccatis sibi cõplacere. 94. *g*
Ramus Arboreus iunco iunctus significat diuitem pauperi aliquando fore æqualem. 104. *g*
Ramus Aureus in Luco latens. 60. *e*
Ramus Ramo proximus, & motus hunc mouens significat ire de Virtute in Virtutem. 108. *f*
Ramus, Ramusculus, Rameus idem significant. 22. *d*
Ramus vox æquiuoca brachia, & diuaricationes varias rerum significans. 22. *b*
Recta Abies manet transuersim posita ob leuitatem 53. *e*
Reflorescentia mira Arborum. 33. *c*
Reges olim non puduit Agros colere. 66. *g*
Remus Arbor centena dictus. 13. *a*
Requies, & ludus necessary in vita. 134. *e*
Resinifera Arbores somniata.
Reta Arbores in ripis fluminum nascentes à retinendo dictæ. 63. *b*
Reta Arbores falsas referunt sæculi speciositates. 63. *b*
Reticulum Arachnoide palæstre. 8. *e*
Rheda. 120. *b*
Rhœcus Lampsaceus cum Nympha Arborea. 88. *g*
Rhythmomachia ludus Pythagoricus. 134. *g*
Ridiculum est Arbores Terra antiquiores dici ab Arcadibus. 87. *e*
Rica. 139. *b*
Rigata Arbor ad munia surgit, & ad solius odorẽ aqua germinat. 105. *a*
Robigalia Festa. 71. *c*
Rogus quid. 138. *g*
Romulus Acrone superato laureum sertum sibi cõposuit. 145. *d*
Rotunda Naues. 141. *d*
Rumices, Runa, Rudes. 131. *a*. *e*
Ruri peregrina non profunduntur opes, indigena colliguntur. 119. *b*
Rutabula. 121. *c*
Rutra Aratoria. 121. *c*
Rusticana Instrumenta ex flexilibus Arborum corticibus contexta. 120. *e*

Sacer-

S

Sacerdotibus Ethnicorum quadam Bacca vetita. 67. d
Sacra sua adibant veteres Germani ligati. 78. f
Sacrificiorum 666. genera apud Ægyptios. 78. g
Sagittarij. 131. d
Salicta inter Arbores. 12. f
Salomonis Templum. 135. c. d
Saltus ligna erroneam Philosophantium, & Hereticorum doctrinam significant. 64. g
Sanctiua Arbor. 67. c
Sanguis Arborum. 4. f. 5. b
Sapientia, Pietas, Integritas ligno vita præsignatur. 64. e
Sapores Escarij. 11. b
Sariffa, Scorpiones, Spari. 131.
Satiua Arbor. 7. b
Sbarrare quid. 127. d
Scalmi. 142. e
Scandula tectorum. 58. g
Scapha. 140. g
Scena. 136. g
Scachia ludus. 134. g
Schlaui. 133. c
Schlauones, Sueones colebant in sylnis impijssimè Dæmones. 77. b
Schidia quid. 33. b
Schidia Arborum micantes in modum stella quid 37. a
Schidia vocantur & Stella. 23. b
Scipio è ramo Ænigmaticus. 111. d
Scissio medetur infirmis Arborum radicibus, vt moraliter Homini Contritio 62. h
Scytha cadauera super Arbores locabant. 77. a
Scytha sub Arboribus cubabant. 127. c
Segmentata versicolorum lignorum opera. 122. f
Sella lignea. 137. a
Semine excluso, & cadentibus folijs Arbores tutò cadenda. 126. g
Sensibilitati proxima Arbores insensibilitatis vltimo in confinio locata. 6. b
Sensoria symbolica Arborum. 3. d
Sensu verè non pollent Arbores. 146. g
Senuncula. 140. g
Septentrionalia ædificia lignea figura pyramidalis, cunealis, arcuata, rotunda. 128. f
Sepulcrales Arbores sanguinem destillantes. 91. c
Sepulcrales solemnitates. 137. d
Seriatim posita Arbores, vulgò piantate. 69. c
Sericum super Arbores. 123. a
Serta sepulcris dabantur quotannis. 145. c
Sertum exultationis 143. a
Sgarbari, (vt in statutis Bonon.) & extirpari debent vepres in Canali Nauigio. 68. g
Sigarus Danorum Rex. 133. a
Signatura Herbarum in seminibus reperiuntur. 84. b
Silarus Lucanorum fluuius ligna in lapides vertit. 35. d. 36. a
Silens Luna casionibus Arborum maximè conducit. 126. e
Simpulum, siue simpuuium, crater ligneus. 121. d 139. d.
Sine cortice nare. prou. 45. b. 287. a. b. c
Sine folijs fructificantes Arbores. 79. b.
Situlana. 121. d
Sobolem Arborum fouere. 52. f. g.
Sobrietatem docent Arbores. 5. a
Solis, & Luna Arbores. 91. a
Solisequa Planta. 149. c
Solo coniuncta Arbor pro re immobili habetur. 69. b
Solstitium Æstiuale casionem Arborum bonam facit. 126. e
Spadices, & Termites Arborum sunt rami cum fructibus. 150. g
Spathula palmarum. 140. e
Spes in altis ponenda. 103. c
Spiculum virens, quod è sepulcro prodierit, resurrectionem mortuorū Hierogly. designat. 107. d
Spina quadam Montis Pelij frigus in Homine arcere perpetuò valet. 39. b
Spina flores tenellos armant. 6. b
Stacte. 139 d
Stamina tenuissima Natura. 9. a
Statua lignea cum superenatis capillis. 80. e
Statua lignea sudantes. ibid.
Statumina 142. e
Stephanoplocos. 143. c.
Stilla foliorum non imbricatorum maligna. 45. b
Stipes pro Trunco, & caudice Arboris. 24. g. h
Stolona familia Romana. 27. a
Stolones pro fatuis, stolidis. ibid.
Stolones quinam. ibid.
Stratagemata cum Arboribus. 132. f
Stratiotica Naues. 141. c
Stroppeana Festa Faliscorum. 139. b
Stroppus quid. ibid.
Strues lignorum recisorum collecta congeries. 17. e
Strues quoque Libi Genus. ibid.
Suauissima castigatio mores mirè componit. 2. f
Subitò arescentes Arbores quid portendant. 79. c
Sublica. 130. h
Sublicius Pons Romæ totus ligneus. 58. f
Sublime lignum humiliatum sunt Iudæi, &c. (64. g
Subsellia. 122. e
Succi Arborei triplicis generis. 5. b
Succi pingues ἔνοι. 5. d
Succisa Arboris fructus dispergi quid significet. 94. b

Sudes ardent cum vasculis aqua plenis quid significet. 108.e.
Sudes scansiles Theatrales. 122.f
Suggestus. 135.c. 137.a
Summa petit liuor. 42.e
Sumatra Arbores fructus virulenti. 119.a
Summum munus Hominibus Arbores. 117.a
Super proprium Genu Ligna secare.prou. 44.g
Superstitiosa Arborum. 70.b
Sura amnis. 133.a
Surculi Arborei liberis comparantur. 97.d
Surculorum embryones Gemma. 150.g.
Surdos stipites alloqui prou. 48.f
Suspendio Arbor eligenda. 67.d. 45.b
Sylua ab ὕλη significans materiam. 28.g
Sylua cognomen familia. 28.h
Sylua Litana. 133.b
Sylua Plonniuy. 133.b
Sylua pro incondita scriptorum congerie. 28.h
Syluagius Io. Bapt. Tarectæ linguæ Interpres. 29.c
Syluanectensis Episcopus Petrus. 29.a
Syluani duo Episcopi probi. 29.a
Syluani agrestia Numina antiquorum. 29.a
Syluani pro impijs accepti. 29. a
Syluanus Bartholomæus Saloniensis Med. 29.c
Syluanus Bernardus Geographus. 29.b
Syluanus C. Poeta. 20.b
Syluæ Autum propter concentus iucunda. 59.d
Syluæ Aures dicuntur habere suspectas. 47.d
Sylua numerosam stultitiem referunt 59.b
Sylua omnis generis facinorum loca. 55.d
Sylua prima fuerunt Asyla. 55.c
Sylua vitiorum Latibula. 59.e.
Syluas somniare tristitiæ sudicium. 92.g
Syluas in somnis deserere, campos, feraces intrare sanitatis, & prosperi euentus præsagium. 92.g
Syluaticus, Syluicultor, Syluicola. 29.d
Syluester Bernardus scriptor. 30.e
Syluester Sanctus Pontifex, aly què, &c. 29.d
Syluia Ilia, seu Rhea Numitoris filia. 29.c
Syluia Marcelli. ibid.
Syluij Albanorum Reges. 29.b
Syluiolus Antonius Poeta, & Orator. ibid.
Syluius Æneas Polygraphus. ibid.
Syluius Bartholomæus doctus vir. ibid.
Syluius Iacobus Ambianus Medicus. 29.c
Sylnula græcè ὑλάριον. 29.a
Symbola Arborea. 103.d
Symposius Poeta de Gryphis, & Ænigmatibus. 111.a

T

Taberna, quasi Trabena, à densis, & radiibus Trabibus. 21.e
Tabernacula Sacerrima lignea Inaurata. 136.f
Tabula Abiegna. 135.d
Tabulæ Tabernaculi Templi Hebræorum ex lignis pretiosis. 136.f
Tabernaculorum Ceremonia. 140.e
Tallo quid. 22.d
Tardigradi Bootes, terreni Bubulci. 120.f
Tasselli *vulgari sermone sunt Tigna afferibus ordinatis in eodem plano innctis digesta à verbo græco τάσσω, quod est* ordino. 129.b
Tela ex corticibus Arborum texta. 122.h. 123.a
Telones, seu Talenones. 121.d
Tellus sylnestrium Plantarum est Mater, Vrbanarum nouerca. 50.f
Telluris animam Stoici malè ponebant. 146.g
Temones. 141.a
Templa Apollinis plura. 72.g
Templa erant Arbores antiquitus. 78.e
Templa nonnisi armati ingrediebantur Ant. 76.b
Termini Agrorum inuiolabiles. 67.b
Termites Arborum. 4.f
Termites onusti fructibus veritatis sunt symbolum. 104.g
Termites spoliati fructibus exitum mūdanarum rerum ostendunt. ibid.
Terra à Terendo. 7.d
Terra ardentes. 37.b.c
Terra elementum repræsentat Arbor.
Tesqua prodigiosa, & ostentis plena. 80.e
Thal Arbor liquorem destillat ad bibendum. 39.d
Thalia Musa à virore Arborum. 74.e
Thallus Cynedus. 23.a
Thensa, vel Tensa. 139.c
Therambus in Cerambem volatilem versus. 88.e
Thilos Insula Arbores admirabiles. 33.d
Thracys quid contigerit Matronis. 88.b
Thuiscon Germanus Rex primus lucos coluit. 78.e
Thura. 139.d
Thyina ligna. 136.e
Thyrsus. 145.b
Tiberius Imperator Druydarum syluam succidit. 75.a
Tiberius venereos iocos, & nefarias actiones in syluis exercebat. 76.b
Tietmarsi. 132.b
Tignarius faber, idem ac Materiarius. 17.e
Tignus materia ad tegendum apta; hinc Tigillus, & Tigillum diminut. 16.d
Tignus pro quouis vinearum sustentamento. 17.e
Tiphys Agui filius. 141.a
Titiones ligna sicca ignita, sed non inflammata. 108.e
Topiarij, qui Virides Arbores in varias efformãt figuras. 70.e
Topiarie concinnatæ Arbores in somnis visæ mulieribus impudicitia, viris vanorum laborum præsagia. 93.b

Ton-

INDEX.

Tot[illegible]. 141.a
Toreuls. 121.b
Tori flammis damnati. 138.g
Trabaccaest *Conopeum, seù militare Tentorium. 21. b*
Trabaccola, Trabaccolo, &c. *Retis Genus. 21.g*
Trabalis clauus Tormenti genus. 22. a
Trabali figere clauo. 47. a
Trabalis Portiens ex lignis vndequaq, contextis. 21. b
Trabea vestis species ex Purpura, & Cocco. 21. b
Trabeas Poeta. 21. g
Trabe tardior. prou. 46. f
Trabes Cypria Demetry. 53. d
Trabes videntur vel minima festucula. prou. 46. e
Trabula Virgo Martir. 22. a
Tractabilitas Arborum stat pro vrbanitate. 3. b
Transire sub virga Pastoris. 140. e
Transitia. 142. e
Transyluania amplissima Regio. 30. e
Trans Rhenani Populi. 13. d
Triangularitas Mineruæ. 10. b
Trias est veluti forma, Tetras materia. 61. b
Trifacia, Trigalta. 131. a
Tripodes. 122. e
Triremes. 141. d
Tristitiam excludunt fructus. 11. a
Trochlea, Furcæ, Rotæ criminales. 121. b
Trochus. 134. b
Truncatis ex Arboribus Trophæa. 144. b
Trunci, Fustes, Stipites, Scipiones, Arma Rusticorum propria. 120. f
Trunci igniti quatuor pro emblemate. 108. f
Truncus quid. 24. f
Tumuli in Hortis. 137. e, d
Tumulis Arbores inserere, & plantare licebat ex Platone. 69 a
Tunicæ Arboreæ scissiles. 5. d
Turbinati fructus speciosi. 11. e
Turdus sibi cacat mortem. 50. e
Turiones, Tuorefuè Arborum. 6. g
Turpis fine frondibus Arbos. 44. e
Turrita Arbores. 33. a
Tyli Insula Arbores durabilissima. 56. b
Tyrannus Arboribus comparatus 41. b

V

V Acerra. 130. b
Vallum Cæsarianum in Gallia, vbi nunc Bononia Belgica, amilitibus Bonon. Italicis fundata. 128. f
Vari, seù Vassi. 122. f
Variecosa vena Arborum. 51. b
Varro supra 30000. Numina fuisse apud Veteres tradit. 78. g
Vasa lignea vitam leuem, & mediocrem indicant. 64. g
Vbertas per ramum floribus, & fructibus onustum ostenditur. 108. b
Vegetant solum Planta. 146. b
Velare fronde. 137. c
Venas ad succum nutritiuum deferendum habent Arbores. 3. c. 4. e
Veneris impius cultus. 72. b
Venti plures Arborem impetentes illam non facile sternunt. 105. b
Ventres coctioni alimentaria destinati in Arboribus. 3. c. 105. g
Ventus spes ipsas sæpius abducit. 104. f
Ver vitle syluis. 146 g
Verba in hominibus assimilantur Arb. folijs. 61. a
Verruca Arborea, vel caca, vel Tophacea, vel Glādia. 9. c
Verrucis offenditur, & habet Tubera. prou. 46. e
Vesca Arbores non succidendæ. 60 e
Veterem Arborem transplantare. prou. 42. f
Vetula effigies Xylosyndesmis. 83. a
Vicini domum, vel solum penetrantes radices Arborum intercidendæ sunt. 68. e
Vicinus Vicino damnum reficere tenetur ex casibus etiam fortuitis, quando 67. e
Victoria, & Palma in Numis virtutem bellicam ostendunt 109. b
Villosa in Arboribus non sunt vilis considerationis. 62. f
Vimina congesta, & cauitates Arborum Regibus aliquando fuerunt habitaculum 127. b
Viminalis materia est ligneum quidquid ad vinciendum est aptum. 69. d
Violatoris lucorum caput olim expiabatur. 67. c
Virga Bubulcorum. 120. f
Virga Censoria. 43. d
Virginis in effigiem Arbores sacrificabantur. 73. c
Viri Medici maximis dignitatibus pollētes. 116 g
Viride lignum sanctos denotat, aridum peccatores. 64. g
Viridis Arbor corruens pertinet ad dominum fundi, sicca ad vsufructuarium. 69. b
Viridis color cura Deorum. 145. a
Viror vires reficit. 119. c
Virtutem in vniuersum Mysticè docent Arbores 94. e
Vita humana tribus vuarum speciebus assimilata. 134. g
Vita Arbor Mystica Regem Regum Dominum nostrum Iesum Christum significat. 65. b
Vita Arbor naturalis. 65. b
Vites inter Arbores reponuntur. 12. f
Vites Arbustiuæ, Vitum Arbustiuum. 15. e
Vitis in somnis visa bonum præsagit. 93. a
Viuunt Plāta incluso calore cælesti mediāte. 146. f
Vlysses. 142. g
Vmbra pro Arbore. 15. e

INDEX.


Vmbra Arborum amari corticis, & tetri odoris est noxia. 45. a
Vmbra maiorum Arborũ minoribus officiũt. 105. d
Vmbra nimietas semper mala. 45. a.
Vmbra simplices late sunt, complicata panida. 63. d
Vna est prosperitatis mortalium via. 146. e
Vngues Arborum. 3. d.
Vniuga Birotia volantia, vulgò Rolantini. 121. a
Vnio Plantarum ab igne. 5. b
Vnionem in coniurationibus esse tollendam Carbonum exemplo. 100. e
Voces Oraculorum in syluis ambigua. 80. f
Volat irreuocabile verbum. 48. e
Vox antiquissima Bonon. Amanechie *significat manualia Cremia.* 69. d
Vrnaria. 121. d
Vrticarum lixiuium ad destillandum positum in retorta relinquit Species Vrticarum. 84. f
Vsurarius, & fanerator est vt ligni, aut fructus vermiculus 63. d
Vsus Arborum in alimentis. 117. a
In Ciuilibus. 235. b
In Coronis. 143. a
In Domicilijs. 127. b
In Ludis. 134. e
In Medicina. 112. b
Vsus Arborum in Militaribus. 130. e
Nautici. 140. f
Oeconomici. 120. e
In sacris. 137. b
Vestiarij 122. g
Vua Barbata. 80. e

X

Xyla Ligna combustibilia, item & Lychna. 17. e
Xystus Stadiata Porticus. 137. a

Z

Zephyrus quamuis mitis, & lenis in Carbones spirans ardentes, in illis auget incendium 104. e
Zephyrus ventus Arborem quandoque sternens monstrat fauores non semper esse innãtes. 104. e
Zeteticus tãdẽ Fũgus, hoc est exquisitus, vtpote cãdidus, dulcis, mollis, suauis, beneolens, tẽperatus, vescus, rariusculus, viuax, & ferè incorruptibilis, & tãdẽ pulcherrimus, in delicatulas veluti pennas, tanquam subtilissima ramusculorum folia per omnes sui dimensiones desinens absolutissima curiositatis, vt Arboreum hoc opus absolueret nuperrimè accessit dum Index excudebatur, eius igitur Icon hac esto, eam inter vniuersales Arb. speculationes collocari nequierit.



ALPHA-

INDEX

RVBRICARVM TOTIVS OPERIS

Secundum ordinem proprium.

De Arboribus in Vniuersali.
Parte Prima Primi Libri.

INtroductio folio primo, litera a. Exordium, seu Dendranatome. 3. b. Genera, Differentia. 7. b. Nomina, Etymologia, Æquiuoca, Denominata. 12. f. Epitheta 31. a. Mirabilia. 32. h. Prouerbia. 41. b. Problemata. 49. c. Historica. 55. b. Moralia. 58. h. Miracula. 64. b. Legalia. 66. f. Superstitiosa, Præstigiosa. 70. h Prodigia, & Ostenta. 79. a. Monstrositates. 80. h. Fabulosa. 87. c. Præsagia, Insomnia. 91. d. Hieroglyphica, & Mystica. 94. e. Emblemata 96. g. Symbola. 103. d. Numismata. 109. a. Ænigmata. 110. h. Vsus in Medicina. 112. h. Vsus in Alimentis. 117. a. Vsus Oeconomici. 120. e. Vsus Vestiarij. 122. g. Cæsiones. 126. c. Vsus in Domicilijs, siue Architectonici. 127. b. Vsus in militaribus. 130. e. Stratagemata. 132. f Vsus in Ludis. 134. f. Vsus in Ciuilibus. 135. c. Vsus in Sacris. 137. b. Cæremoniæ. 140. e. Vsus Nautici. 140. f. Vsus in Coronis. 143. a. Anima, & eius facultates. 146. f.

De Quercu Cap. 1. Primi Libri Partis Secundæ.

DIgnitas, & Præstantia folio. 151. littera c. Nomina, Etymon. 152. h. Æquiuoca, Denominata. 154. h. Differentia, Descriptio. 158. f. Cultura, & Loca Natalia. 161. b. Fœcunditas, & Prolificatio. 162. g. Morbi, Remedia. 167. c. Vires, & Vsus in Medicina. 177. b. Vsus in Cibis. 179. d. Vsus Varij. 181. c. Historica. 183. a. Mirabilia. 187. c. Legalia. 188. h. Vsus in Coronis. 190. g. Epitheta. 193. a. Hieroglyphica, Symbola, Emblemata. 197. d. Mystica, Moralia. 203. a. Præsagia. 205. a. Sympathia, Antipathia. 206. e. Portenta, & Prodigia. 207. b. Insignia. 208. g. Ænigmata. 211. a. Imposturæ. 215. d. Insomnia. 216. h. Obseruationes. 217. c. Prouerbia. 224. e. Fabula, & Apologi. 228. f. Superstitiones. 235. b. Numismata. 235. d.

De Fago 2. Cap. Primi Libri.

NOmina, Etymon. folio 240. littera g. Denominata. 241. b. Forma, Descriptio. 241. d. Epitheta. 243. a. Symbola, Moralia. 244. g. Emblemata. 245 b. Vanitates, & Superstitiones. 246. h. Vsus in Alimentis. 247. d. Vsus in Medicina. 248. g. Morbi, Remedia. 249. b. Vsus varij. 252. e.

De Cerro Cap. 3. Primi Libri.

ORdo, Nomina, Etymon, Denominata. 253. c. Differentia, Descriptio 254. g. Morbi, Remedia. 256. h. Vires in Medicina. 259. a, Epitheta. 259. c. Vsus in Varijs. 261. a. Mystica, Moralia, Hieroglyphica, & Symbola. 262. f.

De Ilice Cap. 4. Primi Libri.

NOmina, Etymon, Denominata. 263. c. Forma, Descriptio. 264. h. Loca Natalia 268. e. Mystica, Moralia. 269. a. Hieroglyphica, Symbola, Emblemata. 270. b. Epitheta. 274. e. Fabula, & Superstitiones. 277. d. Vsus in Varijs. 279. a. Vires in Medicina. 280. f

De Subere Cap. 5. Primi Libri.

FOrma, Descriptio. 281. c. Nomina; Etymon, Denominata. 285. a. Prouerbia, Symbola, Emblemata 285. d. Epitheta cum notis Hieroglyphicis, & Moralibus. 289. a. Fabula. 290. g. Vsus Varij, & Medicinales. 291. a.

De Castanea Cap. 6. Primi Libri.

NOmina, Etymologia. 194. g. Æquiuoca, Denominata. 295. d. Forma, Descriptio. 297. b. Genera, Differentia. 300. e. Loca Natalia.

301.d. Cultura. 302.h Vsus Cibarij, & Medicinales. 303.d. Vsus Varij. 306.g. Vsus in Insignibus. 307.a. Symbola. 307.e. Adagia, Ænigmata. 308.e. Fabulosa. 309.a. Historica. 311.e. Epitheta. 311.d. Mystica, Moralia. 312.f.

De Pomis in Genere parte prima Libri Secundi.

INtroductio. 315.e. Significatio nominis, eiusq; causa. 317.a. Genera, Differentia. 318.f Æquiuoca, Denominata. 319.e. Epitheta. 322.e. Historica. 324.g. Prouerbia. 327.e. Problemata. 330.e. Moralia, Mystica. 331.e. Hieroglyphica. 332.h. Symbola. 333.d. Emblemata. 334.h Mirabilia. 336.e. Legalia, 337.a. Leges Hortenses. 339.a. Cultura. 344.e. Alimēta. 345.a. Vsus in Medicina. 346.e. Morbi, Remedia. 347.a. Superstitiones. 348.e. Fabulæ cum suis Moralitatibus. 349 d. Insomnia. 354. e. Numismata. 355.a. Lithoschemata. 357.a.

De Malis in Specie Capite 1. Libri Secundi, Partis Secundæ.

ORdo, Descriptio, Nomina. 359.d. Exotica. 369.a. Mystica, Moralia. 371.a. Miracula. 372.e. Epitheta, & Ænigmata. 372.b. Vires, & Alimenta. 373.d. Cultura. 374.h. Monstrosa. 376.e.

De Pyro Cap. 2. Secundi Libri.

DEscriptio, Nomina. 380.b. Genera, Differentia. 382.f. Æquiuoca, Denominata, Etymon, & Insignia. 402.e. Cultura. 403.c. Morbi, Remedia. 405 d. Historica. 406.g. Vsus in Cibis. 407.d. Vires in Medicina. 408.h. Vsus Varij. 409.e. Mystica, Moralia. 409.d. Prouerbia. 412 g. Apophthegmata. 414.g. Epitheta 414.h. Insomnia, Fabula. 421.a. Monstrosa. 421.d. Insignia, Symbola. 423, a. Problemata. 423.d.

De Ficu Cap. 3. Secundi Libri.

ORdo, Descriptio. 427.d. Nomina, Etymologia. 428.b. Genera, Differentia. 429.d. Æquiuoca, Denominata. 436.b. Cultura. 441. a. Morbi, Remedia. 442.b. Vsus in Cibis 444 f. Vires in Medicina. 447.a. Vsus in Varijs. 449. b. Vsus in Sacris Ethnicorum. 450.f. Legalia. 451.e. Fœcunditas. 452.g. Mirabilia, & Sympathetica. 454.f. Epitheta. 457.b. Symbola, Hieroglyphica, & Corona. 459.b. Fabula, Ludicra, & Superstitiones. 461.b. Apophthegmata. 464.f Prouerbia. 465.e. Ostenta, Prodigia, Omina, & Insomnia. 470.e. Historica. 471.d. Emblemata. 475.c. Mystica, Moralia. 477.a. Problemata. 478.h.

De Malis Aureis Cap. 4. Secundi Libri.

ORdo, Nomina. 481.c. Descriptio, Genera. 483.d. Patria. 495.a. Æquiuoca, Denominata. 499.a. Epitheta. 500.e. Cultura. 504.g Vsus in Cibis. 505.d. Vires in Medicina. 507. d. Vsus in Varijs. 509.d. Ænigmata, Prasagia. 511.b. Monstrosa, seu Mirabilia. 511.d. Morbi Remedia. 516.e. Historica. 517.e. Fabulosa, & Ludicra. 519.d. Mystica, Moralia, Emblemata. 523.b. Hieroglyphica, Symbola, & Insignia. 530.g. Adagia cum suis Moralitatibus. 531.d. Numismata, Statua. 532.h.

De Malo Cotonea Cap. 5. Secundi Libri.

ORdo, Nomina. 535.e. Descriptio, Differentia. 536.h. Exotica. 540.e. Cultura, vel Satio. Insitio. 540. b. Morbi, Remedia. 542.e Vsus in Cibis. 542.b. Vires, & Vsus in Medicina. 544.e. Epitheta. 546.f. Denominata 547. d. Hieroglyphica, Symbola. 548.g. Mystica, Moralia. 550.g. Mirabilia. 551.d. Historica, ac Vsus Varij, & Stemmata. 552.g. Fabula. 553 d.

De Malo Punicâ Cap. 6. Secundi Libri.

ORdo, Descriptio, Nomina 577.c. Æquiuoca, Denominata. & Phreroschemata. 580. f. Exotica. 586.e. Cultura. 587 a. Morbi, Remedia, 588.e. Sympathia, Antipathia. 589.a. Historica. 590.c. Epitheta. 591.d. Hieroglyphica, Symbola. 596.g Mystica, Moralia. 597.b. Emblemata. 599 g Vsus in Sacris. 605.a. Vsus in Cibis. 606.g. Vsus in Medicina. 607.e. Fabula. 609.c. Monstrositates. 613.b.

De Sorbo Cap. 7. Libri Secundi.

ORdo, Nomina, Differentia. 615.c. Patria. 621.a. Æquiuoca, & Denominata. 622.f. Epitheta. 623.a. Prouerbia. 624.f. Mystica, Moralia. 624.b. Cultus, Cura. 626.e. Antipathia, Sympathia. 626.h. Vsus in Cibis. 627.d. Vires in Medicina. 628.h. Symbola. 630.e. Monstrosa. 631.a. Fabula. 633.a. Problemata. 655.c. Vsus in Varys. 658.h.

Auctores citati præsenti in Opere sunt Mille ducenti circiter, quorum Quadringenti, & vltra Botanici dici possunt.

ALPHABETICA
TABVLA

Specificarum Arborum materies præcipuas, tam reales, quam nominales enuncians.

ABacorum materies aptissima ex Fago. 252. f.
Abenenis Arabs malum inscripsit in Arbore. 336. e.
Abigail caricas obtulit Dauidi, & cur. 460. e
Eadem iram Dauidis demulciuit. 475. a
Eadem ab Amalecitis Hostibus liberatur. 475. a
Abouay Brasilianorum castaneæ species. 300. g.
Ab ouo vsque ad mala. prou. 329. b
Abronis vita. prou. 469. a.
Acardion. 153. c
Acerba Poma omninò fugienda. 374 e
Acetum, & Agresta ex Pomis. 345. d
Acetum ex Pyris. 408. f.
Achras, idest Pyraster. 619. c
Achradas comedit. prou. 413. d
Acini, siue Gigarta. 359. d. *Acrodrys. 156. b*
Acylon Homeri. 365. d
Adagia Castanearum 308. e. Foris Helena, intus Hecuba, &c. castaneis corylos aquare, &c.
Adagia Malorum Aureorum. 531 d. Ad fructas. Malum Herculis. Aurantium exuccũ. Ex Prunis Aurantia. Fucatis odoribus Minerua non gaudet, &c. (523. a
Adonidis in Citrum conuersi fabula. 522. g. h. &
Aduersatiua Veneri Virtus in Punico Malo. 607. c
Ad Virtutes transeũti Vimen Ratis est loco, Deo fauente. 555. c.
Adulterijs Arboreis gaudet Punica Malus. 587. c
Ædificia Roboraria. 156. g. (261. b. c
Ædificium integrum in cauo vnius Arboris Cerri.
Ædilus quidam Capras cicurans. 465. a.
Ægilops Idæorum Cerrus. 253. c. (587. e
Ægyptia in terra pomum Gran. ex acido fit dulce.
Ælia Lelia Crispis, Ænig. obscuriss. 211. a. 640. c
Æmulatio Naturam etiam vincit. 658. h.
Ænigmata Castanearum. 308. e
Ænigma Mali fructus in specie. 373. b.
Ænigmata Malorum Aureorum. 511. b.
Ænigmatica Monumenta aliquot. 214. e. f g. h.
Ænigmata Quercus. 211. a
Æquiuoca Castanearum. 297. a.
Æquiuoca Ficuum. 436. g.
Æquiuoca Malorum Aureorum 499. a.
Æquiuoca Pomorum in specie. 319. b.
Æquiuoca Pomi Granati. 580. f
Æquiuoca Pyrorum. 402. e.
Æquiuoca Quercus. 154. b.
Æquiuoca Sorborum. 622. f.
Æsculus, vel Esculus. 158. h. 159. a
Affectiones Fagi proximè Quercui. 240. g.
Affirmatio ante Numinum Aras facta inuiolabilis. 352. g.
Afflictio vehementiss. stuporem inducit. 576. e.
Αφοβία *hoc est intrepiditas vbi triumphet. 315. g.*
Agaricus. 152. f
Agdus Petra magna molis, ex qua Berecynthia. 610. g
Agnus subrumus. 463. d.
Agoranomi Athenienfium. 606. g.
Agricolas lædere ap. Indos olim Capitale. 190. e
Agri Cosentini fertilitas. 325. b.
Agrifolium Ilex Aculeata Baccifera. 265. b
Idem folio in superficie echinato. 265. b.
In frigidis crescit Regionibus. 268. g.
Eius Baccæ minimè colorantes. 268. g.
Est symbolum Academiæ Desiosorum. 272. f
Eiusdem radix mollit, discutit, resoluit. 280. b
Folia viridia suspensa mures arcent. 280. b
Agriomelis syluest. Pomorũ Mythicũ Poema. 633 a
Agrioraphanũ. 402. e. Alba Ficus fit ex Arb. 445 c
Alcides vt lupos abigat pinguia dona legit 61 c. h
Alcidis Statua symbolũ Acad. Bocch. arx. 523. d.
Aldenburgensiũ Quercus prona Pseudonuminibus sacra. 188. f.
S. Aldrobandus Episc. Forosempromensis. 639. c.
Alga, Annuli plumbei, serpentis Corta annuisum Malorum. 375. d. 588. f.
Alexãder Epiri Rex admonitus ab oraculo. 233. c.
Alexander Pomellus Medicus. 320. f.
Alexipharmaca Virtus fructus Fagi. 248. g. h.

Ale-

INDEX.

Alexipharmaca Ficuum virtus. 447.g
Alexiterici, & purgãtes, vt reddãtur fici. 456.e.f
Alexiteria Quercus. 177.d
Aliam Quercum excute, prou. 225.d
Aliena disciplina non est contemnenda. 337.d
Alieno manus abstineat. 338.e
Alimenta ex Pomis. 345.a
Aloysius Torellus Augustin. Magist. Prouincialis, 453.b
Alphabetum Hetruscum apocryphũ. 603.d. 604.e
Alphonsus Nouellaria Co. & Dominus. 453.g
Altitudo Roboris ad pracipitia. 185.a
Alucaria Ilignea. 280.e
Aluum laxiorem stringunt sorba. 629.b. & laxãt fici maturi. 447.a
Amamelides. 640.g. margin.
Amasycades sunt Mala, seu Pyra cum ficub. 436.h
Ambarualia, atq; Amburbalia festa. 348.b
Ambulon Scaligeri Sycomori species. 436.f
Amelanchier Gallorum 616.g. 640.f
Amenta. 153.d. Amentaceum castaniuũ. 297.d
Amici habeantur Domini amici. 338.e
Amitrothates Indorum Rex caricas magnifecit. 474.h
Ammonij Iouis Fanum in Africa. 186.e
Amor cæcus in foueam ducit. 569.c
Amores Acontij, & Cydippes. 352.f.g
Amoris Pomum, seu Malum insanum. 499.a
Ampelusia à Vitibus Fessanum Regnum. 565.a.b
Amygdalus Amica fici. 441.d
Amyntas de porcis nimium solicitus. 187. a
Anchimolus, & Moschus Philosophi Sycophagi. 446.f. 473.b
Andreas Cattaneus Pictor. 297.a
Andreas Marianus Phil. & Poeta Bonon. pluries citatus.
Andreas Naugerius. 234.g
Andreas Vulpartus Phil. & Med. Bonon. linguar. peritiss. 562.g
Angelicus Aprosius Vintimilia Augustin. literatiss. 563.d. 654.b. 632.f
Anguilla in Fici folio est spei elabentis symbolum. 460.f
Annosâ durior Quercu, prou. 225.a
Annus Glandosus annus cancerosus, prou. 226.h
Anscot lignum peregrinum vndulatum. 223.c
Antidotus Rabiei caninæ. 629.a
Antidotus Theopompi ex toto Citro. 508.g
Antipathia, & sympathia Sorbi notabilissima. 626.h
Antipestilens Quercus. 177.d
Antiphanes Comicus casu ex Pyro obijt in Chio. 412.f
Antiqua leges nouis meliores. 545.d
Antiquissimi Hetrusci Disci interpretatio. 601. 602.e.f
Antonius Muscettola Neapolit. literis, & sãguine nobiliss. 559.e. 654.f
Apes Quercum amant. 206.g
Apex in pileis Dialium Flaminum. 550.g
Apion fungi species. 402.e
Ἄπιος Satiua Pyrus. 402.e
Apis Numen antiquorum. 293.a
Appensa fici folia felicis itineris prasagiũ. 460.f
Appius ex Claudia Gente Appiana mala inuenit. 324.g
Apollo Lycius à Lupis. 208.f
Apollo Miliates à Malis. 321.a
Apollinei corui Ficus 461.b
Apollinis Phyllai fanum. 637.e
Apologi Quercuum. 128.e
Apologus de Coruo, & Vulpe. 229.b
Apologus de Pyro Vrbana, & syluestri. 421.b
Apophthegmata Ficuum. 464.f
Apophthegmata Pyrorum. 414.g
Aqua intra cauitates Fagi reperta ad scabiem efficax curandam. 248.h
Aqua ex floribus Pomorum cosmetica. 474.g
Aqua ex floribus, nec non toto citro Cosmetica. 508.g
Aqua ex Pomis dulcibus destillata cordialis, &c. 374.g
Aqua Quercuum destillata multis succurrit morbis. 177.d. 178.e
Aquila de Galba manibus in Quercum volans. 207.c
Ara Illustris Cõuallis Querceti Abraham. 203.d
Ara antiquorum Quercu coronata. 191.b
Aranea fœmina breuipes, nigra, viuipara. 218.e
Aranea gallarum Quercus net nocitura necem. 205.b
Aratra vt bona sint. 338.f
Arbor Aruorum robur, & decus. 151.c
Arbores, quibus leuis vmbra haud nocẽs. 620.h
Arborẽ Citri ab Austro iuuari quid signif. 524.e
Arbor Citri in fictili plantata hyeme custodienda quid denotet. 524.h
Arbor Citri onusta niue cadẽtibus folijs quid portendat. 531.b
Arbor Cydonis. 563.a
Arbor Ficus quam descriptionem habeat. 427.d
Arbor Ficulnea Generis humani symbolũ. 459.d
Arbor Fraxinea Malbaum Germanicè. 616.g.h
Arbor Glandes, & Poma simul ferens quid portẽdat. 335 e
Arbor Iouis. 153.b
Arbores, qua Pietate florere videntur. 339 a
Arbor Pomifera dignitatis statũ demõstrat. 335.b
Arbor Pomifera surculis paruis insita spem monstrat. 335. a
Arbor Pomifera fructibus onusta, cui folia etiam cadant. 335. a.b

Arbor

INDEX.

Arbor Pomifera sub quâ ludunt, & sagittant amores 334.f.
Arbor ità viridi crescit rore, vt Virtus ad liquidũ Æthera exurgit. 658.g.
Arcades Balanophagi. 183.a
Arcades in Proserpina Fannm punica non ferebant. 606.e.
Arcadia Quercus fructuosissima. 203.d
Arcas cũ Calisto matre Hamadryadi fauet. 230.e
Arcas Rex Nictimi filius. 183.b
Arcus eiaculatorÿ ex ligno Cerri. 261.a
Arena arida fructus collectos conseruat. 344.g.
Arescens vt Quercus Homo est. 202.h.
Argei, siue Argini folis Pyris victitabant. 345.a 408.e.
Argeutanginam pati. prou. 413.d
Aria scorpiosera Persidis Regio. 648.g.
Arietina cornua radicibus Ficus optimus sunt simus. 443. d
Armaria Theca ex Subere. 283. in fine.
Arrogans nemini amicus. 645.a
Arrogantia pro Sorbo sumi potest. 622.f
Ari infectoria. 182.h
Artaxerses Iunior Cyri frater Ficu delectabatur. 459.b
Artaxerses Mali Granati munus liberalissimè cõpensauit. 591.c.d
Artemones. 659.a
Asea ad Alpheum non procul à Lyceo monte. 643.b
Asperitas foliorum Ficus continentia fraenũ ostendit. 477.d.
Asperum Mali Punici putamen Sidion. 604.g.
Asportatio Ficuum ad exteros Atheuis vetita. 451.c.
Aspris Macedonum Cerrus. 253.d
Astorgy Pasellì Patritÿ Bonon. Leges Hortenses. 339 d
Athanasius Kirckerus è Soc. Iesu literatorum literatissimus. 560.e
Athena olim Graeca Gloria, Columen, Communis Ora. 641.d (629.a.b
Atrabilary Rabiei suspecti Sorbnm non tangant.
Atramentum sutorium ex Galla. 182.h
idem cum corticibus Granatorum. 605.a.b
Auarities sordida. 350.f
Anceps astutus moribus suspectus. 635.c.
Auctionem rei facit vendax Paterfamilias, non emax. 337.d
Aucupalis, vel Aucuparia Sorbus. 616.f.
Auguri Quercu coronato ab Hostibus parcebatur. 184.g
Augustinus Cultellinus Flor. I.C. eruditiss. 654.g
Augustus biferas Ficus expetebat. 473.c
A Villa procul non est abeundum Vilico. 337.c.
Auis Sorbiuora species in Limone monstrifico. 632.
Auius Nauius Simulacrũ ex ligno Ficus obtinuit 464.e
Aurantium Malum Citrio posterius cognitum Romae secundum aliquos. 519.d.
Aurantia Mala in lectis argenteis 524.e
Aurea mala Bonorum operum symbolum. 331.b
Aurantiolimonium partim Limon, partim Aurantium. 496.
Aurea Mala Hippomanes in Agro Cypri Damasaeo consita. 557 d
Aurita Quercus. 215.b
Aurum, & Argentum res inuidiosa, non sic Lignũ. 234.e
Auro solicito bibant superbi. 315.c.
Austrinos affectant flatus sola inter fructus Aurea Mala. 504.g
Austrini flatus fructibus valdè noxÿ. 406.e.
Autumnitas quas exigat operationes in Arborum agricultura. 338.g.
Auulsione melius quàm alio modo propagatur Punica Malus. 587.a.b
Auulsione aquè bene Sorbus propagatur ac semine. &c. 626.e
Azedarach Arabum Pseudosycomorus Matthioli. 436.g

B

Bacchi facies Ficulnea ap. Naxos. 451.a
Bacchus Ficuum repertor Ficubus coronatus. 449.a
Bagola alterum genus. 656.g (198.g
Bacillus Quernalis Imperÿ firmitatem refert.
Balani elixa vulgò Baloli. 295.b
Balanus à cadendo dicitur. 153.b
Balaustinus color. 578.e
Balaustium flos punica sylu. 579.
Balaustium siccum pulu. intertriginibus medetur, &c. 607.d
Balacrades pyrorum syluestriũ proiectores 403.a
Balsamicam vim obtinet Ficus. 448.g
Baltassar Bonifacius pluries memoratus; alter Ouidius in Poeticis. 573 a. 633.e
Baobab pro peri Alpini. 585.
Baptista Hispaniolus Carmelita Mant. 286.h
Barbati aquè ac Stolones Plantarum Cydoniae Arboris. 541.a
Barcinonenses nodosa quatuor ramalia Quernea pro Insigni gerunt. 208.h
Bard sylua prope Osmarsam 621.b
Bartholomeus Ambrosinus Vir doctissimus. 646. e
Bartolomeus Souerus Friburgẽsis Mathem. 285.c
Basis plurium medicamentorum est Malum Aureum. 509.g
Basysi bulbus saporis castaneae Ornithogalo affinis. 296.h
Baucis in Tiliam transformata. 229.d

Bea-

INDEX.

Beatitudinis symbolum Poma. 329.*b*
Beatrix Augusta Vxor Frid. Imperatoris. 468.*h*
Bebrycia, Pyrene Bebrycis filia. 642.*e*
Bellicæ Turres ambulatoriæ. 181.*e*
Bellum excitatum contrà Alex. Iannæum Regem Hebræorum occasione ramorum Citri. 519.*e*
Bellum formicarum in Agro Bononiensi. 462.*f*
Bellum inter Rheginos, & Tarnis. occasione fructuum Citri. 519.*c*
Benacum secus lacum Aurea Mala felicissimè crescunt. 495.*b.* 574.*g*
Beneficentiæ typus Quercus. 198.*e*
Benè moratus venter magna libertatis pars. 337.*e*
Bentiuoli Bononienses Nobilissimi tres glandes in altera frontium gentilitij scuti gerunt 209.*c*
Berlingerius Gypsus Phil. & Med. Coll. 498.
Bertrandus de Castaneto Cardinalis. 297.*a*
Bibitoria canalia Iliguea. 279.*b.e*
Bifera Ficus, trifera &c. 452.*g.* 453.*d*
Binæ, ternæquè castaneæ in vno echino, raro sola. 297.*b*
Bisaltia Ficus vere primo maturescentes fausta Philippo Macedoni. 470.*h*
Biscaya in Cantabria Quercum habet pro insigni. 208.*g*
Blandè carpendi sunt literarij fructus. 660.*b*
Boiorum antiquiores Herculi victori dicabant Quercus 184.*e*
Boletus Castaninus. 296.
Bombyces Antiochiæ folijs Ficus alebantur. 449.*d*
Bona plura esse quam mala. 231.*b*
Bona sæpe credimus esse mala. 232.*e*
Bonitas Castanini fructus insignis. 308.*h*
Bonus odor Pomorum Vitæ beatæ securitatem ostendit 371.*a*
Bormo lignum cameloti vndas ostendens. 223.*b*
Botanochirurgus. 168.*e*
Boues maxima diligentia curentur. 338.*f*
Bozzachioni *quid.* 154.*e*
D. Brigida Virginis Hibernæ contra immisericordem sententia. 550.*f*
Brumâ dum Luna diminuitur Arbores caduntur. 182.*e*
Brutia Tellus, & Campania felix feliciter recepe runt Aurea Mali. 495.*b*
Brutus Ficuum cum melle comester. 473.*c*
Bryon candidum Quercinum. 152.*f*
Ex quo puluis Cyprius ementitus. 216.*e*
Bubulcis aliquid indulgendum, vt libentius boues enutriant. 338.*f*

C

Cacochymiâ Arbor confirmata propinquat ad interitum. 157.*b*
Caaauer, & sepulcrum ænigmaticè idem. 214.*b*
Capas appetentes in Pulmoni[illegible] r- nati, & qui Ficus appet[illegible] d
Cæsar Zoppius Phil. Coll. M[illegible] I.V.D. 601.*d*
Cæci magis proficiunt in tenebris, [illegible] in luce. 278.*f*
Cachrydes emittit in summis ramis Sorbus. 626.*f*
Cachrys. 153.*d*
Cadunt pyra. prou. 414.*c*
Calabri Hortorum cultores, & pyrorum. 407.*a*
Calabri hospitis xenia. prou. 412.*b*
Calidis, & irriguis locis, & maritimis gaudet Aurei Mali Planta. 495.*a*
Calopodium. 291.*d*
Calyces, seù Cupulæ Cerri glandis Vallonia dicuntur pro infectoribus. 253.*d*
Calyces Glandium hispidos senticosos Vncialis latitudinis habet Cerrus. 254.*f*
Calyx fagina glandis scaber, hispidus, non tamen echinatus. 242.*f*
Campus Floræ. 351.*a*
Camister Panibus onustus ante sponsam domum viri petentem ferebatur. 183.*d*
Cannabis cultura Ænigmatica. 211.*c*
Canina rabies diu latet, vt Venerea lues. 629.*a*
Canis, & vulpes Sorborum auidissimi. 649.*b*
Caprificare alios. prou. 468.*b*
Caprificus ingentia marmora scindit. 476.*e*
Caprificus sibi inutilis alijs vtilis 478.*g.h*
Caprificus somniata mala portendit. 471.*a*
Caprificales dies. 450.*g*
Caprificatio post imbrem. 432.442.*e.* 455.*a*
Caprifici, syluestres seilicet Ficus Figura. 432.*e*
Caprificorum nigriores in petris nati, censes optimi. 432.
Capræ ab Agris surcularijs, & cultis arcendæ. 190.*e*
Caprarum morsus plantis lethalis. 190.*e*
Caput & collum Chamæleontis roboris ligno combustum imbres dicitur excitare. 235.*a*
Carbo Ilignicus. 280.*e*
Carbones Castanearum pro fabris ferrarijs optimi. 306.*h*
Carcer Tullianus. 156.*g*
Carere Ficubus magna infelicitas. 428.*g*
Cares Ficubus victitabant. 446.*f*
Carica musa. 465.*b.c*
Caricæ à Caria Regione dicuntur. 429.*a*
Caricæ cibus Regum, & Libamen dijs antiquitus 446.*g*
Caricæ pro noui anni felici auspicio Magistratibus offerebantur. 470.*g.h*
Carices Tericles ex Quernis radicibus. 182.*f*
Caricia familia Romana à Caricis. 437.*d*
Carina Quernea. 182.*e*
Carniuorus omnis si sit mensis in anno stirps qualibet ferret Glandes. 227.*a*

Car-

INDEX.

Carniolæ, Styria, Carinthiaq́ sylua, quæ Animalia alunt. 248. e

Carolus Antonius Manzinus Co. & Phil. Colleg. 376. g. 378. h. 379. a

Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ Inuict. 564. f 641. a

Carolus Turrius Mediolanen. vir doctiss. 563. d. 650. b

Caro Malorum munda, siccata, & elixa tempore caritatis Annonæ pinsitur in panes. 374. f

Carpophagorum splendida, sed non dispendiosa conuiuia. 316. e

Casa, Araq́ alta sepulcralis. 212. f

Casale Botanum Cremonen. Iurisdictio Marchionum Schinchinellorum. 562. h

Casaralsulanæ Nympha Bononien. 213. c. 640. e

Casta Generatio cum claritate. 420. e

Castanea Equina equis anhelosis succurrens. 297. c. 298. 299. 306. e

Castanearum æquiuoca. 295. c. Tribulus. Fungus Piscis. Color. 295. d.

Castanearum collectio. 303. b. Conseruatio. ibid. b. c. Cibarij vsus. ibid. c. d. Complexio ibid. d. Facultas crassa, & styptica. 304 e. Correctio cũ sacchero. ibid. e Coctio laudabilis. ibid. g. Moderata assumptio. ibid. f. Tertia in mensa vna cum caseo commendatio. ibid. g

Castanearum cultus. 302. h. Cum ad germinandũ pronus est fructus terra mandetur. 302. h. In fluuiali arena seruatur. 303. a. Aculeata pars illius in plantatione sursum spectet, non deorsum, vt in Nucibus, & Amygdalis. 302. h. Dodrãtalibus in sulcis, & pedalibus interuallis disponendus 302. b. Biennalis tantũ transfertur plãta. ibid. Propaginatur commodè ibid. sed in terra probata, satiata fimo. 303. a. vt pulcherrima euadat sæpius in seipsam inserenda est Arbor. 303. b.

Castanea loca natalia. 301. d. Apuliam ipsa dedignatur. 302. c. Ægrè viget Romæ. ibid. Algores, & æstus æquè reformidat. 301. d. Carbunculatis terris, tophacesq́ puluerib us felicitatur. 301. d. Conualles intra montium optimè succedit. ibid. Clinosis, & vmbrosis locis, sabulosoq́ solo perficitur. ibid. Durioris, aut asperi paupertem cœli respuit. ibid. nihil operatur in planis. ibid.

Castanearum medica virtus. 303. d. Elixa, dein siccata pectorales habẽtur, Ansari *dictæ.* 295. e. 304. g. *calida in primo gradu, parumq́ sicciores in maturitate. 303. d. frigida autem in primo gradu, & sicca in tertio immatura, & agrestes. 304. e. caput, & ventrem petunt. ibi. adstringunt validè. ib. g. flatulenta sunt. ib. h. Canis rabidi venena infirmãt, in pollinem redacta, & cũ melle Canum morsib. impos. ibi. b. 306. e. Discutiunt, & dysentericis medentur. 304. b Tunica fructus exiliori vulnera citissimè solidantur, & carne replentur 305. d. Decoctio bibita immodicas excretiones humorum quorumcunq́ curat. ibid. in electuario cum melle sputum sanguinis, & tussim compescit, ac sedat egregiè. 306. e*

Castanearum specifica differentia. 302. Allobrogica, & Aluernensis. ibid. Aquitanica ap Petragoricos. ibid. Bononiensis. ib. g. Coreliana in magna Græcia. ib e. Exoti a multiplex. 300. f. 301. a. b. c. d. Marina. 308. g. Maior, minor, siluestris 300. e. Meterana. 302. e. Mutinẽsis, Lucensisquè. ibid. g. Pilatina racemosa. 207. g. 301. d. Purgatiua. 306. f. Quadrifida duricortex Indica. 300. g Salariana popularis, & coctiua. 300. e Sinensis liquescens in ore. 297. c. Vueissemburgica. 302. f.

Castanea vsus. 303. d. Caro contra venenũ ephemeri 305. d. Cinis domesticis vsibus ineptus. 306 b. Cortex lixiuio euullitus flauas reddit capillos. 306. f. Cutis spadicea disrumpitur strepitosè in igne, nisi parum scindatur. 304. g. 312. h Pulpa intimior in emulsionem redacta est saluberrima. 305 d

Catulitio quid sit. 656. e

Caenginis Hiberni sancti Historia. 372. g.

Ceciderunt in Suum Pyra cocta palatum, prouer. 413. c.

Cedrinum Apollinis simulacrum Romæ. 234. c

Cedromeli Dioscoridis. 482. f

Cenchris. 152. f

Cenotaphium Romano more factum. 211. d

Centauri Populi fuerunt Pelij mõtis. & Ossa accola. 637. b ijdem crediti medij Homines, & medij Equi. 638 f. cum Ixione, & Lapithis certarunt. 638. f

Cereris vittas contingere. 420. e

Cerretani Hispaniæ Populi. 254. f

Cerri Historia. 253.

Cerri fructus monstrificus. 257. b

Cerri Glandes calicibus tecta ab oriente aduecta. 254. g Fungi 258.

Cerri medica virtus. 259. a

Cerro pinguescunt capra. 253. d

Cerrũ qui ponunt inter Vlmum, & Fraxinum errant. 254. b

Cerrus contẽplationem mysticè repræsentat. 262. e

Cerrus altissimè crescit. 254. g

Cerrus Antonius Montonensis Poeta. ibid. e

Cerrus duplex mas, & fæmina. ibid. g

Cerrus folia vulgaris habet Quercus ibid. f

Cerrus ab Haliplæo, & Suberis cortice differt. ibid. b

Cerrutus Antonius Nouariensis Poeta. ibid. e

Chamædrys Herba, Trissago, &c. 152. e

Chamæleon circa Caprificos ferus. 454. f

Cha-

INDEX.

Chamæsyce Herba. 436. *h*
Chaonis Arbor. 233. *b*
Charadryos auis Vpupæ similis. 157. *a*
Chartiatis meta qua. 352, *e*
Chelydrus serpens Quercu lus. 155. *b*. 207. *d*
Chesne *à quescendo*. 152. *h*
Chirothecarum odoramenta. 510. *g*
Chlamydata, & crepidata statua capitolij. 213. *c*
Chlamys coccinea. 270. *e*
Chloris pro Dea florum. 351. *a*
Chloris à Zephyro compressa. 351. *b*. *c*
Chrysippus Phil. & Philemon Poeta pra nimio risu causâ ficuum excitato mortui. 473. *d*
Chrysomeleidos fabula. 554. *e*
Chrysocome Nympha. 554. *h*
Cicadarum Apologus. 659. *d*
Cicero Oraculi Delphici falsitatẽ detexit. 233. *b*
Cidre *Potio apud Normandos ex Pomis*. 345. *d*
Ciliciū circa Salos iuxtà Amnem Pinarum Granata sine nucleis. 587. *b*
Cinis Fagi Vitraria conducit. 252. *h*
Cinis, vel Arena marina ad radices Mali Aurea pro medicamento ponenda. 516. *g*
Cinis Suberis cum axungia capi, vel oleo, &c. Hamorrhoidas & Gonorrhaam curat. 293. *b*
Circumspicienda ruri sunt omnia. 337. *d*
Cirenenses Ficubus recentibus coronati. 451. *b*
Citò plantato, & tardè adificato. 337. *d*
Citrago Herba. 499. *c*
Citrata vestes. 510. *e*. *f*
Citria Arbor Poeticè Adonidis ignis. 574. *h*
Citry Planta Aurantio delicatior. 495. *c*
Citriorum in Italiam è Medorum Regione asportatio. 574. *h*
Citrium Polyschematicum. 526.
Citrium Pyriforme. 528.
Citro-Aurantium. 498. 572. *f*
Ciuitas Bonon. Italia Regijs prarogatiuis decorata. 472. *h*
Ciuitas Bonon. Belgica ab Italis adificata. 472. *h*. 473. *a*
Claudius Minos. 204. *g*
Clito Mortis causa Punicum Malum. 590. *h*. 591. *a*.
Clodius Albinus vnico in prandio 500. *Ficus, & alia multa comedit*. 473. *e*
Cnipes, & Psenes Caprificorum insecta domesticos ficuum fructus, eos pungendo, maturant. 432. *e*. 454. *h*
Cocci Baphici nomina varia. 264. *e*. *g*
Cocci color ardens, & splendēs, rubicūdus. 270. *f*
Coccigera Arbor Hispanicè Corasca. 264. *f*
Cocci Ilicis sine pediculis vermiculati. 265. *a*
Coccus alio perfectior. 268. *f*
Coccus Iligneus vulneribus, & neruis pracisis vtilissimus. 280.
Coccus Italic. paruus, vel omninò ignotus. 268. *g*
Coccus Mercurij, & Mercimonij symbolum. 273. *c*
Coccus nobilissimus infectorius ex Ilice. 263.
Coccus optimus in Galatia, & Armenia. 268. *f*
Coccus Sardiniensis pessimus. *ibid*.
Coccus, vel Coccula Elephantina piscatorum 164. 165.
Cocci Quercini. 152. *e*. *Alicubi tanta bonitatis, vt pro coccis Ilicis vsurpentur*. 216. *f*
Coccus Mulieribus ad fœtus retentionem datur 280. *g*
Coccus Narbonensis, Hispanicus, Creticus. 268. *e*
Cochlea Machinamentaria. 659. *a*
Codimala Cretensium. 616. *g*
Codimalum gracè quid, & Cotoneū latinè sonat Cunnimalum. 548. *h*
Cœli sudor, syderumuè saliua quid. 448. *g*
Cœna complementum erant Mala. 325. *c*
Cogitationes inanes sepeliendæ. 204. *e*
Collectio Pyrorum pro conseruabilitate. 405. *b*
Colonia Romanorum Bononiensis. 472. *h*
Color Pomi color di fior di mela *vulgò*. 319. *b*
Columba auis Emblematica in Pomo gran. 603. *a*
Columba Delphica ad Apollinis Templum. 186. *e*
Commentum de Hortis Hesperidum ad Historiam relatum 520. *h*
Complurium Thriorum strepitum audire. prou. 466. *f*
Complauia ramorum nimia in Malo Punica pracidenda. 588. *f*
Condimentorum multorum capacia Pyra. 407. *d*
Condimentaria vtiliter Mala Aurea. 506. *f*. *g*. *h*. 507. *a*. *b*. *c*.
Confectio Alchermes. 264. *e*. 280. *g*
Confectiones ex cortice Mali Aurei cum saccharo. 508. *f*.
Constantius Imperator Mala semper aspernatus. 326. *c*. & 589. *d*
Considerati vētorum impetus fortissimam Quercum deÿcientes, non esse superbiendum docent. 203. *b*
Confusio Agathonia. 211. *d*
Confusi Herbarij in descriptione Fagi. 242. *b*.
Confusa plures à Botanicis Planta. 639. *d*
Consilium Platonis circa Numinū Statuas. 234. *e*
Consilia Quernea. prou. 224. *e*
Constrictiua, & stupefactiua quoque est vis Sorbi. 621. *b*
Contentio Poetica trium Pseudonumiuum. 612. *h* 613. *a*
Contraria Natura Ficus aliquot. 456. *g*
Corabi. 168. *e*
Corellus Eques Romanus. 303. *b*
Coracini Piscis in Arbore Fici suspensio plurimos illius Arboris sanat morbos. 443. *d*
Corinthus, aliàs Ephyre in Gracia. 641. *d*

cori-

INDEX.

Corium Mali Punici pro corijs concinnandis. 604.*g.*
Cornicapræ lignum, quo vtuntur Abacarij, est Terebinthus. 223.*e*
Corona ex Citro. 510.*f*
Corona Cinica. 190.*g*
Coronam Ciuicam assumenti Senatus Romanus assurgebat. 192.*f*
Coronæ Ficuum. 459.*a*
Corona ex folijs Ficuum in memoriam Sycæ Nymphæ à Baccho adamata. 460.*f*
Corona ex folijs Ficuum capiti antiquis solita superponi ad gestanda vasa Isidis, & Serapidis Græcè κρωβυλος, & Foliosopuluinari in formam coronæ confecto quo vtuntur nostri rustici ad gestandos congios, & alia vasa rusticana respondet, quod ipsi vocant Crollio.460.*g*
Corona ex Ficubus, & Rosis Cylista, seu Encylista ab antiquis dicta. ibid. f. g
Corona Malina. 325.*a*
Corona Pomosa. 319.*b*
Coronarum Quernea materies ampla. 205.*a*
Corona ex Quernis Glandibus in Athenensium Nuptijs. 192.*b*
Coronam Querneam alibi, quàm super caput gestare somnians, malum omen sibi pronunciat. 217.*a*
Cortex Arantiorum dulcoratur, conditur. 484.*b*
Cortices Aurei Mali puluerizati vermes enecant. 509.*a*
Corticis Aurei Mali oleum destillatum est cardiacum, & sudorificum in peste. 508.*f*
Cortices Faginei vasa ruralia optima componunt 252.*e*
Cortex Iligneus leuior, quàm Quercus. 265.*a*
Corticibus Ilicum nomina Nympharum, & suorum Numinum incidebant Antiqui. 278.*g*
Cortex Suberis carnosus, crassissimus, leuissimus, vitalitate quadam propriè gaudens. 281.*c*
Idem scaber, rimosus, spontè dehiscens. 281.*d*
Idem nec Nerueus; nec Membranaceus, in omnes dimensiones aequè sectilis. 281.*c.* 282.*f*
Idem primus ad obturamenta 2. ad Crepidas 3. ad Pateras. 182.*f*
Idem sanguinem sistit ex aqua calida potus. 293.*b*
Cortex Pomi Granati per antonomasiam Malicorium. 577.*d. exterior dicitur* Sidion, *interior subtilissimus* Cicus. 577.*e. durior constantiã denotat.* 598.*e*
Idẽ cortex Mali Punici ad colores facit. 604.*h*
Idem in Aceto decoctus cum galla vlcera sanat. 608.*e*
Idem in vino coctus perniones sanat. 607.*d*
Idem maceratus in aquis pro visceribus appropriatis omnes fluxiones in illis sistit, 608.*c*
Cotonaria Herba. 548.*e*
Cotonaster Frutex. ibid. f
Cotoneolæ Castellum. 560.*f. g*
Cotoneum Æmiliæ oppidum. 548.*e*
Cotoneum Laudensis Agri Castellum. 547.*d*
Cotoneum sponsionis maritalis erat Iuramentum 548.*h*
Cotonum à Cotoneorum malorum villis, pannus funebris. ibid. e
Crates Philosophus. 315.*c*
Cremona 287.*a. frumentifera dicta.* 562.*g*
Crepida suberata, à crepitando dicta. 291.*b*
Criminibus imminent pœna. 642.*g*
Crudi fructus nocent stomacho, maturi prosunt. 345.*a*
Cui iussus fiet auscultet Villicus. 338.*e*
Culices, & Psenes domesticarum Ficuum caprificulneis petores. 443 *a*
Culices volantes Quercuum. 217.*d*
Culpa cum Animam tentat, vita breuitas inspicienda. 552.*f*
Culticris vita dux Ficus. 444.*f.*
Cultura Aurearum Malorum. 504.*g. Cydoniorum.* 540.*h. Ficuum.* 441.*a. Castanearum.* 302.*h. Punicorum.* 587.*a. Pomorum in genere.* 344.*e. Pomorum in specie.* 374.*b. Pyrorum.* 403.*c. Quercus.* 161.*b. Sorbi.* 626.*c*
Cupidinea Cupedia. 580.*g*
Cupidines pomis rubentibus assimilati. 580.*g*
Cupidinis sectatores etiam ætate pleni puerascunt. 556.*f.*
Cupido Cacodæmon. ibid. h
Cura Deum, & sancta Quercus dicebatur. 234.*h*
Curæ sunt expectoranda. 339.*a*
Curatio Arborum morbosarum primò à Cœlo petenda, dein à Tellure, 257.*c. vltimò à medico Botanico ferri ope, ibid. vel emplastris, & lotionibus, ibid.*
Cur Ficus, & vuas simul comedere non debeamus 479 *d*
Cur Poma omnia fuis tententur vermibus. 328.*e*
Cur prius ab intimo maturescant Poma. 330.*e*
Currus Triumphales Quernei. 181.*c*
Curua Quercus nunquam recta. prou. 226.*e*
Cydippen Acontias malo venari contendit. 333.*a*
Cydon nomen proprium Viri. 248.*f*
Cydonia, seu Cotonea Mala. 535.*c. à Cotone, seu lana denominata. ib d. ex Creta Insula adducta, ib. nominibus alijs indigitata Caturniorũ, Cottoneorum. ibid. Cynodiorum Cedymalorũ Cydomalorum ib. quorum color, Fuluus, Lateus, Melinus.* 536.*e. Magnitudo ingens.* 535. *d. Caro aliquantum lignosa.* 544. *f. Quæ omnem in se suscipiunt ex insitione Arborem.* 541. *a. b. Virùm à nullo alio, nisi à se*

seipsis perficiuntur. 541. b. c. Surculis propria species prope terram inserendis. 541. c. d

Cydoniorum temperamentum frigidum in primo, & siccum in principio secundi gradus. 544. g. facultas adstrictoria. ibid. f. Tempus comedendi eadem post epulas ad corroborandum os superius ventriculi, quod infertur per accidens aperitur. ibid. g. eadem cæliacis, Dysentericis, & vomitionibus prauis sunt remedio. ibid. & insuper venena reddunt euanida. ibid. f

Cydoniis compositionis varij conficiendi modi. 543. c. 544. h. 553. a

Cydonia symbolicè significant vitandam superbiam. 549. a. illorum odor salutatorijs Ciuium cubiculis addebat gratiam. 553. b. & cum recta denotent coniugium. 549. a. Veneri Iuga dicata. 548. h. eorundem odor significabat sponsam debere esse pudicam. 549. a. nam sponsis dabatur. 548. g. & referebatur ad sponsam propriè, nam Cydonium, & mulieris sponsa eodem nomine in omnium antiquissima lingua Cuttæ dicebantur. 548. g. an lè fustus emblematicus celeste implorabat opem ad virtutes exercendas. 549.

Cynobalani Lunares Populi, Equobalani, Struthiobalani, Luciani deliria. 231. a

Cyprus Insula Aspelia quoque Plinio ex Xenagora lib. 5. c. 31. pag. 641. lit. a

Cyri sepultura in Horto campana Turri, & Sacello. 212. f

D

D*Actylos pro Ficis recipere. 468. f*

Dæmonum vana illusiones. 212. g

Dal nascer della Quercia al far la Gianda. *prouerb. Ital. 226. f*

Danista Dardanarij damnosissimi. 451. e

Daphnon. 637. d

Darius Rex tot Zopyros, idest amicos bonos desiderabat, quot acini in Pomo Granato. 590. f

Decimarum persolutio vndè inuecta. 331. e. d

Decoctum Castanearum integrarum. 305. d. Cerri contra venena. 248. g & ad vitalitatem roborandam. 259. a. Foliorum tenella Quercus ad dentium dolores. 177. c. Pomorum Aureorum, & Citriorum. 508. g

Deficiente imbre, tepore, & afflatu Poma ægrotant. 347. a

Decrepita Arbor præcipitanda. 347. d

Delicta pro noxâ vindicanda. 358. e

Delubrum fustis erat delibratus, idest decorticatus. 234. e

Delubrum Ammonis in Libyæ desertis. ibid. f

Descriptio Castaneæ. 297. b. Cerri. 254. f. Cydoniorum. 536. g. Fagi. 241. d. Fici. 427. 428. Ilicis. 264. h. Malorum Aureorum. 484. Malorum simpliciter. 360. e. Malorum Punicorũ. 577. d. Pyri. 380. g. Quercus. 158. e. Suberis. 281. e

Dementis est dolorem infelicium ridere. 569. b

Democritus Ficubus delectatus. 446. f. g

Dendrophlion Græcè Suber. 285. a

Denominata à Castaneis. 295. e. Cerro. 254. e. Fago. 241. b. Ficu. 437. 438. 439. 440. ab Ilice. 263. c. Malis Aureis. 499. Pomis 319. b. c. Pyris. 403. a. Quercu. 154. h. Sorbo. 622. g. h. Subere. 285. a

Dentiscalpia ex Fagineis oculis. 252. e

Dentes discretionis obstupefaciũt diuites. 625. d

Detractores, & Maligni omni priuati coronarum honore. 192. e

De Tribulis Ficus expectare. prou. 466. h

Detrudendi sunt è corpore humores rebelles, purgatione, non autem sanguis. 546. e.

Diacydonites, solutiua. 544. h 545. a

Diagoras Melius, siue Meliensis. 321. g

Difficillimum est virum dolosum cognoscere. 530. f

Dignitas, & Præstantia Quercus. 151. e

Dignoscitur Pomum ex eo reliquo, idest il Torso. *329. d*

Dij moderatos amant. 568. h

Diogenes ex infausta Ficu legens. 464. g

Dionysius Ioncquetus Botanicus doctiss. 640. f

Diospyros idest Iouis Nucleus. 617. d. Sorbi species. 617. 619.

Disciplinarum Hieroglyphicum est Pomum Granatum. 597. b

Discordia Veneris, Iunonis, & Mineruæ. 523. b

Discipulus Quercuum. 224. f

Distantia seruanda maior in plantatione fructiferarum Arborum. 344. f

Discussoriam vim habent Castaneæ. 304. h

Diuis pro copia supplicandum. 338. g

Diuide Ficus. prou. 467. c

Dodonia Quercus. 186. e

Dodonæ Responsa. 224. f

Dolas Quercuum. prou. 226. e

Dolia Quernea. 182. g

Dolus non successit. prou. 227. d

Dolum sibi construit improbitas. 233. a

Domestica Quercus plus durabilis, quàm pulcra 182. e

Domitianus Cæsar ob nimiam arrogantiam extinctus. 636. e

Dominicana Mali Aurei Arbor à D. Dominico plantata. 511. e

Donum breue forma. 162. h

Dorion Fructus Indicus. 582. e

Dormientibus somniata Glandes deciduæ, quid portendant. 217. a

Doro-

INDEX.

Dorothea, & Theophili miraculosa historia. 372.*e*
Draco custodiens Aurea Mala auaro comparatus. 523.*d.*
Draco SS. Greg XIII. 573.*d*
Drusus Pompeius Pyro suffocatus. 412.*f*
Druydæ, seu Druydarum Gallorum Sacerdotes. 157.*c. Ad Viscum clamabant.* 186.*f. in Lucis suis Mysterium Sanctissimæ Trinitatis nescientes adumbrabant.* 184.*f. Ramum visci Quercini pro insigni habuere.* 208.*h*
Dryas Rex Molossorum. 157.*c*
Drycarpi, Drypetes. 156.*b*
Dryinus serpens portentosus. 207.*c.* 152.*f*
Dryites lapis Quercualis. 157.*a*
Drymodis Arcadiæ Regio. 157.*b*
Δρυῶ *erumpo, pullulo.*
Dryocolaptis Picus Martius. 152.*f.* 157.*d*
Dryope Nympha. 157.*a.b*
Dryopeia festa Græcorum. 157.*b.* 234.*e*
Dryopes populi. 157.*b*
Dryophonon Olus sylucstre. 152.*e*
Dryopteris Quercina Filix. ibid. f
Drys Vrbs Thraciæ. 157.*b*
Drysus Vir Troianus. ibid. c
Drytomus lignicida. ibid. a
Drynsa Samos. 157.*b*
Dulcedinis Hieroglyphicum Ficus. 459 *a*
Dulce Pomum assatũ, coctumq́; in vino, facchoro conditum optimum est. 345 *b*
Dulcedo fructuum, & præcipuè vini Gallos in Italiam traxit. 472.*e*
Dulcia Naturæ amica. 476.*e*
Dulcia Mala exhilarant animum. 374.*e*
Dulcia satiant citius, quàm acria. 479.*a*
Dulciores fiunt fructus in fumo siccati, quàm in aere simpliciter. ibid. b
Dulcis sapor Pyrorum pro spei dulcedine. 416.*b*
Duodecim antiquorum ruralia Numina sex mares, & sex fœminæ. 349.*a*
Duo latrones ad bestias condemnati quomodo esu Mali Aurei venena belluarum passi non fuerint. 519.*c*
Duo tantum suprema Malorum Aureorum capita facit Renodæus. 483.*d*
Durior Sorbo. prou. 624.*f*
Durissima Sorbi materies serotinos fert fructus. 626.*e*
Durissimũ Ilicis lignũ, nõ nisi ferrâ secatur. 263.*c*
Durities corticis Ilicis vestium vanitatem in viro damnat. 269.*a*
Durities, & ariditas terræ Pyris minimè conducit. 403.*c*
Durum, & acerbum pomum quodnis tempore maturescit. 328.*g*
Dysenteriæ medetur Castanea. 304.*h*

E

Beuum ementitum. 216.*e*
Echinati calices integrè spinosi Castanearũ. 297.*b*
Echinos Castanearum timens tangere, & colligens solum detectas castaneas improuidus est.
Echinus Castaneæ, vulgò Sgargio, *quasi* Carduus. 295.*b*
Echo inter Ilices. 278.*g*
Ectypon A' [illegible]. 601.
Ede Ficos. prou. 488.*b*
Electuarium Diasorbis. 629.*c.d. Idem pro cœliacis, hæmoptoicis, & Gonorrhea lab.* 629.*d*
Eleusis Attica Ciuitas olim celeberrima totius Græciæ. 641.*d*
Elicofaber Heluetius Romæ commorans Gallobelgas in Italiam olim incitauit. 472.*f*
E ligno semper aliquid curui potest fieri. pr. 226.*e*
Elminthus Tineæ intestinalis Arborum Pomosarum. 347.*b*
Emblemata Arborum in vniuersali. 96.*g. Castaneæ.* 307.*a. Cerri.* 262.*f. Fagi.* 245.*b. Ficus.* 475.*c. Ilicis.* 270 *h. Malorum Aureorum.* 523. *b. Malorum Cotoneorum.* 548.*g. Pomorum in genere.* 334.*b. Pomi Granati.* 599.*b. Sorbi.* 630. *e. Suberis.* 285.*d*
Epitheta Arborum in vniuersali. 31.*a. Castanearum.* 311.*d. Cerri.* 259.*c. Fagi.* 243.*a. Ficus.* 457 *b. Ilicis.* 274.*e. Malorum in specie.* 372 *h Malorũ Aureorum.* 500.*e. Malorum Cotoneorũ.* 546.*f. Pomorum in genere.* 322.*e. Pomi Granati.* 591.*d. Pyri.* 414.*h. Quercus.* 193.*a. Sorbi.* 623.*a. Suberis.* 289.*a*
Ergatæ. 659.*a*
Erisichthon Thessalus. 213.*c. Impius in Cererem* 230 *g*
Errant pericula circa nos semper. 412.*e*
Error errorẽ sequitur, & absurdũ absurdũ. 348.*g*
Error magnus prouerbialiter dicitur Marone *apud nos Bononienses.* 308.*h*
Eruca supremas arboris partes occupans quid indicet. 205.*c*
Eruditiones à Græcis petendæ. 639.*b*
Esculus Arbor Ioui dicata ab Arcadibus. 185.*d*
Esculi cum Sambuco colloquium. 232.*g*
Esculus proceritate vincit Fagum, Glande verò vincitur à Fago. 240.*g*
Esculus sursum spectans honores præsagit. 217.*a*
Esse sub Ficu significat diuinum auxilium expectare. 459.*c*
Etymologiæ Arb. in vniuersali. 12.*f. Castaneæ.* 244.*g. Cerri.* 253.*c. Fagi.* 240 *g. Ficus* 128.*h. Ilicis.* 263.*c. Mal. Aureorũ.* 481.*c Malor. Cotoneorũ* 135.*c. Pomorũ in genere.* 317.*a. Pomorũ Gran.* 577.*c. Pyri.* 402.*e. Quercus.* 152.*h. Suberis.* 85.*a*
Eua Ficubus coronata. 449.*d.*

INDEX.

Euander Lupercalia instituit. 637. *a*
Excelsa sobrietas Arbores. 316. *e*
Ex Fago in Ionia saltibus nasci Betulam tradunt aliqui. 247. *c*
Ex moribus, non pulcritudine iudicandum. 553. *c*
Ex nimio obsequio morositas. 556. *f*
Exotica Castanearum. 298. 299. 300. 301. *a.b c.d. Fagi.* 242. *b. Ficus.* 434. 435. *Malorum in specie.* 369. *a. Malorum Aureorum.* 496. 498. *Cotoneorum.* 540. *e. Granatorum.* 586. *e. Sorbi.* 621. *d*
Ex Quercu nutritus, seu natus, prouerb. 224. *g*
Ex vulnere vigor. Hierogl. 288. *e*
Ezechias Rex Ficubus sanatus. 447. *b.* 475. *b.*

F

F*Abula Arborum in vniuersali.* 87. *c. Castanea.* 309. *a. Ficus.* 461. *b. Ilicis.* 277. *d. Malorum Aureorum.* 519. *d. Cotoneorum* 553. *d. Pomorum in genere.* 349. *d. Granatorum.* 609. *c. Pyrorum.* 421. *a. Quercuum.* 228. *f Sorbi.* 633. *a. Suberis.* 290. *g*
Facere Pyrum, prou. 414. *c*
Fagus à Φάγω, *quod est comedo.* 240. *g. Scissima latinè à scissione. ibid. Nominibus ideò varijs ditata.* 240. *b naturâ syluestri, montanâ.* 242. *e. Alternante fertilitatem. ibid. g. Ligno sub polo prope magnetem saxeam acquirente duritiem, & simul virtutem magneticam; cum Esculo malè confusa.* 240. *g. quamuis ad Querneam, vel roboream accedat naturam.* 241. *d Strigiliformes fungos edit.* 249. *c.* 250. *& Muscum Anteles dictum emittit.* 251. *cum folio nonsinuoso.* 241. *d.* 242. *f. populneo simili, celerrimè flauescente.* 241. *d. baccam viridem in medio sui persæpè ferente.* 242. *c. dissusoria virtute praedita.* 248. *b fructu hilari, praduleiq; diuite.* 240. *g. Arbor præcisa cum inscriptione* nos quoque floruimus *meditationem mortis reminisci nos iubet.* 245. *c. illius fructus sacra Scriptura fuit symbolum.* 244. *b.*
Fala. 156. *g*
Familia cum Arboribus, vel Arborum partibus in insigni, aut cum denominatione ab ijsdem, videlicet Agathonia antiquissima. 215. *a. Castanea.* 297. *a Castanea Genuensis.* 307. *a. Cerrea Ticinensis.* 254. *e. Cerronia Romana, ibid. Certania Bononiensis. ibidem. Foliana Regiensis.* 209. *b. Gebuilera Germana.* 210. *e. Ilicea.* 264. *g. De Monte Aretina.* 209. *c. Peretta.* 423. *a. Perusia.* 403. *a. Petra Mellaria.* 209. *c. Pyra.* 403. *b. Pyratia.* 403. *a. Rossi elcia.* 210. *g. De Ruuere.* 209. *a. Sfondrata. ibid. d. Sfortia.* 553. *c. Suberca.* 285. *b*
Familiæ plures cum Quercubus in Stemmate. 209. *d.* 210. *e*
Familiam exerceat Villicus. 338. *e*
Farina Castanearum cum melle aduersus sanguinis sputum. 306. *e. & rabidis morsibus imponitur.*
Farna. 159. *b*
Fauores Angelicii in Ephra 152. *g.*
Federicus Nomius Aretinus poeta. 654. *g*
Felix cui Animi virtus, & pulcritudo corporis inest. 635. *d*
Ficardus Io. Francofurtensis. 438. *e*
Ficarolum Villa quadam. ibid.
Ficatio in mento. 439. *a*
Ficedula. 439. *c*
Ficeta Ficaria. 437. *b*
Ficheides Poematium. 462. *g*
Fici Encomium. 473. *a*
Ficiformis fungus. 440. *e. g.*
Ficilia. 437. *g*
Ficinus Ficinus, & Marsilius Ficinus Pater, & Filius. 437. *d*
Fici solem orientem amant. 441. *b. & medicè accliues colles. ibid. d. & feruida loca.* 442. *f.*
Ficitores. 437. *b*
Ficosa vlcera. 438. *b*
Ficosus pro scommate. ibid. f
Fictilia vasa ex Rhenana terra Bonon. 495. *d.* 505. *b*
Fictiones in seminibus Malorum Aureorum pro effigiandis pomis venturis. 505. *d.*
Ficueroa Familia in Hispania, ex qua magnus Gomezius Suarezius Feriensiu, &c. Dux 438. *e*
Ficulnea. 437. *b*
Ficulnensis via Roma. ibid. c
Ficum facere est irridere, conuiciari. 438. *b.* 439. *a.* 468. *g*
Ficus, & Vua Fructuum edendorum nobilissimi. 428. *f*
Ficus Historia. 427. *c. Figura, & forma Pomorum. ibid. d. ad pediculum pyramidalis.* 428. *e. varietates multa.* 429. *d.* 430. *e. f g. h.* 431. *a. b. c. d. Auibus etiam grata poma.* 467. *d. esitata copiosius sudorem tetrum efficiunt.* 473. *b. laduntq; vocem.* 480. *e. viridia extinguunt sitim, excitant sicca.* 479. *c. Nocte melius quàm interdiu maturescunt. ibid. & supra folia, non infrà apparent.* 471. *b. Arbor est eximia fœcunditatis.* 452. *g. citò senescens.* 428. *f. at atibus diuisa.* 442. *g. fumo acerrimo.* 467. *c. foliorum visiginea circumscriptione, aspera tamen substantia.* 428. *e*

Ficus

Ficus Ægyptia satua. 429.c.462.g. 463.a
Ficus Cypria. 436.e.
Ficus Doctoris. 456. b.457.a
Ficus Pharaonis. 429.c
Ficus fulminum hostis. 451.b.455.b
Fcut Indica cum flore, & fructu. 434.
Ficus infernalis, species papaueris. 440.e
Ficus morbus. 438.f
Ficus Piscis. 438.g
Ficus oporinus est. 446.e
Ficus pumila 429.d.442.e
Ficus Romula, Ruminalis. 437.b.470.e
Ficus sicca carica dicuntur. 442.f
Ficus virgato fructu. 433.
Ficuum medica virtus. Cum Malicorio pterigia sanat. 447. b. *Crematorum cinis perniones eliminat. ibid. Folia Strumas, Lichenas, & Alopecias curant. ibid. Aqua cum sinapi surditates superat. ibid. cum nucibus sanitatem conseruat.* 444 f.446.e
Ficuum morbi, Abortus, Aula, Cochlea, Contractio, Cradicatio, Impetigo, Podagra tophacea, Tabes, Vlcera, &c. 443.b
Ficuum significationes Symbolicæ. Mysticaq́. Arbores repentinè cadentes alicuius minantur interitum. 474.g *Ficulnei Homines.* 465.d *Ficulna Mandronis Nauis. ibid Ficus à vento agitata.* 477.d. *Arbor amarissima, & dulcissima simul.* 480.g. *Elegantioris vitæ magistra.* 444.f. *Infructuosa maledicta.* 459.c. 477.c *In Lauro prodigiosè enata.* 470.e. *In praruptis montibus plantata.* 460.b. *Inter duos tumulos posita.* 460.g *Mel vitæ.* 445.a *Propè serpentem picta.* 460.b. *Sanitatis Thesaurus.* 445.a. *Virtutum fomes. ibid. Folia ampla Charitatis mandatum latum designans* 476.f. *Folia colligere est parare instrumentum ad varios vsus.* 460.e.f. *Folia non decidua in Agro Elephantino, & in Peru.* 474 f.g. *Folio Ficulneo anguillam tenere.* 466.e. *Foliorum asperitas pœnitentiā demōstrat.* 460.b *Fructu pastum esse.* 465.c.
Fructus cadere in os comedentis. 466.b
Fructus in summis exquiri Ramis. 469. a
Fructus Sacram Scripturam repræsentant. 478.e
Fructus siccos alteri donare. 460.e
Fissio radicum Pomorum facit ad retentionem Fructuum. 377.d
Fistulas suas Fagis suspendebant antiqui pastores. 247.b
Flamen Floralis. 351.c
Flauiana Quercus. 198.b
Flora Virgo cum sorore Lucilla Martyres. 351.d
Flora Meretricis Historia. 350.b
Floralia antiquorum. 381.b.349.a
Flores Arborum quarundam in terram decussi animantur. 188.g
Flores Cydoniorum pro mulieribus venustandis. 545.b
Flores Ilicis inutiles. 264.a
Flores Mali Punici Hernias curant. 607.c
Iidem sanguinis signaturam ostendunt. ibid.
Floris figura Granatorum Calathiformis. 578.e
Flos Pomi Granati Cytinus. 577.d *Syluestris olim Balaustium.* 578. e. *Nunc Orientalis. ibid.*
Fœcunditas, & prolificatio Quercuum. 162.g
Fœnum, & stramenta arida recondenda. 338.g
Fœtus Arborei tenelli quid mysticè significent. 411.a
Fax vini radicibus Pyrorum pro medela est affundenda. 406.f
Folia ampla, serrata, transuersim venosa, & rugosa habent Castanea. 297.b
Folia Ilicis tusa tumores œdematosos reprimunt. 280.f
Folia, & rami Pyrorum adstrictiua sunt facultatis. 408.a
Folia Mali Punicæ cum oleo rosaceo contusa, & fronti applicata dolorem capitis sedant. 607.c
Folia Quercuum somniata in terrā deiecta quid significent. 217.a
Folio perpetuo viret Ilex aculeata. 264.b
Foliorum Aurei Mali decoctū in oleo vermes, & cimices enecat. 510.b
Folijs Limonum alicubi vtuntur pro aromatibus 510.g
Folium Citri schyphoide. 513.
Folium Sorbi Fraxineum alatum, vel Plataninum. 615.c
Foliorum casus quid moraliter significent. 203.c
Fons in Lycæo Arcadia Monte relatus ad Istrum. 235.b
Forma, & Descriptio Castaneæ. 297.b. *Fagi.* 241. d. *Ilicis.* 264. b. *Suberis.* 281.c
Formicarum insolentes species cum suis Myrmecijs. 217.d
Formica Poma infestantes. 347.b
Formicarum pratum in Agro Bonon. 407.g
Formicarū Senecta, siuè exuuia, & Chrysalida. 218.e
Formosi sunt Quernei fructus. 162.g
Formosi viri tanquam nobilissimi habiti. 571.d
Fortis vt Arbor, prou. 203.a
Fortitudo duplex. 201.d
Fortunatarum Insularum Citria. 512.f
Forum vitare, & superba ciuium potentiorum limina. 339.c
Fotio ex Pyris durities mollit. 408.b
Fragmē Pomi Granati rediuiuam modestiam indicat. 597.d

Franciscus Marinus Caracciolus Abellinatum Princeps. 654.f
Franciscus Natalis Phil. Coll. 601.d
Franciscus Redus Archiater Seren. Floren. 654.g
Frater fratris necem vlciscitur. 645.b
Fratres Aruales apud gentiles. 184.h
Fraxino Sorbus amicissima. 627.a
Fricata poma citra contusionem in penarÿs diu seruantur. 330.g
Fridericus Oenobarbus Mediolanensium Hostis crudelissimus. 466.h
Fructus à Frumine dictus, vel à fruendo. 337.a
Fructus absque seminibus vt in arboribus fiant. 336.f.g
Fructus Malorum Aureorum toto anno in Arbore permanentium Sanctitatis sunt typus. 531 a
Fructus copiosi somniati lucrorum spem nunciāt 217.a
Fructus dulcis ad nascendum positus degenerat. 330.h
Fructuum furtum semel damnosus, Ramorū perpetuus. 344.e
Fructus Ilicis diuitias mūdi repræsentat. 269.a
Fructus Illegitimi Quercuum. 163.
Fructus in Arbore sublimiores sunt Idea boni viri. 332.g
Fructus Indicus spiralis totus cortex. 288.g
Fructus inutiles acerbi, superbos, & auaros ostendunt. 332.f
Fructus Mali Punici tot granis coopertis humilitatem tegit. 598.e
Fructus Nicaragae, Cholagodis, Hispanus, viridis, purgatiuus. 306.e
Fructus Pomorū in venditione agri considerantur 337.b
Fructus ratio est esse ad edendum paratum. ibid.
Fructus Arb. Sapientiæ cibus est amicitiæ. 345.a
Fructus Sorbi assimilatur luteo oui. 616.e
Fructuum collectio fiat Luna plena, seminibusque maturis, & separabilibus. 344.g
Fructuum pro animalibus immolatio. 349.b
Fructuum prosperitati noceni compluuia, & umbra 347.b
Fugax pulchritudo. 520.e
Fugienda sunt anxietates. 339.b
Fulgentius Arminius Augustinianus Eloquentia monstrum. 654.f
Fullonicæ Arti optimè inseruiunt Cupulæ Cerri. 261.d
Fuluius Magnanus Philos. & Theolog. Colleg. 601.d
Fumus ardens Ligni Punicæ Arboris Culices necat. 589.b
Fumus Fungorum Sorbi contra pestem efficacissimus. 627.b. 629.d
Fungus Anguinus. 170.
Fungus Boletus Quercinus. 181.b
Fungus Castanites. 295.d
Fungus cum quo Pyrum coquatur tutissimus. 408.g
Fungus Caliciformis. 171.3.
Fungus Chermesinus pulcherrimus. 168.h. 169.
Fungus Cochlearius multiplex. 169.
Fungus Coloratus deleterius. 172. *Diglotis.* 171.
Fungus Effigies brutorum præseferens. 175.
Fungus Escarius. 168.g. 169.
Fūgus Gallipes. 170. *Geminatus, Ornatus.* 171.d
Fungus Lingua canis. 172.
Fungus Orcella. ibid.
Fungus Pezites. 171.4.5.
Fungus Populneus Cristatus, nouissima obseruatio anni 1667 facta Bononiæ cum hæc Tabula cuderetur, quam, quià valdè notabilem, superius apponere libuit in fine superioris Indicis, explicādam postea cū Arbore propria suo tēpore, &c.
Fungus Quercinus Muscicida. 166.g
Fungus spathulam referens. 177.c.7.
Fungus Tricornis. 174.
Fungus Ventilabrum referens. 173.
Furtī casis Arborib. Domino competit actio. 189.a

G

Galba Esculi Vermiculus. 167.d
Galeotus de Gnidottis Eques, & Poeta Italus anni 1200.
Galla Constantini Imperatoris. 184.b
Galla aculeata, siue armata. 222.h
Galla Hemeadis. 216.g
Galla leuior. prou. 286.e
Galla monstrosa. 221.d
Galla morbus equorum. 158.e.f
Galla Patritia Romana. 158.e
Galla pro fabula. 157.d
Galla Tribuloides.
Galla vermem gignit auguralem. 205.e
Gallare, bacchari, insanire. 158.a
Gallulæ foliaceæ Quercus inutiles omnino Hominem bullam ostendunt. 198.f
Galericulata, Angulares, Pileiformes, Veretriformes, Alba, Nigra, Flaua, &c. Gallæ. 154.e. 165.b.d. 166.e
Gallinaceos amātibus Ticū nè ferito. prou. 467.d
Gallobelga olim Barbari, & efferi vltra modum. 472.f
Gaspar Bombacius Historicus, & Poeta Bononiensis. 56>.g
Gemael *vocant Germani nuptam.* 549.a
Gemmiuoracis, & Chrysophagi fabula. 610.b.&c.
Generalis Pomorum fructificatio. 317.a. 318.f
Genera Castanearum. 300.e *Ficuum.* 429. d. *Pyrorum.* 382.f

INDEX.

Georgius Remus. 211. *b*
Ghisy Robur in Stemmatis quadripartito campo bis erexere. 209. *b*
Gilnus, & Glaucus Mali Aurantij color quid significet. 530. *g. h*
Glabrities Glandis cum scabritie Calicis Virum spiritualiter viuentem designat. 203. *d*
Glandes Americanæ. 154. *e.* 159. *c*
Glandes Castaneolæ dictæ. 153. *b*
Glandes multarum Gentium opes. 180. *e*
Glandibus plura nutriuntur Animalia, Pica Glãdaria, Gallinaceum genus, Glires, Sciuri, Sues, Thynnus piscis, & alia multa. 180. *f*
Glandibus Querneis diu victitarunt Homines. 183. *a*
Glandium Suberearum farina contra Napellum valet. 293. *e. & cum axungia vlcera maligna sanat. ibid.*
Glandula Castanina. 296.
Glans Bobus nocet. 162. *e.* 180. *h*
Glans Cerri Suibus solidum prabet nutrimentũ. 259. *a.* 261. *d.* 262. *e*
Glans emunctoria animalium. 154. *h*
Glans Fagi triangula renum analoga. 241. *d*
Glans Iberica inter bellaria non ignobilis. 179. *d*
Glans Ilicis Acyla dicta. 264. *e*
Glans eadem Quernea minor. 265. *a*
Glans Iouis quæ. 155. *a*
Glans Medica. 154. *h*
Glans Militaris. ibid.
Glans Sardiana. 294. *g*
Glans Suberis calyce echinato. 281. *d*
Glans Suum propria, & peculiaris. 162. *f*
Glans Virginianorum panem, & potum prabens. 154. *f.* 159. *c*
Glans Vnguentaria. 155. *a*
Gloria Plantarum Ficus. 427. *e*
Gordianus Iunior Imperator Pomis valdè delectatus. 326. *e*
Grana sementica Pyrorum Pneumonica sunt, sed Lithiasi contrariantur. 409. *a*
Grana Ilicis nobilissima sũt Quisquilia, seu Cusculia. 264. *e*
Granarolum Villa Bononiensis Agri. 581. *d*
Granata Familia. 581. *c*
Granata Gemma. 580. *g*
Granata Regnum. 581. *a*
Granata tormentum bellicum. 581. *c*
Grandiuscula tantũ vult trãsferri Sorbus 626. *e*
Grossi sunt ficus immaturi. 459. *d*
Guanabani Fructus. 582.
Guanabani Planta. 583. 584.
Gulielmus Focus Reuerendissimus Inquisitor Bononiæ. 453. *c*
Gulielmi à Quercu Funus. 228. *h*
Gustabilium simulata species. 357. *a*
Gutturi, atque Thoraci Ficus sunt Analogici. 447. *a. b*
Gymnasiarcharum mos in annua studiorũ instaurratione à tempore Caroli Magni citrà. 186. *f*
Gymnosophista. 318. *b. Pomorum esum valdè probarunt.* 325. *d.* 326. *e.* 345. *a*

H

H*Ædinam pellem cortex interior Pyri amulatus.* 404. *f*
Hæreditates opulentæ lacrymas abstergunt. 228. *b*
Haliphlæa Quercus. 153. *e.* 159. *a*
Hamadryas Cajaraltulana Bonon. 211. *e*
Hamamelis angustior Athenai. 619.
Hastas abycere est causa diffidere. 226. *g*
Hastula Boaria 659. *b*
Hastula Faginea superstitiosa penes nonnullos. 247. *b*
Hebrais in ferijs tabernaculorum inseruinere Mala Aurea. 510. *e*
Hecatis statua Quercu coronata. 234. *h*
Hector, & Aiax dona sibi inuicem exitialia dedere. 231. *b*
Heil *Teutonicum Quercus Nomen salutem importans.* 153. *a*
Hellebori albi succo deleterio venatores inficiunt sagittas. 544. *f*
Heluola Fungi. 166. *f*
Hepar Quercinum Fungus. 166. *f*
Hercy porta pendula, seu Cataarrhacta, Saracinesche *vulgò.* 181. *d*
Hercynia sylua in Baconim, Semanam, Marzianam, Gabretam, & Boemiticam diuisa. 187. *d* 223. *h*
Hercules Ant. Cupellinus Phil. & I. V. D. Iulij Cupellini nepos, &c. 654 *h*
Hercules Butrigarius Nob. Bonon. Eques eruditione clarus. 221. *a*
Hercules Hesperidum Hortos quomodo indagauerit. 520. *f. g*
Hercules in Italiã Aurea Mala introduxit. 495. *a*
Hercules Μῆλων à Malis dictus. 317. *c.* 349. *b*
Herculi Pomum sacrificabatur. 326. *g*
Herculis tres præcipuè Virtutes Morales. 331. *d* 332. *e* (*f*
Herculi Trinoctio trina dicabatur Quercus. 184.
Hermes Moresus. 660. *h*
Hermetem lac, & mel Querneum conciliare solent. ibid.
Hesiodi Quercus Apes vbertim alebat. 204. *e*
Hesperidum fabula ad historiam redacta 326. *h* 517. *c.* 518. *e. f. g. h.* 519. *a. b.* 574. *f*
Hesperidum Mala, prou. 328. *f*
Hesperidum nomina. 521. *a*

Hetru-

Hetruſcorum lingua ab antiquo perijt. 603. *d*
Hetruſcarum literarum vmbratilis coniectura. ibid.
Hexaclinon Menſa ſex pedum, ſiuè ſexangula. 501. *b*
Hic Ficus cupit. prou. 466. *h*
Hieroglyphica Cerri. 262. *f. Fici.* 459. *b. Ilicis.* 270. *h. Malorum in Genere.* 332. *h. Malorum Aureorum.* 530. *g. Cotoneorum.* 548. *g. Granatorum.* 597. *g. Quercus.* 197. *d. Suberis.* 289. *a*
Hilaritas ſaluberrima quæ. 316. *e*
Hippomenes Melauyon. 321. *a*
Hipponax apud Athenæum Ficum nigram vitis ſororem dicebat. 463. *c*
Hiſpani olim ex carne Cydoniorum, & melle malinas placẽtas celeberrimas conficiebãt. 553. *a*
Hiſtorica Caſtanea. 311. *c. Fici.* 471. *d. Malorũ Aureorum.* 517. *g. Cotoneorum.* 552. *g. Pyrorum.* 406. *g. Granatorum.* 590. *c. Quercus.* 183. *a*
Hiſtoriarum Mythologicarum dapſilis facta lautitie Sorbus. 633. *a*
Homines è Quercubus natos fabulata eſt Antiquitas. 229. *a*
Hominibus gregarijs fungus eſt alimentũ. 247. *d*
Hominis pulchri, liberalis, amabilis ſymbolum Quercus. 198. *f*
Horti Abderitæ. 318. *b*
Horti Academi Athenarum. ibid.
Horti Senecæ. 319. *a*
Hortus Eden. 318. *g. b*
Hoſpitandum rarò. 337. *c*
Humana excrementa pro fimo Malis applicata rubicondos fructus faciunt. 375. *a*
Humanam Hoſtiam Ficubus verberatam inhumanè ſacrificabant antiqui. 451. *a.*
Humore acido, albo ſcribens quomodo literæ degrantur. 330. *b*
Hyberna ad calceamenta Suber. 291. *a*
Hyberno latiſſima puluere farra. 227. *a*
Hydropicos ſuccus Cerri, cum vino, & Iunipero ſanat. 259. *b*
Hyellæ Lucus. 234. *b*
Hyphear Arcadibus. 154. *f*
Hyſginum Plinij. 264. *f*

I

ICon Ægyptia cum Antijs ad frontem, &c. ex Suberis ligno. 293. *a*
Icon Lucinæ Quernea. 234. *e*
Idumæa ficus à Deo maledicta Populum Hebræum repræſentat. 459. *c*
Ieiunus nemo Pyra comedat. 408. *e*
Iera Syce locus Athenis, vbi primò reperta eſt Ficus. 458. *f*
Igne, non aquâ cõplanatur Suberis Cortex. 291. *a*
Igniirian Fici Pomum vocabant Athenienſes. 436. *b*
Ilex aculeata baccifera. 265. *b*
Ilex aculeatis folijs ſerratis. 264. *e*
Ilex adſtringendi vim delicatam obtinet. 280. *b*
Ilex adultioribus, & elatioribus in ramis ſpinas amittit. 264. *h*
Ilex Aquifolia producens grana ex Myſia. 267.
Ilex ardens, & non comburens. 269. *b*
Ilex ciuilium, & Obſidionalium coronarum materies. 268. *g*
Ilex Coccigera Glandifera ex Cephalenia. 266.
Ilex Cocci Glandifera ſpinoſa. 265. *b*
Ilex decurtata criſpatur in Ligno. 265. *a*
Ilex fæmina maior non Coccigera. 268. *g*
Ilex Hiſpanica. 265. *d*
Ilex Monſpelienſis Garanotij Luci. ibid.
Ilex Narbonenſis. ibid.
Ilex non aculeata folio rotundo, molli, modicè ſinuato. 265. *b*
Ilex propter nimiam duritiem diſrupta ciuilis ſeditionis eſt ſymbolum. 273. *b*
Ilex quaternis fructibus fœcunda. 264. *h*
Ilex Religionis ſymbolum. 373. *c*
Ilex tonſa bipenni. 273. *a*
Ilex variè ludens in folijs. 265. *b*
Ilicetum Baladonis ſuperſtitioſum. 278. *f*
Ilices tres Tiburtinæ vetuſtiſſimæ. 268. *b*
Ilicibus Glandes, Pomo ſunt poma decori. prou. 329. *c*
Ilicis fructus diuitias Mũdi omnes referũt. 269. *a*
Ilicis lignum in aqua fermè lapideſcẽ, &c. ibid.
Ilicis Nomina, & Etymon. 263. *c*
Ilicis radices profundæ quid ſignificent. 269. *a*
Ilicis vetuſtas inſuperabilis. 263. *c*
Iligneum mentiuntur Lignum alijs lignis Arcuarij. 216. *f*
Ilignis ſertis vtentes antiqui credebant à Nymphis protegi. 278. *b*
Ilithyia parturiẽtium apud Ethnicos Dea. 263. *c*
Illum periſſe putãdum eſt, cui pudor perijt. 570. *f*
Imbecillas Arbores à valentioribus opprimi non ſinendum. 337. *c*
Imbrem poſt Autumni ſerito. 338. *g*
Imbricandis intus ędibus bonum eſt Suber. 291. *b*
Immaturæ caſtaneæ, & crudæ impunè mandi non poſſunt. 305 *a*
Immerſabilis vndis abaptiſtos Arbor eſt Suber. 285. *f*
Immota Quercus ſemper manens. Embl. 197. *d*
Imparium comparatio. prou. Caſtaneis corylos æquas. 308. *g*
Impendentia Arboris in vicinum agrum per 15. à terra pedes coercenda. 189. *b*
Imperatorium fulmen contra Pueros nobilium à literis abhorrentes. 186. *g*
Implacida Quercus, & Agria. 153. *c*

Im-

INDEX.

Impostura ex Quercu. 215.d
Inarculum erat virga Mali Puniçę. 590.g.h.596. h.597.a
Incidebantur in Fagis superstitiosi amores antiquitus. 247.a
Inculpatam vitam innuit Cerrus. 262.g
Indefinita ætas symbolicè ostenditur per Quercum. 199.d
Indica Ficus pompam, & superbiam symbolicè refert. 549.a
Indecidua Ficubus, & Vitibus folia ad Insulam Elephantinem. 454.g
Indigesto cauendum à fimo. 347.b
Indignatis suis Dys offerebant Ficus antiqui. 450.h
In Ficu floris quoddam rudimētū apparet. 471.b
In fortissimam Quercum credebatur euasurus, & in tenerrimum coaluit vimen. prou. 225.b
Ingenio non dentibus libanda literaria Poma 660.h
Ingratitudinem rusticis sylua exprobrat. 231.b
Iniussu Domini credat nemini Villicus. 338.e
In Robore accumbere. prou. 227.b
Insania flos Iracundiæ. 556.h
In satione semper sperandum. 337.e
Insectorum Animalium in genere Pater est Auster, Mater Humiditas putredinosa. 221.d
Insectorū animaliū transmutationes miræ. 218.e
Insecta animalia plura ex herbis, floribus, fructibus, &c. nascuntur. 656.e.f.g.h
Inseri potest Sorbus in Cydonium, & Oxyacanthā. 626.g
Inseritur Castanea in seipsa, Salice, Nuce, Quercu, Fago. 303.b
Inseritur Punica Malus diuerso modo, ac aliæ plāta. 587.c
Insignia ex Castanea. 307.a. *Aureo malo.* 530.g. *Cotoneo.* 552.g. *Granato.* 581.c.d. *Quercu.* 208.g
Insipida Poma nullius vtilitatis. 374.e
Insita fructuum optimarum conditionum cum salubritate quæstum Domino faciunt. 344.g
Insitio Castaneæ difficilis. 303.a. *quæ mense Martio fieri debet, aut cortice, aut inoculat.* 303.b
Insitio Cotoneorum. 540.h
Insitio Ficuum omni tempore fieri potest. 441.c
Insitio Ficus fieri potest super Morum, & Platanum. 441.c
Insitio Mali Arboris in Pyrum aut Cotoneū facta Melimela profert. 375.a
Insitionis operatio manus exigit fortunatas. 344.f
Insitionum tempora sint temperata. 344.g
Insitio tum fissa, tum ocularis in aurei Mali plantâ quomodo fiat. 505.b
Insolentis altitudinis Ficus in India. 456.g
Insomnia Ficuum. 470.e. *Pomorum in genere* 354.e. *Pyrorum.* 421.a. *Quercuum.* 216.h
Insula Martiniana præ cæteris Americæ locis Aurea Mala absque vllo cultoris labore profert. 504.g
Insulæ orientaliores meridianis in oris Aurea Mala copiosissimè gignunt. 495.b.c
Instrumenta volutabilia ex Ilice. 279.b
Inter pocula Philosophandum. 316.e
Inter solitudines Cor audit, & loquitur. 244.g
Intractabilis Sorborū Sapor quid significet. 625.e
Inuenire Sorbum acerbum prou. 624.f
Inuisibilis flos Ficuum. 428.e. *Innumerabiliaq; illius granula ipsum mysteriosum declarant.* 427.d
In virium defectu audacia laudata. 604.f
Inuentum Cereris Frumento maius Fici. 444.h
Io. Aloysius Piccinardus Poeta suauissimus. 228.g 563.d.654.g.
Io. Ant. Victorius I.V.D. Archipresb. &c. 650.e
Io. Carolus Co. Moranáus Bern. fil. Plac. Genuæ ortundus Poeta insignis. 563.d
Io. Dom. Cassinus Astronomus præclariss. 220.h
Io. Franc. Bonomus eruditiss. 562.g.654.g
Ioan. Turrini Vir scientiss. 212.e
Iones in defectione à Romanis faginâ glande se diu nutriuere. 248.e
Ioseph Baptista Poeta melicus admirabiliss. 559.e.572.g.654.f
Ioseph Patriarcha Hebræus. 269.c
Ioseph Quercetanus Medicochymicus. 155.c
Iouis Glans Castanea. 294.g
Iouis Simulacrum ex ligno Vitis. 234.e
Ips, Ipes. 168.f
Isaias Prophe. sub Quercu Rogel sepultus. 185.a
Italia Quernæ frondi similis. 194.g 560 e
Ithobalus Astartis Sacerdos Regicida. 285.b
Iugera consita felici manu. 316.f
Iuglandem senescentem putarunt aliqui mutari in Quercum. 207.a
Iuglandis folio Castaneæ folium quadantenus simile. 297.b
Iuli ex multis pediculis rotundi in Fago. 242.e
Iulianus Imperator Ficos valdè laudabat. 428.f
Iulius Cæsar expugnatis Mytilenis Ciuicam Coronam assumpsit. 192.g
Iuli, Erucæ, Tabani, Serpentes, &c. morbosè infestantes Quercum. 167.c
Iumenta, quæ Ficus ferunt recentes bulimia corripiuntur. 454.f
Iuno Caprotina. 450.f
Iunonis Simulacri in manu Malum punicū. 606.e
Iupiter Aerius, sceptrifer, fæcundus. 603.a
Iupiter Hercæus. 181.d
Iupiter Milichius. 206.g
Iustus Riquius Belga Humaniorum Literarum

quo-

quondam professor in Archigymnasio Bonon. 228.

Iuuenta symbolum audacis, &c. est Sorbus. 630.*e*

K

Kermes granum tinctorium. 264*f*

L

Labia Sponsæ coccinea vittæ cōparata. 269.*d*
Labia frusto panis obturanda, non Ficu. prou. 469.*c*
Lac Ficuum cum Axungia verrucas tollit. 447.*c*
Coagulat lac Animalium. 477.*b.* 445.*b*
Dentibus excauatis prodest. 447.*c*
Fallaciam rerum humanarum significat. ibidem. *a*
Lac Diuinæ Bonitatis refert. 452.*b*
Rumina Dea olim dicatum. 447.*b*
Menstrua ciet, & morsibus animalium venenosis prodest. 448.*e*
Lac sugere verecundantur grandiores. 228.*g.* 447.*c*
Lacedæmonij liberum Patrem Sycitem vocabant. 451.*a*
Lacerta Chalcidica in Agro Bonon. nata. 657.*e*
Lacha Arabum eandem Græcorum. 280.*e*
Lacha Pigmentaria ex Cocco. ibid.
Lacrymantia, & Gummosa fructeta. 347.*c*
Lacrymarum pœnitentis hominis aqua è Citro destillata est Hieroglyphicum. 531.*c*
Lactis Insula Galateæ sacra. 290.*g*
Lætitiam faciunt Cydonia. 544.*e*
Lam, & Lem quid significent. Item Mal, & Mael. 317.*d*
Lambrecchie *Italicè quid?* 186.*b*
Laminas in tenues Ilex secatur. 219.*b*
Lancinus Curtius. 469.*b*
Lanugo Cydoniorum carbunculos sanat. 545.*b*
Lanugo Cydoniorum mansuetudinis typus 550.*g*
Laphria festa Græcorum Patrensium. 349.*a.b*
Lapidea Poma vegetali non carent prærogatiua. 355.*b*
Lapidea securis. 645.*d.* 646.*e*
Lapides, claui, &c. remedia morbosarum Arborū Granatorum. 588.*g*
Lapis Staurophorus. 657.*d.*
Lapidosa terra, lapidosa fert Pyra. 404.*g*
Lapis Amygdalites, Cydonites, Persicites, Castanites, &c. 355.*b*
Lapis fœderis sub Quercu Iosue. 204.*g*
Lapis Lyncurius Fungi genus, &c. 440.*f*
Laricum Agaricum simulatum. 216.*e*
Latebra multa in oratione, vt in Malo Punico. 580.*f*
Laudandi veteres, sed nostro more viuendum. 604.*g*
Laudes Pomorum. 515.*d*
Laus Pompeia. 563.*c.d*
Laurentius Crassus Neapolitanus doctissimus vir. 559.*c.* 654.*f*
Laurentius Legatus Cremonensis Poeta eximius. 553. 633. *&c.*
Lauro admista Quercus tutissimam custodiam præfiguras. 199.*b*
Lectica Iliginea, & Lectuli. 279.*b*
Legalia Ficus. 451.*c.* *Pomorum in genere.* 337.*a.* *Quercus.* 188.*b.* *Sorbi.* 621.*a*
Legendorum fructuum debita tempora. 190.*f*
Leges Hortenses variæ Antuerpiana. 342. 343. *Bononienses Carmelitica.* 342.*g.* *Pesellia.* 339 *d.* 340.*e.* *Rosciæ.* 341.*c.d.* 342.*e.* *Sanctoustoriana.* 342.*f.* *Vizania.* 340.*f.g.b.* 341.*a.* *Vratislauienses.* 343.*c.d*
Leges 12. tabularum vetabant proximitatem Ficus Agro vicini per 9. pedes. 452.*e*
Leges nil faciunt vbi sola pecunia regnat. 203.*a*
Lemma super castaneam. intus, vt foris. 307.*c*
Lendes generat Ficus copiosè comestus. 447.*d*
Leontii, & Harmonilli fabula. 521.*b.c.d.* 522.*e.*
Lepori esurienti etiam placenta loco Ficuum prou. 469.*a*
Leporis Marini venenum oppugnat Pomum Granatum. 589.*b*
Leucana Castanea à loco Ida Montis. 295.*a.*
Leucena Castanea ex vrbe antiqua Salentinorum Leuca. 302.*f*
Leuconoicus Quercina racemifera florens. 222.*e*
Lex de fructibus pendentibus. 452.*f*
Lex in Esculeto lata. 190.*e*
Lex Licinia. ibid.
Lex veritatis inuentio est. 188.*b*
Libā possunt etiam dici edulia Castaneata. 305.*c*
Liber, id est vinum cū Ficis in prima mēsa. 449.*a*
Liberalitatis specimen est Pomum Granatum. 577.*c*
Liberalium Artium Parens Bononia. 562.*f*
Libido occupatissima. 645.*b*
Library antiqui assulis Fagineis cooperiebāt, seu maniebant extrinsecus libros. 252.*f*
Lichen Arboreus, seu impetigo morbus. 176. 177.*a*
Ligna docent in syluis. 244.*g*
Ligni Ficulnei fumo fontes necabantur. 449.*c*
Ligno Ficus veretrum confectum græcè φαλλοι in pompa Liberi Bacchi. ibid.r
Lignosa tubercula in ramis Suberis. 282.*e*
Lignum Castaneæ robustum, nec facile putrescibile. 297.*b.* *vtilissimum ad subgrundia, & ad Vasa Vinaria,* 306.*g.* *ex quorū vetustioribus pulueriratis nuperrimus impostor emētitus est piper, modicū istius Aromatis admiscens. Aptum ad pedamenta vinearum. ibid.b.* & *quia incur-*

curuatur,& ponderat ædificijs inutile est.ibid. h. hoc tamen habet valdè admirabile, vt antequam disrumpatur, aut frangatur strepitosè crepitet, veluti moneat. ibid.
Lignum Cerri ad manubria,& alia instrumenta fabrefacienda vtilissimum. 261.d.ad cyathos anticomitiales.ibid.a. carbones optimos dat. ibid. d.
Lignum Fagi pro Fabris Arcarijs accommodatissimum. 252.f. transuersosq; ostendit pectines venosos. 242.e. ad Pocula tornanda. 252.g. Testudines musicas ibid.
Lignum Ficus coctiles reddit carnes. 449.e.455.d.456.e. Fungosam,albam,mollem,carnosam, tenacem habet substantiam. 428.e. Nerueam promouet validitatem. 452. h. Scutis idoneum. 449.c. Thecis funerum Ægyptiorum condendorum vsu receptū.ibid.d. Ficus Ægyptia siccum descendit in aqua, viride verò resurgit. 477. c. vt exiccetur demergi, & vt viride maneat suspendi debet in aere.455.g
Lignum Ilicis durum, spissum ossis in modum. 265.a.machinamentarys vtilissimum.279.b
Lignum Pomi varijs virtutibus exornatum.332 e.eius soliditas constantiam demonstrat.371.c
Lignum Pyri durissimum,leuigabile,ad discos,atque tabellas fabrefaciendas vtilissimum. 409. e.ad coronamenta,atque opera dolata,& scalpta opportunum.ibid. carnem habet homogeneam.ibid.eius cinis contra Fungorum strangulatum efficax.408.h
Lignum Quercus in militaribus vtilissimum. 181. c. in machinamentarijs fortissimum. ibid.d. Nautica præcipuum. ibid. 182. e. Mensis rusticis, atque sedilibus proportionatum,ibid.e.f. Dolys durabilissimum.ibid.g
Lignum Sorbi Balsamicum.627.a. Pneumaticum.629.d.Vulnerarium,ibid.
Ligonem Ligonem, Ficum Ficum dic:prou.ibid.b
Limites non eliminandi. 337.e
Limon equiuocè pratum significat.499.c.Fructus Alios includens.530.e. Aspermos.493. Bellua rapacis effigie. 534. b. Chirodes. 514. Crocodiliformis.534.h.Cuspidatus.492.Cylindrites.514.Digitatus.527. Dulcicortex, Melopeponites.491.494. Orchites.514. Peristerocephalos.515.Prosopatos.ibid. Rotundus figura Mali Aurantij.491.
Limoncellum Neapolitanum. 490.
Limon, & Gryneus oppida ad Lacum Benacum. 575.a.c
Limonia Nympha.499.c
Limonis folium Dicephalon. 513.
Limonis nomen transuersum significat, & lene. 482.g
Limonium Herba.499.c
Linozostes.638.
Lippitudo quædam Mali Aureæ.516.e
Lippitudinis in hominibus præseruatiuum Malum Granatum. 589.b
Liquamen de Pyris castimoniale.408.e.409.a
Litera Hetrusca Romanis vetustis ruatores. 603.d
Litibus inter familiares omnino supersedendum. 338.e
Litoschemata Pomorum.357.358.
Lixinium circa truncum Mali Punicæ fructuositatem iuuat. 588.h
Locus apertissimus, terraq; latior fructibus plantandis conducunt. 344.f
Longæua sunt Aurei Mali Planta. 495.c
Longæuitatē in Hominibus Ficus adiuuat.447.a
Lopima Castanea. 294 g
Lotio Planta Mali Aurei cum tota illius aqua destillata, & cum oleo eiusdem inunctio mira facit in Planta. 516.f
Lotorium vnguentum ex oleo,&c.cur non maculet,sed emaculet. 424.h
Lotus Arbor, & Quercus amica. 206.e
Lotus syluestris. 616.g
Lucina Feronia Iuno Ioui Mineruam enitenti obstetricans.263.c.603.b.
Lucius Agatho Priscus.211.b.639.d.640.e
Lucius VitelliusCauniam Ficum Romam è Syriâ tulit.470.g
Lucretius Physicus, & Poeta. 316.f
Lucus Dianæ Fagineus. 241.b
Lucus Martis Fagutalis. ibid.
Lucus non viduatus ab Æuo. 184.g
Lucus oppidum. 30.c.560.g
Lucus Plutonis supra Megaram. 278.f
Ludicra Aurei Pomi.519.d.520.Castanea 309.a Cotonei Mali. 553 d. Fici. 461.b. Granati Pomi.609.c. Ilicis. 277.d. Pomorum in Genere. 349.d. Pyri. 421.a. Quercus. 228.f. Sorbi.633.a.Suberis.290 g
Ludouicus Boncompagnus Virdunensis Austrasius eruditissimus. 562.g.638.g
Luperci Panos erant Sacerdotes nudi. 636.f
Lupinorum aqua ad fœcunditatem Pomorum facit. 336.f
Lupus, & Picus sub eodem cælo libenter versantur. 207.b
Luxuriosi suibus comparati. 647.d
Lycastus, & Parrhasius Arcades. 229.a
Lychnuchi, seù Lychni Lucernarum Arbores amulati. 327.b
Lympha cum bono euentu morbos Arborum curat 347.a
Lympha frigens post Ficum. 448.g
Lynceus per Quercum truncum videns. 187.b
Lyrarum capita Ilignea. 279.b

Ma-

INDEX.

M

Machina Veterinaria Roboreis ex assibus. 182.b
Macocquuer Virginiensium, seu Tamaraca Brasiliensium. 370.
Magnanimi, & generosi nomen acquirit, qui minores non despicit.
Magna, & condensa Quercus Iustitiam Diuinā esse timendam docet Absalonis exemplo. 203.d
Maior sæpe impenditur cura in brutis educandis, quàm filijs. 474.e
Maiores Castaneæ, Maroni vulgò cæteris meliores. 295.b. 303.d
Mal in prima Mundi lingua significat conuiuium 549.a
Mala græcè à μῆλω, quod est euro. 317.c
Mala æquiuocæ faciei humanæ pars est oculas inter, nasum, & os. 319.d
Mala Labra quoque dicuntur. ibid.
Mala puellarum mammæ. ibid.
Mala in specie descripta. &c. 359.c
Secundum varias Patrias variè denominata, vt Amerina, Aquileiensia, Camerina, Corinthiaca, Corcyræa, siuè Phæacia, Daca, Delphica, Gallica, Graecula, Laconica, Mordia, Pelusiana 325.a
Mala varijs à Geoponicis, iuxta propria nomina appellata, nempè Claudiana, Cestiana, Maniliana, Matiana, Quiriana, Sceptiana. 324.b
Mala Calimana. 418.
Mala acetosa frigidum, & subtile dāt alimentum 374.e
Mala æstiua, seù præcocia. 416.
Mala ambesa à Chariclea Diniæ missa. 333.b
Mala angulosa, & subrotunda. 364.
Mala Aurantia alata. 476.
Mala Aurantia, Arantiam Familiam, & Monterentiam Bonon denominarunt. 499. d
Aurantia Chinensia. 489.
Aurantia Citrata. 407.
Aurantia ex 8. 9. 10. nucleis constātia. 488
Aurantia Segmentata, & Sulcata cum appendicibus. 487.
Aurantia sine semine. 488.
Mala Aurea, siue Medica. 481.c. Persica etiam dicta. 500.g
Alexipharmaca antipyretica, &c. 506.e
In sublimi posita sunt tāquā n propitiatorium. 523.c
Per se non comestibilia. 506.f
Mala de coronatis Bacchi temporibus excerpta. 333.b
Cum melle pro dulciarijs. 325.d
Cibis de facili iunguntur alijs. 574.f
Cocta cor iuuant ibidem. e
Mala Cydonia. 538. & 539.
Alexipharmacorum amant societatem. 551.d
Valenter aduersantur venenis. ibid.
Virum perfectum designant. 550. h
Mala dulcia odora in hyeme sunt multorum morborum medela. 374.f
Mala Francisca. 418.
Mala Globosa, Rotunda. 372.h. Pulcra, Venusta, Elegantia, Polita, Ornata. Speciosa, Lasciua, Grauia, Redolentia, &c. Fragrantia, Bacchica, Purpurea. 373.b.d
Mala in amæno loco posita cum auibus accinentibus somniata prosperitatem præsagiūt. 354.g. & multam Venerem. ibid.f
Lasciuia Hieroglyphicum. 333.a
Aliqua Musabò vulgò dicta. 364.
Nana albicantia. 363.
Orbiculata Epirotica, Rosea. 365.
Paradisi similia. 368.
Præcocia prosperitates Hieroglyphicum. 333.c
Sanguinea. 424.
Malè vtentes diuitijs Ficui assimilantur in loco inaccesso fructificanti. 476.g.h
Mala Punica Africæ Regionem referunt. 597.a.
Eadem Probitatis simulatorem. 596.b
Ex sanguineis Dionysij guttis orta quando credita. 596.b
In manu Iunonis populorum regentiam indicant. ibid.
In Tunica Sacerdotis populos significant. ib.g
Malaciam mulierum curant. 607.b
Maledicū Ignauum, ignarum, iure eijciendum. 337.d
Mali Arboris Cortex, & Vmbra Humilitatem, & bonum exemplum ostendunt: 371.d
Mali fructus Cutis sicca, Medulla frigida, Semen calidum. 508.f
Malis Nympha. 321.d
Mali Granati Arbor varijs modis vtilissima. 598 f.g.h
Mali Arboris magnitudinem superat Ilex. 264.b
Mali nomine per Antonomasiam intelligitur Cydonium. 548.b
Mali Præsides sunt scelerum magistri. 630.h
Mali Punici Arboris exacta descriptio. 578.e
Malitiem sanat vera Doctrina, 602.h
Malo Medico fructui Media est Patria, Medicaquè virtus prærogatiua. 482.c.d
Malo Medico, ignaro scilicet Artis Medicæ quid acciderit. 522.e
Mallei maiores Lignei Iligni. 229.b
Malorum Aureorum facies simillima Lauro. 484.f
Malorum Aureorum fructus maturi ante mensem octauum non colligendi. 517.a.b
Malorum Nimbus facilis est. prou. 328.f

Ma-

INDEX.

Malorum ramusculus inter virum, & uxorem quid denotet. 481.*d.* 508.*f*
Malum Æruginosum duplex. 368.
Malum Aureum integrum, scilicet tota Planta cõposita est temperiei. 508.*f*
Malum Aureum vitalitatis corculum. 481.*e*
Malum Carcapuli congener. 529.
Malum Citri Hendecaspermon. 525.
Malum Citri Nothum. ibid.
Malum Gemellum, 364. 376.*e.*
Malum Granatum denotat concordiam. 596.*g*
Malum Granatum Marinum Zoophyton. 581.
Malum Granatum Pini clauo transfixum correctionem figurat. 597. *d*
Malum Granatum sacra Scriptura symbolum. 598 *h.* 599.*a*
Malum pro Persico, & à Persico dignoscere. 596.*g*
Malum Semidiaphanum. 378.*e.* 379.*a*
Malum sydereatum. 376. *b*
Malum Veneri sacrum. 319. *b*
Malum Punicum, gracè Poia. 578.*g*
Idem quod Granatum. 577.*e*
Humani ingenij Hieroglyphicum. 602.*g*
Politicè consideratum. 590. *b*
Præstat nominis felicitate. ibid.
Significatorum feracissimum. 602.*f.g*
Symbolum est amicitia cum Myrto. 596.*f*
Vocatum à Puniceo colore. 578.*e*
Varijs à locis variè diuersificatum. 587.*b*
Vim habet diureticam. 607. *d*
Malum Punicum Vicus Romæ dictus in Regione Alta Semita. 58 . .*d*
Malus Arbor Citri Malo insita mala semper proferet. 375.*a*
Malus Arbor, seù Pomus Melo *vulgò.* 359.*e*
Malus Arbor Nanis. 319. *g*
Malus Arbor nodos habet belluinis faciebus similes. 360.*e*
Malus, & Olea, Apologus. 350.*e*
Malus in Malis amor. 555. *d*
Malus Medica Romæ portentosa. 511.*e.d.*
Mammarum durities molliunt Castanea, 305.*a*
Manfredus Septala Canonicus Mediolanensis vir ingeniosissimus. 563. *d*
Mansueta Quercus fructus edules sunt. 153. *b*
Manteca. 510. *g*
Marcus Coriolanus Ciuica corona donatus, vt & alij multi. 192.*f*
Maritimus vsus Suberis præcipuus. 291. *d*
Martio, & Septembri mense circumfodienda Arbores. 303.*a*
Martis machinamenta, vt plurimum Quernea. 181.*e*
Marmora scindit Caprificus. 428.*f*
Mas, & fœmina Quercus. 158.*e*
Massa ferri facilius fertur, quàm imprudens fatuus, & impius. 410.*g*
Matallum Italorum. 616.*g*
Materia prima ænigmatica. 211.*e*
Materia Sanctissima Crucis quanam fuerit. 152.*g*
Materies Cerri tignaria ad opera ferè inutilis. 253.*e*
Materies notissima Fagi. 240.*g*
Maura Hortus ingeniosè effictus. 568.*e. Idem ac Hortus Hesperidum. ibid.*
Medi Septentrionales solis Pomis victitantes. 345.*a*
Medicamentum non vulgare Ficus. 444.*g*
Medicina est adiectio, & ablatio. 517.*b*
Medicinalia supposita malè seruata. 216 *f*
Medicinales vsus Castanea. 303. *d. Cerri.* 259.*a. Cotonei.* 544.*e. Fagi.* 248. *g. Ficus.* 447. *b. Granati.* 607.*e. Ilicis.* 280.*e. Malorum Aureorum.* 507. *d. Pomorum in genere.* 346.*e. Pyri.* 408 *b. Quercus.* 177. *b. Sorbi.* 628.*b Suberis.* 291.*a*
Mediterranearum opulentissima Ciuitatum Bononia. 562.*f*
Medulla, seu nucleus albus Castanea. 297.*b*
Megareus Apollinis filius. 641. *d*
Melandrya. 153.*e.* 216.*b.*
Melanthus, quasi Flos Mali. 321. *d*
Melaphori. 320.*g.* 326.*f*
Melaria oppidum. 321. *d*
Melena, Melica Ficus. 428. *b*
Melicus Vicus Acarnania. 321.*e*
Melicus Poeta Ioseph Baptista. 286.*f* 559.*e.* 560.*e* 565.*f. b*
Mely Populi Thessaliæ. 321.*e*
Melimela Athenarum. 346.*f*
Melina terra. 321.*e*
Melina vestes. 320. *g*
Melis Regio. 321. *d*
Melitenses Populi Attica sacra Pomis Herculi facientes. 317.*e*
Melitis Gemma. 321. *a*
Melos Insula Aegai maris. 321.*e*
Melos Oppidum in Hispania. 321. *d*
Melos Vox, Cantus. 321.*e*
Melus Mantus. 321. *d*
Mella ex Quercu. 152.*e.* 166. *e.* 181. *b*
Melle, & Felle fœcundissimus Amor. 530.*g*
Mellea sunt Mala mille expugnantia mala. 346.*e*
Melliflua debet esse Poesis. 192. *e*
Mellitum ex Ficubus 448.*g*
Membranacea pellis Glandis. 158.*f*
Mendacis dura lingua Præmia. 233.*a*
Mendacitate verum designant fabula. 349.*e*
Mensa munera secunda sunt Vua, & Castanea tosta. 302.*e*

Nnn Men-

INDEX.

Mentiendi virginitatem meretricibus fructus quidam Indicus praestat modum. 288.b
Mercurio sacer intelligebatur Ficus integer ab Arbore cadens. 463.d
Mercurio sacra faciebant Antiqui Ficu, & Melle. 451.a.b
Mercurius cogitabundus. 603.c
Mercurius, & Hercules discordes. 660.f.g
Metachrostica fabulosi Eromeli ad somnificam Aurei Mali plantam proportio. 557.b
Metamorphoses varias patitur Quercus. 188.g
Metaurum flumen. 649.g
Michael Bonnicinus S. Theol. Doctor Collegiatus, & Politioris literaturae in Archigymnasio Bononiensi Professor. 562.g
S. Michael in Nemore apud nos verus Hercules caelestis. 184.f
Milesum nuncupatum à Malis. 326.h
Μῆλον *oculoram procidentiam significat.* 319.c
Miliaria, Frumenta, Pediculi, in fructu Ficus idem sunt. 429.b.
Milo proprijs nimium cõfisus viribus perijt. 187.a
Milo Punicum Malum illaesum proprijs retinuit manibus contra vim maximam extrahentem. 590.g
Mimae in theatro ludorum Florae nudabantur. 351.d
Minerua, hoc est mentis conceptus integrè nascitur. 603.g
Minerua singulis annis corona Quernea offerebatur. 191.a
Minor Ilex vnico arborescit caudice, sed saepius fruticat. 265.a
Mirabilia Cotoneorum. 551.d. *Ficus.* 454.f. *Malorum in specie.* 372.e. *Pomorum in Genere.* 336.e *Quercus.* 187.c
Mitis Arbor Pomorum clementiam Principis indicat. 371.c
Mitius cum fama defunctorum agendum. 352.c
Mina Cydoniorum. 544.b
Mycalessia Cereris Templum. 353.d
Myrmidones Populi ex formicis. 462.c
Mnesitheus Medicus à Galeno commendatus. 479.d
Modestia res pulchra. 192.c
Molendini Machina lignea ex Quercubus. 189.c
Mollissima, & asperrima simul Amasia. 211.c
Monacho stultior. prou. 468.g
Monachus Centaurus. 638.c
Mons Ilicinus. 264.c
Mons Lycaeus. 636.b
Mons Querquetulanus. 155.b
Monstrosa Malorum Aureorum. 511.d. *Malorum in specie.* 376.e. *Pomi Granati.* 613.b. *Pyri.* 421.d. *Sorbi.* 631.a
Hîc obiter monere possumus Lectorem nos plura Herbarũ monstra obseruasse à nemine hucusque tacta, quae, Deo iuuante, si vita superrerit, in proprio volumine edendo distinctim, & fusè ponemus, quorũ aliquot in musaeo publico super tabulas ligneas extensa agglutinata, atq; fortius confixa locauimus, vt Betae caulem Arboreę ferè crassitudinis, & altitudinis; Echiũ scorpioide ingentis herbaceae molis, & latitudinis, &c.
Montanorum hominũ luxuriosa rusticitas. 270.b
Montosa Ilex. 268.e
Monumentum ambagibus plenum. 211.d
Moralia, Mystica Castaneae. 312.f
Cerri. 262.f. *Cotonei.* 550.g. *Fagi.* 244.g. *Fici.* 477.a. *Granati.* 597.b. *Ilicis.* 269.a. *Malorum Aureorum.* 523.b. *Malorum in specie.* 371.a. *Pomorum in genere.* 331.c. *Eorum moralitates.* 349.c. *Pyri.* 409.d. *Quercus.* 203.a *Sorbi.* 624.b. *Suberis.* 289.a
Mora rubent. 218.h
Moralia Physicis praeceptis vtilissimè miscẽtur. 657.d
Morapora Pyrus ex Moro. 404.e
Morbi, Remedia Cerri. 256.b. *Cotonei.* 542.e. *Fagi.* 249.b. *Ficus.* 442.b. *Granatorum.* 588.c. *Malorum Aureorum.* 116.e. *Pomorum in Genere* 347.a. *Pyri.* 405.d. *Quercus.* 167.c
Mors, Diabolus, atque Sepulcrum in sacris paginis identificantur. 214.g
Mors omni aetati communis, Apologus. 349.d
Mortem denunciauit olim Ficus. 470.g
Mortis consideratio ex Arborum arescentia. 202.f
Morum institutrix Bononia. 562.f
Mucilago seminum Cydoniorum. 545.b
Mulierculae doctae in Botanicis est audiẽda. 348.e
Multi Thersites, & Nerei nascentes, quid denuncient. 514.f
Mundum elementarem repraesentat Quercus Aenigmatica. 215.c
Munit pro cortice Virtus. prou. 287.a
Murium Turma ad Fagos conuolare dicuntur. 247.f
Murtatum farcimen Mortadella *Bononiae.* 180.g
Musaeum Cospianum. 293.a
Musca magna Sorbea. prou. 604.g
Muscae cuncta infestantes bella ostendunt. 205.b
Muscodora, seu Musca Moscata. 654. 656. f.g.h
Muscosus Pannus Cerri 259.b
Muscus capillaris morbosus Fagi Antelos dictus. 249.c
Muscus Quercinus cosmeticae inseruiens, atque sanitati. 179.c
Musis sunt sua ludicra. 615.d
Mustacea ex Castaneis, Mistoche *vulgò* 305.a.b
Mutatur in annos. prou. 226.f
Mutuum dare prohibetur Villicus. 338.e

Nabal

INDEX.

N

Abal Maonites Impius, ingratus. 474. *b*
Napha, vel Nampha est aqua odora ex toto Cstro. 508. *g*
Narancia à Narangara Ciuitate Libya. 482. *g*
Narsetis poma. prou. 329. *a*
Nastus Bononiensis Rheni. 659. *a*
Natanael sub Ficus vmbrâ sedens. 477. *d*
Natura recurrit ad mores. 647 *b*
Nauis Argo Eon appellata. 182. *e*
Nemesis benefactorum remuneratrix. 334. *g*
Neminem vult noscere rusticus, dum colligit Ficus super Arbore. 469. *b*
Nemo adeò ferus est, vt non mitescere possit. 412. *e*
Nemo malus felix. 467. *a*
Nemora Fagis referta Faggete *dicuntur.* 241. *b*
Nemorum potens Pan. 634. *h*
Nemo sine virtute tutò viuere potest. 286. *b*
Nè plus sapere velit seruus, quàm dominus. 338 *e*
Neptunales ludi. 134. *e*
Neque natare, neque literas nouit. prou. 287. *a*
Nè quò eat Villicus ad cœnam. 338. *e*
Neptuni Templum ad montem Alesium. 183. *e*
Nery flores Arbori Punica suspensi Plantam ab omnibus defendunt contrarÿs. 589. *c*
Nicolaus Co. Campobassus leuis iniuria grauissimus vltor. 476. *f*
Nihil agere docet male agere. 337. *e*
Nihil opertum quod non reueletur. 566. *f*
Nil celauisse liceat Domino. 338. *e*
Nimia opes, nimis operosa. 349. *d*
Nimia fœcunditas morbus. 405. *d.* 406. *e*
Nimiâ fructificatio senium accelerat. 347. *d*
Nimios ob imbres, æstusquè tabescunt Arbores. ibid. a
Niobe in saxum conuersa. 211. *c*
Niuem seruant Quercus folia. 181. *a*
Nixu maiore surgunt Suberini cortices violenter demersi. 286. *g*
Nobilitas Quercus. 185. *c*
Nocenti nocebitur. prou. 468. *f*
Nocere facile, prodesse difficile. 646. *e*
Nocuit temeraria virtus. 288. *f*
Nodosa Malini corticis pars laruam humanam repræsentans. 360. *g*
Nomina, eorumq́, Causa Castanea. 294. *g.* 265. *a. Cerri.* 253. *d.* 254. *e. Cydoniorum.* 536. *f. g. Fagi.* 240. *g. Ficuum.* 428. *g. b. Ilicis.* 263 *d. Malorum Aureorum secundū varias nationes.* 483. *a.* 488. *b. Secundum verò Patrias, & accidentia varia.* 500. 501. 502. 503. 504
Nomina Malorum, & Pomorum varia. 317. *c. d. Quercus.* 152. *b. Sorbi.* 615. *d.* 622. *g. Suberis.* 285. *a*
Nona Caprotina. 450. *g*
Non à Quercu, nec à Petra. prou. 224. *g*
Non iam Quercus loquitur. prou. ibid. f
Non est plectenda Sorbus. 624. *g*
Non fœcundatur, nisi verberetur Sycomorus. 436. *e*
Non sine sole rubent Mala. 375. *b*
Non semper ventis agitatur Quercus. prou. 225. *b*
Non succurrere indigentibus est illos persequi. 410. *h*
Non sumus ex duro Cespite nati. prou. 224. *b*
Nosomicites morbosi Fungi. 168. *g*
Nouembre fata Castanea paucam exposcunt curā. 303. *a*
Nouissimè estiuati fructus cur vltimò enomantur. 478. *h.* 479. *a*
Nouissima Gula irritamenta Boleti suilli. 153. *c*
Nucamentis longis, luteolisq́, succedunt Castanea fructus. 297. *b*
Nux Hirsuta Nicandro Castanea. ibid. d
Nuces digitis confracta piscibus in escam dantur. 659. *c*
Nuces inter poma reposuerunt aliqui. 317. *b*
Nucis cum Quercu colloquium. 231. *d*
Nullis horret spinis Fagus. 42. *e*
Numa Pompilius Fagineum ramum Pani sacrauit. 247. *a*
Numa Rex simulacra Deorum vetuit. 183. *d*
Numerosissima Pomi Granati grana quid significent. 602. *e*
Numerus granorum Mali Punici in quacunque Arbore determinatus in singulis fructibus 589. *e*
Numina ante omnia colenda. 337 *d*
Numina Arboribus inesse credebant Antiqui. 212. *a* (348 *e*
Numina impia Hortensia Antiquorum impudica.
Numismata Aureorum Malorum. 532. *h.* 533. *a. b. c. d*
Numismata cum Pomis. 355. *a. &c.* 356. *e. f. g. h*
Numismata cum Quercu. aut Quernea corona. 235. *d.* 236. *g. h.* 237. *a. b. c. d.* 238. *e. f. g. h.* 239. *a. b*
Numus Antonini Pÿ cum Ilice, & sue cum porcellis fertilitatis symbolum. 270. *h*
Nunquam alterius Malo gaudendum. 569 *b*
Nunquam deesse oportet tēpori, aut occasioni fructuum colligendorum. 337. *b*
Nuptiarum Iouis, & Iunonis occasione Malum Aureum exortum fabulantur Antiqui. 520. *e*
Nutriunt plurimum Glandes. 180. *e*
Nutriunt quammaximè Ficus. 427. *d*
Nux Euboica, Nux Heracleotica. 294. *h*
Nux Inglans, & Quercus inimica Arb 207. *a*
Nux ornabat antiquitus mensas cū duplice Fico.
Nympharum varia nomina. 212. *h* (446 *e.*
Nymphæ, hoc est spiritus nequam in Arboribus laten-

latentes, Hamadryades dicta, 213.b
Nymphæ syluarum à Ioue inter stellas relata, 230.b

O

OBedientia Felicitatis mater, & Seruatoris Vxor. 551.a
Obseruandi syderum influxus in Agricultura. 337.c
Obseruationes Quercuum. 217.d
Obturãdis cadis, alijsq; vasis Suber optimũ. 291.a
Ocellus Philosophus Pythagoricus. 316.e
Odoratiora cur sint Poma vermem habentia. 330.f
Odor bonus Cydoniorum opera bona significat. 550.b. 551.a
Odor Cydoniorum solus deleterias obtundit vires 544.e
Odore tantum vinci patitur ab Aureis Malis Granatum. 577.d
Odor Malorum Aureorum cõtra tineas. &c. 531.a
Odor malus Pomorum in specie scandali est Typus 371.a
Odore præstant Aurea Mala. 505.d
Oeconomici Suberis vsus. 291.a
Oenaria pilosa Alpina. 616.e
Olea circumplexa Quercus delinitam iram docet. 199.a
Olea crassa, Ficus paruula plantanda. 468.e
Olea, & Punica inuicem fœcundantur. 589.e
Olea, & Quercus inuicem inimica. 206.b
Oleum Cydoniorum. 545.a
Oleum ex Castaneis apud Indos optimum 306.g
Oleum ex Nucleis Glandis Faginæ pro condiendis cibis. 248.f
Oleum ex Aureis Pomis tenellis menstrua elicit. 508.h
Oleum florum Mali Aureæ destillatum contra bilem atram. ibid.
Oleum foliorum Mali Aureæ tibias confractas sanat. ibid.
Oligocladon est Suber, hoc est paucorum ramorum 281.d
Olympus Mons, Mysius, Tmolus Castanearum diuites. 301.d
Olympicus Palæstrita Mercurius ignauia hostis acerrimus. 603.c
Olynthus, seu Grossus Caprifici Ficus. 429.b
Omne Malum malum, præter Appium Malum. pro. 328.a
Omnia ab vno Sole in Plantis meliora. 530.h
Omnia reuertuntur ad propriam naturam. 336.h
Omnis insitio bona est, sed symbola Plantæ est optima. 544 f
Onocicidæ, Galla Asinina. 165.g
Opera vna agilis plus valet, quàm decem tarda, 337.e
Opera omnia maturè conficienda. 338.f
Opera examinanda. 337.d
Operationum Villicarum series per Dominum indicenda. ibid.
Operationum rusticarum alia manus, alia mentem requirunt. ibid. c
Oppidani Chij obsessi Faginea Glande sustentabãtur. 247.d
Oppida, & Ciuitates ab Arboribus denominata. 156.e.f
Oppidum Castanum in Apulia. 294.h
Oppidum Castanum Magnesiæ. ibid.
Oppidum Festicarium. 328.g
Oppidum Neyligembeil Prutenica lingua sancta securis 235 b
Opsonium optimum Ficus. 452.e
Opsonium rusticum hyemale ex pyris siccis vulgò Caponi, quasi καρπῶν fructus, & ὀνίνημι iuuans, Carposoneon. 408.f
Optimi Iudicij nota Nomen benè impositum. 561.c
Optimus ille est Ager, qui Centum intrà iugera Vineã habet, Hortum, Salictum, Oletum. Pratum, Campum frumentarium, Syluam cæduam, Glandariam, Arbustumquè. 337.d
Opulentia sine virtute suspecta. 205.a
Opus ex ligno Ficus, res nullius momenti. 460.g
Opus rusticum vsq; ad lassitudinem nõ deserendũ. 338.f
Oracula Quercuum Graijs. 233.a
Oraculorum voces antiquitus iuxtà placita Principum accommodata. ibid. b
Ora Ligustica fert Aurea feliciter Mala. 495.b
Orationis occultos sensus indicant fructuum cortices, 597.d
Orci inter cancros adhæsit. prou. 228.e (481.c
Odor Malorum Aureorum post Ficus cum ratione.
Oreonelta, syluestris Ornus. 620.
Oris graueolentia difficulter occultatur. 552.h
Ornatus Chaldæorum in coccineis. 270.e
Orneus Centaurus. 638.e
Orni nomen minimè accommodatur Fago. 240.b
Orphei, & Bacchantium historia explicata. 215.b
Ortus inter Quercus, & Glandes. prou. 226.f
Os hieroglyphicè denotat verecundiam. 371.b
Oscilla Phallos vocabant antiqui. 449.b
Oscophoria festa à Theseo instituta. 305.b
Ostenta, Omina Ficuum. 470.e
Osyris Isidis maritus. 293.a
Osyris longè imperitãs cũ sceptro Querneo. 198.b
Otium odio habeatur lethaliter. 337.c
Oua muscarum post vermes formicas edunt. 221.b
Oues, & Poma eodem nomine indigitantur græcè. 319.b
Ouile vel à Lupis, vel à Præside periẽs prou. 660.h
Ouillo lacte, vel aqua mulsa fouenda semina, quæ seri debent. 240. 505.a

Oxya

INDEX.

Oxya dicitur glans Fagi. 240. *b*
Oxya nomen Cerro non conuenit. ibid.

P

Pacato animo melius perficiũtur omnia. 339. *b*
Pædagogus Sybarita, quod vetuit, fecit. 473. *d*
Palatia antiquitus Phalantia. 156. *g. h.* 181. *e*
Palatina Augusti Quercus. 185. *e*
Pale della Yada. 319. *a*
Palæstini, Phœnices, & Arabes Idolorum cultores. 235. *b*
Palladius in Sardinia, & Neapolis in agro Geoponicus. 495. *b*
Paludata iniquitas explosa. 630. *b*
Pan Lupercus. 636. *b*
Panis æmula Castanea. 305. *a*
Panis Calens citria statim putrefacit. 512. *g*
Panis Subuentriuus ex fructibus siccis, & remollitis, &c. 374. *f*
Pannus Arb. muscoso villo canus. 154. *f.* 256. *b.* 257. *c*
Panticapæa in vrbe Pyra laudatissima. 407. *a*
Papillas contrectare. prou. 329. *c*
Paradisi Pomum inuersum refert Pyrum. 366.
Parabij parens inexorabilis. 230. *f*
Parrhasia Ciuitas. 634. *e*
Parasiti nullibi admittendi. 338. *e*
Partes variæ Quercus ad partes corporis nostri relata. 178. *g*
Paruo licet producere vitam. 346. *e*
Pastinaca Marina aculeo tacta Quercus arescit. 207. *a*
Patria Aureorum Pomorum. 495. *a. Castanea.* 301. *d. Pomi Granati.* 578. *b. Pyrorum.* 429. *c. Sorbi.* 621. *a*
Paucissimis credat Villicus. 338. *e*
Paulino doctissimo viro infortunium lethale accidit propter Pomum. 591. *a. b*
Paulus Querneus. 210. *b*
Pauper quidam ob desperationem Diospyro se suspendit. 613. *d*
Pecudes aureas habuisse pelles propter caritatem astruxerunt Antiqui. 327. *a*
Pecunia in premercalibus non temerè occupanda. 337. *e*
Pedamenta Vinealia ligni Castanearum diù durant. 303. *a.* 306. *g*
Peloponnesus Insula figura folij Platanini. 559. *c*
Pelles super rusticana sedilia. 182. *f*
Pentapolcos Poma infernali fuligine plena. 326. *f*
Perennata Ficuum fœcunditas. 452. *g*
Perfida furentis amoris flamma. 499. *b*
Perizomata. 457. *b*
Per quæ quis peccat, per hæc & punitur. 570. *f*
Perseuerantia symbolum Quercus. 197. *d*
Persæ mulieres fructus affectabant. 226. *f*
Persidem Ficis carentem noluit inuadere Crœsi Miles. 472. *e*
Per tenebras Quercus, iuramentum imprecatorium antiquorum. 226. *g*
Per tres menses post vindemiam Lorum bibendum 338. *g*
Per truncum Quernum intueri de perspicacissimo dictum. 225. *d*
Petrus Adrianus Vanden Broecke Pisanus Professor. 654. *g*
Petrus Bargelinus Bonon. Archiepiscopus Thebarum, &c. 564. *g.* 641. *a*
Petrus Franciscus Minotius I. C. & Poeta. 563. *d.* 633. *b.* 638.
Petrus Franciscus Passerinus. 563. *d*
Petrus Martyr malecontentus Bonon. Studiosus Botanices. 218. *f*
Petrus Natus Philosophus, & Medicus Florentinus. 220. *f.* 440. *g*
Phæacia Insula Corfu. 320. *g*
Phalagogia sacrificia turpissima antiquorum. 348. *g*
Phelletes Astarti Thyriorum Regis filius. 285. *b*
Phedia Lacedæmonum. 446. *e. f*
Phaseolus Turcicus humanam referens faciem. 512. *f*
Phellodrys coccigera, Ilex Aquifolia. 264. *e*
Phellodrys Ilex fœmina quibusdam. 265. *a*
Phellus, & Antiphellus. 290. *g*
Pherenices Poetæ fabula de Sycis. 463. *g*
Philemon in Quercum 229. *d*
Philo Iudæus Philosophus Pythagoricus. 318. *b*
Philippus Persei Pater Ficuum vectigalia exigebat. 473. *e*
Philomela ab amore Mali nuncupata. 321 *b.* 326. *e*
Phlebotomus tutissimus intercutaneorum morborum curator
Pholus Centaurus. 641. *d*
Phœnix Auis nouies per sæcula multa reparabilis. 188. *e*
Phurnuti pennicilli. 348. *g*
Phrenoschemata Pomi Granati. 581. *g*
Phyllus Herba. 638. *f*
Phyllalia. 638. *f*
Phytalus Fico donatus à Cerere. 444. *b.* 445. *a.* 461. *d*
Phellodrys quæ sit Arbor. 265. *b*
Phellopodes fabulosi homines pedibus Suberinis. 290. *g*
Phœniceis virgis pullulat primò Castanea. 297. *b*

INDEX.

Picheta *potio vini ex Pomis in Picardia.* 345.*d*
Picus Martius Auis portentosa. 267.*d*
Pilula vermiculorum grauida in Fago. 242.*g*
Pinus amica Quercui. 206.*e*
Pingue solum dulciores, & mitiores fructus facit, 161.*c*
Planta Ficus optimè constituta felicis est ominis, 453.*b*
Planta innumerabiles patitur peruersiones, & affectiones prater naturam. 631.*b*
Plantare in somnis Arborem vxorem ducturo, fœcunditatis signum. 217.*b*
Plantam pulcram, fertilemq; somniare sani hominis est. ibid.
Platoni Faginea Glandes tosta pro delicijs fuere, 247.*d*
Platonica Idea anigmatica. 311.*c*
Plaustrorum Axes Iligni. 279.*b*
Plura sperare nefas super Quercum, & Palmam pro lemmate. 200.*f*
Pocula ex ligno Fagi optima. 252.*f*
Poeta per omnes vagantur scientias. 316.*f*
Poetis Quernea quoq; dabantur corona apud Romanos. 191.*d.* 192.*e*
Polyphagus Vguccio Fageolanus vnico in prandio duas Vrbes consumens. 241.*d*
Polyphemi, & Galatea fabula. 319.*c*
Polypodium Quercinum. 152.*f.* 167.*a*
Pomifera Arbores in Genere. 315.*c*
Pomatinfecta Arbores. 359.*d*
Poma Acerba importunè decerpere. prou. 329, *b*
Poma Acerba somniata aduersam fortunam innuunt. 354.*f*
Poma Alba. 367. *Alcinoi Aurea.* 481.*d*
Appia Cordialia. 346.*g*
Calimana calamitosis temporibus optima. ib.f
Contusa simpliciter, & apposita vlcera sanant, 346.*g*
Odorifera tempore Hyemis sanissima. 338. *g* 345.*b.*
Paradisea. 367.
Rosea, Ophthalmica. 346.*f*
Rubra. 367.
Poma somniata Dulcia, iucunda indicant vigilata. 354.*e*
Poma somnians onusta fructibus fertilitatem Teri prasagit ibid.
Poma quasi Potomia. 317.*a.* 318.*c.* & *quasi Opima.* 317. *b.* *parua aliqui Baccas dixere.* 640. *f*
Poma græcè ὀπώρα, succosi sūt fructus, molli putamine. 317.*a. omniū suauiores, pulcriores.* 318.*c*
Poma repræsentant in multis cor humanum, 349.*b*
Poma rotunditatem affectant. 317, *b. mundi sunt Hieroglyphicum.* 331.*c.* 333.*c*
Poma plura consita in eodem loco Paradisum componunt. 318.*g*
Poma Tantali. 350.*f*
Poma per propagines propagantur, sed per quales pertusos expeditissimè crescunt. 358.*g. plus tamen Natura debent, quàm Arti.* 337.*a*
Poma Solis, & Luna collium aternorum sunt mysteria S. Fidei. 332.*g*
Poma vecta super naues, & marcescentia negligentes arguunt. ibid. e
Poma victoria sunt Hieroglyphicum. 332.*b. licèt contentionis Homerica.* 353.*b*
Poma Granata, seu Punica coronata. 577.*d*
Denominationem Punicorum retinuere A.V.C. 602. *pag.* 590.*e*
Detracto cortice tota comestibilia, Apyrina sunt qua Cepharilias Hispani vocant. 578.*b. quę autem nuclei sunt magni, lignosi, schlerococca à græcis dicuntur.* 578.*b*
Mercurio sacra ab Antiquis. 580.*f*
Numinum venerationis erant exemplar. 605. *d*
Sacris in Biblijs memorata. 606.*e*
Stomachum iuuant. 607.*a*
in imaginatione pragnantis fœtibus nocentissima, ibid. b
Poma in tenebris pramorsa infausta habentur. 354.*g*
Pomaria Pyrus, & Malus composita. 404.*e*
Pomaria Alcynoi. 320.*e*
Pomaria claudenda, custodiendaq; sunt. 344.*f*
Pomaria, seu Pometa. 320.*e*
Pomaria propè domos constituenda. 338. *h.* 357. *b*
Pomaria sunt symbola Ciuitatum. 331.*c*
Pomarium sanctitatis quid. 332.*f*
Pomarium Vicus apud Cremonam. 320.*e*
Pomona Pseudonumen antiquorum. ibid. h
Pomorum Genera, & Differentia. 318.*e.f* *qua & Hortensia, & Syluestria differunt à Glandibus, Baccis, & Nucibus.* 318.*g*
Pomorum Insula. 220.*f*
Pomorum simulacra lapidea, sphæricorum nempè bisspectorum, & oblongorum. 358.
Pomosa delicia. prou. 329.*c*
Pomosa frugalitas. 315.*c*
Pompeius Cardinalis Columna ob esum Ficuum niue refrigeratorum obyt. 474.*f*
Pomum dulcissimum militibus Alexandri Magni interdictum. 319.*a*
Pomum Aricua Sapientum Indorum. 319.*a*
Pomum Atalanta sequi. prou. 328.*e*
Pomum Aureum Adamicum dictum per infectionē aptissimum. 505.*e*
Pomum Aureum Arborem Persicam dixerunt aliqui. 482.*f*

Po-

INDEX.

Pomum Aureum Fenella. prou. 328. *g*
Pomum Aureum Perfectionum Tetragonismus. 481. *c* (558. *f*
Pomum Aureum Pulchritudinis pramium. 482. *e*
Popina Castanearum macra mures parum allicit. 305. *d*
Populetum Cydonis. 563. *a*
Populi Plataenses quomodo sua celebrarent Festa. 253. *d*
Populi Solares, & Lunares à Luciano somniati. 230. *h*
Porta Querquetulana. 155. *c*
Portenta, & Prodigia Ficus: 470. *e. Quercus.* 207. *b*
Postes Quercubus coronati. 191. *c. Ob securitatē* 191. *b*
Post Ficus Aquam. prou. 487. *b*
Post Folia cadunt Arbores. prou. 226. *g*
Post insitionem transplantata Planta fit fructuosior. 344. *f*
Potio Sorbetum dicta. 511. *a*
Pracoquas Ficus desiderare. 466. *g*
Pradura Fructuum Fagi extremitates masculinitatem denotant. 242. *f*
Praneste vndè dicta. 264. *g*
Prasagia Malorum Aureorum. 511. *b. Quercus.* 205. *a*
Prasagium Anni Glandiferi ab aliquibus sumitur ab anni mensibus omnibus, in quibus caro non interdicitur ob Synodum luminarium Æquinoctio proximam. 205. *d*
Prasimela Cordi. 418.
Princeps Alimentorum Ficus inter cateros Fructus. 428. *b*
Principatum significat Quercus in genere. 198. *b*
Probus Pater filium seipso probiorē vellet. 621. *c*
Pro Beneficio Gratia sunt referenda. 338. *e*
Problemata Ficuum. 478. *h. Pomorum in genere.* 530. *e. Pyri.* 423. *d*
Profundissima etiam Quercus arescit, vndè nemini superbiendum. 203. *b*
Proiectione rei voluntaria illius Dominium amittitur. 189. *a*
Prometheus Querna Auctor Corona. 190. *h*
Prophelea Nympha seruata cum Quercu. 230. *e*
Propitia coronis numina sibi reddere credebant antiqui. 191. *a*
Proprijs hastam cruribus allidere. prou. 226. *e*
Pro Pyris furfur. prou. 412. *g*
Proteus Arborum Pyrus. 403. *d.* 404. *e.* 407. *a*
Prouerbia, seu Proba verba, veraquè. 412. *g*
Prouerbia Castanearum. 507. *e. Ficus.* 465. *c. Pomorum in Genere.* 327. *c. Pyri.* 412. *g. Quercus* 224. *e. Sorbi.* 624. *f. Suberis.* 285. *d*
Pruteni, seu Vlmingani ad Quercum Idololatria cultores. 235. *a*
Psalteriorum capita Ilignea. 279. *b*
Publius Corn. Scipio Nasica Consul Boios in Agro Bonon. vicit, & de ijs triumphauit. 472. *g*
Pudicitia subuertenda signum olim Ficus fuit in Capitolio. 470. *g*
Puer spinis coronatus, Glandeq́; Quernea instructus sponsis nouis praibat, & quare. 182. *f*
Pulli, & Gallinæ à Villicis copiosè alendi. 338. *g*
Puluis subtilissimus partium Quercus vlcera sordida sanat. 177. *d.* 178. *g*
Puluis viarum remediū pro tineis Arborū. 347. *b*
Purpura, & Coccus in quo differant. 270. *f*
Purpura color coccineo tristior ad violaceum tendens. 270. *f*
Putrilago Ficuum interior primò Vermes, deinde Cerastes, & Scarabeos producit. 443. *a*
Pyra Augustana. 397.
  Bergomatica. 386.
  Carauella. 387.
  Castanea. 388.
  Ceruina. 676. *g*
Pyra Citria, seù Cedrina, Sacchette, *vulgò.* 419.
  Cyambrusina. 393.
  Fauarolla. 389.
  Ficea. 390
  Gallica varia. 391. 401.
  Garzignola, seu Patauina. 390.
  Gentilia. 392. 426.
  Glacialia, vel Glaciola. 391. 393.
  Granella. 394.
  Hyemalia, Spinosa vulgò. 395.
  Iacobaa. 397.
  Inaqualia. 395.
  Iunia. Viridia. 419.
Pyra Limonia duplicis generis. 396.
Pyra Lupa; Appiana forsè. 385
  Muscatella, Superba. 417
  Papalia. 398.
  Rabula vulgò Rabiole. 417.
  Regalia. 400. *Regalia Ventricosa.* 300.
  Sementina varia. 391. 420. (425. 426.
Pyra Steatapia Adiposa, Lardare *vulgò.* 424. *b*
  Suchella, *vel* Zuchella. 417.
  Saccheramanna Socijs bonis *similia.* 395.
  Viridia acidula, Pyrochlora. 419.
Pyra quarè non dentur sanguinea, vt dantur Mala. 423. *c. d*
Pyramidem mysticè refert Pyrus. 409. *d*
Pyramis Stereometrica 402.
Pyramus nomen proprium.
Pyra Satiua qui somniat persepè experietur omnia. 421. *a*
Παρὰ πέρων *Rogus, Æquiuocum Pyri.* 402. *f*
Pyrasi nomen Militis Troiani. 403. *a*
Pyrastri lignum durissimum. 409. *b*
Pyrastrum Idaum. 616. *g*

Pyrtne Bebrycis filia, à qua Pyrenæi montes. 402. g. 461. d. 642. e
Pyrgus Turris. 402. g
Pyrrha oppida quadam. ibid.
Pyrrhica saltationis genus. ibid. h
Pyria vas caldarium. ibid. g
Pyri Descriptio, Nomina. 380. 381. a. b. c. d. 382.
Pyri magnitudinem superat Ilex. 264. b
Pyri mons in Germania 402. g
Pyri ponderositas dissensionem operum à Deo prodit. 410. f
Pyris parcè vescendum. 408 g
Pyrites lapis. 402. f
Pyrois Stella Martis. ibid. g
Pyrola Herba. ibid. h
Pyronia Diana Epitheton. ibid. g
Pyrorum aliqua citius, aliqua tardius ferivolunt 403. e
Pyrorum Genera, & Differentiæ numerosissimæ. 382. f. g. h. 383. a. b. c. d. 384. e. f. g. h
Pyrum Marinum Zoophyton. 402. h
Pyrum renuit astutè vulpes. 407. b
Pyrus adulta ablaqueanda. 403. d
Pyrus Arbor Malo densior quoad omnia. 380. g
Montosa libenter subit. 406. h
Pluribus in rebus Malo assimilatur. 380. g
Super Arbores varias inseri potest. 403. e. 405. a. 421. d
Feruidas despicit Regiones. 406. b
Humanam refert aliqualiter faciem. 407. b
In Pyrastrum insita deuctam indicat obstinationem. 411. b
Mentis acumen repræsentat. 410. e
Syluestre in aqua cum musto mersum fundum petit. 409. b
Syluestres monstrifica. 422.
Pyrus in Pyro, Ficus in Ficu dictum argutū. 414. f. 465. b
Pyrus ex Regionibus Vrbis antiquis vna. 402. g
Pythagora Præceptum de fructifera Arbore non violanda. 371. e
Pyxides Myriopteca ex ligno Fagi. 252. g

Q

Quercus *Ælia Lelia Crispis monumentum.* 213. d
Quercus Δρῦς *Græcè.* 151. e. *Hebraicè* Ela, & Elon. 153. a. *latinè à quærendo dicta.* 155. h
Quercus Absalon, cui remansit idem appensus. 185. a
Quercus Arborum vetustissima. 151. e
Quercus altissima Colchidis Regionis. 185. d
Quercus amplissima suo infixa solo stabilitatis est symbolum. 200. g. 201. a. b
Quercus Amica Loto. 206. f. *Pino.* 206. e
Ab Apibus amatur. 206. g
Aurea ætate mundi omnia præstabat Hominibus. 151. d
Quercus Bacchatur. Ænigma. 215. a
Quercus Basan Ignominia, & Idolorum. 204. e
Sub ea porcorum duo millia ad maritimum præcipitium damnata. 188 f
Bituricensis portentosa magnitudinis. 185. d
Campi Martij. 187. e
Dignissima. 151. e. *Durabilissima. ibid.* d
Disrupta, dein ligata quid significet. 200. f
Dodonis eruditorum est symbolum. 198. a
Fructum faciens, atque sementē in seipsa. 151 e
Frumento symbola. 206. e
Fulmine icta magnarum calamitatum prænūcia. 198. b
Glutinatoriæ, & adstrictoriæ facultatis. 277. b
In quo differat à Robore, & in quo non. 158. g
Libani proceritate mirabilis, & odora. 187. d
Lignum Vitæ ob sanctissimam Crucem ex ea. 204. f
Machinis construendis aptissima. 151. d
Mambre multorum sæculorum. 188. f
Marina. 160. 161. a
Materiei optima numeros explet. 151. d
Mori quodammodo nescit. 152. e
Nulli repulsa legali obnoxia. 151. e
Ophra salutifera. 204. f
Opportuna ad opera quacunque perficienda. 153. a
Palma iuncta, de se dici meretur. PLVRA SPERARE NEFAS. 200. f
Per insitionem Pyra aliquando protulisse dicitur. 161. d
Regia munificentia Typus. 198. e
Sacros oratores repræsentat. 199. a
Sublimitates Virtutis habituū indicat 204. f. g
Thurino in Agro præstans. 186. e
Vbi nidificat Aquila securum patrocinium præsefert. 198. f
Vbique obuia. 151. e
Quæstus pius minimè inuidiosus haberi debet 337. d
Quercens 155. e
Quercerella Auis. 152. f
Querconius Agatho Priscus. 214. b
Quercula, Trissago Herba. 167. a. 179. c
Quercuum Arbores Pani Pausanias adiudicauit. 185. d
Quernea ligna, & Robora Esculina non miscenda in operibus. 182. e
Quernea ligna præparanda pro Armamentarijs fabrefaciendis. 186. b
Quernens Gryphus. 211. e
Quirquerum, idest magnum. 155.

Quer-

INDEX.

Querquetulanum esse Nympharum non fuisse perpetuum. 213. *d*

Querquus à Querquero antiquo verbo obsoleto. 152. *b*

Quibus gaudeat Malus Arbor terris. 375. *a*

Quî fiat, quod fructibus estiatis, vel vinum, vel aqua superbibenda sit. 479. *a*

Qui fiat, vt Cydonijs omnes competant forma, tā naturales, quàm artificiosa. 152. *e*

Quintuplex Pyrorum sapor. 407. *d*

Quomodo Cydonia partum impediant, simulquè facilitent. 552. *e*

Quot Fico grossi. prou. 467. *b*

R

R *Abiei Canina Arbor, & Fructus Castanea opponuntur.* 304. *b.* 305. *a*

Rabies Canina sopita ab vmbra quoque Sorbi excitatur. 624. *b*

Racematos flores, & fructus fert Sorbus. 626. *e*

Radices syluestrium Arborum, Radicibus Fructuosarum nimis proxima eradicanda. 347. *b*

Radices Cerri serpentibus contrarianeur. 259. *b*

Radices Cerri serpentum pessimorum superant venena. 261. *a*

Radices Fagi non multa, nec profunda. 242. *e*

Radicibus Arbores reguntur. 261. *a*

Radicibus nec plurimis, nec altissimis, sed bene validis, & crassis pollet Sorbus. 626. *e*

Radicum Mali Punica decoctio vermes latos enecat, & excoriatis tibijs succurrit. 607 *d*

Radix Aurea Mali anigmaticè quid signif. 511. *b*

Radix Pyri à Muliere pragnante gestata prohibet abortum. 408. *b. lecto parituræ admota partum remoratur. ibid.*

Rami Arborei disrupti somniati damna denunciant. 217. *a*

Rami Aureę Mali per vascula perforata fictilia vel viminea traiecti multiplicant exquisitissimè domesticas plantas. 505. *b*

Rami Quercini in terrā quādam plantati vites fieri creduntur. 188. *g*

Rationes à Villico sæpè fiant, Dominoq; reddantur. 338. *f*

Rami Punica Mali inuerso modo plantati plantas ad terram inclinatas progignunt. 588. *f*

Ramis spoliata Quercus triumphos expectat. 200. *g*

Ramorum Ficus Arboris medulla sambucacea. 428.

Ramus Aureus ex Ilice. 271. *a*

Ramus Aureus sapientiam significat. ibid.

Ramus ex Ilice superstitiosus. 277. *d*

Ramus Ilicis Leonino Pedi suppositus illum stupidum reddit. 272. *e*

REBVS inuerso modo lecta dictio facit SVBER rebus superstans omnibus. 285. *b*

Redemptorium Iligneum. 279. *c. d*

Reges Septentrionaliores Quernearum frondium Rogos defuncti sortiebantur 235. *e.*

Regiones Ficubus carentes stiandata. 459 *d*

Regnum Granatense Malis Punicis pro Stemmate vtitur. 553 *c*

Religionis Symbolum Ilex. 273. *c*

Remedia pro conseruatione Cydoniorum. 542. *g*

Remedia pro ignauia Cydoniorum, simulq; eorundem luxurie. 542. *e g*

Remethius Rex Scotorum. 328. *g*

Rhechsabar fortissimus Athleta statuam Ficulneā obtinuit. 464. *e*

Rhæcus Cnidius speciosam seruauit Quercum. 230. *f*

Rhu Coriariorum frutex Erythros. 604. *b*

Riuum secus cœnare. 315. *c*

Robigalia Antiquorum festa. 348. *b.* 349. *a*

Roborea Familia. 209. *a*

Roboris Lignum Fluuiatiles, & Lacustres ad Naues optimum. 181. *d*

Roboris syluestrioris lignum ferè lapideum. 182. *f*

Roboris vastitatem amulatur Ilex. 264. *b*

Roborum portentesa vastitas in Syiua Hercynia. 208. *e*

Robur è Salis Fodina in Transyluania ferè ferreum extractum. 188. *f*

Robur supplicij genus. 156. *f. g*

Roercon Belgicè Robur ab igne saluberr. 152. *b*

Rolandinus Passagerius Bononiensium Notariorum Patriarcha. 551. *c*

Rogum Ascia ne polito. prou. prac. 402. *f*

Roma Ficus in Comitijs nata colebatur. 451. *b*

Romani Hetruscos imitati in literis, & moribus &c. 603. *d*

Romanus Publius quidam à Lupo ruso horribiliter dilaniatus. 208. *f*

Romanum calum pro Cydonijs impensè laudatū. 540. *b*

Rosa sub Malis plantata malis roseam conciliant pulchritudinem. 375. *a*

Roseo rubore coloratum Punicum Malum. 577. *d*

Rota Quernea pro Sontibus. 182. *g*

Rotundi stipites Ilicis, aliaque conditiones Virtutum hominis stant pro Symbolo. 269. *b*

Roucrella Familia. 209. *b*

Rubicunda Mala fert Malus insita Platano. 375. *b*

Rubra Poma in Arbore quomodo fiant. 336. *f*

Rubrica cum Butyro, & Pice liquida contra formicas. 443. *d*

Rubus Moysis ex Ilicis virgultis creditus. 269. *b*

Rudes Roborea ad libertatem. 185. *a*

Rufata, vndè Rufati milites. 270. *e*

Rustica instrumenta sæpè lustranda. 337. *c*

Ru-

INDEX.

Rusticana sedilia ex Quercubus. 182.f
Rusticis, & Ciuibus aquè inseruit Ilex. 279.a
Ruta, & Ficus conueniunt. 456.g

S

S*Acellum Ioui Fagutal à Fago.* 241.b
Saccharum condimentum syruporum. 506.e
Sacra Floralia. 351.c
Sacrificales Gutti ex cortice Fagi. 246.h
Sacrificium laudis, & desideriorũ Deo Vero. 550.e
Sacris, non superstitiosis cogitationibus incumbendum. 337.c
Salij exultantes. 636.f
Salix Ficui contraria. 475.b.c
Salix Poma miraculosè ferens. 372.g
Sal Querneum frumentum praseruat, & mures enecat. 182.b
Sal Ligni Quernei ad pauca grana prodest Nephriticis. 630.e
Sal, & Cinis multis Arborum medetur morbis. 443.c
Salsamentarij suillas, & bouillas carnes non miscceant. 481.a
Salsi cortex. 153.c
Salus Ciuium in Agrorum vbere prouentu consistit. 191.a
Sambucus Esculo fabulosè locuta. 212.h. 213.a
Samuel Sorberius vir praclarissimus. 622.h
Sancta paruis habitat in tectis Venus. 420.e
Sandalijs muliebribus Suber inseruit. 291.b
Sapâ condita Pyra probantur. 408.e
Sapidus à sua virtute optimus. 289.b
Sapina fluuij Bonon. aqua pro coloribus serico cõciliandis, seu acquirẽdis singularissima. 510.g
Sapores varij Pomorum in Genere. 345.b
Sapor Malorum Punicorum triplex. 578.f
Sapor vniuersalissimè Chymus. 627.d
Sapyreus sapor ex Pyris. 408.e
Sarculis parũ exagitanda tellus pro Sorbis. 626.e
Sardiana Castanea. 300.e. *Sarda Ciuitas.* 302.e
Sariphai Populi à Sariphis Montibus. 648.g
Sarmata Alloby glande victitantes. 180.e
Sat Quercus. in prou. 224.e
Satyra lanx. 303.a
Saturnus Ficubus coronatus. 449.b
Saturni statua. 460 f
Saturno immolati impijssimè Homines. 644.g
Scabella Ilignea. 279.b
Scandula Roborea pro tectis in vsu Romanis per 500. fermè annos. 186.h
Scarlatum Chermesinus color. 264.e
Sceptrum Abimelechaum in Sichen. 152. g. 186.h
Sceptrum Querneum fulmine percussum. 208.e
Schidia Sorbea infecta frumento innascentia pereunt. 659. b
Schematismi literarum Hetrusci. 604.e.f
Scrobes pro Arboribus plantandis profunda sint, & latiores in fundo 344.c
Scutella ex Subere pro hecticis. 293.b
Scylla iuxtà Ficus sata mirabiliter has crescere facit. 456.g
Scylla planta inter fruteta seruat fructus à vermibus. 375.d
Securiclati cardines. 279.b
Sedere sub sua Vite, & sub sua Ficulnea. 467.d
Seges ne defraudetur. 338.f
Semel tantum transplantanda Sorbus, & adulta. 626.e
Sem Pyrorum cum melle tritum quid efficiat. 408.h
Semina Malorum Aureorum Bezaardica. 509.b
Semita in Agris introducta abolenda. 337.c
Senescentibus Cydonijs Cinis, & Creta succurrunt. 541.a
Senilis pigritia in cultore nocet agro. 337.b
Sensibilitatis vltimo in consinio, exclusiuè tamẽ, Arbores recensentur. 404.g
Senum actiones rarò culpanda. 349. d
Separatorum Pomorum prophylactica. 517.a
Sepimenta ex Arbore Punicâ tutissima. 605.c
Septentrionalis casura sylua cadua Castanearum quot vitium iugeribus sufficiat. 302.h
Septentrionalium Regionum Quercus vastissima 187.c
Sepulcra in Lucis sublimia cum titulis. 234.f
Sepulcrales Ilices intacta relicta. 278.f
Serbellona Familia Mediolanensis. 622.b
Serere fructuosum agrum est pauperibus eleemosynam dare. 550.e
Serpens Asterismus. 520.b
Serpens cum ramo pomis onusto quid significet. 524.f.g
Serpenti aduersatur Quercus. 207.a
Serpentifuga est Punica Malus. 589.a.c
Seruandi fructus super Arbore donec matura sint perfectè. 190.f
Seruandorum fructuum separatorum varij modi. 344.b
Seruandorum Pomorum Punicorum ratio. 607.a
Seruati Seruatorem, vt patrem perpetuò venerẽtur. 192.f
Seruentur propria diligenter. 338.e
Seruis somniata sylua plagas denunciant. 216.h 217 a
Sica latinè Gladius, Sicania, Sicilia. 439.d
Siccati Sorbi fructus rustica sunt bellaria. 628.e
Sicinius 14. coronas Ciuicas obtinuit. 192.g
Sicoris Cinga fluuius in Iberum desluens. 436.g
Sidia secundum aliquos est Vinum Granat. 606.b
Significationes literarum, & vocum magni momenti. 604.f

Silua

INDEX.

Silua amorum testimonia. 278.g
Simia Castaneas tostas è prunis extrahens animato pedum felis foreipe. 311.e
Simia in Arbore celsiori pudenda nimium patefacit. 335.g
Simia Pueris semper est pulcra. 658.h (204.e
Simulacra Apollinis, & Palladis ex Quercu.
Simulacra ex Cydonys. 553.b
Simulacra ex Subere. 291.d. 292. (495.d
Sinarum Regnum multa Mala Aurea dedit Italię
Sine flore fructus 467.a
Sine vino sunt Pyra Virus. 411.a
Si noles male facere non facies. 338.e
Sirisci Vasa viminea, 446.h
Si semel in viscum incideris, oleo nil, saleque proficies. 227.c
Si vnam rem serò feceris alias serò facies.
Smegma morinum ex Ficulneis. 449.c
Smilax Aquifolia. 265.d
Smilax Arabum, & Phellodrys. 264.e
Sociabilissima est Arbor Pyri. 403.d
Socrates per Quercum iurabat. 183.c
Solanum furiosum. 499.b
Solitarsè viuens Cerrus non indiget coli. 262.f
Solitudo Cerri frequentiam damnat. ibid. h
Solitudo Philosophia magistra. 244.g
Solon iubet vtendum in conuiuys Cydonio. 552.g
Somnium non est opinantis, neque intelligentis passio. 217.c
Somnos timor, & cupido vbi non auferant. 315.c
Somnus breues debet facere tenebras. 566.f
Sorbi fructus Crudus, Acerbus, Intractabilis. 615.c
Mollis, elixus Piscibus esca euadit. 654.b
Frigidus in primo gradu, in tertio siccus. 628 h
Stypticitas quid operetur diuisa, & sub horis non. 625.b. *Lignum mirabilia facit.* 627.a. *Historia.* 615.c
Sorbetuls Castrum in Æmilia, &c. 649.b
Sorbi, seu Sorabi olim Vandali 649.b. 622.h
Sorba matura senectutem mitem ostendunt. 630.e
condiuntur vino, sapa, vel melle. 628.f
Sorbedia Familia. 650.h. *Sorbola Æmilia.* 622.b. 650.g. *Sorbolonga.* 649.d
Sorbona Collegium Parisiense. 622.h. 650.h
Sorbum acerbum ramis adhaerens, Typus est eorum qui mundo adhaerent. 625.a
Sorbus Alpina. 616.f. *Auguralis.* 622.f.
Sorbus Gallis Cormier. 642.b
Sorbus in frigidiori loco nata suaueolentior.
Sorbus syluestris 620.
Sospitatis Portus adhuc agitari suspirys potest. 567.b
Spica frumenti super Quercus prodigiosè nata. 406.e
Spinosus calyx Castaneę vestem pœnitentię refert. 312.f
Idem contra detractionum machinas armaturam repraesentat. 312.f
Sponsi caput Caricis onerabatur Athenis. 451.b
Statua Aureorum Malorum. 532.h
Statua Quercu coronata. 191.b
Stelides *Euboicis erat viscum.* 154.f
Stemmata Cotoneorum. 552.g. *Statua* 534.e.f.g 553.c
Sterilis Arbor Colonum alloquens. Apologus. ib.
Stercus suillum cum Asinina vrina remedium Malis Punicis agris. 588.e
Sterquilinium à rusticis diligenter apparandum. 338.f
Stibadia, nempè Lecti rusticani, & Attegia, &c. 589.a
Stipes Querneus ad Trophaa. 181.c
Stomacho gratificantur pyra meliora. 407.c
Stramentis palearum, fœniuè deficientibus Arborum folia succedunt. 338.f
Stropus Flaminum virga flexilis Pomi Granata. 590.h
Strumas discutiendi modus quidam. 464.e
Studiorum Mater Bononia. 562.f
Stultum inuentis frugibus glande vesci. prou. 226.g
Stuporem dentium Amygdala, & portulaca tollunt. 330.g.h
Suauitate fragrans hyeme mala. 346.e
Subarij Populi. 285.e
Subdulcia Poma in bonitate mediocria. 374.e
Sublimis Quercus meritorum est symbolũ. 198.g
Sub Quercubus Ioui sacra peracta. 184.e
Suber Corticosum. 281. *Tunicatum.* 282.f.
Arbor Folijs, & Fructibus Ilici similis. 281.c.
Cui cedit in coma perpetuitate. ibid.
Suber Anconense. 281.d
Suber Angustifolium, & Latifolium; serratum, & non serratum. 281.d
Suber Ilici similius est latifolium. 282.e
Suber Aquitanicum, Baticum, Lusitanicum, Romanum. 282.e
Suberinus Cortex pro fructu censendus. 288.g
Suberinam nauem mergere. prou. 287 d
Suber cortice detracto non perit vt caetera Arbores. 282.f
*Suber latifolium primo virens apud Plumbinum. ibid.*e
Suberiquercus ex Cephalenia, Phellodrys. 284.
Suberis exotici varia species. 282.g
Suber ipsos, & phellos *graecè à leuitate,* 285.a
Suber à suberuendo dictum. 285.a
Subere leuior. prou. ibid.c. d
Suber Martyrum Hieroglyphicum. 290.e
Suber molle Virgilij. 283.
Subscudes Iligneae. 279.b
Subtus Suber fœminarum superbis superscriptum. 287.d

Succes-

Successiua generatio, & transformatio Animalculorum in Querneis pilulis. 220. *b*
Succula machinamentaria. 659. *a*
Succus ex toto Punico Malo purgat per irritamentum flauam bilem. 608. *f*
Succus foliorum Mali Aureæ cum terebinthina coctus vulnera sanat. 509. *b*
Succus fructuum Aureæ Mali calculos eijcit comminutos prius. ibid.
Succus Limonum vniones dissoluit. 510. *b*. 511. *a*
Succus Limonū fullonia Arti valdè prodest. 510. *g*
Succus vuarum propriè Vinum est, & potens & generosum; aliorum verò succus impropriè Sidra *dictum.* 317. *b*
Succus viridium Cerri partium cum vino bibitus vrinam suppressam prouocat. 259. *b.*
Suderetum, vel Suberetum. 282. *c.* & 285. *e*
Superbus Sorborum sapor acerbus. 635. *a*
Superstitiones Pomiferarum Arborum. 348. *e. Fagi.* 246. *b. Ficus.* 451. *b. Ilicis.* 277. *d. Quercus.* 235. *b* (*bacillis.* 334. *g*
Superstitionis symbolum Pomum cum quatuor
Surculis præparatur Ficus. 441. *a*
Surculum quærere ex suspensoria Ficu. 464. *g*
Syceus Gigas. 462. *f*
Σύκινα decoctum Ficuum arefactorum. 437. *a*
Sycinus Insula. ibid.
Sycionia Regio. ibid.
Sycis, seù Syca Nympha. 439. *d.* 462. *e*
Sycites Bacchus. 437. *b.* 480.
Sycomorus Cimex. 435.
Sycomorus Moroficus. 429. *c*
Sycomorus prout falsa Ficus peccatores repræsentat. 478. *f*
Sycomorus Zachei sapientem refert fatuitatem. 478. *f*
Sycon via Athenarum quædam. 437. *b*
Sycophanta, infamis. 439. *e*
Sycori Ficorum custodes. 436. *g*
Sycus Vrbs Sycæa. 437. *a.* 439. *d.* 462. *f*
Syderibus Aurea Mala comparata. 334. *b*
Syderum Princeps Sol. 348. *f*
Sylua in somnis tristitiam denotat. 216. *b*
Syluanus inter Quercum, & Calamum, &c. 234. *f*
Syluarum vmbræ olim vocales. 233. *a*
Syluestres Arb. pro decumanis limitibus. 189. *b*
Syluestres Arbores non sunt inter agros cultos detinenda. 189. *b*
Syluestres Homines pilosi. 558. *h*
Syluestris Castaneæ Lignum, Seluagno *vulgò*, *vel* siluestre, *durabilissimum est*; & hic obiter notari vellem me aliquoties scripsisse dictionem *sylua*, & eius deriuatiuas absq; litera *y*, sed cū *i* simplici, quia considerando literam *y* non esse latinam verè, sed græcam tantum, quam omninò deserunt Itali, volui hac vti libertate cum doctissimis Neotericis vtendi scilicet illa, & non vtendi, & ideò si non est error illam admittere vt aduenam in latium: non erit itidem error eandem non admittere, vt ciuem.
Syluestres Pomi spinosæ sunt, & domesticas omnes per insitionem in sexpsis admittunt. 375. *b*
Symbola Arboris Castaneæ. 307. *e. Cerri.* 262. *f. Cotoneorum.* 548. *g. Fagi.* 244. *g. Fici.* 459. *b Granatorum.* 597. *g. Ilicis.* 270. *b. Malorum Aureorum.* 530 *g. Pomorum.* 333. *d Pyri.* 423. *a. Quercus.* 197. *d Sorbi.* 630. *e. Suberis.* 285. *d*
Symbolum Amoris sunt Mala. 325. *c*
Symbolum viri frugi, & misericordis est Suber. 288. *g.*
Sympathia Fici. 454. *f. Granatorum.* 589. *a. Quercus.* 206. *c. Sorbi.* 626. *b.*
Symptomata Arborea quæ, &c. 257. *b*
Syriaca Ficus. 429. *a*
Syrupi Cydoniorum. 544. *b. ex floribus, & folijs per infus. Mali Punicæ.* 607. *d. Ex Pomis.* 374. *g*

T

Talea Ficuum, siue cacumen absque radice plantatur. 441. *b*
Talea machinamentaria. 659. *b*
Taleas Mali Aureæ cacumine inuerso plantant Arbusculas obsequentes facit. 505. *a*
Tantali Poma colligere. prou. 327. *c*
Tantalus Amoris qui. 567. *c. d*
Tardi Triones. 659. *b*
Tarentina Castanea. 300. *e. valdè digestibilis* 302. *e*
Tauri sanguine se interemit Themistocles. 183. *c*
Taurus indomitus Ficui alligatus mitescit. 445. *b.* 455. *b. c.* 460. *e*
Tæda Sorbi caudici infixa Arborem expurgat. 626. *f*
Tegmen coriaceum Pomo Granato curdatū. 577. *d*
Telluris ornamenta moribus respondere debent. 338. *b*
Themistocles se Quercubus comparabat. 183. *b*
Temperamentum Cerri est temperatum, sed efficax. 259. *b*
Temperamentum Pyrorum. 408. *h*
Temperantiæ symbolum caprificus. 460. *e*
Temperata loca volunt Fici. 441. *a*
Temperies optima cum claritate spirituū. 555. *a*
Tenellarum Arborum Poma ante quartum annum non attingenda. 332. *g*
Tenentur, qui bonis abundant, egenos infirmos sustinere. 550. *e*
Tenuicortex Pomum Ficus. 427. *e*
Terebratio Mali Aureæ in hyeme facta dulcia Poma reddit. 505. *a*
Termes pro Termino. 660. *e*

Termes Punica Mali gestatus venenatas exterminat bestias. 589.a
Terminalis Hermes. 660.e
Termini antemissi. 152.g
Termites, & Cossi, item Cusi. 167.c
Terra Cretacea, atque Rubrica nocent Castanea. 302.e
Terra cariosa non aranda. 338.f
Terram cribratam, pinguem, latam desiderant Aurea Mali. 504.g. *& Pyri.* 403.c
Terreat vt sana falce Priapus aues. 348.g
Tertia Glandiferarum Arborum Cerrus. 553.c
Testudines Arietaria. 659.a
Testudines Musica ex ligno Fagi. 252.g
Thargelia festa. 451.a
Thebarum Archiep. Petrus Bargelinus, &c. 641.a
Theca echinata Castanearũ quid significet. 312.g
Theologalium Virtutum Hieroglyphica in Pomo Granato repræsentatio. 597.b.c
Theophilati de Fico sensus Hieroglyphicus. 459.b
Thesaurus carbones erant. prou. 226.e
Thesaurus pulchrè locata gratia. 565.c
Thesmophorijs in Festis Græcorum plura obseruabantur. 606.f
Thrasybuli Atheniensis arguta excusatio. 414.g
Thunnus Querna saginatur Glande. 159.d
Thurnus vermis. 152.f
Tiberius Cæsar recens Malum digito terebrabat. 346.b
Tiberius Imperator Druydas expulit. 157.d
Tiburtus Amphiarai filius Tiburti conditor. 268.h
Tigrina, vel Pantherina ligna varia Quercus. 187.d. *Olea, Nucum.* 223.d
Tiguri apud Heluetios Sorbus frequens. 621.b
Timon Atheniensis Mysanthropos. 464.g. 465.a
Tinea Arborum latentes quomodo cognoscenda. 347.b
Tirynthy folijs Pyris victitabant. 408.e
Tirynthius Heros Custodis vindex, nõ obex. 660.e
Tithymali, & Portulacæ succi Malo Punica sunt medela. 588.h
Torminalis Sorbus Cratægus, vel Cratygus Theophrasti. 616.f. 618.
Tornatile lignum Fagi. 252.g
Tornatili, vel scalptili Artificio, & Abacaria Arti vtilissimum Pyri lignum. 409.c
Trabes ilignea. 279.d
Trabs oculo admota magnam animi cæcitatem ostendit. 202.f
Trachyn lapidosa. 649.h
Tralier *Apenninicolarum Gallicè.* 616.g
Tranquillam vitam agere est sub Ficu degere. 459.b. 550.h
Tres Aureorum Malorum fundamentales species. 524.h
Tres Cydoniorum species Columella. 536.h. *Plinio.* 537.a. *Alyi minus. ibid.* a.b
Tres corona Quercus, Palma, & Olea virtutem Heroicam ostendunt. 199.d
Tres viri Regem Saul ad Quercum conuenerunt. 185.a
Tribulus Castanea triquetra aquatilis. 295.d
Tripete folium Ficus. 428.e. 429.b
Triptolemus Eleusinus Celei filius. 183.b
Trislepra, vel Trislipa trisquamia. 153.c
Triuia Corona ex Quercu dicabatur. 181.a
Troades in suo Ilio Fagũ diutissimè aluere. 247.d
Troximon, maximè comestibile Pomũ Ficus. 427.c
Tua sub vmbra, relata ad Fagum. Prou. Symb. 244.h
Tuber Quercinum admirabile. 218.f
Tunica durius cula Balani. 158.f
Tunica ex fusllis corys prima in Arcadia. 183.b
Tumuli sepulcrorum dumis liberabantur. 470.h
Turdus sibi cacat mortem. prou. 227.c
Tusculani Agri Lucus Ilicem habebat olim vastissimam. 268.h
Tusa cupienda. 232 f
Tutela, seu Philotis Ancilla. 450.f
Tyburtinum Oppidum propè Romam Pomosum olim dictum. 320.h

V

Vagina Ilignea. 279.b
Valerius Chimentellus Professor Pisani Lycei præclarissimus. 656.f
Vallum Asdrubalis. 649.c
Valua Ænea D. Petri in Vaticano de Vrbe. 373.c
Vanitates ex Fago 246.h
Vanum florere sine Fructu. 366.f
Varia infectæ è Quercubus nascentia. 217.d
Variè inscripti vt fiant fructus Ficorum. 456.f
Vary putredinis gradus varia producunt Animalia. 217.d
Vasta molis Arbor Castanea. 297.b
Vastissima Quercus Mariana Ciceronis. 185.d
Vegetabile Caput Granati Pomi Humanum refert. (602.e
Velaguida. 158.b.
Vellosa. ibid. g
Velox, eloquens, crispa, crepidata Nympha Querquetulana. 213.c
Venator, Iaculator, Eques Cyrus in Epitaphio. 212.f
Vendax potius quàm Emax sit Villicus. 337.b
Venereum Simulacrum apud Sicyonios. 348.f
Veneris manu Malum Aur. in Cypro satum. 519.d
Veneris Tyrannidi Regna integra cedunt. 558.e
Venus Iuga. 571.b
Venus natis alma creandis inseruiens. 603.b
Venus volemos carpens. 558.e

Ve-

INDEX.

Venus Vrania nomine olim culta apud Assyrios. 658.f

Vera Poesis valdè affinis est Historia. 466.h

Veratri succi virus iuxta Cydonia elanguescit, & activitatem deperdit. 551.d

Vere, & Autumni Mala plantantur. 474.h

Voriquercus, seù Dulciglans. 153.b

Veritas colorata apud Poetas. 280.f

Veritatis symbolum Ficus. 475.d

Vermiculatio in Arboribus magnus morbus. 442.b

Vermiculi morbosi Fagi. 249.b

Vermiculi Quercuum multa præsagiunt. 305.

Vermiculus Grani tinctorij Scolecii dictus. 264.e

Vermibus musca succedunt. 221.b

Verminationum interiorum loca in Arboribus inuenire docuerunt Aues. 221.e. 403.d

Vermium generatio Cerro impedit incrementum. 255.h

Vermis Sorbeus insolentissimus. 622.e

Vermis Sorbeus mysticè ostendit pessimum malum. 625.a

Verruca nodosa Sorbiformis reticulata in Sorbo. 631.c

Verruca folijs Ficulneis cõtactæ euanescunt. 463.d

Verruca morbosa Fagi. 249.b

Versicolores fructus quomodo comparandi. 456.e

Vertumni, & Pomona fabula. 352.h. 353.a

Vencitlaus à Quercu. 155.d

Verzino, *lignum rubrum Brasilianum, ex quo fit lacha factitia.* 280.e

Vespasiani Numus Aureus cum corona Quernea. 236.f

Vestes Animo conciliant honestatem. 312.f

Vestes Sambucatæ. 532.g

Vetustatis, & fortitudinis Insigne Quercus. 108 g

Vguccio Fagiolanus à Fago. 241.c

Victores in Pythijs certaminibus coronas cũ Malis reportabant. 333.a

Victima fuga tristis erat auspicij. 644.e

Vigorem acquirit decorticatum Suber. 288.f

P. Vidus, seù Guido Montalbanus. 564.g

Vilibus abstectior pomis. prou. 328.f

Villici qualitates. Sit Castus. 338.g. *Disciplinatus. ibid. e. Memor. ibid. h. Morigeratus. ibid. g. Non ambulator. ibid. c. Sit magister operariorum.* 337.c. *Vigilans.* 338.f

Vimina colligantia disruptam Quercum: sunt æquanimitatis symbolum. 200.f

Vim præseruatoriam à venenis, & veneficijs habent Ficus. 445.c

Vinalia Festa Antiquorum. 349.a

Vincentius Belloquernens. 210.h

Vinearum pedamenta ex palis Castanearũ. 302.h

Vino cocta Cydonia bonum sanguinem generant. 543.a

Vinositate non caret Ficus. 427.c

Vinum Granatorũ in febribus vsitatissimũ. 608.h

Vinum ex Pyris. 408.f

Vinum ex Pyris Apites dictum. ibid. h

Vires, & Vsus in Medicina Castanea. 303.d *Cerri* 259.a. *Cotoneorum.* 644.c. *Fagi.* 248.g. *Ficus.* 447.a. *Granatorum.* 607.c. *Ilicis.* 280.e. *Malorum Aureorum.* 507.d. *Malorum in specie* 374.e.f.g. *Pomorum in Genere.* 346.e. *Pyri.* 408.h. *Quercus.* 177.b. *Sorbi.* 628.h. *Suberis.* 291.a

Virga Faginea Castaneis substrata illas conseruant. 252.e

Virga prime adolescentia Castanearum versicolores, & phœnicea cum sint, illis vsus fuisse dicitur Iacob. 306.f

Viri doctissimi, & Nobilissimi à Quercu denominati. 155.d. 156.e

Viriditas satura in somnis apparens hilaritatem innuit. 217.b

Virtus corona est Sapientum. 289.d

Virtus, & opes sunt omnia. 556.e

Virtus in Arduis. 225.a

Virtus nullis infortuniorum obruitur procellis. 289.a

Virtus Patientiam operatur. 271.d

Virtutis fertilitas. ibid. b

Virtutum hieroglyphicum Quercus. 197.d

Virtutum laudabile emblema Cerrus. 262.f

Visci lignum omnia sanans. 200.f

Visci ligni virtus amuletica cõtra epilepsiam, &c. 234.b

Viscosa telluris partes cum siccabilis humoris exhalatione. 357.a

Viscum Cerri Herculeo morbo superando valens. 259.b

Viscum contra fœminarum sterilitatem. 235.a

Viscum est Quercus sudor. 216.f

Viscum ex Cerro. 255.256.

Viscum Quernenm præcipuum. 152.f. 167.a

Viscum non timet aquam. 227.d

Viscus Misericordia symbolum. 200.e

Vitalis de Furno S. R. E. Cardinalis Medicus. 216.g. 445.b

Vita dolorum est pelagus, fons curarum, sentina laborum. 287.a

Vita, & Vitta aquiuocum Historico-poeticum. 499.c

Vita melioris œconomica exordium Ficus. 444.f.

Vita nostra Ventus, & Vmbra. 349.c.d

Vites pro machinis spiralibus ligneis, quia videtur contorta ad modum vitis Arboris. 659.a

Vitiorum intrepidus debellator Eques coronatus Quercu. 199.c

Vitis Idæa. 616.g. 639.d. 640.e

Viuendi ratio innocens externus aspera, intus lenis. 597.b

Vini-

INDEX.

Vinificus pomorum humor. 315.*d*
Vladislaus Iagello Polonorum Rex Musarhythmos 589.*d*
Vlcera molliunt, & disrumpunt Fici emplastrati. 447.*b*
Vlmo inferi posse Quercum aliqui putarunt. 162.*e*
Vmbra falsissimæ syluarum vocales. 233.*a*
Vmbra Fagi colubros fugat. 246.*b*
Vmbra Lex vetus, Lex verò noua cibus. 204.*b*
Vmbra Arborum vicino agro nocens submouenda. 189.*a*.*b*
Vmbra Nucis dormientem sub ea maximè lædit. 188.*e*. *secùs vmbra Quercus maxime iuuat.* *ib.*
Vnedo, Memecylus, Arbor scilicet fragarum, & Comaros Sorbo affinis. 614.*e*.*f* 651.*e*
Vnguentum Comitissæ Gulielmi Varignanei Bononiensis. 177.*b*
Vnico calamo viscato duos turdos capere. pro. 227.*d*
Vnico in Volemo Aurei Pomi cætera continentur. 572.*f*
Vnitatis Ecclesiæ hieroglyphicum sunt Mala Punica. 597.*b*
Volemium, Volemum, & Volemus 414.*b*.558 *c*.&c.
Vnde illud Legati nostri ad Phorcum,
Barbarus vt fuerim, rides cum dico *Volemos*,
Et tantum dici, Phorce, *Volema* iubes.
Vergilius *Vulgum* dixit cum dicere *Vulgus*
Debuit: huic cu'pæ par mihi culpa placet.
Vrina digesta cum Lasere ad radices Mali Punicæ est medicina. 588.*g*
Vrsus Pyra somniare dicitur. 412.*h*
Vsus cibarij Castanea. 303.*d* *Cotoneorum.* 542.*h* 543.*a*. *Fagi.* 247.*d*. *Ficus.* 444.*f*. *Granatorum.* 606.*g*. *Malorum Aureorum.* 505.*d*. *Malorum in specie.* 373.*d* *Pomorum in genere.* 345.*a*. *Pyrorum.* 407. *d*. *Quercus.* 179.*d*. *Sorborū* 627.*d*
Vsus in coronis Ficus. 459.*b*. *Quercus.* 190.*g*
Vsus in Insignibus Castanearum. 307. *a*
Vsus in sacris Fici. 450.*f*. *Granatorum.* 605.*d*
Vsus in varijs Castanea. 306.*g*. *Cerri.* 261. *a*. *Cotoneorum.* 552.*g*. *Fagi.* 252.*e*. *Fici.* 449.*b*. *Granatorum.* 604.*g*. *Ilicis.* 279.*a*. *Malorum Aureorum.* 509.*d*. *Pyri.* 409.*e*. *Quercus.* 181.*e*. *Suberis.* 291.*a*
Vua dæmonum muscosus pannus Cerri. 253.*d*
Vua Quercina radicalis, Rhizostaphydrys. 210.*a*
Vulpes quoque Pyra comedit. prou. 413.*b*

X

Xagua Fructus. 369.*e*
Xantho Nympha. 212.*h*
Xenophon Philosophus. 124.*g*
Xerampelinus color qualis siccorū vitis foliorum. 10.*e*
Xerses, visis Atticæ Ficubus, se nō esurum ait antequam illam deuicisset Regionem. 472.*e*
Xyloxochitl Quauchoiauensium Indorum Castanea exotica species renes, & vesicam purgans. 301.*b* 306.*e*.
Xyla, & Lychna. 17.*e*
Xylinum Linum. 124.*e*
Xylophtora Ligniperda insectum quoddam in ligno nascens. 168. *e*. 656.*g*
Xylophagus Cossus Plinij.
Xylotechnastes. 136.*h*
Xystrophylax. 250.*e*
Xystus. 137.*a*


Z

Zacynthus Insula. 16.*b*
Zagrus mons. 158.*e*
Zeno Cittiensis Philosophus Stoicorum Princeps 48.*e*.446.*f*
Zephyrus æquinoctialis occasus aura cunctis fauorabilis rebus. 155. *a*. 316 *f*. 351.*a*
Zersubuch Molus Genius. 78.*e*
Zetula Fungus. 166.*f*
Zignys Lacerta minor Chalcidica. 657.*d*
Ziziphus, officinarum Iuiuba. 653.*b*
Zona. 333.*b*
Zoophyton marinum fungosa natura Granatum referens 581.*item Pyrum.* 402.*h*.
Zuchella Pyra. 417.

FINIS.

DENDROLOGICVM SCHEMA.

Ethica Monſtra domat, cribrat Polyhymnia Dicta,
Omnibus vt proſint; hicquè Thalia viret.



REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn

Omnes ſunt Terniones, præter Nnn Quaternionem.

Typographus Lectori.

Faciles impreſſionis lapſus, ſi ſapies, Lector dignoſces, & condonabis. Non omnes hic ideò tibi proponam corrigendos, ſed nonnullos tantum, qui ſenſum aliquo modo valeant alterare. Sic igitur legas, vbi contigerit, etiam, atque etiam rogo.

Pag. 33. lin. 47. eo pro &.
277. 36. adiecis adiecit.
311. 17. ſeguens ſequens.
327. 48. æquis aquis
412. 25 Chriſt. Chio.
Ibid. 26. Suedar Suidas.
563. 40. Alcides Euryſtheo. Inachijs. Alcides
571 12. fit ſic.
Ibid. 12. cius ciuis.
559. 18 ſi ſit.
Ibid. 36. Syllam Scyllam,
590. 30. quo qua.
577. 48. deuenere de vere.
598. 46. ΜΗΛΩΠ ΜΗΛΩΝ.
Ib 47. ευσυγχωρίεται ευσυγχωρίεται.
596. 18. alij aliæ.



BONONIÆ, Ex Typographia Ferroniana 1667. Superiorum permiſſu.